EX MUNIFICENTIA
FERDINANDI III. M. E. D.
DIE 3. IUNII 1791.

9. 7. 375.

9 I

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Joh. Georg Pinz sculps. Aug. Vind.

Digitized by Google

LVDOVICI PETRI GIOVANNI

GERMANIA PRINCEPS

OPVS

SACRI ROM. IMPERII

ELECTORES

COMPLEXVM

PRODIT

EX AVTOGRAPHO AVCTORIS

MVLTO QVAM ANTEA

LOCVPLETIVS ET CASTIGATIVS

CVM PRIVIL. SAC. CAES. MAI.



VLMAE CIↃ IↃ CC LII.

IMPENSIS IO. FRIDERICI GAVM.

PRIVILEGIVM.

Nos FRANCISCVS *Diuina fauente Clementia Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniae & Hieroſolymarum Rex, Dux Lotharingiae & Barri, Magnus Hetruriae Dux, Princeps Carolopolis, Marchio Nomenci, Comes Falckenſteinei &c. &c. Agnoſcimus & notum facimus tenore praeſentium vniuerſis, quod, cum Nobis Noſter Sacrique Romani Imperii fidelis dilectus* Wolfgangus Ludouicus Spring, *Bibliopola Francofurtenſis, humillime exponi curarit, quem in modum* Ludouici Petri Giouanni *librum, cui titulus eſt:* Germania Princeps, *in octauo prelo committere reſoluerit; vereatur autem, ne aemulorum inuidia, hanc editionem imitantium, impendii & laboris ſui fructu fruſtretur, ideoque Nobis demiſſe ſupplicarit, quatenus eius indemnitati Priuilegio Noſtro Caeſareo ſuccur-*

rere clementiſſime dignaremur, Nos ſubmiſſae pariter ac aequae eius petitioni annuendum cenſuerimus; Ac proinde Auctoritate Noſtra Caeſarea omnibus & ſingulis Bibliopolis, Bibliopegis, Typographis & aliis quibuscunque, rem librariam, ſeu negotiationem exercentibus, firmiter inhibemus, vetamus, & interdicimus, ne quis ſupra nominatum Ludouici Petri Giouanni *Librum, cui Titulus eſt:* Germania Princeps, *ſub hoc alioue titulo aut hac aliaue forma, ſeu, ut aiunt, formato, aut ſub additionis vel alio quocunque praetextu, nec in toto, nec in parte, per decem annorum ſpatium ab hodierno die computandum intra Sacri Romani Imperii fines recudere, vel aliis recudendum dare, aliorſumue impreſſum apportare, vendere, vel diſtrahere citra praefati Impetrantis eiusdemque haeredum ac ſucceſſorum voluntatem & aſſenſum in ſcriptis obtentum, auſit vel praeſumat; Si quis vero ſecus faciendo Priuilegium hoc Noſtrum ſeu Interdictum violare contemnereque praeſumſerit, eum*

non

non ſolum eiusmodi exemplaribus, ubicunque locorum repertis, perperam quippe recuſis ſeu apportatis (quae dictus Wolfgangus Ludouicus Spring *ſiue propria auctoritate ſiue Magiſtratus illius loci auxilio ſibi vindicare poterit) de facto priuandum, ſed & quinque marcarum auri puri poena aerario ſeu Fiſco Noſtro Caeſareo, & parti laeſae ex aequo pendenda, omni ſpe veniae ſublata mulctandum decernimus, dummodo tenor huius Noſtri Priuilegii in fronte libri impreſſus reperiatur, & conſueta quinque Exemplaria Conſilio Noſtro Imperiali Aulico exhibeantur. Mandamus itaque omnibus & ſingulis Noſtris & Sacri Romani Imperii ſubditis & fidelibus dilectis tam Eccleſiaſticis, quam Saecularibus cuiuscunque Status, gradus, dignitatis aut ordinis fuerint, praeſertim vero iis, qui in Magiſtratu exiſtentes vel ſuo vel Superiorum ſuorum loco aut nomine ius iuſtitiamque adminiſtrant, ne quemquam Priuilegium hoc Noſtrum Caeſareum violare, ſpernere, aut transgredi patiantur, ſed ſi quos con-*

contumaces compererint, conſtituta a Nobis mulcta eos puniri, & quibuscunque modis idoneis coerceri curent, quatenus & ipſi grauiſſimam Noſtram Indignationem praedictamque poenam euitare voluerint. Harum Teſtimonio Literarum, manu Noſtra ſubſcriptarum & Sigilli Noſtri Caeſarei appreſſione munitarum, quae dabantur Viennae die vigeſima quinta Auguſti Anno milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſexto, Regni Noſtri primo.

Franciſcus
mpp.

(L.S.)

Vt S. R. Comes Colloredo
mpp.

Ad Mandatum Sac.ae Cæſ.ae
Maieſtatis proprium.

I. I. Hayeck de Waldſtätten mpp.

PRAE-

PRAEFATIO

Auctoris, ſecundae editioni praemiſſa.

Eat itaque rurſus in publicum GERMANIA PRINCEPS, nouo habitu adornata. Auctoris certe nec voto nec voluntate. Is enim nomen ſuum neque dum dedit libello. Tantum abeſt, ut ſibi aliquid in eo voluerit tributum. Bibliopolae artibus deſideriisque iterata eius debetur editio. Qui, inſcio primum, deinde tantum non inuito auctore, illum prelo ſubiecit. Huic autem ſaliuam mouit lucri ſitis; quoniam honeſtiorem ſibi finem non proponunt rei librariae magiſtri. Opuſculi exempla deſiderari etiam poſt coeperunt, quam illud gratiam iam depoſuiſſet nouitatis. Praeter Germanos emtores habuit Belgas & Gallos. Quo-

rum nundinatores libros apud ſe editos cum Germanicis mutant alias nonniſi rariſſime. Melioris pretii iudicio aeſtimarunt Germaniam principem. Illo autem num digna ſit, nullius intereſt. Non auctoris? qui non de partu gloriatur, quem ne agnoſcit quidem. Neque bibliopolae? cui ſatis eſt, mercem ſe habere vendibilem. Parum ſolicito, num illa fallax & fucoſa ſit, an proba? Eam tamen quadantenus frugi eſſe, indicia oſtendunt. Nam pridem in aliquot academiis Germania principe duce vſi ſunt non infimi nominis doctores. Vt ita iuuentuti notitiam darent praepotentium Germaniae principatuum, & publici iuris ſtruerent legitima fundamenta. Deinde, ex quo Germania princeps prodiit, quot quaeſo fuerunt, qui hoc vitulo ararunt, absque vlla libelli commemoratione! Quo ipſi parum abſunt a nota plagiariorum. Ceterum in aliquibus opuſculi libris augmenta habes maxima, minora aut nulla prorſus in aliis. Qui id factum ſit? tuis, lector, volo relictum coniecturis. Alius nimiam bibliopolae incuſabit feſtinationem. Alius opinabitur, defuiſſe ſcriptori adparatum in ceteris ad augendum & emendandum. Alius credet, non ſatis

animi

animi penes auctorem fuiſſe pro veritate. Igitur ab illis eum abſtinuiſſe, unde metus vehementior ad turbines & procellas. Quod vero vltimum creditur praeter rem. Certe non viuunt Germani rempublicam, quae pendet a praecipiti ſtudio rerum nouarum cupidae plebis. Quod ſi eſſet, illa quoque, inſtar aliorum regnorum, liberum neque calamum ferret neque ſermonem. Ne animi hominum perduellium fouerentur. Ex quo vero rite & iuris ordine res imperii tractantur, nullatenus damno eſſe poſſunt reipublicae noſtrae in ſcholae vmbris nata opinionum portenta. Aliis contra moribus opus eſt in rebuspublicis, quarum momenta pendent a turbis licentioſae plebis. Hac cauſa diuus Marcus lucem illis vult ereptam, qui prodere velint arcanos ſuae reipublicae receſſus. Neque leo B. animal illud libertatis amantiſſimum, huius argumenti tolerat cultores. Albion inſula nauigat hic velis ſideribusque diuerſis. Nunc ſolem ſtellis, iterum ſtellas ſoli lumina debere, diſputat tueturque. Scripta vero, quae praemiis nunc prouocat; deinde coercet poenis. Celtiae iura hodie a nutu pendent regis unius. Intereſt autem illius, ne Celtae priſtinarum conſuetudinum admonean-

tur & amorem concipiant priſtinae libertatis. Inde eſt, quod exulent ibi ſcriptores iurium medii aeui. Vltima Thule ultimo fere reges habuit, ad populi decreta conſiliaque adſtrictos, a quibus nouiſſimum ſeculum illos emancipauit. Solicitior itaque eſt aliis, ut temporum memoria intercidat cum hominibus, ne quem inceſſere eorum poſſit cupido. Zechiadum libertas iure belli eſt euerſa nouiſſimi: angue peius itaque oderunt ſcripta, quae priſtini ſtatus commonefaciunt. Eadem fata habuerunt Auares. Ob quam perduellium inſtitutis accenſent libellos, perditae reipublicae teſtes. Lechiades fere ſoli regnum habent vere adductum. Cum tamen ſtudia quoque regis & ordinum multoties ſint diuerſa: in illis non minus iuris publici conſulti eſſe ſolent rariores. Tenent fere easdem rationes vltimi Europae populi Iberi & Luſitani. Quo autem fine ad hiſtoriae lumen expalleſcerent Germani? Illis, veterum elogiis, nullo non tempore & calamus liber fuit & lingua. Eripiunt Germanis hanc laudem, quotquot ſentiunt aliter. Quorum etiam nomina execrabit poſteritas. Ita enim notitia Germaniae in primis conatibus opprime-

primetur, in quo viri aliquot tantis vigiliis, impenſis, fortunisque ſunt verſati. Num vero ideo Germania ſui negligentior, quod fovet medii aeui veritates, ad quas alii populi titubant exhorrentque? Necquicquam. Principio enim habet patria noſtra rempublicam eandem per annos octingentos. Alia autem regna, ſuperius commemorata, formulae ſuae paſſa ſunt metamorphoſin. Quapropter hiſtoria medii aeui patriae noſtrae diſſidia componit ac tollit, quae potius in exteris rebuspublicis illa excitat diſſeminatque. Deinde cum in aliis regnis ſtudia infimae plebis ſummam quandoque rerum trahant, ibi exoſiſſima periculique pleniſſima ſunt nomina plebicolarum. Contra Germaniam praepotentes dominantur ordines, qui ſpecie inanium non aguntur, neque, inſtar volubilis & praecipitis plebeculae, induci poſſunt ad turbas & rerum confuſiones. Praeterea licet ICti Germani non parua auctoritas ſit, ubi cauſas reſpondet hominum priuatorum: huic tamen locus nullus eſt in tractatione iuris publici argumentorum. Vt adeo hiſtorici & iureconſulti opiniones teſtimoniaque publicae cauſae neque praeiudicium faciant

ciant neque vllum praeſtent patrocinium. Quantum abeſt, ut prouincia ulla beata eſſe poſſit ſomnio ſui ciuis: tantum abeſt, illi tribui vel vocari in dubium quid poſſe ex opinione in ſcholae vmbris enati doctoris. Ceterum Germaniae principis cauſa hic fruſtra agitur. Illa enim vbique prodit, ſe nullum, ſiue in ſcholis, ſiue in curiis, locum velle. Tantum abeſt, vt ſibi aliquam in republica adroget auctoritatem. Dictum non vult omne id, quod reipublicae male conducit. Hac formula tremendam haereſeos notam effugiunt ſcriptores in argumentis diuinis. Quis cenſor itaque in humanis plus exiget, idque a ſcriptore anonymo. Vale.

GER-

LECTORIBVS
BIBLIOPOLA S.

Exbibemus igitur, quod bene vertat, librum, vel theſaurum potius, eruditiſſimorum hominum ſuffragio mirifice probatum, & hinc eo vehementius iam diu expetitum, quo maiori plauſu prima atque altera editio ab iis eſt excepta, qui cuique rei dignum pretium ſtatuere ſueuerunt. Ecquis enim arduum non aeſtimaret, res Imperii Romano-Germanici tam admirabili concinnitate edocere, veluti hoc factum libro fuit? quis notitiam tot principatuum ſummorum ſibi comparare volens LVDOVICO PETRO GIOVANNI auſcultare vel omiſit vmquam; vel, ſi adeundi ipſum copia non eſſet, ſaeculum non accuſauit, quod in exſcribendis vilioribus libellis nimis aliquando ſtudioſum optima doctrinae monumenta ſepeliri interim, aut clam haberi patitur? quis denique, ſi nomine ſub iſto IO. PETRVM de LVDEWIG, Fridericianae Cancellarium, adhuc dum latuiſſe comperit, hoc ipſum opus tota mente non complexus fuit, vtpote ab eo ſcriptum viro, qui, dum viueret, peritia docendi, & cognitione rerum publicarum nulli facile ſecundus videbatur, & ab ipſis regibus plus vice ſimplici ad extricandas quaeſtiones difficillimas adſciſci meruit? Sed has laudes alii haud paullo dignius ſunt perſequuti. Meum erit dicere, quid in editione libri iteranda Tuo, Lector, commodo, praeſtare voluerimus. Nec enim ſola operis tam pulchri ac praeſtantis raritas (tametſi illa quoque ſumma fuerat) impellere nos potuiſſet,

tuiſſet, curas noſtras vt potiſſimum in Ludouico exornando poneremus; niſi opportune etiam reſciuiſſemus, multa ab auctore noſtro domi obſeruata, quae, dum vita ſuppetebat, premi, & poſt obitum in publicum emitti, ſerio voluerat. Et has quidem obſeruationes Te cummaxime requiſiturum arbitrabar, ſi quando editionem nouam pararemus; quum vt de ſententia ſcriptoris, atque rerum omnium, quas retulit, probationibus, hoc dilucidius conſtaret, tum vt diuturnae exſpectationis Tuae duplicem referres fructum. Itaque has etiam, inſigni pretio a nobis comparatas, liberaliter hoc loco Tibi ſiſtimus, ſubiunctas operi priori, eidemque ſumma fide, prout ipſe auctor omnia diſtinxit, recenſito. Etenim quam ſancte & religioſe cuncta eius verba habuerimus, hi certe norunt, qui, vt nihil quidquam immutari poſſet, lege ſeueriſſima cauerunt. Et quî hanc iniuriam in Manes praeſtantiſſimi ſcriptoris, quaeſo Te, committere potuiſſemus, qui nec ſumtibus, nec operae, moleſtiisque perferendis vſpiam pepercimus, vt haec noua ſpectabilior, cunctiſque ornamentis ditior editio in publicum prodiret? Ita vero noſtra Tibi ſtudia probatum iri credimus. Si ſpem nulla re fefelleris, & voluntatem noſtram, Tibi plurimum inſeruiendi, probes, operam profecto dabimus, vt conſimilia ingeniorum monumenta itidem feliciter recipias. Vlmae, Kal. Sept. A. C.

1752.

GER-

GERMANIAE PRINCIPIS
LIBER I.
NOTITIA
BOHEMIAE,
AVSTRIAE
ET
PROVINCIARVM,
QVAE HIS SVNT ANNEXAE.

Digitized by Google


VNGARN
VNGARN
BOHEIM
DALMACI
CROATIE
SCHLAVON
OSTREICH
BVRGVND
STEYR
TYROL
CRAIN



Digitized by Google

CAPVT I.

Hiſtoria & genealogia *ARCHIDVCVM AVSTRIAE.*

§. I.

Gentis, quae nunc a ſede, quam in Auſtria fixit, AVSTRIACA audit, origines ortusque ex alia eſſe regione adducendos, per incorrupta monumenta ſatis exploratum habemus. HABSBVRGIACVM enim comitatum hanc familiam tenuiſſe, cum An. Chr. CIↃ CC LXXII. conditor eius, RVDOLFVS, imperii noſtri caput eligeretur, indubia ſcriptorum fide ſcimus. Neque ambigui quid illud habet; quod patris tunc autoritas tantum apud imperii proceres valuerit: vt Auſtriae Marchionatum atque Ducatum Sueviae, vtriusque ſtirpe per idem tempus extincta, duobus filiis, iſtum quidem primogenito ALBERTO, hunc natu ſecundo RVDOLFO, felici acceſſionis auſpicio conferrent. Per quod illud effectum eſt, vt ALBERTI familia, auito HABSBVRGIACO comitatu relicto, in *Auſtria* conſederit, titulo etiam novae regionis, vtpote digniori, exinde adſumto. *Dictum ab initio de illuſtrium familiarum migrationibus in Germania (a): deinde quatuor viae oſtenſae, per quas a tenuibus initiis ad altiora faſtigia iuerint gentes (b): regula ſimul commendata, a ſapiente principe facta; id a quolibet cogitandum*, vt

(a) Sic Poruſſica domus principio in Sueuia agro Hohenzollerano praefuit: inde ſe contulit in Franconiae tractum Noribergenſem: poſt marchiam accepit pagum Vandaliae: tandem prima ei facta eſt Regnum Poruſſiae extra imperium.
(b) Matrimoniis; bellis; beneficiis; pactis ſucceſſoriis.

rem familiarem relinqueret meliorem, quam accepiſſet: *porro auguſta ſors Habsburgiacorum explicata, mediis allatis, per quae ad ſummum in orbe decus accreuere* (c); *de priſtino denique more Germanorum diſſertum, familias cognominandi* (d): *tempora item cognominum oſtenſa, rationesque, quibus nobiles a prouinciis,* (e) *ceteri aliunde appellati ſint. Peterſonii & Carlſonii ſiue Petri & Caroli cognominibus in rei argumentum ſumtis. Quibus doctrinis oſtenſum eſt, quomodo gens haec noſtra Auſtriaca dicta ſit; Habsburgiaco nomine per deſuetudinem fere omiſſo. Cauſae tandem expoſitae; quare* Rudolfus *Comes, prae tot Germaniae Principibus in Imperatorem electus ſit; tum vera Electorum origo oſtenſa. Quo caſu praeterea Sueviae atque Auſtriae priſtini poſſeſſores perierint, indicatum. Artes detectae, quibus aperta haec feuda ſuae genti intulerit* Rudolfus. *De Sueuiae ducatu, facinore primi heredis iterum amiſſo, ſummatim eſt dictum.*

§. II. Sed vero Habsburgi appellatione *tres* in Germania *arces* celebrantur. Manſit ergo inter auctores hactenus controuerſum, ab vtra harum gens noſtra nomen ab initio mutuaſſet. Cum enim in prima comitum Habsburgiacorum origine tradenda, in tres fere partes abeant ſcriptores; quorum alii in *Latio*, Perleonea gente; alii in *Heluetia*, praefectis ſcilicet Romanorum Vindoniſſenſibus; alii *Alſatica Regum Francorum ſtirpe* natales Habsburgicorum Comitum ſibi videntur inueniſſe: effectum eſt hac ſententiarum varietate, vt iſti Habsburgum ad Lacum Lucernenſem ſitum; illi Vindoniſſenſe, quod ab Heluetiorum Bada aliquot tantum leucis diſtat; hi illud, quod in Alſatiae finibus quaerendum, pro gentilitia, primariaque arce pronuncient; vnde

(c) Bella ducant alii, tu felix Auſtria nube.

(d) Domum Auſtriacam dicimus hodieque. Qui vero non Hungaricam potius vel Bohemicam? Ex eo ſcilicet tempore, ex quo iſta regna facta ſunt hereditaria. Fateor, me aliam cauſam neſcire, quam quod in Auſtria gens habeat ſeruetque domicilium: vt taceam, aemulationem Bohemiae Hungariaeque non pati, vt ab alterutro cognomen adſumatur. Poruſſica certe gens regia audit, quamuis in Marchia Brandeburgica ei permaneat domicilium.

(e) In Friſia praedia nobilia *nomen mutant cum poſſeſſore*, cuius ipſi adſumunt cognomen. Idem in arce Wettinenſi, quae olim Meniusburg; poſt Danckelmannsburg dicta; nunc priſtinum nomen recuperauit.

vnde gens noſtra Habsburgicum nomen titulumque acce-piſſet.

Commendatum hac occaſione ſtudium Geographiae medii aeui ; *qua hactenus difficulter caremus in Germania. (a) Incuſata deinde incuria ciuium noſtrorum, quod prima illuſtrium ſtemmatum domicilia interire patiantur (b) cum Romani ineptam cuiusuis lapidis ſcripturam in tanto pretio habeant.* Quatuor Habsburga, *qua arces, qua hinc nominatos comitatus rationibus Geographicis deſcripta (c), imprimis de duobus in Alſatia ſitis, vno trans Rhenum in Lotharingiae finibus; altero cisrhenano non procul a veteri Briſaco. Iudicatum deinceps de figmentoſis originibus Habsburgicae gentis; cauſis rei in vtramque partem generatim indicatis. Tum ſpeciatim quoque oſtenſum, quam incommode creditur: Habsburgicos Comites a Perleoniis (d), patriciis Romanis, patria exulibus; hos deinde ab Aniciis; Anicios a Iuliis; Iulios ab ipſis Troianorum ſociis ortum traxiſſe. Dictum de quodam memorabili loco FLAVII Vopiſci in FLORIANO:* ex Romanorum familia ſeu per feminam ſeu per virum poſt mille annos imperatorem venturum, qui Parthis, Perſis, Francis, Alemannis Taprobanis, Sarmatis leges impônat,

 qui

(a) *Cellarius* morte praeuentus eſt in hoc medii aeui inſtituto. Tabulae Geographicae hoc fine inciſae Iam ſunt & ſchedulae plures diſperſae in tabulario Cellariano cuſtodiuntur. *Hagemeieri* Germania medii aeui hoc argumentum leui brachio attingit. Cum hodie ſingulares plerorumque locorum in Germanis ſcriptores habeamus: facilius erit hoc inſtitutum. Quorſum etiam reſpexit Loeſcherus iunior. Quem uirum ex eo tempore magni facere coepi, ex quo mihi innotuerunt eius litterae, candor, ſtudiaque pacis ac pietatis.

(b) Vbi enim Habsburgica arx hodieque in ruderibus conſpicitur, ille locus nunc deſtinatus eſt rei pecuariae: Imaginem habes in Wagneri Heluetia.

(c) Vnum a Baden, alterum a Lucerna, Heluetii pagis, non longe diſtant: tertium & quartum in Alſatia offenduntur.

(d) A Petro Leone Perleonii dicti ſunt contrahendo duo vocabula. Horum familia hodieque cognita Romanis: ex Latio autem in Germaniam atque Heluetiae pagum Habsburg illa dicitur ſe contuliſſe. *Seyfridus* ex inſtituto haec tractat; brevius autem conciliatisque omnium de origine Habsburgica opinionibus *Schoenleben*, in libro inferius recenſito.

qui terram omnem, quam oceanus ambit, captis omnibus gentibus, ſuam faciat. *Vaticinium de domo Auſtriaca* (e), *vel Rudolfo vel Carolo V. imperatoribus, a nonnemine adſumtum. An veriores ſint, qui a Merovingis* (f) *idque vel maſcula vel femina ſtirpe, Atticis Alſatiae quondam ducibus* (g), *Habsburgiacorum Comitum ortus repetant, pariter quaeſitum. Quo etiam tegumento Vindoniſſenſibus* (h) *Romanorum praefectis haec gloria tribuatur, ſummatim explicatum. Denique Stabii, Manlii, Seifridi nugamenta perſtricta, qui genealogiam Habsburgo Auſtriacam ad Noachum uſque pertexuerunt: non immerito eos morologo ſubſannante in aula Maximiliani I. Parum ſcilicet glorioſe agi cum Imperatore, ſi eundem cum ipſo parentem is agnoſcere cogatur.* Tabula (i) inter differendum prolixe illuſtrata, *variantium originum gentis Habsburgo-Auſtriacae. Dictum, quod Carolus*

(e) Galli alio vate gaudere volunt Rabano Mauro an. 850. qui dixerit: *non mundi finem paratum iri, quam ex regibus Francorum vnus eſſet, qui orientale & occidentale regna iterum reduceret ſub imperium vnius.* Galli id vaticinium explicant de ſuis regibus: Auſtriaci de patriae imperatoribus. Suauia deliria & curae hominum otioſorum. Stulta philoſophia *Dantis*, *Angli iſtius*; & *Itali* de futuris pontificibus Romanis.

(f) De his in Habsburgiaco Auſtriaca genealogia *Lazius*, magno inſtrumentorum adparatu.

(g) Potiſſimus huius opinionis autor eſt *Vignierius* Gallus, quem latine edidit explicauitque Chifletius.

(h) Patronus & doctor huius ſententiae eſt *Guillimannus* in Habsburgicis.

(i) *Io. Lud.* SCHOENLEBEN in magno libro, quem de *origine Habsburgico Auſtriaca* ſcripſit idque ex inſtituto, *uiginti opiniones diuerſas* recenſet eorum, qui Habsburgicae gentis ortum docuerunt. Verum quinque opiniones primariae, reliquae ex his ortae ſunt, id quod tabula oſtendet, quam exhibemus.

lus V. Perleonios adgnatos ſalutauerit (*k*). *Quaeſtio contra* Lambecium, *an laeſerit maieſtatem, qui contra hoc ſcripſerit,*

Habsburgici Comites oriundi ſunt vel

- Fr. RR. Carolingis.
  - 23. Hermingarde.
  - 22. Lotharing. D.
  - 21. Lamprechto.
  - 20. Antwerp. March.
  - 19. Attico Alſ. Landgr.
  - 18. Griphone fr. Pipini.
- Fr. RR. Merovingis
  - 17. Theodorico.
  - 16. Sigeberto exule.
  - 15. Ottoberto exule.
  - 14. Oddoberto Prou. R.
- Germanis.
  - 13. Agilolfingis Boiis.
  - 12. Alſat. Landgr.
  - 11. C. Thierſtein.
- Burgundiae RR.
  - 10. Stirpis Francicae.
  - 9. Stirpis Gothicae.
- Vindoniſſenſ. Heluetiis.
  - 8. Nobili Heluetico.
  - 7. C. Altenburg.
  - 6. Praefectis Rom.
- a Perleonibus Italis & per hos
  - 5. Oſiride Aegyptiâ.
  - 4. Chamo Noae f.
  - 3. Fabiis Romanis.
  - 2. Regibus Troianis Italiae. Aniciis & Iuliis, ſtirpe Iul. Caeſ.
  - 1. Frangipaniis.

Feracíſſimâ ſeges doctarum nugarum, quae facilis eſſet ad augendum, ſi quidem animus eſſet, operam perdere in minutiis.

(k) Narrant hiſtorici Carolum V. non ſolum in Italia maiores ſuos Petros Leones ſiue Perleonios quaeſiuiſſe; ſed etiam, poſtquam Romani ejus nominis patricii illum acceſſiſſent ad viſendum, eosdem agnatos ſuos Caeſarem ſalutauiſſe. Sed eandem alii hiſtoriolam narrant de Brandeburgicis electoribus, qui hoc nomine compellauerint Romae *Columneſios*. Quicquid ſit, res geſtae non a principis imperio dependent: fruſtra igitur ſunt, qui ab eius credulitate aut partium ſtudio hiſtoricas metiuntur veritates.

Scioppius (*l*)? *De* Bucelini *ratione politica* (*), *Habsburgicos & Brandenburgico-Hobenzolleranos ad eundem ſtipitem referre* (*m*). *Quare tanti aeſtimetur genealogia* Vignerii *Viennae* (*n*)? *An* Auſtriacis, *e Francor. ſtirpe oriundis, jus hodieque in* Gallias *contra Capetingos* (*o*)?

§. III. Quamuis vero ſine dubitatione nemo definiuerit neque conditorem arcis gentilitiae, neque vtra inter quatuor ſit antiquiſſima: id tamen expeditum ſatis eſt, Rudolfum, qui e comite Habsburgico imperator eſt factus, non noua, ſed antiqua ſtirpe fuiſſe oriundum. Cum tamen vltra auum Rudolfi gentem illius ſcriptores eius temporis non protendant; cautius eſſe (a), credimus, ſi tenuiori

(l) Si maieſtas laeditur omni eo, quod principi diſplicet, nemo mortalium veritati ſtudet, quin capite & fortunis centies plectendus eſſe videatur. His artibus Romani Caeſares aut potius tyranni ſubditos vita ac bonis ſpoliarunt: cum facile eſſet illis, ad aliquid effingendum, quod miſeri ſubditi egiſſent in contemtum imperatoris. In hunc enim traxerant; ſi quis in cloaca numos, Caeſaris imagine ſignatos, non depoſuiſſet, antequam ligulas ſolueret & quae ſunt generis eiusdem.

(*) De uſu politico originum. In *diurnis Halenſibus* 1733. n. 26. exemplo id docuimus: quod gentes Auſtriaca; Brandenburgica; Welfica & Lotharingica in uno ſtipite conſpirent.

(m) *Kirchmeierus, Orator Vitebergenſium diſſertatione Academica explicuit hoc fine* origines, Auſtriacae & Brandenburgicae gentibus communes, *quo vtramque domum ad foedus ineundum excitaret, quod tum in votis Germaniae eſſe videbatur.*

(n) *Quod teſtimonium hominis Galli maximi fieret Auſtriacis, qui Habsburgicae gentis natales deduxerit a Carolingis.*

(o) *Si quidem* Puteani & Caſſani *filum conſecutionis trahendum eſt, qui vterque Capetingicis regibus ex hoc argumento omnes ditiones, Carolo magno poſſeſſas, tribuunt, quod Capetingi Carolingici ſanguinis eſſent propago. Ad ſenſus igitur diſputamus Gallorum.*

(†) Licet metuerit ſuis regibus ex hac doctrina Nic. Claud. Fabricius Peireſcius, uti Petrus Gaſſendus prodit in uita eius lib. 2. p. 100. Quedlinburg. 1706. 1708. 2. part. impreſſ.

(a) *Aliae genealogiae* politicum *vſum habent*, *aliae* hiſtoricum. *Certe* politici *uiri eſt, nihil ignorare, quod facit ad principis & aulae ſenſus alendos: ſed* hiſtoricus *vſque eo de omnibus dubitare debet, quouſque veritas non patet ex idoneis argumentis. Niſi hominibus doctis turpiter velit audire. Fruſtranea cenſura eſt* Schoenlebii part. 1. c. 19. §. 2. p. 155. *qui Didacum* Lequilium, *Auſtriacum ſcriptorem eapropter acriter reprehendit:* quod non facilior ſit in credendis genealogiis. **Wer nicht glauben könne, der tauge nicht, Geſchlechts-Regiſter zu machen.** Qui nimium timet,

nuiori C. Habsburgicor. fortuna relicta, epocham hiſtoriae a temporibus Rudolfinis exordiamur.

Dictum de nomine Habsburgi; an a Babone, Avendo, Habentibum, Habicht, aut aliunde? An argumentum antiquitatis ſit, origines neſciri? cauſae non proditarum originum Rudolfi (b). Ratio veterum, hiſtorias notandi nonniſi cum ſelectu: mores aliorum incuſati, qui res leuiſſimas notant cum Cordo, Romanorum Caeſarum ſcriptore.

Rudolf. n. 1218. m. 1291.

§. IV. Naſcitur RVDOLFVS Anno 1218. Patre Alberto. Sed qui a *comite* procreatus erat, nonniſi in *regia* educi formarique debuit: quod *mediocrem* natalium ſortem cum *ſummo honoris faſtigio*, fatis ſic iubentibus, eſſet commutaturus. Ea enim magnarum virtutum tirocinia poſuit, cum avitum adminiſtraret *comitatum*, vt Anno 1272. ordinibus noſtris dignus videretur, vniuerſo *imperio* praefici, ad perditam eius ſalutem cura ac virtute ſua reducendam. Neque fefellit ſuorum ſpem. Pacauit enim Germaniam, ciuilibus turbis miſere afflictam. Perduelles in ordinem redacti: bene meritis, quorum aequiſſimus aeſtimator fuit, praemia dignitatesque collatae. Validos *Auſtriae* (a) *Sueuiaeque* (b) ducatus genti ſuae intulit; *illo* ad natu maiorem

 Alber-

met, ne impingat, non agat geneagraphum. *Quaſi vero inter fabulas pulchras & hiſtorias tantum non eſſet diſcrimen. Produnt ſcriptores eius notae, quem animum adferant ad ſcribendum.*

(b) *De his actum eſt plene planeque in* capite primo *bibliothecae hiſtoricae.*

(a) *Fateor, me vix adſequi, quo iure factum ſit, vt Auſtria Rudolfo Caeſari obueniret.* Principio *enim Auſtria femineae eſt ſucceſſionis; aſt ſupererant, vltimo principe, Friderico, capite truncato Neapoli, plures ex eius ſtirpe oriundi cognati. Niſi dixeris, regulam tum in imperio feudalem obtinuiſſe:* feminam ſemel excluſam, ſemper excluſam permanere. Deinde *ducibus, Auſtriae regnatoribus extinctis, ius ſufficiendi alium ducem, ordinum eſſe, aiunt, quem imperii tantum nomine confirmare debuerit imperator.* Sed *forte preces Rudolfi, Auſtriam pro filio impetrandi, fuerunt cum Ordinum Auſtriacorum bona voluntate.*

(b) Sueuia *cum ſub Hohenſtaufiis, tum ſub ducibus antiquioribus aliis vniuerſa paruit imperio,* intermedio duce. *Nulli Sueuiae ordines tum fuere* immediati, Reichs-unmittelbar. *Qui ergo non iisdem iuribus filio ſuo Sueuiam impetrauit obtinuitque imperator? Notum enim eſt, filium Imperatoris Rudolfum iuniorem illam tantum Sueuiae* partem *accepiſſe, quae abſoluerat* ducis domanium.

Reli-

Albertum, hoc ad filium minorem *Rudolfum*, ordinum conſenſione auctoritateque, in qua maximum tum etiam momentum fuit, translato. Cetera, quae geſſit Imperator, alterius loci ſunt, inter differendum paucis attingenda. Fatis conceſſit laudatiſſimus princeps Anno 1291. dignus, vnde gens auguſtiora auſpicia ſumeret.

Quaeſtiones momentaque alia expedita. Educatio Rudolfi in aula Caeſaris ac regis Bohemiae Ottocari: diuinatio Aſtrologi de fortuna eius: ſtatua Rudolfina Argentorati: inuentio nauium portatilium: iura Habsburgicorum in Landgrauiatum Alſatiae, qui eis hereditate obuenit: cauſae electionis ad imperium; faſtus Ottocari, fauor Pontificis, amicitia cum Moguntino, virtus militiaque Rudolfi, commendatio inprimis Burggrauii Norimbergici. Congreſſus Papae cum eodem: cauſae dilati itineris in Italiam: vicariatus Italiae quid? Ius Ottocari Boh. R. in Auſtriam, Stiriam, Carinthiam; *an in illis doti, in hac emtioni locus? & quid demum poſſeſſio? an Auſtria* maſculina? *an Carinthia ſit* allodium? *ſiuane, an ordinum auctoritate feuda imperio aperta, concedere ſuis potuerit imperator? an* Bauaris *ius* reunionis *competat in Auſtriam inde auulſam? Norimbergenſis Burggrauiatus an tum primum hereditarius? obſervatio, Regiae ſtirpi Poruſſiae Auſtriacos omnia ſua incrementa debere: linguae Latinae an tum locus in publicis conuentibus? Ius legationis in cauſis imperii penes quem? ſpecimen inueſtiturae Reg. Bohemiae; pietas Rudolfi, & XIV. praeliorum victoria, glorioſa tandem mors.*

Albertus n. - - m. 1308.

§. V.

Reliquos Sueuiae ordines omnes epiſcopos, comites, nobilitatem, ciuitates & pagos *Caeſari imperioque, absque intermedio duce ſiue principe, paruiſſe, ita vt neque iuniori Rudolfo neque Auſtriacis ducibus poſtea aliis aliquid in eosdem iuris ſupereſſet.* Aus denen ehmaligen Landes-Ständen des Hertzogthums Schwaben, wurden lauter unmittelbare Reichs-Stände. *Quare etiam Auſtriae duces poſtea dubitarunt* Sueuiae ducis *titulo vti, in quam, poſt domanium, nihil iuris haberent. Scilicet, in re obſcura ita coniector: quin iunior Rudolfus* omnem Sueuiam, *imperio tum apertam, impetraret, has cauſas fuiſſe.* Primo, *quod vti neque Boiis; ita neque Sueuis dux obtrudi poterat inuitis: aſt hi nulla ratione moueri potuerunt, vt ducem vellent, poſtquam mutuo ac communi foedere ſibi conſuluiſſent.* Deinde *ipſe Caeſar Rudolfus facilius ab hoc ſibi deſiderio temperauit, partim, quod deſperaret, aliquid obtinere Sueuicis ordinibus inuitis: partim quod vno tempore* duos *imperii* ducatus *familiae inferre, rogatio & nimia eſſet & inuidiae pleniſſima.*

§. V. Viuo patre Albertvs Avstriam poſſidebat; *Sueuiam* frater *Rudolfus.* In huius filio *Iohanne* cum defecerit iam genus A. 1313. non eſt, quod ei immoremur. Albertus vero Auſtriacae gentis propagator (a), immemor humanitatis paternae, qua creuerat domus auita, ſaeuis conſiliis eam atterit minuitque. *Auſtrios* dure habendo per-

(a) *Non exiſtimo praeter rem fore, ſi tabulam exhibuero Habsburgicorum comitum, illorum quidem, de quorum ſucceſſionibus in Habsburgico comitatu ex idoneis conſtat monumentis:*

Luitfriedus C. de Habsburg 902.			
Hundfrid. 918. Guntramus 945. Vx. Itha. Cunzelinus m. 971.	*Luitfr. C. Sundgoviae* Vx. C. Sonneberg.	*Hugo C. Egesbem.*	
Rabbot m. 1027. Vx. Itha Lotharing.	*Rudolf. I. Vx. C. Froburg.*		
Werner 1096. Vx. C. Nellenberg.	*Albert, 1052.*	*Otto m. 1046.*	*Richeriza Vx. Bad.*
Otto II. m. 1110. Vx. Hilla Pfirt.	*Werner. ep. Arg. 1078.*	*Albert. m. 1141.*	*Itha. Vx. Thiers.*
Wernerut 3. m. 1159. Vx. Itha Homberg.	*Rudolf. 2.*	*Adelheid Vx. Henneberg.*	
Albrecht 3. m. 1199. Itha Pfulendorf.	*Gertraud. Vx. Mompelg.*	*Richenza. Vx. Pfird.*	
Rudolf. 3. m. 1232. Vx. Agnes. Hohenſtauf.	*Itha C. Leiningen.*		
Albert. 4. etiam Landgr. ALSATIAE Vx. C. Kyburg.	*Rudolf. 4.* ſtirps extincta in Ioh. IV. 1417.	*Wern.*	*filiae Vx. Frob.*
RVDOLF. 5. Caeſar. m. 1291.	*Alb. m. 1256.*	*Clementia Vx. Burg. Norib.*	
Albert. 5. II. Caeſar m. 1318. AVSTRIAE *Stiriae*, Carniolae D. Vx. Eliſabetha Carinthiae D. ſ.	*Rudolf. D.* SVEVIAE *Vx. Agnes. Boh. R. f.* || *Johannes n. 1289. † 1313.*		

perduelles fecit, & ſuo & ſubditorum (*) damno *Habsburgicorum* animos ciuiumque imperii in *Heluetiis*, plus habendi cupidine, tam grauiter offendit, vt neque poſteris ſuis vnquam iterum poſſent conciliari. *Imperii* faſces ſerius accepit, quod duris moribus eius pariter erat tribuendum. Tandem cum *Sueuiae* etiam ducatum ex fratre nepoti ſubdole eripere vellet: hoc facinore ipſam vitam violenta morte amiſit A. 1308. Quo triſti euentu, ſi quid iudico, fata docere voluerunt: Auſtriam non violentiae impetu; ſed probitatis commendatione aſcenſuram.

Dictum de cauſis, ſucceſſu euentuque bellorum. In Auſtriaco, *quod* 1) *Sueuicam gentem Auſtriacis praeferret;* 2) *Sueuorum conſiliis ſubditos male haberet; Auſtriaci contra priuilegia vrgerent Tiberii, Henrici IV. & VI. Friderici I. & II. Rudolphi imperatorum* (b); *Auſtriacorum animos Ottocari R. exemplum firmaret, ob durum ac ſaeuum regimen eiecti. In* Bohemico *mortuo Wenceslao, de pactis, mutuae ſucceſſionis dictum, quae inter*

(*) Viennenſes praecipue facti fuerant rebelles, quod Albertus priuilegia eorundem uocauerat in dubium & adminiſtris utebatur Sueuis peregrinis. Cum ordines prouinciales urgerent iura indigenatus. Exitus fuerat hic, ut deuicti ciues arbitratui cederent uictoris, omnibus priuilegiis amiſſis, quae dentibus lacerauerat princeps. LAZIVS in hiſtoria Viennenſi de his ex inſtituto. Idem in AVSTRIA; idem in STYRIA ſuſceptum conſilio & exitu eodem. GERHARD. DE ROO in annal. rerum belli domique ab Auſtriacis Habsburg. gentis principibus a Rudolpho I. ad Carol. V. geſtar. qui liber olim Oeniponti 1592. & in linguam noſtram vernaculam per Conradum Dietzen von Weidenberg; hic Decius ſive Dietz de Weidenberg iamiam antea Latinae editioni vltimam admouit manum. Et praeferenda eſt haec verſio originali, quia hic non tantum magnus numerus inſignium quae alibi fruſtra quaeſiueris, & quidem cum galeis occurrit, verum etiam tot effigies, affabre ligno inciſae, vbi ſimilitudo & veſtitus horum temporum in conſiderationem venit, apparent. Fallit itaque Gundlingius in praefatione Editionis Latinae ſecundae, de hac germanica verſione iudicium ferens, quod latina eam multis paraſangis poſt ſe relinquat. Verba haec ſunt Adami Friderici Glafey in Biblioth. Rinckiana Part. III. L. III. C. III. Sect. II. Membr. IV. p. 396. n. 3313. & 3314. (fol. translatus, Auguſt. Vindel. 1621.) impreſſus, denuo autem propter raritatem Hal. Magd. 1709. ſuaſore; qui praefationem praemiſit, Gundlingio recuſus eſt. Fuggerus, alii.

(b) *Quae omnia plene exhibentur a Fuggero in libro ſecundo hiſtoriae Auſtr.*

inter Auſtriacos & Bohemos tempore imperatoris Rudolfi facta initaque eſſe dicuntur (c). *In* Germanico *contra Anti-Caeſarem* Adolfum, *de veritate dicterii iudicatum; Albertum auarum, ſaeuum ac leuem eſſe.* *In* Heluetico *plura memoratu digna eruenda ſunt; de conſilio Alberti in* Heluetiis regnum *condendi (e). Propterea enim Habsburgicum comitatum ad inuidiam vicinorum dilatauit; Landuogtiam imperii per omnem Heluetiam, ordinum Germaniae conſenſu, genti ſuae intulit; Epiſcopos Abbates, nobiles ac diuites quosque nummorum, dignitatum, munerumque ampliſſimorum ſpe eo adduxit, vt praedis ſuis ſponte cederent; tandem, dum vi quoque, armis, minisque priſtinae libertatis amantiores aggredi vult, vniuerſos hoſtes experitur, tanto bello neque par neque diu ſuperſtes. Breui enim poſt a Iohanne, ſuo ex fratre Rudolfo nepote, occiditur. Ex vna ELISABETHA TIROLENSI* XXVI. liberorum parens, *dignum notatu, quod nullum hodie Europa regem, paucos vero principes habeat, qui non ex eorum aliquo recta linea deſcendant. Quod MEGISERVS oſtendit in libro peculiari in* 8.

Frider. n — m. 1330.

§. VI. In numeroſa prole, quam reliquerat Albertus, FRIDERICVS ſucceſſit, cognomento *pulcher*. Tenuit enim ſolus Auſtriacas regiones, fratribus in *comitatus miſſis.* Quae-

(c) *Filius enim eius primogenitus* Rudolf. *m. 1307. factus eſt rex Bohemiae, extincta maſcula ſtirpe Ottocari in Wenceslao 7. an. 1307. quo anno etiam morte praeuentus eſt. Eo tempore de Bohemiae R. tres certarunt, 1) Noſter, 2) Dux Carinthiae, 3) Dux Luxenburgicus.* Pimus *ob pacta ſucceſſoria inita ſub Ottocaro cum Habsburgico-Auſtriacis:* alter & tertius *intuitu vxorum, quae vltimi regis fuerant ſorores. Lumen accipe ex tabula:*

OTTOCARVS anticaeſar Rudolfi occiſus 1278.

Wenceslaus R. m. 1305.	Vx. Iutha Rud. I. Caeſ. filia.	
Wenceslaus occiſ. 1306.	Anna Vx. Henrici Carinth. Duc. Ideo regni *aemulus* m. 1310.	Eliſabetha. Vx. Ioh. D. Luxenburg. victo aemulo regnum transfert in poſteros 1311. Carolum IV. Caeſarem, & qui eum ſunt ſecuti.

(e) *Inde illum Heluetii hodieque in ſuis annalibus ſarcaſtice adpellant* den Schweitzer-König.

Quaeſitum eo tempore de iure ſuccedendi in *regnum BOHEMIAE*, ſed temperauit ſibi ab hac lite noſter (*): quamuis pacta gentilitia aliud ſuadere viderentur. Henrico Luzeburgenſi mortuo, ſuper *imperii diademate* cum Ludouico Bauaro iure contendit. Quae *pacta* caeſus captusque fecerit; in eo ſcriptores ſibi non conſtant. Anno 1330. *improlis* mortuus, fratri locum ſuccedendi fecit in Auſtria.

Laudata Auſtriacae gentis olim conſuetudo, qua non ſolum primogenito, *ceteris excluſis, ius ſuccedendi fuit: ſed in hoc ſolo dignitas manſit* ducalis *auita, reliquis fratribus inter* comitum *honores tituloſque ſubſiſtentibus (a). Inſtabilis eo tempore erat in*

(*) Clarioris doctrinae cauſa addo tabulas genealogicas:

Ottocarus
m. 1278.

Wenceslaus m. 1305.	Vx. luta Rudolfi imp. filia.	
Wenceslaus VII. occiſ. 1306.	Anna uxor Henrici Carinth. Duc. qui regnum inuaſit: ſed reliquit, 1) quod Auſtriaci poſtularent; 2) diſſidia inter duos generos; 3) ordines mallent electionem.	Eliſabetha uxor Ioannis Luxemb. C. qui procerum decreto Rex electus 1311. ‖ Carolus IV. Imp.

Auſtriaci urſerunt pacta Ottocari & Rudolphi imperatoris, ut maſcula ſtirpe extincta, ſuccederent Auſtriaco Habsburgici. In his primogenitus erat Rudolfus, qui etiam Bohemos coegit, vt eum agnoſcerent regem: ſed, eo mortuo 1307. voluit ſecundogenitus Fridericus pulcher litem proſequi. Vt adeo, Auſtriacorum indulgentia, obueniret Bohemia Luzenburgicis.

Auſtriaci
Rudolfus imp.

Albertus.		Rudolfus.
Rudolfus R. Bohem. † 1307.	Fridericus pulcher, qui noluit controvertere de regno Boemiæ. Quod ideo obtinuere Luzenburgici.	Iohannes.

(a) *Imo ne in hoc quidem gradu fuere conſtituti, cum non ſolum conſtet, poſtgenitos* Iungherrorum *tantum nomine adpellatos eſſe; ſed etiam, comitatu forte fortuna acquiſito, ipſos demum* comitis dignitatem

in Bohemiae regno & fortuna, & ſucceſſio. Naſſouii, Lucemburgici, Carinthii, Boii, Morauique iure matrimoniali vtebantur: Auſtriaci pacta mutuae ſucceſſionis *allegabant feminea excluſa ſtirpe.* Sed noſter fratre Rudolfo Bohem R. Anno 1307. mortuo, controuerſiam, accepta pecunia, reliquit. *Quae Caeſar egerit, ac paſſus fuerit, alibi docetur. Huius loci eſt quaeſtio, vtrum pacta de imperio* communi *iure regendo facta ſint inter Fridericum & Ludouicum? an vero, quod Boici ſcriptores tradunt, Fridericus & renunciauerit imperio, & pro ſe & ſucceſſoribus promiſerit, ſemper ceſſuros Auſtriacos, quoties eis* cum Bauarica *domo ſuper imperiali diademate foret* contentio. *Dictum de fratribus* Leopoldo & Henrico *fidiſſimis ſociis calamitatum Imperatoris. An Ganſii aduerſio vera, Fridericos Auſtriae eſſe fatales? De priuilegio actum Henrici VII. Imperat. quo Auſtriacae genti nouo iure Sueuiae Ducatum* (b) *conceſſerit; quod habent Fuggerus, Lazius, de Roo, alii.*

Otto frater m. 1339.

§. VII. Fratrem excepit OTTO cognomento *iucundus* (*) Princeps, quem iocis Auſtriacorum facultates regionesque auxiſſe ſcribunt. *Carinthiae* ducatum, extincta ſobole maſcula in Henrico, Anno 1333. accepit (a), ſiue Ludouici

gnitatem *accepiſſe.* Vti infra in Biblioth. Script. Princip. German. docebimus.

(b) *Non tamen alia ratione aut iure, quam factum fuerat ſub Rudolfo primo. Vt adeo non tam dux Sueuiae eſſet, quam princeps Sueuiae aut dux in Sueuia. Neque etiam Auſtriaci maius quid ſibi poſtea in Sueuis adrogarunt. p. 135.*

(*) *Aluit duos moriones Wigandum* von Rheben & *Neidhartum* Fuchs den Bauren-Feind, einen Francken. *Prioris extant nugae in litteris publicis.* Fugger. *lib.* 3. c. 5. p. 317.

(a) Henricus, *vltimus* Carinthiae *Dux & Comes Tirolenſis an.* 1331. *filiam reliquit Margaretham* Maultaſchiam. *Haec, quamuis omnem patris ditionem ſibi adrogaret, non tamen efficere potuit, vt cum* Tirolio *etiam* Carinthia *ipſi tribueretur. I. Adlegauit quidem illa* 1) *Carinthiam ſucceſſionis eſſe* promiſcuae 2) *eandem ei faciem, quae* Tirolenſi *comitatui.* 3) *Parentis vltimam ita diſpoſuiſſe voluntatem. II. Contra IMPERATOR Ludouicus Bauarus Carinthiam habuit pro* feudo aperto; *quod* maſculinum *eſſet, a comitatu Tirolenſi* alienum; *neque feudorum* ſucceſſiones *penderent a* voluntatibus *vaſallorum. III. Margarethae maritus, Iohannes Henr.* Morauiae *Dux, Bohemiae regis Ioh. filius & Iodoci Moraui Caeſaris parens pariter cum vxoris cauſa Carinthiam poſtulauit, tum ob pacta, Ottocari R. Boh. cum Carinthiae Duce Vlrico*

douici Imperatoris beneficio, ſiue priſtino Meinhardi Carinthiae ducis cum Auſtriacis pacto. Vrbes etiam *Schaffhauſen*, *Rheinfelden*, *Neuburg*, *Briſacum*, titulo oneroſo eiusdem conceſſione Imperatoris eidem obuenerunt (b), e matricula imperii exemtae. *Colmariam Burgouiamque* tum Auſtriacis acceſſiſſe quorundam fide conſtat. Obiit A. 1339.

De faceto ingenio huius Principis. Praetenſio *in vtramque partem euoluta inter Maultaſchiam Tirolenſem Carinthiaeque, vt volebat, heredem, & hunc noſtrum principem Ottonem. De iure reluendi oppignorata imperii inter differendum, exponam.*

§. VIII. Singulis tandem, Alberti I. Caeſaris filiis cum poſteritate eorundem extinctis praeter omnem mortalium ſpem minor natu, eiusdem nominis ALBERTVS II. vnus

rico II. qui anno 1267. illum pacto nominauit, ſi improlis decederet, ſucceſſorem. Tabula habetur apud Thom. Ioh. Peſſina de Czechorod. *in libro, qui inſcribitur: Mars Morauicus Prag. 1677. fol. ed.* lib. 3. c. 7. & Bohusl. Balbinum Miſcellan. hiſtoric. Regn. Bohemiae vol. 3. p. 15. *In huius autem iura Bohemici ſanguinis principes putabant ſe ſucceſſiſſe. Veruntamen repoſuerat imperator: teſtamentum illud effectu caruiſſe, neque etiam fieri potuiſſe, inſcio domino feudi directo, imperatore; imo illegitimum etiam propterea fuiſſe, quod* filias *habiles dixiſſet ad ſuccedendum in feudo Carinthiae. IV. Auſtriacis ergo tum ducibus* Carinthia *obuenit. Illi enim 1) ab imperatore Ludouico IV. Carinthia, ceu feudo imperio aperto, donati &* inaugurati ſunt *Anno 1333. Deinde 2) etiam pacta ſucceſſoria adlegarunt, quae olim Rudolfus Habsburgicus cum Meinhardo Carinthiae duce iniuiſſet 3). Praeterea voluntates ſubditorum Carinthiae fuerant pro Auſtriacis. At ſupra dixi, quantum olim momenti ordinibus prouincialibus fuerit in nouo ſurrogando duce territorii. 4) Quibus omnibus demum acceſſit, quod Auſtriacis facta inauguratio Carinthiae, decreto comitiali confirmaretur. 5) Ad extremum etiam iuri ſuo Bohemi nuntium miſere poſtquam Dux Auſtriae Otto, Aunam Ioh. Boh. R. filiam in matrimonium petiiſſet. Quamuis igitur poſtea* Margaretha Maultaſchia, *dimiſſo ob impotentiam marito, Morauiae marchione, filio Caeſaris Ludouici Bauari*, Ludouico Brandenburgico *tum Marchioni eo fine nupſiſſet, vt omnia ſucceſſionis iura in Boioariae domum transferret isque* V. quinto *loco in contentionis de Carinthia factae veniret ſocietatem: Carinthia tamen Auſtriacis ſemel conceſſa ab iisdem non potuit auelli, apud quos ille principatus perpetuo iure remanſit.*

(b) Fuerat in hoc numero quoque Tigurum, ſed hanc poſt Caeſar cum Briſaco commutauit. Summa aeris, quam ſoluerat Otto pro his ciuitatibus, erat 20000. aurei.

vnus Auſtriacae ſtirpis exiſtit propagator (a). Ordinem is ſacrum, cui diu iam adſcriptus vixerat, pontificis voluntate, reliquit (*). Socero ſuo Vlricho, *Pfiretarum* Comite, defuncto (b), eundem comitatum ſuae

B gentì

(a) Clarioris doctrinae cauſa addo tabulam genealogicam principum Habsburgico-Auſtriacorum.

Albertus Caeſar. m. 1308.

Rud. rex Boh. 1303. † 1308. | FRIDERICVS Caeſ. m. 1330. | Leopoldus † ab Helv. occiſ. 1326. | ALBERTVS m. 1358. | Henricus m. 1327. | OTTO m. 1339.

OTTO: Frid. 2. † 1344. | Leop. 2. † 1344.

ALBERTVS: RVDOLF. † 1365. | ALBERT. 3. m. 1395. | Leop. occ. 3. Sembac. 1386. | Frid. 3. † 1362.

ALBERT. 3.: ALBERT. 4. m. 1404. || ALBERT. 5. Caeſar 2. m. 1439. || LADISLAVS † 1457.

Leop. occ. 3.: WILH. † 1406. | FRIDER. 4. m 1439. || SIGISM. † 1496. | ERNEST. m. 1424. | LEOP. † 1411.

ERNEST.: FRID. 5. Caeſar m. 1495. MAXIM. I. Caeſar m. 1515. Poſteros ſuo tempore. | ALB. 6. † 1463.

(*) Paſſauienſis epiſcopatus ſacrum collegam ſeu canonicum fuiſſe, adfirmant. Quod negat FVGGER *lib. 4. c. 8. p. 337.* Quoniam aliud eius hiſtoriae fundamentum non ſit, quam titulus *reuerendiſſimi*, quo ipſe fuerit adpellatus. Sed hoc uerbum, iudicio *Fuggeri*, etiam tributum eſt ſecularibus. Alii tamen non ſolum *canonicum*, ſed etiam paulo ante *epiſcopum* electum eſſe, uolunt, quam ſacris ordinibus mitteret nuntium. VLMENSIS anonym. p. 78. ubi prouocatur ad confirmationem Papae Ioh. XXII. in epiſcopatu. Etiam aliud exemplum relicti ordinis ſacri habemus in noſtri fratre HENRICO. Fuerat enim ipſe Canonicus & Coadiutor *Moguntinus*: uerum 1323. nuntium mittit ſacris ordinibus & uxorem ducit *C. Kyburgenſem.* Anonym. Vlmenſ. p. 86.

(b) *Comitatus* Pfyrt, *Baſileae vicinus, principio vel allodialis fuit, vel tamen feudum, Sueuiae ducibus addictum. Sueuiae ducatu,*

genti attulit, ſiue Caeſaris beneficio, ſiue etiam ceſſione antiſtitis Baſileenſis & Montbelgardi Comitis; cuncta enim haec conſpirare malebat noſter, quam vel una in parte eum incerto iure niti. *Rapperſweyl* & *Wandelberg* praefecturae eidem legatae fuerant. Eodem poſt iure a Klingenbergenſibus Dynaſtis inter alia *Stayn* relicta: quo vtroque in bellis Helueticis excidit, recuperandi tamen ſpe nunquam depoſita. Mort. An. 1358. aetat. 70.

Iura controuerſa de Pfiretenſi *comitatu ex vtraque parte oſtenſa; tum generatim aduerſum, quam varia iura ſint Auſtriacis*

catu, morte Cunradini extincto, Comes Pfyrtenſis Theobaldus *an.* 1271. *Baſileenſi epiſcopatui comitatum in feudum obtulit. Partim, quod in motibus interregni ſibi vtile fore crederet, ſi ſacroſanctae eccleſiae ſubeſſet; partim, quod epiſcopus dominii directi cauſa comiti ſolueret* mille marcas *argenti. Cum ergo vltimus eius ſtirpis comitum*, Vlricus *an.* 1324. *ſine maſcula prole obiiſſet; ſucceſſionem in* Pfyrtenſem *comitatum ſibi varii adrogarunt. I. Epiſcopus Baſileenſis, quod feudum maſculinum epiſcopatui apertum fuiſſet. II. Superſtites filiae 1) quod eccleſiae feuda eſſe viderentur promiſcua 2) ea indoles quoque feudorum eſſe ſoleret oblatorum 3) epiſcopus, papa conſentiente, viuo patre Vlrico, ſucceſſionem promiſiſſet filiabus. III. Auſtriaci duces, quod Pfyrtcomitatus pars ditionum Habsburgicarum eſſet, in quem ipſi* agnationis *iure ſuccedere poſſent, qui neque in feudi oblationem conſenſiſſent; neque filiarum ſucceſſioni alium locum darent, quam in ſubſidium, extinctis maſculis agnatis. Tandem lis haec matrimonio compoſita eſt. Albertus enim Auſtr. dux* Iohannam *Pfiretenſem ea lege in matrimonium accepit, vt* Pfyrt *Auſtriae accederet, ipſe vero vxoris ſorori Vrſulae ſolueret octo millia aureorum.*

Vlricus C. Pfyrt, m. 1324

Iohanna	Vrſula.
vx. Alberti II. Auſtr. D.	dote contenta.

Perdurauit Pfiretarum comitatus in dominio eſſe Auſtriacorum, vſque dum an. 1648. in Monaſterienſi pace comitatus Galliae R. addiceretur: inuito quamuis domino directo, Baſileenſi epiſcopo. Qui non ſolum alienationi ſe oppoſuit: ſed etiam facile agnouit, Galliae regis animum ab illa religione valde alienum eſſe, quae reges redderet epiſcoporum vaſallos. Vtroque igitur nomine imperium in comitiis implorauit epiſcopus, vt ſibi aliunde damnum reparetur, quod reipublicae cauſa accepiſſet. Scriptum eius argumenti extat in vernacula in 4.

ſtriacis in Heluetias (c). *Quaeſtio, an ſine diſcrimine tabulae Monaſterienſes loquantur. Notatio hiſtoricorum, quod Albertus in templo Choragum egerit, factus iam tot regionum princeps. Inſignis terrae motus Styriam, Auſtriamque afflixit. Templi & Academiae Viennenſis initia* (*).

Rudolfus n. 1339. † 1365. Frid. † 1362.

§. IX. Parentem quatuor filii ſequuntur, RVDOLFVS, FRIDERICVS, ALBERTVS, LEOPOLDVS. Vtrum *communi nomine*, quod Lazius vult; an, diuiſis inuicem partibus, Auſtriam rexerint, vt Fuggero videtur, non definiuerim. Id conſtat, primum *Auſtriam*, (altero Friderico ſcilicet morte ſublato) tertium *Styriam*, quartum *Sueuiam* Alſatiamque ſibi adminiſtrandam ſumſiſſe. *Rudolfus piarum donationum* cauſa *fundator* audit. Neque tamen attriuit reditus ſuos, ſed inſigni acceſſione auxit. *Tirolenſem Comitatum* cum pleno iure, ſiue teſtamento Margarethae Maultaſch; ſiue iure matrimoniali, quod Cuſpinianus tradit; ſiue beneficio ſoceri ſui Caroli IV. Imperatoris (†), vt mea fides eſt; ſiue cognatico etiam iure; aut, quod ordines Tirolenſes eum in votis habuerant,

B 2 Au-

(c) Principio enim in Helvetiis ditiones habuerunt Auſtriaci 1.) qua Habſpurgici comites 2.) deinde legatorum, emtionis, donationis, permutationis aliisque modis alia plura poſt tempora Alberti II. Caeſaris acquiſiuerunt. Prima itaque in tabulis Weſtphalicis ceſſa fuiſſe: non poſtrema. Imo addunt, dubium eſſe, quid intelligi debeat in tabulis pacificatoriis per *cantones*, quorum limites deſcripti non ſint: & magis dubium, qui *cantonum* tum habiti fuerint *foederati?* Sermone habeo primarii adminiſtri, *Riſuicenſes* tabulas eo articulo, quo ſub pace Heluetii comprehenduntur, largius loqui, quam vel Auſtriaca iura velint vel imperii. Aequum igitur imperii iuribus interpretem illa non *diſpoſitiue*, ſed *narratiue* intellecta velle, idque ad ſuggeſtionem Heluetici delegati.

(*) De academia Viennenſi Lambecius late egit. Vnde conſtat, archiducem ſuo inſtituto condidiſſe; nullo Caeſaris priuilegio.

(†) Amicitia Caroli IV. ipſi multum profuit. Ita enim Boiis ſemper fuerat ſuperior: ita priuilegium conſecutus eſt de *non adpellando* in Auſtriacis. *Vlmenſis* anon. p. 94. 95.

Auſtriae annexuit (a). *Taruiſianam* quoque Marchiam, *Forum Iulii*, *Pfeiſcheldorf*, & pauca alia, quomodo acceperit, inter differendum exponam (b). Auctor *Cryptographiae* dicitur, qui neque alio nomine vlla diplomata, quam his verbis ſubſcripſerit, *hoc verum eſt.* Obiit Anno 1365.

Albert. m. 1395. Leop. m. 1386.

Mortuo autem ſine liberis Rudolfo, ſuperſtites fratres, *Albertus* & *Leopoldus*, Auſtriacas regiones, priuatorum diſſidiorum cauſa, contra pacta maiorum, *inuicem partiuntur.* ALBERTO Auſtria, Styria, Carinthia, Carniolaque cum Marchia Vinidorum Taruiſianaque contigit: LEOPOLDO Tirol, Burgau, Sueuia, Heluetia, Sundgouia, Briſgouia, Pfyret, Alſatiaque. Vtriuſque nunc

(a) Tabula rem illuſtrabit, quam exhibemus:

Mainhardus m. 1296.
Dux Carinth. Meraniae, Tirolis

Albertus	Ludov.	Otto	Henr.	Eliſab.	Adelh.	
m. 1292.	*† 1305.*	*m. 1347.*	*m. 1331.*	vx. Alb. I.	vx. Frid.	
‖			‖	Caeſ.	Miſn.	
Margaretha		Margaretha		‖		
vx. Frid. 4.		vx. 1) Moraui		Rudolf.		fratres Auſtriaci.
Burggr. Norib.		2) Boii 3) non		Leop.		
		Auſtriaci D.		Alb.		
		m. 1366.		Frid.		
		Mainhardus				
		† 1363.				

Rationes itaque vtiles cum argumentis iurium concurrebant. Scilicet 1) cognatio in feudo promiſcuae ſucceſſionis, quamuis in quaeſtionem venerit etiam tum, quid iuris in feminae deſcendentium, quae ſemel eſſent excluſae. 2) Maultaſchiae, filio ante illam mortuo, commendatio & teſtamentum. 3) Ordinum Tirolenſium prona voluntas in Auſtriacos. 4) Conſenſus Caroli IV, male cupientis ducibus Boioariae, competitoribus ob pacta dotalia, a Caeſare confirmata. 5) ratio ficta erat matrimonium Rudolfi cum Mauitaſchia.

(b) Beneficio ſoceri ſui, *Caroli IV. Caeſaris.* Cui acceſſit, quod omnes hae ditiones Carinthiae quondam partes fuiſſent, a Venetis auulſae. Vtilius autem eſſe videbatur, recuperandi iura Caeſaris m. iudicio confirmari. Cum vero priſtinis Carinthiae limitibus neque dum ſatis fecerint Veneti: aeternae illis aemulationum & diſſidiorum cauſae erunt cum Auſtriacis. *Laz. lib. 2. p. 236.*

nunc vita resque geſtae recenſendae. *Albertus* cum *trica*, princeps erat, literarum amans, cultor artis mechanicae. Viuebat igitur in otio, & de praeclaris viris bene merebatur. Vaſallo com. *Schaumburgenſi*, *non bellis*, ſed autoritate ſententiaque imperatoris, in ordinem redacto (c), obiit A. 1395. Alia mens *Leopoldi* fratris, quem III. aut probum dicunt. Is, ob ſobolis multitudinem, modo memorata diuiſione non contentus, fratri ternis vicibus nouas ſubinde *regiones* extorſit, dilatauitque ſuas. *Friburgum*, (*) ſpontanea deditione facta, occupauit; *Veldkirch*, *Pludenz*, *Heiligenberg* a Montfortii comite parata pecunia emit (d). *Sueuiae Landuogtiam*, cum aliquot oppidis, ab Imp. Wenceslao oppignoratam ſuae ditionis fecit (e). Venetorum etiam liberalitati

 ciui-

(c) Is enim territorium formare voluit in territorio Auſtriaco, Boioariae duce ipſi patrocinante. Lis haec commiſſariis demandata, quorum ſententia non ſolum Schaumburgenſis Auſtriae ducum habitus eſt Landſaſſius; ſed etiam *Atergau* cum adiacente lacu, caſtra porro *Camer*, *Fichtenſtein*, *Neubauſen* addicta ſunt Auſtriacis an. 1366.

(*) Alii dicunt ab *Egone* comite ipſum aere redemiſſe Friburgum: alii Friburgenſes a comite deſciuiſſe. Vlmenſis anon. p. 104.

(d) Merces 36000. florenorum fuit, qua a Rudolfo comite Montfortii emit Feldkirchen; ab Alberto comite Werdenbergico Pludenz, & Heiligenberg, loca quondam comitatuum nomine inſignita An. 1375.

(e) Diploma habes apud Fugger. lib. 3. c. 8. p 359. ſumma pecuniae fuit quadraginta millia florenor. Illud ſingulare etiam eſt, quod in eodem diplomate Auſtriacis datur *expectatiua* ſeu ſpes ſuccedendi in feuda, quae imperio in Sueuiae Landuogtia fuerint aperta. Die Lehn-Güter, welche in denen Schwäbiſchen Land-Vogteyen uns oder dem Reich ledig würden, die haben wir ihme und ſeinen Erben ewiglich verliehen. Additur etiam Auſtriacis in eodem diplomate ius, *oppignorata* imperii *in Sueuiae ſuperioris & inferioris* Landuogtia reluendi. Ceterum Landuogtia haec quondam penes Boioariae duces eodem iure fuit, quo illa nunc delata eſt Auſtriacis (†).

(†) Conferri poſſunt duo opuſcula, 1) wider die Land-Vogtey. 2) vor die Land-Vogtey. *Ludewig* de Sueuiae Landuogtiea in quadrurbe.

ciuitatem *Treuis* debuit (f). In quo rerum augmento cum animus ei creſceret, ad Heluetios tandem in ordinem redigendos; cruenta clade in Sembachenſi praelio perit A. 1386.

Dictum de incrementis Academiae *Viennenſis*, *& nobilitate templi & eccleſiae cathedralis S. Stephano ſacrae.* Rudolfum *ſolum rexiſſe, probant pacta auita; inueſtitura Caeſaris; conceſſio priuilegiorum; titulus; teſtimoniaque ſcriptorum. An priuilegium, de* non adpellando, Auſtriacis dederit *Carolus IV? an idem ad prouincias vniuerſas? De* praetenſione *Bauari in Comitatum* Tirolenſem. *Expedita iura; res etiam pactis Scherdinganis compoſita* (†). *In regimine Alberti notari meretur* die Zopffgeſellſchafft, *& opera mechanica principis, quae aſſeruantur* Laxenburgi (*). *In* Leopoldo *diploma oppignorationis* Landuogtiae *explicatum. Quare in eo clauſula de non* niſi ab imperatore *reluendo? Venetorum etiam cum Auſtriacis circa limites contentiones doctae. Praelii* Sembacenſis *hiſtoria cum cauſis euoluta.*

§. X. Semel a fratribus Alberto ac Leopoldo regionum Auſtriacarum *diuiſione* facta, eadem deinceps *in utriuſque* Principis filiis, poſteriſque continuauit, donec una aut altera interdum linea extincta, ſub ditionem vnius cuncta iterum redirent. Vt genus vtriuſque nunc proſequamur, a ſeniori auſpicabimur. ALBERTO IV. quem vnicum filium reliquerat eiusdem nominis parens, iuſta querelarum materia fuit *de tenuitate portionis auitarum regionum.* Genitoris facilitatem filio damno eſſe in illis iuribus non poſſe, argutatus, quae nulla vltimi poſſeſſoris voluntate, ſed ſanguinis ratione unice niterentur. Ne tamen in *manes genitoris peccare* videretur, *Carniola* reddita, eadem & Auſtria, quam a parente acceperat, acquieuit.

(f) Veneti enim a Paduano principe aliisque aemulis eorundem in Italia bellis fuerant impetiti, quibus cum accedere vellent Auſtriaci, ducis animum *Teruiſianae* vrbis donatione pacarunt. Breui autem poſt vendiderunt eam pro *tonna auri Auſtriaci*, quam Veneti mox redemerunt.

(†) In quibus cum *Bauari*, tum *Goerizii* nuntium miſere omnibus poſtulatis.

(*) Cuius arcis fuit conditor.

quievit. Sed hanc pietatem diuina benignitas largiter remunerauit. *Reduci enim e Palaeſtina*, de quo itinere inter differendum, Sigismundus, *Bohemiae Rex*, pacta obtulit de futura eius in Bohemiam poſt ipſum ſucceſſione (a). Et quamuis fata Principem praeueniſſent Anno 1404.: in filio *tamen ALBERTO V.* quem reliquerat, idem ſucceſſu, euentuque probarunt. *De tutela* (*) *pueri* quinquennis quaeſtio inter quatuor *patrueles* orta, ſeniorne adminiſtraret eam tantum, an omnes vniuerſim? Filia *Sigismundi Imp.* in matrimonium ducta, noſter ſocero in regnis imperioque ſucceſſit (b). Verum maxima

(a) Subinde enim *Bohemos* ſuos admonuit, vt Auſtriacis accederent, ſi quid ipſi humanitus eueniſſet. Improbum enim fore dixit, *ſucceſſoria pacta* violare, quibus illi Auſtriacis obligarentur.

(*) In tutela ordinum prouincialium auctoritatem plurimum valuiſſe tum conſtat. Idem GROTIVS in veteri Belgio c. 3.

(b) Ante, maioris luculentiae ergo, tabula conficienda eſt, quam iurium Auſtriacorum in vtraque regna rationem habeamus:

Albertus 2. D. Auſtriae

Leopold.	Albert. 3.	
Erneſt. Auſtr. D.	Albertus 4. *Auſtr.* D. 4. m. 1404.	Sigiſmundus Caeſ. *Hung.* & *Bob. R. m. 1437.*
Frid. V. Auſt. Caeſar	Albertus 5. Caeſar II. *vxor* m. 1439.	Eliſab. heres m. 1443.
Maximil. I. Auſtr. Caeſ.	Ladislaus poſth. † 1458. Rex *Hung.* & *Bobem.*	Eliſabetha vx. Caſim. II. R. Polon. m. 1505.
Philipp. Auſtr. D.		Vladisl. Polon. m. 1516. a parente excluſus. *Hungariae* & *Bobem.* rex, competitoribus in vtroque regno deuictis.
Ferdin. I. Auſtr. Caeſar	vx. Anna n. *1503.* *Hung.* & *Bob.* fratre occ. heres	Ludouicus II. n. *1506.* *Hung.* & *Bobem.* heres occiſ. in clade Mohaz † *1526.*

Maximilian. II. Auſtr. Caeſar, poſt quae tempora vtraque Bohemiae Hungariaeque regna in Auſtriacorum dominio permanſerunt.

Haec

xima felicitas minime diuturna fuit; Quod non tantum biennio poſt A. 1393. Imperator obiret: ſed filius etiam LADISLAVS poſthumus, tot regnorum heres, praematura morte A. 1457. parentem ſequeretur.

Argumenta pro ALBERTO IV. *contra enormem in paternarum prouinciarum diuiſione laeſionem: quod non in* capita, *ſed* ſtirpes *ſuccedatur; ius* primogeniturae *in Auſtria viguerit, quod, nulla imperatoris auctoritate, parentes mutauerint; feuda eſſe regiones Auſtriacas, non* allodia. *Aduerſio ſingularis,* piiſſimos quosque *principes in Auſtriacis maximos feliciſſimosque fuiſſe. In ſacro itinere Alberti digna memoratu traditio de ſplendore* inuenti carbunculi, *quo viator per valles, per auia quaeque loca, ſecurus euaſerit.* Indiam *attigiſſe multi, ſed fabuloſe, ſcribunt. Omina de iungenda Auſtriacae regioni Bohemia, frequentes* affinitates, *pacta* Iglouienſia, *pronus animus Regum in Auſtriacos. Poetica & Rhythmica ars, qua excelluit Albertus: qui idem ingenioſus architectus fuit, dolare, tornare politiſſime callens; pius etiam, vt in ſacerdotum ordine publice in eccleſia caneret, in vtroque parenti ſimillimus; ſaepius cum eruditis, quam cum aulae proceribus pranſum fuiſſe, ſcribunt. Cauſa cognomenti* mirabiliorum mundi. *De* tutela Alberti V. *cauſis in vtramque partem dictis doctisque; num datiua in Auſtria; an vero agnatica ſit? Rara in humanis Alberti Ducis felicitas, paucorum menſium interuallo Hungariae Bohemiaeque regnorum coronas, & ſacrum illud imperii Rom. diadema, non deſiderio quaerere, ſed renuentem, mortalium tantum fauore,*

Haec in gratiam tironum, vt videant vno conſpectu, quomodo tandem felici auſpicio duae lineae Auſtriaci ſanguinis *connubii foedere iterum coiuerint iunxerintque Bohemiae Hungariaeque regna Auſtriacis. Pro* ALBERTO V. Auſtriae duce & II. *eius nominis imperatore in Bohemiae regni ſucceſſionem militarunt 1) pacta ſucceſſoria* Iglouienſia *a Rudolfo Habsburgico inita cum Bohemiae regibus, quae ſaepe deinceps inſtaurata fuere 2) pacta dotalia, in quibus vtriusque regni ſucceſſionem Sigismundus imperator nouo genero Alberto Auſtriaco promiſit 3) teſtamentum Sigismundi, quod ſuperioribus nouum quodammodo addere videbatur firmamentum. Sed vtriusque regni proceres ex aduerſo contenderunt:* illorum eſſe, cum de controuerſa ſucceſſione decidere, tum pacta, illis inſciis inita, vel reprobare, vel ſuo calculo rata habere.

fauore, accipere. Inde ei nomen Honorifici. *De partu poſthumorum principum* publico *ſingularia (c): de caſibus item Principum vnigenarum (c) Aduerſio; Auſtriacis in Ladislao fata viam oſtendiſſe, tria Hungariae, Bohemiae, Poloniaeque regna ſub vno Principe vniendi.*

Leop. *pius* m. 1386.

WILH. † *1406.* FRIDER. m. *1439.* ERNEST. † *1424.* LEOP. † *1411.*
SIGISM. † 1489. PROPAGATOR.

§. XI. *Leopoldi probi* ſiue II. quem in *Sembacenſi* ſtrage periiſſe A. 1386. §. 9. p. 22. ſcripſimus, nunc proles ſuccedit, in epitome recenſenda. *Hunc* omnem regionem, praeter ſolam *Auſtriam*, fratri primogenito *Alberto* extorſiſſe, memorauimus. Quaſi ſcilicet conſcius tum fuiſſet, fore, vt aliquando, ramo fratris exareſcente, ſuus in poſteros perpetuo vireſceret. Quatuor autem filios ſuperſtites habuit, qui regiones paternas, *Auſtria* ſolum excepta, quam patrui filius poſſidebat, inuicem ſunt partiti. WILHELMVS, quod *primogeniturae beneficio* vti vellet, *ambitioſi* voce ſignatus, in diuiſione fraterna *Carintbiam* orientalem accepit, *Iſtriamque* ac *Portum Naonis:* ERNESTVS, cognomento *ferreus*, *Styriam*, *Viuidorum Marchiam* & *Carniolam:* FRIDERICVS vulgo *ſenior*, *Tyrolenſem* Comitatum, *Sueuiam*, *Burgouiam*, *Heluetiamque:* LEOPOLDVS *craſſus* dictus *Sundgouiam*, *Briſgouiam*, *Pfiret*, *Alſatiamque* cum *Landuogtia Hagenauienſi* & *Hochbergenſi*, item *Kiburgenſi* & *Habsburgico* comitatibus. Sciſſa ergo in *quinque partes*, contra veterum inſtituta, domus Auſtriaca, non procul a prolapſione fuit caſuque, niſi ordo rerum ſub vnum caput, ceteris extinctis, ſingula reduxiſſet. WILHELMVS enim prole caruit, nuptiis *Hedwiges Poloniae heredis* fruſtratus, obiit A. 1406. Fratre

(c) Sunt populi, quibus in legem iuit, vt parturientibus teſtes adſint rite editi partus. Hi ſi negliguntur praetextu vel partus praematuri ac improuiſi vel principum feminarum nimia verecundia, coniecturas dant ſuppoſititii infantis. Hoc igitur caſu regni cauſa pudor dimittendus eſt a matribus; quae veniam merentur, faciendo id, quod legum imperat religio.

(d) *De* Schwartzenbergenſibus *principibus aiunt, quod illi tot ſeculis propagati ſint ab vnigenis.*

tre primogenito parum diutius natu minimus LEOPOLDVS vixit; qui dum, opibus ex agnatica Alberti *tutela* auctus, patris mortem contra Heluetios vindicare vult, vincitur, & paulo poſt *obiit* A. 1412. Duobus ergo mortuis totidem ſuperſtites erant. FRIDERICI *ſenioris* non ingloria vita, ſed calamitoſa fatis. Fauit ille auxilioque adfuit abbati S. Galli (a), interdicente imperatore. Mox etiam Ioannem XXIII. papam, concilii *Conſtantienſis* decreto poſt depoſitum, clam abduxit (b). Quo utroque imperio mereri videbatur, vt ſolenniter proſcriberetur. Occupantium igitur rapinis ceſſerunt regiones eius. *Tigurini* inuadunt Küburg, Wandelberg, Rappersweil, comit. Bremgarten, Mellingen cum aduocatia Turocenſi: *Bernates* Vchtlandiam, Burgdorff, Ergau: *Tyrstayn*, *Baden*, *Dorneck* ſui ſe iuris faciunt. Inde dicterium Fridel **mit der leeren Taſchen.** Vnico filio relicto moritur Anno 1440. Lugebat parentem SIGISMVNDVS; ſed lugebat Auſtria non minus ſuas regiones, diſſidio eius amiſſas. Quamdiu autem vixit Sigismundus, nulla ſpes fuit ſemel amiſſa iterum recuperandi. Vt ergo potentiorem Heluetiis aduerſarium, hoſtemque excitaret, *vendidit ius ſuum Carolo Burgundiae duci*, cognomento *audaci*. Sed in principio conatuum hoc quoque caeſo, Maximilianum

(a) *Cuius ſubditi, duris praefectorum moribus offenſi, facti fuerant perduelles. Quod abbas querelas eorundem audire recuſaſſet. Id egit in his bellis princeps Auſtriacus, vt in ciuilibus turbis feſſa Heluetia Habsburgicis ditiones caſu Alberti II. amiſſas iterum recuperaret. Sed conſilio minus reſpondit euentus.*

(b) *Papae non ſolum ſacri antiſtites aduerſi fuerant plurium facinorum accuſato: verum is etiam Sigismundum imperatorem ſibi infenſiſſimum habuit, ex quo ipſi numorum ſummam credere noluit, quam mutuo petierat. Hac rerum facie deſperauit de concilii exitu ſibi proſpero papa, inde auxilio Friderici Auſtriaci Conſtantia aufugit. Aegre id tum imperator habuit, tum patres Concilii, quod fuga ſua papa conuentum fuiſſet fruſtratus. Sed excuſauit ſe conuentui* Fridericus, *quod papa, ſuaſu eius, Conſtantiam iuiſſet; cui propterea itum & reditum ſaluum is fuiſſet pollicitus, a qua iurisiurandi religione integrum non eſſet diſcedere. Regionibus tamen mulctatus. Caeſaris iram iterum pacauit, dum perfugum papam reduxit, qui poſt, ſede apoſtolica deiectus, diem ſupremum in carcere obiit.*

lianum imperatorem *adoptauit:* ipſe autem grandaeuus 70. annor. ſed improlis *mortuus eſt* A. 1496. Inter quatuor itaque fratres fratrumque filios vnus ERNESTVS, *ferrei* nomine ſignatus, extitit, qui gentis Auſtriacae interitum ſanguine ſuo vindicaret. In eo praeclare fecit Erneſtus, quod ceteris fratribus inter ſe non raro digladiantibus, ipſe ſua plerumque ſorte viueret contentus, donec placida morte *Friderico* atque *Alberto* filiis relictis, obiret A. 1424. Praeſenſiſſe crediderim probum & frugalem principem, fratres non pro ſuis laborare, ſed pro poſteris illius, qui vitam in otio innocenter ageret.

Cauſae ac damna diuiſae Auſtriae *in epitome oſtenſa. De cicurato* leone *WILHELMI. De genio* Polonorum *Auſtriacis aduerſo, ne Hungariae Bohemiaeque regnis innecterentur* (c). *An* S. R. I. Vicariatus *Auſtriae praerogatiuam fecerit in Wilhelmo* (d). *Wilhelmina hereditas an* ſeniori *tantum, an fratribus* vniuerſim *relinquenda? An iure* tutelam *Auſtriaci proceres* LEOPOLDO, *praeteritis ceteris fratribus, potuerint committere* (e)? *Quanta eorum olim in componendis principum ſuorum cauſis* auctoritas? *In* FRIDERICO, *an is ius vectigalium habuerit* (f)? *Pacta Auſtriacorum cum Bauaris* wegen Einführung des Salzes (g). *Quo iure papa ex ſynodo Conſtantienſi aufugerit*

(c) Trifolium *enim hoc, quod in Auſtriacorum deſideriis multoties fuit, ante ſemper exaruit, quam ad maturitatem veniſſet.*

(d) Necquicquam. *Fuit enim temporaria, quae cum iure tutelari iterum exſpirauit.*

(e) *Auſtriaci ordines ſibi ſumunt ius* primo *decidendi in controuerſa inter principes ſuae gentis* ſucceſſione: *deinde* tutorem *dandi principibus minorennibus, praeterita prorſus agnatica tutela. Alii id conſuetudini tribuunt; alii pactis; alii reliquiis iuris publici in Boioaria; nonnulli priſtinae indoli communi archiprincipatuum Germaniae.* (*)

(*) Idem GROTIVS de veteri Belg. c. 3. Quoniam principali ſtirpe extincta, ſumma redit ad populum. Quibus confirmauit, non obtruſit principem Imperator.

(f) *Auxit enim minuitque vectigalia Sueuiae ciuitatibus, cuius ciues ex Italia per ditiones eius transiere.*

(g) *Emunt enim Boioariae duces ſal & ab Auſtriacis & antiſtite Salisburgenſi modico pretio, venduntque poſtea extraneis, Sueuis, Francis, Rhenoque vicinis prouinciis.*

rit (b)? quo iure transfugam in patrocinium ſuſceperit noſter (i)? An proſcribi *meruerit? An proſcriptio damno eſſe* agnatis *proſcripti potuerit (k)? De ſublatae iterum proſcriptionis effectu (l) in regionibus proſcripti ab Heluetiis occupatis? Conſuetudo imperii vaſallorum; ſoluta ſublataque proſcriptione, nouo iterum actu clientem inueſtire. Qua occaſione tecta cancellariae* Inſprugenſis *auro puro obducta? aduerſio phyſica de incrementis auri iſtius (m). Cauſa cognominis eiusdem* **mit der vollen Taſchen** *(n) SIGISMVNDI Ducis tutelam diſponunt ſtatus prouinciales. Mortuo* Ladislao, *Auſtriacae hereditatis iura quo iure vendiderit Alberto? Cauſae diſſidiorum cum pontifice Rom.* Praetenſio *epiſcopi Brixienſis in ſalinas Hallenſes, metallifodinas Tyrolenſes, vectigaliaque (o), excommunicatio inſecuta, poſt quinquennium vero iterum ſublata;* Oppignoratio *Sigismundi, Burgundo pro ſumma* 80000. *aureor. facta an iure fieri, & redimi iterum potuerit (p)? An* Tirolenſis *comitatus cum* Prin-

(b) *Quod vidiſſet, iudices ſibi ſuſpectos fore.*

(i) *Ob foedera defenſionis mutuae ante cum papa inita, quam is Conſtantiam ſe contuliſſet.*

(k) *Ita quidem in iure communi ſe res habet, vt feudum, crimine amiſſum, ad dominum redeat permaneatque penes ipſum eouſque, quouſque vaſalli peccatoris ſuperſtes eſt poſteritas. Sed cum imperator feuda maiora, quocunque illa caſu aperiantur, non ſibi retinere queat, ſed aliis iterum teneatur conferre: aliud hic iudicandum eſſe videtur,*

(l) *Ceu enim nouo feudo iterum cum regionibus deperditis eſt inauguratus. Verum alii ius quaeſitum allegarunt, quod occupatione legitima accepiſſent.*

(m) *Purius enim aurum reddi, fabula eſt, ſolis calore.*

(n) *Poſtquam enim tecta auro obduxiſſet, nomen meruit obiectae paupertati aduerſum.*

(o) *Poſtulata fuerant epiſcopi* 1) **Marckt Mautern.** 2) **den Zoll Amburg.** 3) **das Saltz-Hauß zu Halle am Innthal.** 4) **das Silber-Bergwerck zu Tirol, welches vordem dem Stifft gehöret hätte.**

(p) *Pignus fuerat* 1) Pfireta, 2) Sundgouia, 3) Alſatia, 4) *ciuitates* ſilueſtres, *addunt alii ius Auſtriacorum in Heluetios. Reluit pignus an. 1474. Sigiſmundus; quo ipſo tamen Caroli Burgundiae Ducis animum, qui ſpe iam deuorauerat Heluetios, valde acerbauit.*

Principe Auſtriaca Bauaris iure donatus (q)? *An donatio iure reuocata? ſolennitas* adoptionis *Maximiliani agnati* (r). *Liberi naturales Sigismundi*, 4. *filii ſeptemque filiae. In* ERNESTO *foecunda poſteritas e Slauicae gentis vxore. Inſignis robuſtitas ac fortitudo eius, an inde Auſtriacis Principibus mentum eminentius* (s)?

Frider. m. 1493. Albertus m. 1463.

§. XII. Duo filii *Erneſto* duci heredes exiſtunt, FRIDERICVS atque ALBERTVS V. Hi paternam regionem,anguſtis limitibus circumſcriptam,iterum inuicem diuidunt, *Friderico* Styriâ Carinthiaque; *Alberto* Alſatia & Brisgouia attributis. *Inuidus* Alberti erga primogenitum fratrem animus, quem perpetuis fere diſſidiis iniquisque poſtulationibus conſtanter afflixit, donec A. 1463. in ſterilitate exſtingueretur. Dignior autem memoratu vita FRIDERICI V. quem vulgo III. appellant, *imperatoris*. Cum paulo ante ſui iuris eſſet factus, mox & ipſi in tutelam committiturpatruelis,*Sigismundus*, & eodem adhuc anno, *Ladislaus*. Duplici etiam oneri tertium accedit electio in *imperatorem Rom.* Inter primas ei curas fuit, regiones a patrimonio Auſtriacae gentis olim auulſas, iterum recuperandi. *Heluetios* ergo & veteri & nouo iure poſtulauit. In ordinem etiam pleraque reduxiſſet, niſi, omni auxilio a Germaniae proceribus per inuidiam negato, Gallorum opibus in partes vocatis, grauiori bello fuiſſet implicatus. *Ladislai tutelam* maleuolentia hoſtium ſuſpectam reddidit, nulla culpa optimi tutoris. *Hocbbergenſem Comitatum* a S. R. I. ciuitatibus iure reluebat frater. Neque *Cilenſis* comitatus occupatio aliquid iniqui habet, quam omni crimine eximunt & poteſtas imperatoris & tabulae maiorum. Magis

(q) *Filia enim Friderici V. imp. Cunigunda nupſit Alberto Boioariae duci; cui Sigiſmundus agnatus, inſcio Caeſare, Tirolenſem comitatum donauit. Verum Albertus ne Caeſaris, ſoceri ſui iram in ſe concitaret, donationi huic nuntium miſit quam ſolenniſſime.*

(r) *Qui alias ſucceſſurus fuiſſet. Verum qui pacta principum ſucceſſoria adprobant, Caeſare inuito, illi neque contradicent principum adoptionibus.*

(s) *Filia erat* Zemouiti, Maſouiae *ducis, nomine Cimburga.*

gis dubia videbatur Auſtriacorum, mortuo A. 1457. *Ladislao*, ſucceſſio, tam in *Hungariae*, *Bohemiaeque* regna, quam Auſtriae etiam ducatum. Res vi magis, quam iure tranſacta, Auſtriae etiam ducatu cum Alberto fratre iniquis rationibus diuiſo. Bella cum *Boioariae* ducibus Imperii magis, quam Auſtriae ergo, geſſit, quae propterea loci ſunt alterius. Grauius longe bellum cum Hungariae Rege, *Matthia*, Auſtriacas regiones afflixit. Epochas illud duas habuit: neque enim ab armis diſceſſerunt Hungari, quam omnem Auſtriam in poteſtatem ſuam redegiſſent. Sed fata locum fecerunt noſtro, Matthia violento Auſtriae poſſeſſore quinquennio poſt ſupremum diem obeunte A. 1490. Eadem fata fraternis iam diſſidiis, quae ſane maxima erant A. 1463. finem fecerunt. Terminauerant eadem non alia ratione litem eius cum *Georgio* Bohemiae R. A. 1471. Neque *Burgundica* cum Carolo bella praeliaque finem habuerunt, quam audax & faſtuoſus princeps clade accepta occideretur A. 1477. Cetera, quae Burgundica hereditas excitauit, in filio noſtri recenſebimus Maximiliano I. vt adeo verum ſit, mortem Friderico fidiſſimum contra hoſtes praeſidium fuiſſe; vſque dum eius clientelam & ipſe grandaeuus obiret A. 1492.

Singularia in vita Friderici; aetas 78. reg. 60. *ex tot agnatis ſolus ſuperſtes; inueſtitura* 20. *Electorum; omnium Auſtriae Hiſpaniaeque principum communis parens; eius & filii ſui per integrum ſeculum regimen protenſum; XL. bella a principe pacifico finita. Dictum de tutela* Sigismundi *in quatuor annos delata. Q. an* Ladislai *tutela fuerit teſtamentaria? quid de* teſtamento *Alberti II. ſentiendum, quod Hungariae nominabat heredem. Cauſae declinati ab initio, poſt accepti imperii. Sui & vxoris Romae a S. Pontifice perfecta coronatio. Iura Auſtriacorum in Heluetios* priſtina *a temporibus Alberti;* recentiora *vero ab occupatis proſcripti Friderici a regionibus. Ubi plura concurrebant; iniuſta proſcriptio, executio ſine mandato; tum ducis cum imperatore facta reconciliatio. Q. an ſublata proſcriptione in integrum reſtituendus princeps olim proſcriptus* (a)? *Gallici exercitus ab*

(a) **Speciem aequi habuerant, qui proſcripti ducis Auſtriaci occu-**

ab Armeniaco die Armen Jecken. *Quid de ſuſpicione, noſtrum Ladislai regionibus inhiaſſe? Ius reluendi* Hochberg *a fraude & violentia vindicatum, ad fidem tabularum. Diuerſorum iura in* Cilenſem *C. Ladislai, cognationis & expectatiuae cauſa; Friderici, vbi praeter haec alia concurrebant, feudi apertura & ceſſio Goericenſis dynaſtae (b). Poſt Ladislai mortem,* Bohemiam Iglouienſia *pacta,* Hungariam *teſtamentum Alberti II. Imp. Auſtriacis aſſerebant. Sigismundus lineae; Fridericus aetatis praerogativa vtebatur; tertius in ſocietatem hereditatis veniebat Albertus. An Sax. D. Wilb. aliquid etiam iuris? an Auſtria ſit feudum mixtum (c)? Cauſae bellorum* Boicorum, *occupatio vrbium Ratisbonenſis, Donawoerdenſis, Dunkelſpulanae, grauamina nobilitatis Franconicae aliorumque contra Boium. Cauſae belli Hungarici, ius Auſtriacorum in Hungariae regnum, corona Stephanina penes Fridericum, fabula de fraudulenta eius cum alia commutatione, carceris memoria, quae tenebat Matthiam. Turbae ingentes ac inteſtinae in Auſtria, quarum fax & tuba Albertus. Cauſae, quare ſumma cum Burgundo amicitia in fatale bellum degenerauerit; illuſio Burgundi in* adpellatione Regis: *ſingularia plane de conuentu Treuirenſi. Prima Turcarum in Auſtriaca dominia irruptio. Pietas Friderici, eius iter in Palaeſtinam.*

Maxim. n. 1459. m. 1519.

§. XIII. Ex hoc tempore creſcunt, & ſua quodam modo nimietate laborare incipiunt, annales Auſtriaci, quod

occupauerant regiones p. 26. Sed mortuo duce agnatis ſucceſſoribus nihil poterat opponi, quin ipſi temere amiſſa recuperarent.

(b) Hoc enim dilemmate, *Vlrico* vltimo comite Cilenſi, anno 1456. occiſo, vſus eſt ad ſibi adſerendum comitatum. Aut *Cilenſis C. feudum* eſt; aut *allodium*. Si *primum*, mihi vel qua *imperatori* aperitur; vel qua *Styriae* duci: ſi vero alterum, pacta *ſucceſſoria* adſunt cum Styriae ducibus inita, quibus tum locus eſt dandus. Et quamuis *Goerzenſis* & ipſe pacta de ſucceſſione allegaſſet, nuntium tamen poſt miſit illis omneque ius transtulit in Fridericum.

(c) Nequit alia hic ratio eſſe ad excludendos iure competitores, quam feminas tantum in ſubſidium ſuccedere extinctis maſculis agnatis.

quod eis vniuerſi S. R. I. hiſtoriae ſoleant immiſceri (a). Nos hiſce reſecatis aut in alium potius locum reiectis, illa tantum proſequemur, quae vel Auſtriaca ſunt, vel res Auſtriacorum propius attingunt. MAXIMILIANI, qui parentem Fridericum ſequitur, & nomen nouum & noua fortuna fuit; vt alius ſuae gentis conditor omnino ſalutari mereatur. Puer quinquennis inſtitutioni cuiusdam *Engelbrechti* datus, hominis obſcuri & ciuilis doctrinae prorſus ignari. Balbus uſque ad XII. aetatis annum regius puer fuit: vtinam fuiſſet idem eouſque & ſurdus & mutus, ne praeceptoris ineptias audiuiſſet cum temporis ingeniique iactura. Annos XIV. natus nuptias *Mariae* Burgundicae ambiuit; Treuirenſi autem conuentu ſoluto, dubium, quid ea in re pactum fuerit. Id extra dubitationem eſt, quod, occiſo patre, ceteris competitoribus, quorum XXX. nominantur, *Maria* multis rationibus Maximilianum amatorem praetulerit. Sed magnus Auſtriae ſucceſſus non poterat non vicinis populis inuidioſus eſſe. Galliae inprimis reges inde mouebantur, qui leui praetextu, *Burgundiae* ducatum *Arteſiaeque* a corpore Burgundicae hereditatis auulſum volebant. Neque vnquam amiſſa recuperare potuerunt Auſtriaci, licet ſtrenuam ſemper pro iis operam adhibuiſſent. Maximilianus, ne perpetuum hoſtem haberet vicinum ſuum Reg. Gall. Ludouicum, filio eius Carolo natam Margaretham deſpondit. Sed ſponſus, ea dimiſſa, nouam ſocero iniuriam fecit, praerepta eidem ſponſa Britonum reguli & filia & herede. Quo certe fata praeſagire volebant, nunquam fore, ut Auſtriacis cum Galliae regibus ſtabilis & ſincera amicitia coleretur. Flandrorum rebelles animos quodam lenitudinis & ſeueritatis temperamento ſapientiſſimo tenuit, donec Auſtriacis moribus paulatim aſſuefierent. Cum *Hungaris* quoque ſuper regno certauit; animo ſuccedendi neque, pace iam facta, abiecto. Inde excuſanda, quod vulgus obiectat, tituli inſolentia, quo *plurium Europae prouinciarum regem*

(a) Hoc in illis etiam deprehendo, qui libros ex inſtituto ſcripſere de rebus Auſtriacis. Res enim prouinciae huius obiter tractant, in illis occupati, quae imperii Germanici ſunt, neque ex hac ſcena expectantur.

regem ac principem ſe dixit ſcripſitque noſter. Venetae reipublicae parum abfuit, quin exitium attuliſſet. Ipſa enim Caeſari mappam obtulit, vt ſuo is arbitratu limites fingeret, ſtatueretque Auſtriacos, dummodo ſalua illis Venetiae vrbs eſſet ad mercaturam. Id etiam perhibent, Caeſari in animo fuiſſe Heluetiam iungere, Auſtriacis, vtriſque Venetias, vt cuncta ſub nomine contineret noui regni orientalis, **dem Oeſterreichiſchen Königreich.** Sed infidam vicini cuiusque amicitiam, pro fortunaeque rationibus mutabilem eſſe ſaepe conqueſtus eſt. Pluribus aliis in Imperio ordinatis Auſtriaeque hiſtoria per viros eruditos exculta, febre correptus A. 1519. mortuus eſt.

Quod optimi ſcriptores, aliena admiſcendo, hiſtoriae principum Germ. remoras iniiciant, quamuis hoc vitio omnes laborare videantur. Q. quare peregrino nomine fuerit adpellatus Maximilianus? vtrum in martyris Norici, an vero Maximi Aemilii memoriam? Quid de ominoſis & aequiuocis nominibus? Male principum educatio inſtitutioque Theologis committitur. An praeſtet, principem ignarum, *quam male* eruditum *eſſe? Maximiliani apud Cuſpinianum ſermo: vtinam viueret meus praeceptor! facerem ei, quo ipſum poeniteret, principem inſtituiſſe. Exemplum non infimi hac aetate principis in Germania, qui XVIII. annos natus* barbara celarent, *aliasque ineptias a Ieſuitis edoctus, neſciuit, in qua mundi parte ſita ſit Hiſpania.* Varillaſii *in hoc argumento liber commendatus de principum educatione; iudicium additum de* regio dono *Iacobi I. R. Britanniarum. Syſtema hereditatis Burgundicae vniuerſim per partes expeditum. Aduerſio, fata Auſtriaco robore & orientales & occidentales Germaniae plagas contra infidos hoſtes ſepſiſſe. Quid de* iure Gallorum in Burgundiae *ducatum* Arteſiaeque *principatum ſentiendum? de* Chifletii & Blondelli *operibus iudicatum. An hodieque Auſtriacis iura ſint, bellorum iniquitate tum amiſſa recuperandi?* Caſſani & Puteani *placita reiecta. Cauſae perduellium Flandrorum (b), genius nationis, Gallorum conſpiratio;*

C

(b) Sterile enim matrimonium fore crediderant Maximiliani cum Maria, principe herede. Inde cauſas remediaque quaeſiuerunt.

tio; Auſtriaci etiam miniſterii culpa, praematura tum feminae principis mors. Q. an ordo aurei velleris *Burgundiae ducatui ita innexus, vt ad Gallos cum eodem ſit transuolutus? an matrimonii iure is accedere potuerit Maximiliano? an vero ſui potius iuris factus, libera electione eidem obuenerit? Auſtriacorum* iura *in* Hungariam, *de Bohemia enim ſaepius dictum, iuſtitia belli, teſtamentum Alberti, adgnatio Ladislai; procerum quorundam electio. De* thalero *Maximiliani cum hac inſcriptione:* Max. Rex Romanorum pluriumque Europae prouinciarum Rex & princeps potentiſſimus; *Quorſum vltima vox* regis? *an in latiori ea ſignificatu ſumta? an S. R. I. maieſtas inde ſignata? an Auſtriae regalis quondam dignitas in memoriam reuocata? an filii ſui Philippi Hiſpaniae regnorum indicata hereditas? an vero, quod nos demonſtramus, iura* Auſtriacorum *in* Bohemiae Hungariaeque *regna contra praeſcriptionem in ſaluo poſita ſint.* Veneta *bella recenſita, cauſae, impedimenta, euentus. Aduerſio, nunquam Italos Venetorum Rempublicam interire paſſuros; ſed hos neque Venetis maiora contra Auſtriacos optare incrementa. Magni N. adminiſtri iudicium, ſatius eſſe Auſtriacis, vt ſibi in protendendis verſus Venetias regionibus & in iure & in facto temperent (c). De cauſis tandem praereptae Maximiliano a R. Galliarum ſponſae, Britanniae principatus feliciſſima herede. De bellis Helueticis eorumque cauſis ſaepius dictum, pacis* Baſileenſis *tabulae an.* 1499. *editae extant.* Goerzenſem *comitatum, mortuo a.* 1500. *Leonhardo vltimo C. ſiue* reductionis *qua* Tiroli comes, ſiue *aperturae* iure, qua *imperator, domui Auſtriacae innexuit. Boicum bellum, quamuis imperii nomine geſſerit, plura tamen lucratus eſt, a Boioaria auulſa; quae recitant* Fuggerus & Beerius. Von dem Theuer-Danck

fuerunt, vt, ab Auſtriacis auulſi, ſui iuris fierent & iura acciperent reipublicae ſingularis.

(c) Confeſſio Venetorum ceu propria partis magni facienda eſt Auſtriacis. Ita enim illi in litteris ad Maximilianum: *fatemur ſpolia maiorum in Auſtriacos. Quibus omnia reſtituemus, ſola vrbe, imperioque ſaluo.* Vix ſane veniam meretur Maximilianus, quod conditiones oblatas non acceperit. Poſt enim Itali & Galli Venetis auxilia tulere, remque publicam eorundem aduerſus Maximilianum, quem antea ad Venetum bellum excitauerant, contuti ſunt.

Danck *& eius libri auctore, vtrum is ipſe Maximilianus ſit, an Melchior Pfinzing, Sacellanus Caroli V? Libri Maximiliani:* ſapientia Regis, *qui vitam & ſuam* & *parentis deſcribit*, item porta honoris, *& alius de* arte venandi & animalibus *ſcriptus, omnes Mſc. extant Viennae. Conſilium eius, vt Cuſpinianus prodit, ad regiam dignitatem euehendi Auſtriaca.*

Philipp. n. 1478. m. 1496.

§. XIV. Filius Maximiliani, PHILIPPVS, parentem matrimonii felicitate longis interuallis ſuperauit. Nupſit enim *Iohannae*, heredi monarchiae Hiſpanicae, quam genti ſuae felici auſpicio intulit, omnes fortunae limites longe ſupergreſſus. *Belgii* faſces puer tenuit. Matre A. 1482. mortua, vix quatuor annos natus, patris tutelae a prouinciarum proceribus ſubtractus. Socru A. 1504. in *Hiſpaniis* mortua, illa quoque regna adiit, quae alibi prolixe tractauimus. *Auſtriam* vero tenuit pater, quem morte filius praeuenit. A. 1506.

Vulgi tum ſermone celebratum: Bella ducant alii, tu felix Auſtria nube. Super tutela filii quae Maxim. cum Belgii proceribus lites? prudentia Imperatoris circa ſedandos rebellium animos (a). *Diſſidia Philippi cum vxore. Aetat.* 28. *annor.*

Carol. V. m. 1558. Ferdin. l. m. 1564.

§. XV. Reliquerat poſt ſe par filiorum Philippus, CAROLVM & FERDINANDVM. Illum auitae heredem fortunae ac ſtrenuum vindicem ſeruatoremque dixeris: hunc nouae conditorem. Scribunt, voluntates auorum fuiſſe, iure ſuo primogenitus vteretur, *Siculis* tantum regnis natu *minori* relictis. In alias vero conditiones vtrique fratri poſt conuenit A. 1521. *Auſtriacis* regionibus vniuerſis cum *Neapolitano* imperio commutatis. Nihil ergo eſt, quod de imperio CAROLI poſt hoc tempus, intra quod *Wurtenbergicum* ducatum, parata pecunia emtum, Auſtriae addidit, hoc loco verba faciamus. Noſtram enim Auſtriam ab A. 1521. rexit FERDINAN-

(a) Metuit enim ſibi Belgium cum ab Imperatore, ne imperii iurium recuperatoria ibi iudicia inſtitueret: tum a potentia Auſtriacorum, ne Belgicam libertatem diminuerent; aut, mortuo Philippo herede, Belgium innecterent dominiis Auſtriacis.

DVS. Duxerat hic, aui ſui decreto, *Annam*, Vladiſlai *Hungariae Bohemiaeque* regis filiam, vxorem. Eius ergo fratre *Ludouico* A. 1526. in praelio cum Turcis caeſo, ſiue *matrimonii* iure, ſiue *pactis* maiorum, ſiue procerum *fauore*, in vtroque regno ſucceſſit. Graues tum Auſtriae ac annui fere *Turcarum* impetus fuerunt, propugnaculo etiam Chriſtiani orbis, Vienna, obſidione ſatis cruenta, A. 1529. impetito. Sed repulit ferocem hoſtem Ferdinandus, magis etiam eundem perſecuturus, ſi aut imperator aut imperium auxiliatrices manus praebuiſſent. *Wurtenbergicis* ducem, ducique regionem aequiſſimis conditionibus reddidit: titulo & expectatiua ſuae genti ſeruatis A. 1434. Mort. 1564.

Cauſa adſignatae Neapoleos *Ferdinando*, *ne Carolo ad imperium impedimento eſſet* (*a*); *Auſtria poſt eius loco data*, (*b*) *quod matrimonium vicina regna polliceri videretur. An poenituerit Carolum Alſatiae fratri ceſſae; an iure eiecerit ducem Wurtenberg. Sueuicum foedus? an Auſtriaci titulo oneroſo acceperint ducatum? De* Cadamica *transactione ſuper ducatu. An Ferdinandi indigentia proteſtantium religio venerit in Auſtriacas* (*c*) *regiones; Res S. R. I. ab vtroque hoc principe expeditae alterius loci ſunt.*

Maximil. II. m. 1576. Frid. m. 1580. Carol. m. 1590.

§. XVI. Ex tribus Ferdinandi filiis MAXIMILIANVS II. parenti in tribus regnis Auſtriacisque regionibus

(a) Vi pactorum papae cum vtriuſque Siciliae regibus: ne hi *imperatores* fierent atque ideo cum *imperii* cauſa, tum *viciniae* ergo Romani pontificis patrimonio pericula adferrent.

(b) Ita quidem Auſtriaci annales. Hiſpani vero *teſtamentum* Ferdinandi Catholici, in quo *Siciliae* regna *ſecundogenito* adſignata ſunt, omni valore deſtituunt: quod in Hiſpaniae monarchia cum ius *primogeniturae*, tum *indiuidui* imperii moribus conſtitutum ſit, quos migrare nequeat rex per vltimam voluntatem.

(c) Ita plures volunt; *conniuente* Ferdinando *Lutheri diſcipulos* paſſim ſe in Auſtriaca territoria ingeſſiſſe. Vt parum abfuerit, quin Auſtria cum adnexis prouinciis redderetur *Euangelica*. Conniuentiam eius homines maleuoli non ex amore veritatis repetunt: Sed habendi cupidine, qua laborauerit Ferdinandus. Euangelicos enim ordines Auſtriae *immenſis largitionibus* cum principem corrupiſſe, tum eius adminiſtros, docent in publicis monumentis.

bus ſuccedit, fratribus FERDINANDO *Tirolenſi;* CAROLO ſtirpis propagatore *Styriae* principatui praefectis. In deliciis patrui Carol. V. is fuit, cum principe filio eius Philippo in Hiſpaniis educatus. Vim conſcientiis afferre, eidem religioni fuit. Qua principis aequitate contigit, vt puriora ſacra in ditione Auſtriaca liberius colerentur. *Turcica* bella in Hungaria geſſit, ſtrenua illorum opera, quos exercitibus praefecerat. *Poloniae* regnum cunctando dicitur neglexiſſe. Floruiſſe enim, ſi vlli alii, huic certe Auſtriaco principi, regnorum *trifolium*, rerum gnari aduertunt. Ob. 1576.

Hiſpaniarum imperio deſtinatus erat a patruo, ſi fata filium praeuenirent. Vtrum primogeniti iure vſus fuerit, an cum fratribus, quod Eyzinger habet, diuiſerit regiones, quaeſitum. An Euangelicorum ſacris addictus fuerit (a)? ſingularia ex Langueto. De Lazaro Schwendy, Serini, Schwarzbergi comitibus (b). Nuntio allato, quod R. Poloniae fuerit electus, dixiſſe fertur: non perſuadebunt mihi Poloni, *vt regnum eorum* emam *(c). De matrimonio cum* Welſera *(d) filiisque fratris* Ferdinandi *(an. 1595. mort.)* Andrea Auſtria *Cardinali, Epiſcopo Conſtantienſi & Brixienſi Belgii praefecto (m. 1600.) &* Carolo *Burgouiae Marchione, qui non Tirolenſis c. herede? (m. 1618.) curſim dictum.*

Rud. † *1612. Ern.* † *1595. Matthi.* † *1619. Maximil.* † *1618. Alb.* † *1633.*

§. XVII. *Maximiliano II.* Imperatori numeroſa poſteritas, ſed infoecunda ac ſterilis. Quinque filios enim reliquit, RVDOLFVM II. ERNESTVM, MATTHIAM, MAXIMILIANVM III. & ALBERTVM VII. quorum tertius & vltimus ſterilia matrimonia habuerunt, reliqui

C 3 tres

(a) Narrant enim Maximilianum II. Lutheranum ſacerdotem in aula ſua aluiſſe, qui munus ſimulauerit ſcribae in cancellaria.

(b) Qui heroes cum in aliis cauſis, tum in bellis Turcicis praeclare de domo Auſtriaca meriti ſunt.

(c) Id quidem egit, vt ſuffragia Polonorum, quorum iudicio rex electus fuerat, in ſuas traheret partes. Famem tamen auri, qua proceres Poloniae laborabant, noluit reſtinguere remque relinquere ambiguo euentui.

(d) Filia *Auguſtani patritii*, cuius heredes ob matrimonii imparitatem a ſucceſſione fuerant excluſi.

tres in coelibatu mortui ſunt. Primus natu, RVDOLFVS II. parentem in imperio, Hungariae Bohemiaeque regnis ac regionibus Auſtriacis, excepit, princeps, qui meliorem Chymicum ac Mathematicum egit, quam Imperatorem. Bohemis ſuis, vbi plerumque vixit, Euangelicae religionis libertatem maieſtatis ſigillo muniuit: contra, eiusdem ſocios in Auſtriacis regionibus durius habuit. In magno regiminis imperiique neglectu difficillimis bellis cum Turca implicitus fuit in Hungaria. Quorum ſummam cum MATTHIAE fratri incautus committeret; eidem occaſionem fecit, praemature imperium appetendi. Is ergo A. 1608. faſces regnique Hungariae diadema Rudolfo Pragae, quam vrbem milite ſuo propterea cinxerat, violenter extorquet; poſt A. 1611. eadem arte Bohemiam obtinet: qua calamitate imperator a fratre affectus, moritur A. 1612. Neque ipſe *Matthias* imperator diu ſuperſtes fuit, qui A. 1619. ſupremum diem obiit.

Auſtriacas regiones inter quinque *fratres* diuiſas *eſſe, non reperio (a).* Rudolfi *ingenium theoreticum, Brabel & Chymicorum ſecretis penitus defixum. Cauſae* des Majeſtäts-Briefes *& grauiſſimae perſecutionis Euangelicorum in Styria (b). Notabilis error, quod fratrem exercitui idque vniuerſo praefecerit.* Praetenſio *Auſtriacorum in Tranſyluaniam, a Sigismundo Bathori cum Sileſiae principatibus* Opela & Ratibor *commutatam, an poenitentiae locus adbuc fuerit Pannonis (c)? Pax cum Turcis A.* 1615. *in XX. annos*

(a) Olim enim Auſtriacus ducatus *diuiduus* fuit: ſed poſtea, iure *primogeniturae* conſtituto, principes natu minores apanagio vixere. Quod Auſtriaci imperatores illis auxerant muneribus *epiſcopatuum*; *vicariatuum*; *praebendarum* varii generis, ad quae illi promouebantur.

(b) Fuerunt, qui *Rudolfum deiſtam* vel *naturaliſtam* vocarunt, qui a Chriſti dogmatibus eſſet alienus. Quoniam Euangelicos, quos, in Bohemia tolerauit, in Auſtria diriſſimis poenis ſupprimeret: vtrumque adeo non religionis amore faceret; ſed fortunarum ergo, quas in diuerſis diuerſimode promoueret. De ſcriptis: *clamor ad coelum lacrumantis Stiriae in Quart.*

(c) Idem enim a contractu abiit, quod laeſus eſſet enormiſſime vltraque dimidium.

nos facta. Fratrum reliquorum vitae in tranſcurſu, Erneſti, *qui*, *Belgii gubernator*, *obiit A.* 1595. Maximiliani III. *quem* Poloni *Regem elegerunt A.* 1587. *a Sueco autem competitore* Sigiſmundo *excluſus captusque. Annuo carcere liberatus, contra Turcas in Hungaria pugnauit ſummus* Teutonici ordinis magiſter *obiit* 1620. Albertus VII. *Cardinalis mox maritus*, *qui Erneſto fratri in Belgii praefectura ſucceſſit*, *ipſum Belgium cum Iſabella Clara Eugenia hereditaturus*, *niſi*, *fata*, *quae alibi expoſuimus*, *obicem poſuiſſent. m.* 1621.

Ferd. I. m. 1564.

Maximil. II. m. *1576.* — Carol. Graezenſ. m. *1580.*

FERDIN. II. m. *1637.* — Leopold. Tirol. m. *1632.* — Carol. Epiſc. † *1625.*

Ferd. Car. † *1662.* — Sig. Franc. † *1665.*

Claudia Felicitas vx. Caeſ. Leopoldi m. *1673.*

§. XVIII. Extincta ſtirpe Maximiliani II. imperatoris Auſtriae regnorumque ei annexorum ſumma cum S. R. I. maieſtate ad poſteros fratris ſui *Caroli* (a), eiusque filium Ferdinandvm II. venit, quem & heredem nominauerat *Matthias* patruelis, & naturae ordo vocauerat ad ſucceſſionem. Parente Carolo A. 1590. obeunte, in *Graezenſi* portione, quae Styriam, Carinthiam ac Carniolam complexa, ſequitur, fratribus *Leopoldo* Argentoratenſi, *Carolo* poſthumo Vratislauienſi & Brixienſi factis Epiſcopis. Acer is ac durus erat Euangelicis, vnde ſibi gentique ſuae maxima damna conciliauit. Ex omni *Styria* vicinisque regionibus exegit ſubditos, noſtris ſacris addictos: quamuis hi priuilegia maiorum allegarent, non precario, ſed oneroſiſſimis conditionibus ſuae olim religioni prorogata. Merita eius in bellis Hungaricis patruelis Matthias largiter remunerauit, *Bohemia* A. 1617. *Hungaria* 1618. eidem conceſſis. A. 1619. in ipſo etiam S. R. I. eundem ſecutus eſt. His tantis rerum incrementis animatus princeps, aemulatione flagrauit, hoſtes ſuae religionis opprimendi. Hinc Cleſelii captiuitas; hinc motus Bohemici; hinc belli


C 4 tri-

(a) Ne genealogia aliquantum interrupta tirones confundat: illam in conſpectum producemus.

FERDIN.

tricennalis calamitas; ipſius hinc Auſtriae tumultus ac ſeditiones; inter quos orbis Germaniaeque vniuerſae motus A. 1637. mortuus eſt.

De Ferdinandi II. tripartita in tres filios diuiſione, *in* Auſtriam; Tyrol; Styriam Carinthiamque. *Cauſae* Styriacae *perſecutionis contra Euangelicos (b)*, *ingenium Ferdinandi;*



(b) Non in *Styria* tantum, ſed etiam in aliis prouinciis Auſtriae innexis *religionem Euangelicorum* extinctam iuerat Ferdinandus imperator. Serio diſſuaſerunt id Ferdinando ordines. Ne 1) Auſtriacae gentis *aemuli* rebellium conatus fouerent 2) id agerent, vt *alii Caeſares* eligerentur, quam ex Auſtriaca gente, in conſtitutiones imperii tantopere iniqua 3) a rebellibus *Turcarum* auxilia implorarentur 4) motus in *Hungariae* & *Bohemiae* fierent regnis, hactenus Euangelicis

nandi; inſtinctio fratrum; votum eius in iubilaeo; pollicitatio Pontifici facta. Iniuſtitia eius rei, quod modus cruentus, priuilegiis A. 1580. *aduerſus, ipſi etiam paci religioſae contrarius A.* 1555. *Scripta eam in rem laudata. De pacto Bohemor. cum Ferdinando ſuper libero vſu ſacrorum; quem ſibi ſaluum voluerunt, antequam ei diadema imponerent. Ferdinandi excluſio, ſurrogatio Palatini ceteraque alibi expedita. An iure Cleſelius Cardinalis, adminiſter Matthiae, captus dignitateque ſpoliatus? Alberti patruelis* ceſſio Auſtriacae hereditatis *poſt mortem Matthiae facta Ferdinando* (c). *Ruſticorum tumultus in Auſtria. Dictum Ferdinandi; perditas habere ſe malle, quam haereticas regiones. Bohemiae regnum ſucceſſiuum factum* (d). *De pace* Pragenſi 1635. *Iuſti* Aſterii *de ea libellus.* Luſatia *item a ditione Auſtriacorum auulſa; de tabulis huius pacti arcanis. De ſtirpe fra-*

C 5 *tris*

gelicis 5) *Gallia* aut *Suecia* arma ſua coniungeret cum Euangelicis in odium Auſtriacorum. Verum *ordinum* conſilia ſuſpecta habuit Ferdinandus II. a) quod hoc agere viderentur, *ne* ipſe *imperator* fieret, vano metu nimiae ſui archiducis potentiae b) quod, *religionis* praetextu, *territorii iura adducerent*, neque morem eius mandatis ante gererent, quam ordinibus id viſum eſſet c) principem ipſi optarent *inermem*, qui ab ordinum penderet voluntate d) quod ceſſionem improbarent, ab *Alberto*, *Belgii* vicario ipſi factam.

(c) Cum enim Albertus 1) eſſet *improlis* 2) *Belgicae* turbae vellent eum praeſentem 3) diuerſa ipſi non incognita eſſent *ſtudia Auſtriacorum:* maluit agnato ſuo Ferdinando II. Auſtriaca cedere, quam defatigari illarum moleſta adminiſtratione. Verum oblocuti ſunt huic ceſſioni ordines Auſtriaci a) quod illis nequeat hoc fieri *inuitis* b) de voluntate Alberti illis non rite conſtaret, cum Ferdinandus *libellum ceſſionis authenticum* non exhibuiſſet, manu ac ſigillo Alberti munitum. Neque enim Ferdinandus petere ab Auſtriacis poſſet, vt ipſi in *propria cauſa* crederent. Vid. **Räthliches Bedencken eines Oeſterreichiſchen Frey-Herren ob der Ens, was maſſen die Böhmiſche und Oeſterreichiſche Religions-Unruh zum Nutzen und** reputation **des Hauſes Oeſterreich beyzulegen**, an. 1619. 4. Scriptum hoc pragmaticum eſt & auctorem habet rerum Auſtriacarum prudentiſſimum.

(d) Nam poſt cladem **auf dem weiſſen Berg** Bohemiae ordines cum reliquis priuilegiis tam in ſacris, quam ciuilibus etiam ſuffragii iure excluſi ſunt, quod eousque ſibi tribuerant in regum ſucceſſionibus.

tris Leopoldi, *Tirolenſis C. poſſeſſore eiusque filiis* Ferdinando Carolo & Sigismundo Franciſco; *ac iſtius Filia* Claudia Felicitate, *quae ſuo felici matrimonio A.* 1673. *retulit ad ſtirpem Ferdinandi Leopoldum Magnum.*

Ferdin. III. m. 1657. *Leop. Wilb. Epiſc.* † 16.

§. XIX. Parentem ſequitur eiusdem nominis FERDINANDVS III. in cunctis Auſtriacae ditionis regionibus regnisque, *Tirolenſi* excepto, quem patrueles tenebant. In duriſſima genti ſuae tempora incidit princeps; e quibus tandem feliciter eluctatus eſt, conſiliis ſuorum moderatione quadam temperatis. *Imperator* factus nihil prius habuit, quam vt Auſtriaca dominia, quibus interitum minari turbulenta rerum facies videbatur, priſtino decori adſereret. Suis ipſe regionibus pacem Germaniae eſt mercatus; *Alſatiae Landgrauiatu*, *X. vrbium aduocatia*, *Pfyretenſi C. Briſgouiaque* Galliae Regi, alteri hoſtium ſuorum, conceſſis. Nuntio etiam facto tot tantisque prouinciis, quas *Heluetii* rebelles maioribus ſuis olim violenter ſubtraxerant; adeo piiſſimo principi pacatio Germaniae curae cordique fuit: vt commodis ſuae domus publicam ſalutem praeferret. Turcarum effrenos impetus eadem arte ſedauit; pace A. 1644. cum ipſis in 20. annos facta. Quam cum rumpere *Ragoczius* vellet Tranſyluanus, tantum effecit Ferdinandi apud Turcarum imperatorem interceſſio, vt & ipſe anno poſt arma poneret. Reliquam vitam in pace tranſegit noſter, primogenito filio *Ferdinando IV.* ad imperii regnorumque Auſtriacorum gubernacula admoto. Qui cum A. 1654. parentem morte praeueniret, huius etiam obitum maturauit A. 1657.

Quare Auſtriacae regiones tunc indiuiſae (*a*)? *Hoſtes vno tempore Auſtriacorum*, Galliae Sueciaeque *RR.* Turcae, Tranſyluaniae, *imperiique principes bene multi. Conſpiratio vniuerſorum in perniciem ac interitum gentis Auſtriacae* (*b*). *De Hippolyti a Lapide virulento libello* (*c*). *Prote-*

(a) Tirolenſi enim comitatu ſatisfactum eſt agnatis.

(b) In quibus rerum anguſtiis Auſtriaca domus nullo tempore legitur fuiſſe.

(c) De *ratione ſtatus*; qui libellus & imperiali auctoritate vniuerſim & ſigillatim domui Auſtriacae, temporis ſucceſſu plus

Proteſtatio Hiſpanor. contra alienatam Alſatiam, *apud Chiſletium an iure facta? Baſileenſis antiſtitis in* Pfiretenſem C. *poſtulata. Quid de* Alſatica *Gallorum praetenſione iudicandum? de iudicio recuperatorio A.* 1681. *Briſacenſi. Grauellii in Comitiis facta poſtulata. Euentus rei in pace Riſuicenſi. Vbi multa ſingularia, quae forte perpetuo latitura ſunt. In ceſſione Heluetica, an omnia ſine diſcrimine ceſſa? Ruptae tabulae, quas Turca iniuerat cum noſtri parente. Cauſae Turcici & Ragocziani motuum: quorum neque omnis poſt factam pacem finis.* Eleonorae *Mantuanae, vxoris Ferdinandi duo ordines deſcripti. Vnus A.* 1662. ſeruarum virtutis, *ſymbolum ſol, cum epigraphe*, ſol vbique triumphat: *Alter A.* 1668. Culturae S. crucis, *ſub crucis ſigno verbisque*, ſalus & gloria. *In tricennali viduitate obiit* 1686. *De fratre Ferdinandi* Leopoldo Wilhelmo, *plurimorum epiſcopatuum & abbatiarum antiſtite, Teutonici ordinis magiſtro, Belgiique praefecto. Res geſtae eius in bellis Germanicis ac Belgicis. Tutela ipſi mortuo Patre commendata. mort.* 1662.

Leop. n. 1640. m. 1705.

§. XX. Reſtat Leopoldvs Magnvs, qui parenti praeter ſpem hominum in magnam tamen rerum humanarum felicitatem, fatis ſic iubentibns, ſucceſſit. Princeps, qui ſeptem & quadraginta annis, per quos meliorem orbem rexit, tanta rerum geſtarum magnitudine ac gloria excelluit, vt maiores ſuos longis interuallis poſt ſe relinquere, ſuae etiam ipſe poſteritati omnino intereſſe videretur. Quanta prudentia, induſtria, pietateque faſces imperii tractauerit, deſcribere, noſtri inſtituti non eſt. Signabimus tantum pacificationes, vt occaſio nobis ſit, in cauſas occaſionesque inquirendi bellorum rerumque. Pepegit A. 1660. cum *Suecis Oliuae*, A. 1664.

plus nocuit, quam exercitus aliquot millium in bello tricennali. Id ſcilicet in animis hominum poteſt calamus virulentus. Ex illo enim tempore iura publica non, quod eousque factum fuerat ex *Iuſtinianeo* codice; vel inſtitutis *Longobardicis*; vel Ariſtotelis *politica*; vel *hiſtoriolis* aliorum regnorum; vel ex *ſacro codice* reque publica Ebraeorum; vel ex *iure naturae*; vel ex A. B. tantum, aliisque eius generis principiis repetita ſunt: ſed e genuino fonte *monumentorum medii aeui*.

A. 1664. cum *Turcis* in 20. annos *Vaſuariae*, A. 1666. ſuper *Alſaticis* cauſis cum *Galliae R.* deliberatum; ſed non conuentum eſt. An. 1675. pacta cum Gallis *Coloniae* coepta A. 1679. finita ſunt *Neomagi*, A. 1682. *Francofurti* de recuperatoriis iudiciis cum Gall. R. tractatum, irrito iterum euentu. A. 1684. *in vicennales* inducias cum eodem conſenſum. Pro quarum firmamento *foedus Auguſtanum* A. 1686. ſecutum eſt. Rupta pace A. 1688. eadem *Riſuicenſibus* tabulis A. 1697. reducta. Coepta etiam A. 1683. cum foedifrago *Turca* bella; quibus A. 1699. glorioſus finis factus in pacificatione *Carlowizenſi*. Mortuo A. 1700. *Hiſpaniae* rege Galliae rex Hiſpanicam monarchiam ante deuorauerat, quam Auſtriaci ad arma deueniſſent. Imo ipſi Auſtriae Galli exitium minitabantur, poſtquam Boico militi ſuas copias ipſi iunxiſſent; *Tirolenſi* etiam comitatu a Boioariae duce in ditionem redacto. Verum non ante diem *obire* ſupremum debuerat piiſſimus princeps, quam aduerſus hoſtes victoriam *Schellenbergenſem* reportaſſet, atque, cum ne ſic quidem Boium Gallici foederis perfidiaeque poeniteret, *Hoechſtettenſi* poſt in clade iisdem vere exitium attuliſſet A. 1704. *Hungarica* diſſidia, nouo inſtituto a Ragoczio excitata, componere nequiuit, cum a Gallis rebelles ſubditi ſpe numisque fouerentur. Id conſilium A. 1703. diſcriminis habuit pleniſſimum; quo alterum natu filium, *Carolum*, *Hiſpanis* deuouit: Auſtriaco enim imperio a vita pendente heredis *vnius*. Ambiguo itaque rerum euentui, qui opibus humanis adeſſe nequiret, precibus coram DEO in ſede beatorum ſe profuturum eſſe, magna animi religione teſtatus eſt iam moribundus 1705. Tria matrimonia iniit Leopoldus. Primum *Hiſpaniae* regna certiori ſpe polliceri videbatur: alterum *Tirolenſes* diuitias attulit. Tertium *ſobolis* copiam parque filiorum, quorum cum vita nunc ſalus verſatur orbis Europaei. De piiſſimo principe augurium ſunt interpretati apud Flauium Vopiſcum, fore, VT VNVS TERRAM SVAM FACIAT, QVAM OCEANVS AMBIT.

De educatione Leopoldi ſingularia. Sub cuius tutela fuerit? Cauſae interregni in imperio poſt mortem Ferdinandi III. an minoren-

minorennitas Leopoldi? an Suecorum ſtudia? an B. aemulatio? an G. competitores? an vero expectatio partus a Regina Hiſpaniae? De N. dicto: preces Leopoldi metuo, non exercitus. Praetenſio ac diuinatio N. Germaniae calamitatum cauſas fore S. vaſallos. Turcici belli initia ſuper ſucceſſione in Tranſyluaniae principatu? de ſtudiis Ragoczii, Baczai, Apaffii, de iure Auſtriacorum circa principis ibidem electionem. Quare victoriam, pace facta, abruperit noſter? Praetenſio Gallorum Alſatica curſim tractata. Acta publica commendata hanc in rem Leonardo, Culpiſio, Gaſtelio, Franckenbergio, Obrechto, Brewero, editoribus. Belli Belgici A. 1672. *cauſae, ſucceſſus, euentus. Deproperatae pacis Nouiomagenſis cauſae, an imidus animus N. contra augmenta Brandenburgica. De Francofurtenſi deputatione ſingularia,* Mulzius & Fritſchius *obiter commendati in hac cauſa. Hiſtoria vltimi belli, & quare non ſperanda ſit Hiſtoria arcanorum pacis Riſuicenſis. Quare nullum hic archiuum ſufficiat, pleraque fallant? Hungaricorum procerum motus; an Serini, Nadaſti, Frangipani cauſae praetextibus Ieſuitarum actae? Innocentia piiſſimi principis. Reformatio ſacrorum in Hungaria. Toekelli filii & parentis fata, Hungari iure eligendi* 1687. *mulctati ſunt, ſucceſſione tum etiam in Hiſpanicam lineam extenſa. Maximae Auſtriaci dominii in Turcico bello acceſſiones, quas trium regnorum menſuram ferre exiſtimant.*

IOSEPHVS n. 1678. CAROLVS n. 1685.

§. XXI. Iosephvs *Iacobus Ignatius* faſces imperii ſuſcepit 1705. orbe per vniuerſam Europam bellis diſſidiisque concuſſo. Parens eum *A.* 1687. *d.* 17. *Nou.* Hungaris regem dedit. Cum infida Hungaria deuictis Turcis, quorum ſocia fuerat, pleno Caeſaris victoris arbitrio cederet; vt cum abſoluto imperio recuperata imperio recuperata eſſe, videretur. Hanc gentem, patri rebellem, A. 1706. pacare inſtituit, priſtina ei propoſita libertate. Quam vero cum alto ſupercilio ſperneret: id nunc agit, vt illa demum armis ad priſtina obſequia reduceretur. *Rex Romanorum* A. 1690. d. 24. Ian. inauguratus eſt, ad quam ſpartam eundem promouit Gallorum hoſtium aemulatio. Fratri Carolo *A.* 1703. *d.* 12. *Se-*

12. *Septembr.* iura Hiſpanicae monarchiae ceſſit, quam ſolenniſſime. Landauienſi obſidioni bis interfuit Anno 1702. iterumque Anno 1704. *Boioariae* ducem & *Colonienſem* antiſtitem perfidiae poſtulauit & poſtulatos territoriis exuit proſcripſitque primum Anno 1707. *d.* 29. *April.* Iura *Auguſti* in *Italiam*, recuperatorio iudicio Viennae inſtituto, ſtrenue ac fortiter tutus eſt cum aduerſus *Mantuanum* ducem aliosque Italiae principes; tum contra pontificem Romanum, quem armis compulit, transalpinum imperium ut agnoſceret comiterque haberet Anno 1709. Suffragium *Bohemiae regis A.* 1708. *d.* 12. *Sept.* in comitiis reduxit iure poſtliminii, difficultatibus e medio ſublatis, quae obiectae fuerant parenti. Supremam S. R. I. curiam *Wezlariae* cum ipſe emendare inſtituit 1707. tum etiam eandem curam commendauit ordinibus. *Septentrionales* minas aduerſus Sileſiam iactatas Anno 1707. prudentiſſimo conſilio euitauit. *Viennae pictoribus, ſculptoribus* rerumque mechanicarum artificibus aperuit collegia Anno 1705. nouamque academiam condidit 1708. *Lignicenſibus.* Vt doctrinae ac litterarum, quibus puer enutritus fuit, teſtes haberet, nullo tempore intermorituros. Hactenus *maſcula* prole caret. Cuius tamen deſiderio tenetur melior orbis vniuerſus. Quem cura haec eo magis angit, quod alteram, quae tantum ſupererat, Auſtriacae domus columnum, *orienti* ſubductam eſſe, videant, *occidentalibus* populis a parente dicatam, neque opinabile ſit, vt imperium vtrumque vnus contine-re queat.

CAPUT



Digitized by Google

CAPVT II.

TITVLI (a)

Regionum, quibus vtuntur Principes Auſtriaci.

Rex Hungariae.) Hoc regnum Alberto II. Imperat. matrimonii iure acceſſiſſe, ſupra ſcripſimus. Eius teſtamento, mortuo Ladislao, filio eius, Fridericus V. eſt innixus, quae eadem ſucceſſionis iura Maxim. I. vrſit, quod iam ſupra indicauimus. Sed neuter Hungariae aliquid poſſedit. *Ferdinandus I.* autem repetiit matrimonium A. 1522. cum *Anna*, filia Vladislai, *Hungariae R.*, herede, veterique iuri nouum addendo, vniuerſum regnum Auſtriae adiunxit. Quod vero hactenus procerum

(a) Amplitudine numeroque titulorum, quos dicimus, *Auſtriaco-Hiſpanica* gens alios quosque Europae reges longo poſt ſe ſpatio relinquit. Alii hoc inſtitutum, quo ſingularum prouinciarum cum nomine regis mentio ſit, tribuunt *Burgundiae* ducibus. Quod Belgicae prouinciae iuribus, legibus, iudiciis, limitibusque diſtinctae, id deſiderauerint a dominis ſuis, Burgundiae ducibus, ne vel minima earum omitteretur. Contra alii id demum *Maximiliano I.* dant, qui ſuas aeque ac vxoris ſuae ditiones in vno eodemque titulo inſtituerit commemorare. *Plurimi* id *oſtentationi* adſcribunt *Hiſpanorum*, qui regulis Saracenorum ex Iberia depulſis & noui orbis ditionibus acquiſitis, in prouinciarum numero dignitatem ac gloriam poſuerint, vt, nomine regis adpellato, omnium ſigillatim fieri vellent mentionem. *Auſtriacis* itaque cum *Burgundicis*, vtrisque cum *Hiſpaniae* & *Luſitaniae* regionibus ſub imperium vnius adductis numeri titulorum tantopere aucti ſunt, vt Philippus II. in ſolenni conuentu profiteretur, tantam ſibi vim ingenii non eſſe; *vt proprium nomen memoria teneret.* Ceterum qui factum ſit, vt hodie neque Hiſpani Auſtriaca nomina; neque Auſtriaci Hiſpanica nomina in titulis commemorent, id quidem coniectura non adſequor. Cum vtriusque lineae *ſimultanea* clara ſit ſucceſſio. Noſtrae autem aetatis regi Hiſpaniae nouae cauſae ſunt, qui vtriusque lineae ſymbola in nomine & inſigniis coniungat.

rum fuerat electione quadantenus temperatum: id Anno 1687. purum eſſe coepit regnum ſucceſſiuum.

De ratione ordinis, an Bohemiae regno Hungaria iure praeferatur (b)? Hungaria autem ſui nunc iuris eſt. Quamuis olim & Germaniae (c) clientelaris fuerit & pontificis

(b) Olim certe inter *vtrumque* regnum de proedria ingens fuit concertatio: neque immerito, cum iudicio rectius ſentientium omnia regna loco eſſe debeant prorſus aequali. Si aliquis locus coniecturis, primae poterant Hungariae deferri, quod Bohemia *feudum* eſſet imperii; quod in bello tricennali ſe priuilegiis reddidiſſet *indignam*; quod e re fuerit, Hungaros primo loco colere, qui ex leuiſſima cauſa deſerere poſſunt Auſtriacos, vicino Turca in partes vocato. Accedit; Bohemiae forte ſatis eſſe, quod inter Hungarica regna medio loco ſtet praeferaturque Dalmatiae ceterisque regnis huic vicinis.

(c) Fuit Hungaria omnis in clientela imperii Romani. Nam veteris *Pannoniae* prouincia Romanorum fuit, quae non ſolum Hungariam, ſed huic quoque vicina regna ſub ſuo habuit complexu. Inde *numorum* & *inſcriptionum* Latii veteris larga ſeges in iſtis regionibus. Quamuis vero, diuiſo imperio Romano, *Pannoniae* pars *mari* finitima orientalibus imperatoribus cederet; *vlterior* vero ab *Hunnis & Slauis, Croatis* aliisque populis vagabundis occuparetur, quorum illi *Hungariae* principatum; hi reliqua *Dalmatiae, Croatiae, Slauoniae, Raſciae* regna condiderunt: vniuerſos tamen harum ditionum regulos Carolus M. in ſuam imperiique clientelam redegit. *Carolingica* autem ſtirpe in Germania ad interitum ruente, obſequii iugum hi etiam reguli iterum excuſſerunt. Imo tantum abeſt, vt vel *Henricus auceps* vel *Otto M.* e re habuerint Germanici imperii, priſtinos recuperandi limites *Pannoniae:* vt illi potius fines Germaniae in *Morauia, Auſtria, Stiria, Carinthia, Carniolaque* terminarent, atque in ſingulis his tractibus peculiares *marchiones* conſtituerent, qui *limites imperii* Germanici aduerſus *Hungaros; Croatos; Slauos* ſeu *Venedos* tuerentur. Solum tamen *Hungariae* regnum ſponte rediit in Germanici imperii clientelam. Cum enim imperatoribus ea dogmata ſuggererent ipſi pontifices Romani: *omnia chriſtiana regna ſubeſſe imperio Romano:* id etiam egerunt Germanici Caeſares, vt Hungariam chriſtianam in ſuam reciperent clientelam. Ita enim 1) magnus Hungariae dux ſuaſu *Henrici II.* imperatoris, qui hac lege eidem ſororem deſponſauerat, *Giſelam* factus eſt *Chriſtianus* 996. 2) Ab eodem *Caeſare* idem rex Stephanus regale

cis (*) *curiae* (*d*) *bodieque adſeratur. De ſcriptoribus*
D (*e*)

regale accepit *diadema.* 3) *Petrus*, Hungariae rex, ab aemulo, Ouone regno expulſus ad Henricum III. ſe contulit, litigioſae ſucceſſionis *iudicem.* 4) *Caeſar* Ouonem ſ. Abbonem pacifragum bello petiit atque *rex Hungariae* ab ordinibus eſt inauguratus A. 1043. 5) Idem *Hungaros* donauit iure *ciuitatis Boicae.* 6) Idem *Hungariam* reddidit Petro regi; ſed hac lege, vt Germaniae & clientelaris eſſet & *tributaria.* 7) Repetiit *ſacramentum* clientelare eius ſucceſſor *Andreas* A. 1050. 8) Qui hunc ſecutus eſt in Hungariae regno *Salomo* in turbis inteſtinis *Caeſarem* Henricum IV. *iudicem* pariter implorauit A. 1064. aduerſus regni aemulos. 9) *Tulit* pro eodem *ſententiam* Caeſar. 10) *Morem iudici* geſſerunt ordines Hungariae. 11) *Inaugurauit* Salomonem *imperator.* 12) Inauguratus Hungariae rex Caeſari imperioque formulam fidei & *clientelae* firmauit religione iurisiurandi. Verum enimuero hanc tamen imperii clientelam Germania deinceps amiſit derelinquendo. Caeſares enim cum pontificis fulminibus, tum bellis inteſtinis ordinum defatigati, animum, extera regna in obſequio continendi, quod ne quidem domeſticis ſufficerent, abiecerunt. Vt fruſtra ſit priſtini iuris recordatio.

(*) De Hungaria ſacra plura ſunt in ambiguo. Principio 1) in tempore, quo Chriſto dederint nomen Hungari. Nam ante Stephanum, Hungariae ducem, Conſtantinopolin veniſſe eoque fine ibi ſuſceptum ab imperatore, vt Chriſto nomen daret. Rediiſſe igitur cum epiſcopo Graeco in Hungariam atque formulam fidei chriſtianae docuiſſe Hungaros A. 950. Quod Graeci teſtantur Conſtantinus de adminiſtrando imperio c. 40. Cedrenus, Zonaras, Scylitzes, Curopalata apud Schwarzium de initiis religionis Chriſtianae in Hungaria c. 4. Deinde 2) num Latinae an Graecae eccleſiae ſe addixerint? Vltimum plurimis argumentis propugnat Godofredus Schwarzius c. I. primum Inchoferus in Annalib. regni Hungariae ad an. 989. Timon in imag. Hung. antiq. lib. III. c. 7. licet ipſe titubet.

(*d*) *Pontificis argumenta ſunt; a) Stephanum, primum Hungariae regem*, crucem papalem *inſigniis regalibus inſeruiſſe, eo fine, quod regnum haberet pontifici clientelare. Reſp.* Religionis *haec indicia eſſe, non* regionis. *b) Eundem regem coronam accepiſſe a papa, quod ſit clientis. Reſp. Pontificem Hungariae coronam conſecraſſe qua ſacerdotem, non qua dominum clientelarem. c) Regnum Hungariae hac cauſa audire* apoſtolicum. *Reſp. Fallaciam cauſae oſtendere Galliae Hiſpaniaeque regna; quorum*

(e) curſim dictum.

Bohemiae.) Cum ſuperiori anno (f) *Bohemia* iterum innexa ſit ſyſtemati rerumpublicarum Germaniae: operae pretium eſt, eius maiorem in hoc libello haberi rationem. *Bohemiam* principio incoluerunt *Hermiones* (g). Deinde *Boii* (h), qui nouum ei nomen attulerunt. Boios

quorum ſupremo imperio non obſint nomina chriſtianiſſimi & catholici. *Et quae ſunt generis eiusdem.*

(e) *Cum Hungariae regna ad notitiam Germanici imperii non pertineant, neque in illa recenſendo immorabimur.* Pleniſſimus *rerum Hungaricarum ſcriptor eſt* ANTONIVS BONFINIVS, *aliquantum tamen iniquus in Germanos. Prodiit ille cum decretis, ad ius Hungaricum facientibus ſcriptoribusque aliis* Francof. 1606. f. Deinde IOH. de THWROCZ (*cuius etiam chronicon cum imaginibus 1498. ſigillatim prodiit in 4t.*) PETRVS RANZANVS *aliique plures, qui bella Hungarica & Pannonica deſcripſeruut, vno volumine proſtant Francof. 1600. f.* BERNEGGERI *epitome Hungariae aliquoties prodiit, a quo libro initium in hiſtoria Hungariae eſt faciendum.* FRANC. FORIS OTROKOCSIVS in originibus Hungaricis *plura habet, aliis praetermiſſa prodiitque in 8. Alios vulgares ſcriptores praeterimus. Praeterea* volumen omnium decretorum *regum Hungariae Francofurti impreſſum habetur, vnde fontes iuris publici repetere volunt Hungari, cupidi iurium priſtinorum. Verum* auctor anonymus hiſtoriam Hungariae *nouo inſtituto deſcripſit, ubi* ordinum *Hungariae tam* ciuilia, *quam* eccleſiaſtica iura *ſolicite eruit firmauitque ſingula publicis rerum documentis. Horum certe ingens farrago eſt, quae ipſe primus ex archiuis & priuatis ordinum, libertatis amantium, tabulariis protulit. A duobus illuſtribus viris mihi liber commendatus eſt Vienna, vt bibliopolae alicui auctor ſim, qui ſuis impenſis librum ederet. Sed bibliopolae dubitant, fore, vt liber haberet emtores. Inuito enim imperatore fieri vix poterit, vt eius exempla in Hungariam transmittantur. De huius autem conſenſu obtinendo eo magis dubitandum eſſe, quo cognitum magis eſt, formam eius regni prorſus mutatam eſſe, vt priſtina legi & commendari ſubditis nequeant ſine offendiculo.*

(f) *Anno ſcilicet 1708. menſe* Septembri, *quo voluntati Caeſaris de inſtauratione Bohemici ſuffragii omnes comitiorum adſeſſores communi concentu acceſſerunt.*

(g) *Qui populi & Germanis fuere accenſiti & tractus ditionis, qui nunc Bohemia audit, intra limites fuit antiquae Germaniae.*

(h) *Qui 6. ante Chriſtum natum ſeculis ex Gallia ſe in Germaniam contulere & Hermionibus expulſis, Bohemiam* patriae *nomine*

ios ſubiugarunt *Marcomanni* (i): hos *Venedi* ſeu Slaui Anno 320. (k), in quorum dominio haec prouincia permanſit. *Primus* ex Slauis Bohemiae princeps fuit *Czechus* (l). Huius ſucceſſores vltra quatuor ſeculorum interualla ſupremo imperio gauiſi ſunt (m), vſque dum *Carolo Magno*, qui Bohemos bello inuaſerat, *clientelam pollicerentur* (n). Breui poſt ad *ſacra Chriſtianorum Boriuor* acceſſit, plurimis tamen Bohemiae incolis perdurantibus in paganiſmo (o). *Carolingis* in Germania deficientibus, A. 912. Germanici imperii iugum & ipſi Bohemi *excuſſerunt* (p); imo inuaſionibus fere quotidianis Germaniae prouincias infeſtarunt, ſpemque conceperunt, ſubiugandi Saxoniam. Verum non ſolum repreſſit impetum eo-

D 2 rum

mine ſignarunt der Boien Heimat. *Boios vero illos pro Germaniae colonis habet Cocceius; quod Germania priſtinis ſcriptoribus Romanis* Celtiae *aut* Galliae *nominibus venerit.*

(i) *Qui Rheno, Danubioque vicinis ditionibus relictis Bohemiam inuaſerunt & Boiis exactis, incolere coeperunt. Inde Bohemia etiam audiit* Marcomannia.

(k) *Hi enim ex Aſia egreſſi Poloniam, Bohemiam, Miſniam, Marchiam, Luſatiam, Hungariam, Carinthiam, Slauoniam, Seruiam & his finitimas regiones alias inſtar diluuii inundarunt.*

(l) *Dux enim, qui cum ſuis Poloniam petiit,* Lechus *audiit; noſter* Czechus. *Inde Poloni, Lechiades, Polachi: Bohemiae incolae Czechi audiunt.*

(m) *Nemo enim iſto tempore fuit, qui par eſſet, vt praepotenti populo Venedorum arma obiiceret. Germania inprimis in plures diuiſa reſpublicas ſingulares.*

(n) *Carolus enim ſubactis Saxonibus & Boiis ex vtraque plaga vicinos habuit Venedos. Sed vicit tamen vniuerſos, vt in eius clientelam ſe conferrent Hungari, Bohemi, Moraui, Brandenburgici, Luſati, & qui his fuerant vicini. Reliquit vero Carolus barbaris gentibus* ſuos duces *ſiue principes, quibus ceu inſtrumentis vſus eſt, vt annua ipſi ſoluerentur tributa, & maieſtatem eius omnes comiter obſeruarent.*

(o) *Quamuis enim ab anno 900. multae in Bohemia eccleſiae Chriſtianorum a ſacerdotibus Germanis colligerentur: plures tamen fuerunt, paganiſmi maiorum ſuorum tenaciſſimi. Quorum tamen numerus ſenſim decreuit, vt omnes incolae chriſtianis ritibus initiarentur.*

(p) *Exempla enim imitati ſunt aliarum Germaniae prouinciarum, quae, extincta Carolingica ſtirpe ceu domo regnatrice, priſtinam libertatem receperunt. Conferantur ea, quae ſcripſimus ſupra.*

rum Henricus auceps ; ſed etiam ad *priſtinum obſequium* eos coegit redire. Ex quo tempore in *clientela imperii Germanici* perſtiterunt. Illud vero ingens beneficium fuit: quod cum *Henricus* (q), tum *Otto Magnus* Bohemis ius dederunt *ciuitatis Teutonicae*, imo ducibus eorundem locum in *comitiis* tribuerunt, qui inter alios Germaniae archiprincipes cum imperatore in Germanici imperii eſſent ſocietate (r). Cum creſceret Bohemiae ducum robur, *Morauiae* marchionatus acceſſione (s) ; Dux eorum *Vratislauus* adpellatus eſt *rex* ab Henrico IV. Caeſare Anno 1086. Quamuis autem *verbum regale* ſucceſſoribus ſubinde diſputaretur (t) ; quod Caeſares mallent a ſingulis pro diademate adhibendo ſalutari, quam illud vno priuilegio omnibus elargiri: anno tamen 1199. Philippo largitore, Caeſaris epiſtolam acceperunt, qua *regalis dignitas* non regibus, ſed regno Bohemiae *aeterno iure* (u) eſt

(q) *Formulam, qua Bohemi Germanico imperio acceſſerunt, recitat etiam* Goldaſtus lib. 2. c. 3. §. 7. p. 123. Huc redit ſumma: Bohemi in clientela ſint imperii ; Caeſari imperioque ſoluant annua tributa ; princeps eorum ordini adſcribatur archi-principum Germaniae ; ipſi Bohemi ciuitatis ſint Germanicae & pari cum aliis populis iure vtantur.

(r) *Ex hoc tempore nullus imperator fuit, qui Bohemos non habuerit adſeſſores ſuffragatoresque comitiorum. Epitomen habes in opuſculo de* Bohemico ſuffragio cap. 2. §. 8. lit. h. p. 60. 61. *Vt fruſtra ſint, qui Bohemos vel comitiis excludunt vel iuris illos habent peregrini.*

(s) *De hac acceſſione inferius in titulo regionis Morauiae.*

(t) *Aduerſus dignitatem regalem plurima Bohemiae principi obiecerunt eius aeui ſcriptores.* Primo *enim Bohemum regali diademate indignum habuerunt, quod regnum non inſtruxerit* duodecim epiſcopatibus *ad exemplum Chriſti diſcipulorum, has nenias canunt* Hoſtienſis, Panormitanus, Bellemera, *aliique interpretes decretorum.* Deinde *quod patriarcham non haberet, ſed eſſet in dioeceſi antiſtitis Magdeburgici.* Tum *quod ſui iuris non eſſet, verum in fiducia ageret imperii Romani.* Poſt *quod populo imperaret penitus barbaro.* Demum *quod papam in adſumendo regali diademate non haberet ſuffragatorem. Conf.* de auſpicio reg. c. 2. §. 5. p. 80. 81.

(u) *Pontifex tamen* adpellationem *Philippi ratam non habuit, quod huic Caeſaream dignitatem in dubium vocaret. Admonuit Premislaum, ut regalis tituli largitionem ab Ottone IV. peteret.*

Quod

eſt adnexa. Quam eo facilius tueri poterant, poſtquam Sileſiae principes vniuerſi Bohemiae regibus ſe addixerunt (x). Defecit *maſcula* regalis ſtirps in Wenceslao V. A. 1306. Inter plures tum regni competitores *Iohannes*, comes LVXENBVRGENSIS, qui vltimi regis ſororem, Eliſabetham vxorem habuerat, Bohemiam poſteris ſuis acquiſiuit. *vid. ſupra.* Succeſſit ei *Carolus IV.* filius idemque imperator; hunc fil. excepit *Wenceslaus*, quem frater ſecutus *Sigiſmundus*, cuius filia *Eliſabetha* Bohemiam Alberto II. AVSTRIACO Caeſari, marito ſuo attulit. Sed cum nata herede Bohemiae regnum inde tranſit ad principes POLONIAE. Vnde tamen Bohemia iterum reuerſa eſt, cum herede *Anna*, ad AVSTRIACOS, archiducem *Ferdinandum I.* Caeſarem, qui vota maiorum ſuorum de *Bohemia Auſtriae iungenda* felici auſpicio euentuque expleuit: vt illa ex hoc tempore ab Auſtriaca domo nunquam diuelleretur: ſed iisdem cum hac fatis vteretur, quae capite *primo* enarrauimus. Ceterum noſtri aeui imperator *Ioſephus* A. 1708. Bohemiam reddidit Germaniae, Bohemiaeque iura reſtituit Germanicorum comitiorum; Proſpero vtrique reipublicae euentu. In tantis autem difficultatibus, quae olim in hac re oppoſitae fuerant imperatoribus Auſtriacis (y); fortunae Ioſephi omnino dandum eſt, inſtaurationem priſtini iuris,

 com-

Quod cum feciſſet, papa ei reſcripſit: quamuis plures Bohemiae principes regalem ſibi titulum adrogauerint, eundem tamen a nullo pontifice illis datum eſſe. Innocentium vero tertium nunc conſentire Bohemis diadema regale & velle, vt ab omnibus reges dicerentur. *Extat diploma* in bullario Cherubini tom. 1. p. 1109. *vnde id excerpſimus* cap. 2. p. 86. de auſpicio regum.

(x) *Infra de hac acquiſitione in titulo regionum Sileſiae.*

(y) *Nam & politicae cauſae & iuſtificae eſſe videbantur ordinibus, quo minus ipſi Caeſaris petito ſubſcriberent.* Principio *noluerunt Caeſarem, qua Bohemiae electorem intereſſe* collegio electorum *in comitiis.* Deinde *onus ſubterfugerunt Bohemiae ſuſcipiendi* tutelam *in bellis Turcicis.* Tum *iura temporum lapſu, ſi quae fuiſſent habuerunt praeſcripta.* Poſt *rem mali exempli fore, crediderunt, ſi iura, tot ſeculis praeſcripta, liceret recuperare.* Demum *veriti ſunt, ne onera declinarent Auſtriaci, commodis acceptis & quae fuerant eiusmodi.*

communi ordinum concentu (z), factam fuiſſe. Dubitationes, olim ab ordinibus Germaniae motas, diſſoluimus (a) pro Auſtriacis in opuſculo nuper promulgato. De *Scriptoribus* etiam (b) *Bohemicis* agendum eſt inter diſſerendum.

Dalmatiae.) Dalmatia olim (a) *Graecis* paruit (b);

(z) *Hac enim* formula comitiali *ſubſcripſerunt Caeſaris petitioni.* Priſtinum in comitiis locum Bohemiae regi ſemper patuiſſe. Quem ſuo arbitratu iterum occupare poſſet, ſine vllo ordinum intercesſu, *Vox! quam nullatenus audire poterat Leopoldus.*

(a) *Argumenta*, Bohemiae *regi in* comitiis *ſuffragium eſſe*, *euolui peculiari diſſertatione. In his ſunt. Quod* 1) *Bohemia contineatur, veterum & medii aeui ſcriptorum teſtimonio*, finibus Germaniae 2) *Bohemiae incolae ius* ciuitatis Germanicae *acceperint largitore Henrico* 3) *Bohemia* pagis Germaniae *fuerit adſcripta* 4) *Principes & reges Bohemiae in* comitiis comparuerint *idque principio* continenter, *deinde in iisdem ſint* deſiderati, *tandem* priuilegio donati *ſint*, *vt illis abeſſe liceret, ſi comitia in Rheni vicinia locisque remotioribus inſtituerentur* 5) *Bohemiae reges vſi fuerint ſuffragiis comitialibus* deciſiuis. *Infirmius filum habent ad concludendum, quod* 6) *rex Bohemiae ſit* elector 7) *archiofficialis*, *imperii* archipincerna 8) *gaudeat* indigenatu 9) *fiat* Caeſar 10) *ſub dioeceſi fuerit Magdeburgica* 11) *electorum filii* Bohemice *doceri debeant*, 12) *a Caeſare Bohemiae princeps ſit rex adpellatus*, 13) *vnctus a* Moguntino 14) vicariatu *imperii transmontano gaudeat* 15) *legibus vſa ſit Bohemia* Saxonicis 16) feudum *ſit imperii*, 17) *feuda acquirat imperii ſine conſenſu imperatoris* 18) *imperio praeſtet* tributa. *Quae ICtus vel reiecerit vel pro rebus habuerit altioris indaginis. Omnium nos rationem habuimus in allegata diſſertatione.*

(b) *Syluium, Dubrauium, Pontanum aliosque edidit vno volumine Freberus Francofurti f.* Goldaſtus *incredibili induſtria* Bohemiae notitiam *congeſſit in 4t. Quem apparatu diplomatum & rerum ſingularium indagatione* Balbinus *vicit cum in* miſcellaneis *ſeu epitome Bohemiae, tum in ipſo rerum Bohemicarum commentario, qui quatuor voluminibus proſtat.* Hagecius, Boregkius, *& alii quam plurimi chronica ſcripſerunt ampla & erudita. Poſt hos quam plurima alia extant in Bohemico ſermone.*

(a) *Ab vrbe* Dalmio, *vt* STEPHANVS *de vrbib.* quam STRABO Dalminium; POLYBIVS & APPIANVS Delminium *vocant. Hac autem in bello Dalmatico deleta, eius loco Dalmatae habuerunt Salonam.*

(b); ab his cum Illyrico obuenit *Romanis* (c). Imperio Romano in *orientale* & occidentale diuiſo; *primi* pars eſt facta ſtetitque ſub imperatoribus *Conſtantinopolitanis*(d). *Heruli, Gothi, Franci, Italiae* (e) inuaſores, armis eandem infeſtarunt aliquoties: ſed *Venedi* ſeu *Slaui* (f) *ſexto*, vt credunt, *ſeculo*, Dalmatas, cum vicinis ſubiugarunt populis atque iſtius orae prouincias exinde incoluerunt. Cum nouis incolis regiones illae nouis adpellatae ſunt nominibus (g) *Slauoniae*, *Boſniae*, *Croatiae*, *Seruiae*. Praeterea autem priſtinum *Dalmatiae* verbum in vſu permanſit; ſub diuerſo tamen ſignificatu: vt modo dictas regiones nunc ſub ſe complecteretur, nunc ab iisdem diuerſa pro ditionibus tantum acciperetur mari vicinis Adriatico (h). *Slauicorum regulorum* in *Dalmatis* nomina magis obſcura fuerunt, qui in clientela egerunt imperatorum orientis (i): *Carolo* tamen magno, Boioariam te-

 nente,

(*b*) *Prima Graeciae dicitur prouincia vltra Drinum.*

(*c*) *Inde Romanorum aquae ductus in Dalmatia, inſcriptionum, circorum, columnarum, marmorum lapidumque ruinae.*

(*d*) *Cum reliqua Graecia & vicinis Hungariae Danubium verſus regionibus.*

(*e*) *De quibus irruptionibus cum veteres agunt*, Procopius, Caſſiodorus, Oroſius *alii*, *tum* Blondus, Sabellicus, Bonfinius *recentiores.*

(*f*) Mauritio *in oriente imperante circa* an. 588. *vel quod alii volunt*, *ſub imperio* Heraclii A. 610. *Quorſum conferri debent* hiſtorici Byzantini.

(*g*) Slaui *enim quamuis per* Poloniae, Marchiae, Bohemiae & *bas* Hungariae *vicinas regiones licenter vbique erraſſent: multa tamen ſingularia regna conſtituerunt in prouinciis, non adeo late patentibus. Quibus etiam noua ſtatim nomina vel ab vrbibus dederunt, vel a fluminibus ſub nomine ducis, quem ſingularis quaeque colonia conſtituit.*

(*h*) *Late igitur Dalmatiae nomen omnes prouincias eſt complexa nunc deſcribendas: a quibus tamen in arctiori ſignificatu iterum fuerat diuerſa. Inde factum eſt, vt Hungariae quidam reges nomina regnorum non ſigillatim recitari vellent; ſed vniuerſim includi vno vocabulo Dalmatiae. Tum enim in plurali numero ſe ſcripſerunt* reges Dalmatiarum.

(*i*) Porphirogeneta cap. 30. 31. 34. *teſte*, *ſcimus*, *quod regiones, priſtinis poſſeſſoribus per Slauos ereptas ipſi poſtea imperatores Graeci adſignauerint barbaris inuaſoribus*, *ea lege*, *vt in* clientela

nente, in eius fiduciam ſe contulerunt (k). Carolingico imperio a Ludouici pii filiis diuiſo, *Dalmatia* cum Italia primogenito adſignata eſt Lothario (l). Sed, potentia huius Caeſaris deminuta, ad orientis imperatores reuerſi ſunt (m). Hactenus *ducum* adpellatio regulis ſuffecit. Verum *Creſimiro, vndecimo ſeculo,* Dalmatiam Croatiae iungente, is *nomen regale* ſiue priuilegio *imperatorum* orientis (n), ſiue *pontificis* ſuggeſtione (o), ſiue ſuo, non alieno

clientela fiduciaque eſſent imperii orientalis. Factum igitur eſt, vt tanta Graecorum Caeſarum facilitas aliis quoque animum adderet ad inuadendum & diripiendum.

(k) *Taſſilone enim Boioariae regulo armis deuicto, terrorem potentia Carolina & ipſis orientalibus Slauis incuſſit, vt Carolo fidem darent annuaque tributa.* Eginhardus & Francici *annales haec commemorant, ſed Byzantini ſcriptores hiſtoriam ſuis ingratam plerumque ſolent praeterire.*

(l) *Id quidem ex* diplomatibus *intelligitur, in quibus Lotharius Caeſar Dalmaticorum regulorum contractus ſua confirmauit* auctoritate. *Imo ipſi Dalmatae Slaui* tempora *ſua diſtinxerunt ab annis imperii huius Lotharii hac formula:* Regnante in Italia piiſſimo Lothario, rege Francorum &c. Ioh. Lucius lib. 2. c. 2. p. 61. 62. *Maritimas vero Dalmatiae vrbes nullus forte Carolingorum attigit: quas opinabile eſt in fide imperatorum orientis perſtitiſſe.*

(m) *Ludouici pii filiis diſcerpentibus auitam monarchiam in partes & multo magis Lothario iterum ſuam diuidente portionem, Slauicae gentes omnem fere reuerentiam exuerunt, quam habuerant olim imperio Romano-Francico. Titulo etiam* Dei gratia *duces eorum vſi ſunt:* Murcimer diuino munere IVVATVS dux Croatiae.

(n) Recipiebant enim regiae dignitatis inſignia ab imperatoribus Conſtantinopolitanis & dicebantur eorum eparchi ſiue patritii. Habebant namque, ex ſucceſſione ſuae originis, patrum & proauorum dominium regni Dalmatiae & Croatiae, *ſcribit* Thomas archidiaconus c. 13. hiſt. Salonitanae p. 320. *ad an. 990. Vnde intelligitur 1) Caeſares orientis habuiſſe ius adpellandi reges. 2) Dalmatiae principatum fuiſſe ſucceſſiui iuris non electitii. 3) Vtramque prouinciam vnum tantum regnum conſtituiſſe.*

(o) Baronius *enim ex codice Vaticano* tom. XI. annal. ad an. 1076. *adfert diploma:* vbi pontifex ille famoſus Hildebrandus *per legatum vexillo, enſe, ſceptro* & *coronis inaugurauerit Dalmatiae regem Demetrium ſ.* Suinimerum. *Qui papae eapropter*

alieno arbitratu (p), accepere regiumque diadema firmiter tuti ſunt. *Venetorum* reſpublica hoc aeuo id egit, vt domina euaderet maris Adriatici (q). Maritimis itaque emporiis Dalmatiae regno ereptis, duces Veneti *Dalmatiae* titulum ſibi pariter adrogarunt. Inprimis poſtquam Caeſares Conſtantinopolitani illis hoc nomen conſenſiſſent (r). *Zuonimiro* Dalmatiam regnante (*circa an.* 1060.)

propter iureiurando ſuam addixit fidem, quam formulam fidelitatis pariter recitat ibidem. Ego Demetrius, qui & Suinimer D. G. & apoſtolicae * ſedis dono rex, ab hac hora in antea S. Petro & domino meo papae Gregorio ſuisque ſucceſſoribus, canonice intrantibus ero fidelis, & vt ipſe ſiue poſt eum vitam aut membra perdant aut capiantur neque in conſilio, neque in facto ero & conſilium, quod mihi crediderint, intimabo, regnum autem quod mihi per * manum ſuam (legatum) traditur, fideliter retinebo & illud ſuumque ius apoſtolicae ſedi non ſubtraham & vndecunque me inuitauerit pontifex aut eorum legatus, prout potero, eis ſimpliciter ſeruiam *an. 1076. Id enim tum egerunt pontifices, vt a Graecis imperatoribus Dalmatiae reges abſtraherent cumque non Graecae, ſed Romanae religioni illi eſſent addicti, eo facilius id obtinuerunt.*

(p) *Ex quo enim Carolingico imperio ſoluti fuerant, etiam* Dei ſe gratia *ſcripſerunt, ut praeter nomen ad dignitatem regalem eis nihil deeſſe videretur.*

(q) *Ex quo enim Dalmatiam* maritimam *ſibi adſeruerunt Veneti, ex eo etiam dominium adriatici maris adfectarunt. Vt fabula ſit, quam narrare ſolent de pontificis conceſſione. Imperatori ergo, qua* Dalmatiarum regi *ex eodem fonte hodie* dominium iſtius maris *poterit tribui, quo illud ſibi adrogant Veneti.* (*)

(*) Huc pertinet opuſculum Io. Aug. Nob. Dom. de *Berger*: de imperio Maris Adriatici Caeſari, qua regi Dalmatarum &c. proprio. Lipſiae 1723. edit. quod etiam Italice ſub titulo: *Il dubbio chiarito intorno al dominio del mare adriatico &c.* 1725. prodiit.

(r) *Caeſares enim orientis nullius tum auctoritatis, nullarum virium nulli ſpoliatori arma potuerunt obuertere. Acceſſit, quod, cum ipſi reges Dalmatae ſpernerent imperium orientis, adſeclae facti papae Romani, huic cauſae non eſſe viderentur, vt illis auxilia praeſtarent. Ceterum in Venetorum tutelam Dalmatae maritimi eo facilius conceſſerunt, quod* 1) *a ceteris Slauis Dalmatae infeſtarentur, inuaſionibus fere quotidianis* 2) *neque papam, neque Caeſarem viderent vindices iniuriarum* 3) *Veneti tutelam*

1060.) Hungariae rex Ladislaus *Croatiam* occupauit, incertum, quo iure (s): Stephano autem extincto, vltimo rege *Dalmatiae*, hanc quoque in ſuam poteſtatem redegit *Colomannus*, rex Hungariae, an. 1103. (t). Ex hoc tempore *Dalmatiae*, *Croatiaeque* regnum ab orientali imperio auulſum (u) eſt Hungariaeque adnexum, vt eundem cum

tutelam offerrent eamque 4) *iure vicinitatis* 5) *priuilegia Dalmaticæ incolis relinquerent intacta. Atque ex hoc tempore* Petrus Vrſeolus ducem Venetorum & Dalmatiarum *ſe primitus ſcripſit, dixitque, quem morem alii etiam duces poſt eum tenuerunt. Conferantur annales Venetorum* Danduli, Iuſtiniani, *aliorumque & Lucius* de regno Dalmatiae *lib.* 2. *c.* 7. 8. *p.* 75.

(s) *De* Ladislao, *Hungariae rege*, Ioh. de Thurocz cap. 57. *in hiſtoria Hungariae ita loquitur:* Adauxit Ladislaus rempublicam Hungariae. Ipſe prius Dalmatiam & Croatiam ſuae monarchiae iure perpetuo ſubiugauit. Cum enim rex Zorimirus ſine liberis deceſſiſſet, vxor eius ſoror regis Ladislai, ab inimicis viri ſui multis iniuriis praegrauata, auxilium fratris ſui Ladislai in nomine Ieſu implorauit. Cuius iniurias rex vindicauit & Croatiam atque Dalmatiam illi integraliter reſtituit (*neſcio autem quo iure feminae peregrinae, cui poſt maritum nihil iuris in Dalmatiam*). Quam poſtea a praedicta regina ſuo ſubdidit dominio. Quod tamen rex non fecit propter cupiditatem, ſed quod ſibi competebat, ſecundum regalem iuſtitiam (*mores Dalmatici regni*) ſibi competebat hereditas. Quoniam rex Zorimirus in primo gradu affinitatis eidem attinebat (*inauditus modus hereditandi per affinitatem*) & heredem non habuit. *Ita Hungariae hiſtorici fere omnes. Verum* Thomas Archidiaconus c. 17. hiſtor. Salonitanae *rectius forte ſcribit Dalmatas, ſucceſſore regis deſtitutos, faſces regni Hungariae regi detuliſſe.*

(t) *Quoniam Dalmatiae acquiſitionem cum* Archidiaconus in Salonitana c. 17. *tum alii ſcriptores tribuant Hungariae demum regi Colomanno*, Lucius lib. 3. c. 4. p. 115. *Ladislao Croatiae tantum expugnationem adſcribit, vt Colomanno Dalmatia maneat, principio addita Hungariae. Verum populus forte Dalmata defecit ab Hungaris, quos Colomannus ad imperium reduxit, vt iam nunc ab Hungaris deuicti eſſe viderentur.*

(u) *Dalmatiae & Croatiae reges hac formula vſi ſunt:* Dei & imperatoris gratia rex. *Quandoque etiam:* Dei & apoſtolicae ſedis gratia rex. *Quo ipſo ſatis elucet eorundem ab imperio & ſacerdotio clientela. Verum Hungariae reges cum ſupremo imperio* Dalmatiam *ſuſceperunt, vt omiſſa vel* imperii *vel* pontificis *mentione ſe* Dei *tantum* gratia *Dalmatiae &* Croa-

cum hac principem exinde agnoſceret. *Venetos* etiam, maritimae Dalmatiae dominos, de iſtis locis cedere coegit Hungariae rex Ludouicus *an.* 1358. (x), vt adeo Dalmatia vniuerſa Hungaris obueniret. Licet autem *Veneti an.* 1409. emporia Dalmatiae maritima impetierint, atque in litigioſa in Hungariae regno ſucceſſione (y) con-

Croatiae reges in libellis profiterentur. Olim Croatia *priori loco ſtetit, poſt* altero. *Quem morem ſequimur bodieque.*

(x) *Cauſae, quare Veneti nuntium miſerint* Dalmatiae *&* Croatiae *regionibus, mari vicinis, fuerant 1) quod Veneti* timerent *fortitudinem & robur Hungariae regis Ludouici 2) ipſi quoque agnoſcerent Hungaris Dalmatiam Croatiamque deberi* vniuerſam, *ſpontanea utriuſque populi deditione, 3) quod Hungariae rex illis auxilia polliceretur aduerſus hoſtes Venetorum alios. Formula pacis & renunciationis factae haec erat:* Ioannes Delfino D. G. (*verius longe reipublicae gratia*) Dux Venetorum &c. (*quod* &c. *dari Venetis non debuerat, niſi catalogo indicato prouinciarum, quas ſub iſto* &c. *intelligerent*) Rex pacificus, Ieſus Chriſtus (*regis nomen adeo dulce Venetis, vt videtur, ab illo libellum eapropter incepiſſe, vt lectorem confunderent ambigua periodi diſtinctione*). Cum inter Ludouicum Hungariae regem & nos ac commune (die Gemeind; vocabulum valde modeſtum) Venetiarum multae diſcordiae & derobationes fuerint occaſione Dalmatiae. Nos qui cum regno Hungariae pacem optauimus in pacem deuenimus hoc modo. Videlicet renuntiamus in manibus regis toti Dalmatiae a medietate Guarnarii ad confines Duracii, omnibus ciuitatibus, terris, caſtris, inſulis, portubus & iuribus, quae habuiſſemus & tenuiſſemus in eisdem quoquo modo & ſpecialiter ciuitatibus Nonae, Jadrae, Sardonae, Sibenici, Tragurii, Spalati & Raguſii in terra firma exiſtentibus. Item ciuitatibus & terris adiacentibus videlicet Cheſſo, Veglio, Arbo, Pago, Brachiae, Leſinae, Curſulae, cum inſulis earundem cum omnibus pertinentiis, vtilitatibus earundem ac * titulis Dalmatiae, Croatiae, quibus vti conſueueramus & totum ipſorum ius (*maris etiam Adriatici dominium*) & dominium & proprietatem quod habuiſſemus in ipſum regem & ſucceſſores ſuos ſponte, deliberate, & cum maturitate transferentes, renuntiantes inſuper omni actioni & legis beneficio, quibus poſſemus contra praedicta nos iuuare. Praeſtito iuramento corporali. An. 1358. indict. 11. die dominico 25. Febr. feliciter, amen. (*) *Nulla tabularum explicatione eſt opus, cum illae ſenſus habeant claros & apertos.*

(*) Pacta haec recitat etiam *Anchar.* conſil. 204. apud *Teſchium* concl. 1. D. p. 240.

(y) conſecuti ſint; deinde Turcae (z) plura Dalmatiae quoque oppida decerpſerint atque abſtulerint: Hungariae tamen regibus iura in Dalmatiam (a) vniuerſam illibata permanſerunt, &, perpetuo eius nominis in libellis vſu, conſeruata ſunt.

Croatiae.) Croatiam, a Slauis conditam fuiſſe (b); indicatum eſt in enarratione Dalmatiae, quam Croatiae ſub *Creſimiro* rege circa an. 1060. diximus acceſſiſſe. Coloman-

(y) *Hungaria enim inteſtinorum diſſidiorum motibus concuſſa; rebus autem commerciisque Venetorum maximopere efflorescentibus; factum eſt, vt illi plurima Dalmatiae & Croatiae maritima loca de vtroque regno defalcarent.* Lucius lib 5. c. 5. p. 262.

(z) *Seculo ſcilicet* decimo ſexto, *vbi Turcae omnia haec regna igne & armis deuaſtata ſub iugum ſuum redegerunt. Conſtantinopoli enim capta, Turcae exiſtimarunt, omnia illorum eſſe, quae olim paruerint imperio orientis.*

(a) *In* vltimo *bello Turcico plura recuperarunt Dalmatiae loca Hungari: ſed tamen multa etiam ſuperſunt, quae & Veneti & Turcae ſolent detinere.*

(b) *Nam & ipſi* Croati *ſub Slauorum nomine continentur. Olim* Chruati, Croati, Chrobati, *vtcunque haec vocabula ſcribantur, ſuos ipſi habuere rerum dominos, quorum nomina obſcura ſunt, quamuis illa ex tenebris eruerit* Ioan. Lucius, *ex quo illa hic ſuppeditamus, fide* Porphirogenetae; Thomae Archidiaconi *& diplomatum maximam partem pontificum Romanorum.*

Duces *Croatiae:* { *Bornius dux Croatiae* / *Borga* / *Branimir* } *aetatis incertae.*

Duces Croatiae & Liburniae. {
Borna cc. 818. Dux Croatiae & Liburniae.
Ladaſclaus cc. 821.
Mislaus aeui incerti.
Tamislaus cc. 914.

Reges *Croatiae & Dalmatiae.* {
Dircislaus cc. 970. primus Dalmatiae & Croatiae Rex.
Tirpimerus Rex 990.
Mucimerus Rex.
Dircislaus ad annum 1000.
Creſimirus cc. 1015. Patritius & Croatiae Rex.
Stephanus cc. 1060. Rex.
Creſimirus ad an. 1073.
Zuonimirus Rex ad an. 1087.
Stephanus Regum vltimus, poſt quem Croatiae & Dalmatiae regnum Hungariae diximus acceſſiſſe.

lomannum, Hungariae regem; eandem cc. ann. 1103. confecutum eſſe (c) pariter ſcripſimus. Ex quo tempore permanſit Hungariae adnexa. Id ambiguum eſt, num *Dalmatia & Croatia duo* regna conſtituant; an vero *vnum* duabus tantum prouinciis ſuſtineatur (d); quod vero perquam ſimile nobis videtur.

Slauoniae.) (*) Hoc nomen olim tam late patuit, vt *Dalmatiam, Croatiam, Boſniam, Seruiamque* ſub ſuo compleсteretur ſignificatu (e). Incolae iſtarum prouinciarum vniuerſi propago Slauorum (†), quod populi multiplicis nomen eſt generale (f). Ex quo autem ſoli tractui inter Drauum & Sauum interamnenſi Slauoniae vocabulum manſit, quos illa principes habuerit (g), quomodo regale acceperit diadema (h), & quo iure Hun-

(c) *Quod repetendum ex Dalmatiae deſcriptione.*

(d) *Croatiae acceſſit Dalmatia, non haec illi. Quapropter olim* illius *nomen* huic *eſt* praelatum. *Hodie ex aduerſo regnorum ordo eſt. Id nullam ambiguitatem habet 1) titulum regalem Dircislao datum eſſe ob* potentiam, *quam habuit*, vtraque *prouincia ſub imperium vnius redacta. 2) Reges vtriuſque ſaepius ſe ſcripſiſſe* Dalmatiae reges, *omiſſa Croatia. 3)* Diploma *regale* vnum *reſpicere* regnum *adeoque, 4) non* duo *regna vnquam conſtituta eſſe.*

(*) De origine Slauoniae vid. Gundlingian. P. XI. n. 2. §. 7.

(e) Slaua *gloriam eademque vox* planitiem *notat, in qua Slauici populi quam latiſſime errarunt, uſque dum ſingulae turmae ſingulas conſtituerent respublicas. Non memini vllius populi, tam late patentis, quam ſupra vidimus de Slauis (†). Inde eſt, quod Slauice doctus intelligatur Polonis, Bohemis, Hungaris, Croatis, Dalmatis, aliisque gentibus, quae propaginis ſunt eiusdem.* Slauoniam *itaque Dalmatiam Iſtriamque cum vicinis regionibus olim complexam fuiſſe, recte monet* Bonfinius Dec. I. lib. 8. p. 122.

(f) *Euenit hoc eo facilius, quoniam Drauus & Sauus fluuii, inter quos Slauonia interiacet, regionem Croatia, Boſnia, Seruiaque, naturali quodam arcifinio diſtinguere & ſeiungere videntur.*

(h) *Siue Graecorum Caeſarum ſiue papae indulgentia. Quamuis enim alteri cultior orbis id nullo tempore conceſſit, vt ex* ducibus *creet* reges: *in barbaris tamen & ab omni cultu remotis populis id facilius accidit. Quos papa hoc quidem glaucomate circumuenit:* regalem dignitatem ex ſacra vnctione pendere, quam dare & negare poſſet pontifex Romanus.

Hungariae acceſſerit, id quidem per eſt obſcurum (i).

Bulgariae.) Bulgaria, Slauorum (a) prouincia extrema, quam illi orientali imperio eripuerunt. Egerunt tamen ipſi non minus in clientela Caeſarum orientis (b). A quibus defecerunt, poſtquam *Flandri* orientis imperium ſibi adrogauiſſent (c). Tum enim faſtus Bulgariae regum in tantum creuerat, vt *imperatores* & ipſi vellent adpellari. Hungariae autem rex Stephanus V. Bulgariae regem ſibi & clientelarem reddidit & tributarium (d) a. 1275. Licet vero Bulgari poſtea fefellerint datam fidem, cum vicinisque populis a Turcis ſubiugati ſint: Hungariae tamen reges priſtini iuris rationes ſeruant *Bulgariae*, in nominibus regum ſuorum, ſolenni commemoratione.

Boſniae.)

(i) *Si cum Dalmatia aut Croatia acceſſit Hungariae Slauonia de hiſtoria cauſisque conſtat ex ſuperioribus, quae in Dalmatiae enarratione ſunt explicata. Notum eſt, vniuerſam Slauoniam in Carlouicenſi pace 1699. Hungariae iterum acceſſiſſe. Diuinuit id* Schurzfleiſchius diſſert. 13. p. 27.

(a) *Bulgari enim Slauica gens. Nomen a* Volga *fl. repetit* Presbyt. Diocleates de regno Slauor. p. 288. *vbi inquit:* a magno flumine Volga exit innumerabilis multitudo populorum. A quo & nomen Vulgari ſ. Bulgari coeperunt.

(b) *Primos eorundem duces ex ſcriptoribus Byzantinis collegit & in tabella exhibuit* Lucius in notis ad Marullum p. 450. (*) *Primos, qui ex vniuerſis Slauis fidem Chriſto addixerint, habet* Chyrraeus de Slauis p. 35.

(*) Bulgariae reges eorumque hiſtoriam ſolus recenſuit *Du Freſne* in Conſtantinopoli p. 325. Qui ſolus poteſt eſſe ad hanc hiſtoriam ſatis.

(c) *Capta a Latinis* Cſtpoli *cum Ioannicius, Bulgariae dominus pleraque Graecorum loca in Thracia occupaſſet* coronam regni *Bulgarici petiit obtinuitque ab Innocentio III. pontifice Romano,* Luc. lib. 5. c. 3. p. 256. *Succeſſores vero eiusdem Trapezuntinum aemulati ſunt principem, qui ſalutatus eſt imperator.*

(d) *Ita* Bonfinius Dec. 2. lib. 8. p. 303. Stephanus V. mox in *Bulgariam* caſtra mouit, quae eius imperium detrectabat. Vbi paucis menſibus inferiorem Moeſiam ita infeſtauit, vt praedae multum abduxerit. Demum, ne re infecta e prouincia abiret, Bodum eorum metropolin obſedit, tertio vrbem menſe expugnauit. Eaque potitus, Bulgarorum regem cum vniuerſa Moeſia ſtipendiarium ſibi fecit. *Et* Ritius lib. II. p. 845. *Clientelae autem mentionem facit* Ioh. de Thwrocz cap. 77. p. 79. Bulgaros ſeparauit & regem eorum ſibi compulit deſeruire.

Boſniae.) Nomen *Boſniae* a fluuio *Boſna:* quae olim audiit Seruia occidentalis (a). Banos ſiue comites principio habuit, beneficiarios (*) regum Hungariae (b). Anno autem 1369. Stephanum Boſniae dominum a Ludouico rege diademate regali inſignitum (c) fuiſſe tradunt. Centum annis poſt 1465. vltimo rege Stephano, (omnes enim Stephani (*) nomen habuerunt,) defuncto (d), Boſniae regnum Hungariae fuit innexum. Cum Turca hoc regnum eripuerit Hungaris, eius in nomine regali ſubinde repetunt memoriam.

Seruiae.)

(*a*) *Boſniam ab Hungaris quondam* Ramam *vocatam eſſe, ſcribit* Thwrozius chron. Hung. cap. 65. A Beſſis *Boſniam deducit* Schurzfleiſch. *diſſert. 61. §. 18.* Beſſos enim Bulgari ex Moeſia inferiori eiecerunt atque ea de cauſa iſti in tractum, Sauo proximum, tranſierunt. *Sed ego lubentius adſentior* Conſtant. Porphirogenetae *c. 32. qui* Boſnae *fluuium, per Boſniam labentem deſcribit: accedit, quod vocabula* Boſna *&* Boſniae *magis inuicem cognata ſint, quam* Boſnia *&* Beſſii.

(*) Sed etiam memorat Fridericus II. Caeſar, quod xenia Boſniae dux ei miſerit, quibus ſpoliauerit eundem dux Auſtriacus, *de Vineis* lib. 3. c. 5. p. 403. Inde forſitan arguas, ducem Boſnenſem eo tempore addictum fuiſſe clientelae imperatoris aut imperii.

(*b*) *Boſniam ab imperio* Graecorum *auulſam Hungariaeque annexam fuiſſe* Cinnamus *lib. 3. ſcribit, quo tempore id factum ſit, non prodit. Si* Marco Marullo *fides eſt,* in geſtis reg. Dalmat. p. 309. Boſnia vſque ad regem Zuonimirum Dalmatiae pars fuit, quae illo an. 1079. extincto, cum reliqua Dalmatia Hungaris ceſſit: ita tamen, vt Boſnenſes dominum ſuum retinerent, Hungariae regibus clientela addictum.

(*c*) *Dubium eſt, num Tuartkus,* Boſniae *banus ſiue praefectus Boſniae intuitu rex dictus ſit: an vero Raſciae ergo, quam occupauerat, quod inferius in Raſcia enarrabitur.* Lucius lib. 5. cap. 3. Tuartkus banus Boſnenſis titulum regni *Raſciae* Ludouico Hung. R. conſanguineo & affine ſuo iuuante, vel permittente ſumſit: ſed cum in Boſna ipſe & ſucceſſores eius reſiderent, Reges Boſnae dicti fuerunt. *Atque ſic error ius fecit.*

(*) *Quod reguli barbari nomen* Stephanorum *tantopere in deliciis habuerint, id quidem in cauſa fuit: quoniam coronarum tam cupidi aeſtimatores fuerunt.*

(*d*) *Vt de Boſniae tam praefectis, quam falſo creditis regibus conſtet, eorum hic dabimus progeniem*

Stephanus

Seruiae.) Slauica gens *Sorabi* (a), *Serbii*, Sirbii, vnde nomen Seruiae, puto, tributum eſſe: ex quo ſcilicet Slaui in huius orae ditiones colonias deduxerunt: pace orientalium Caeſarum in illas recepti (b). Principes itaque Seruiae orientali imperio fuerunt clienteláres; poſt albo amicorum Caeſaris quoque adſcripti (c). Ex hoc tempore Michael rex (*) eorum ſalutatus eſſe, e pontifi-

Stephanus Banus Boſnae m. 1310.

Steph. Banus † 1357.	Elena — Vladislaus		Ninoslaus
Eliſabetha vx. Ludou. Hungariae regis	Stephan. Tuartko Rex Raſciae & errore Boſniae	Wchich Banus	Steph. Dabiſc. Rex m. 1396.
	Stephan. Tuartko Rex pulſo Oſtoya 1405.		Stephanus Oſtoya Rex m. 1435.
			Stephan. Thomas Spurius a Mahomete II. necatus 1465.

(*a*) *Inde in vicinia Slauicum nomen eſt oppidis aliquot, quae* Zerbſt *audiunt: cum nemini ignotum ſit*, Sorabos, *Slauorum gentem, has oras incoluiſſe.*

(*b*) *Seculo ſcilicet* ſexto, *quod in Dalmatia notatum eſt. Graecis vero imperatoribus, cum vim ingruentium Slauorum impedire non poſſent, ſolatio fuit, quod Slaui* ſeptimo ſeculo *exeunte ſacris chriſtianorum ſe addicerent agerentque in clientela imperii orientalis Dalmatiae partem orientalem Heraclium Serblis (Serbiis) adſignaſſe*, Porphirogeneta *ad c. 32. 35.* eiusque partem Serbiam nuncupatam. Luc. lib. I. c. 12. p. 47.

(c) Ita enim *Cedrenus*, qui Seruiae frequentem mentionem facit, haec adnotauit: *An. 1035. Seruia quae morte Romani imperatoris iugum excuſſerat, rurſus imperio coniuncta eſt. Princeps* Serborum *Stephanus paulo ante ex vrbe profugerat, &* Seruiam *occupauerat, puiſo inde Theophilo Erotico an. 1042. Cum Stephanus Illyricos occupaſſet montes ac Triballos & Seruios indeque viciniam Romanis ſubditam populationibus vexaret: hoc ipſo tempore* Michaelas *Stephani filius, ſucceſſor, cum imperatore foedus icit*, Protoſpatariique *decoratus honore, in* album *ſociorum* & amicorum *imperii Romani adſcribitur.*

(*) Principio ὁ κεάλης Σερβίας Seruiae princeps dictus eſt, quod nomen minus fuit regali. *Logotheta*, *Nicephoro*, teſtibus id ſcimus. Quorum loca congeſſit *Meurſius* in Lexico Graeco-Barbaro & plenius longe *Freſneus.* Quibus addi poteſt *Bes-mannus* in notit. dignitat. diſſ. I. §. 15. p. 19.

pontificum decretis intelligitur *cc. an.* 1050. (d). Verum Conſtantinopoli a Flandris occupata, Hungariae rex Andreas II. *Seruiae* regnum ſub ſuam redegit poteſtatem (e). Ex quo tempore eius quoque adpellatione vſi ſunt Hungariae reges; quamuis ditio Turcis ceſſerit in praedam (f).

Raſciae.) Regno nomen a fluuio dederunt *Raſca*, qui per illud labitur miſceturque Moldauiae (a). Pars eſt Seruiae orientalis (b). Nam Stephanus, Seruiae praefectus, ab Hungariae rege conſtitutus, tractum aliquem regionis, Seruiae orientalem, proprio iure poſſedit adfectauitque eius intuitu nomen regale a pontifice

E Romano

(d) *Gregorius VII. principem Seruiae Michaelem, ab imperio orientali auulſum, regio titulo inſigniuit, quod plenius tractat* Ioan. Lucius lib. 2. cap. 11. p. 88. *Qui tamen Seruiae rex fuit, ille etiam rex Slauorum frequenter audiit pontifici* Gregorio VII. epiſt. 12. *Conf.* notae *ad* Presbyterum Diocleatem de regno Slauorum p. 440.

(e) Ita enim *Lucius lib. 5. c. 3. p. 256. Orientalis Seruiae pars* (a Boſnia, quae pars Seruiae occidentalis diſtincta) *ſicuti iuris imperii Graecorum erat; ita eius praefectus Graeco-Slauo vocabulo Megalupanus adpellabatur. Sed capta a Latinis Conſtli cum Ioannicius, Bulgariae dominus pleraque Graecorum loca in Thracia occupaſſet*, Andreas, Hungariae *rex, pulſo Stephano Neemania Megalupano, Vulgoque ſubſtituto reliquum Seruiae occupauit Seruiaeque * titulum ſumſit. Cum ergo Megalupanus ab Innocentio III. nomen * Seruiae regis peteret, Andreas, Hungariae rex, id non probauit. Honorius ergo eius ſucceſſor, vitato Seruiae nomine, ei titulum Raſciae conceſſit.* Qua de re infra dicetur ex *Archidiaconi c. 26. p. 335.* Errant itaque, qui primum Seruiae regem faciunt Duſanum, qui anno demum 1350. Seruiae regalem acquiſiuerit dignitatem.

(f) *Ipſi etiam Seruiae populi Hungariae regibus fere ſemper fuere rebelles. An. 1350.* Seruiae *ſe* Caeſarem *dici voluit Duſanus. Cuius filio Stephano an. 1371. extincto, Turcarum imperator Seruiam coepit, & iterum iterumque rebellem multoties grauiſſime afflixit. Cuius etiam nunc ſubdita eſt imperio.*

(a) *Ioan. Lucius lib. 5. cap. 3. p. 256.* Raſciae nomine Seruiae pars venit orientalis. Dicebatur a flumine Raſca, per eandem labente.

(b) *Ioan. Bapt. Nicoloſius in Herculo Siculo part. 3. p. 243.* Seruia Raſciam continet. *Neque eſt, quod plura expectes de vniuerſo hoc regno etiam a pleniſſimis ceteroquin Geographis:*

Romano (c). Cum vero Hungariae rex nouum Seruiae regem (d), quo nomine ipſe quoque adpellatus fuerat, aegre ferret: abſtinuit Stephanus a *Seruiae titulo*, regnumque ſuum nouo inſigniuit vocabulo, *Raſciamque* id adpellauit (e) *cc. an.* 1210. Ex hoc itaque tempore *Raſciae* reges floruerunt in limitibus Seruiae orientalibus. In illis fuit Stephanus, cognomento magnus, qui *cc. an.* 1300. pluribus Graecorum prouinciis in vicinia occupatis, *imperatoris Romaniae* nomen ſibi adrogauit: filio *Vroſio*,

(c) *Id ſcilicet in iſtis oris obſeruo. Quod papa Romanus prodigus largiter fuerit* tituli regalis, *quos nundinari ab eo tum poterat cuiusuis generis domicellus. Miror orientalium Caeſarum ſtuporem, quod hanc papae adrogantiam*, reges adpellandi *non caſtigauerint, cum manifeſto opprobrio id fieret imperii Romani. Verum miſera & patentis vicini armis adflicta tum facies imperii orientalis, vt ſocordia Caeſarum veniam mereri videatur.*

(d) *Andreas enim Hungariae rex, Seruiae dominio acquiſito, non ſolum* regis Seruiae *nomen adhibuit: ſed noluit etiam, alium hoc vti praeter ipſum. Idem fere Siciliae quondam ducibus euenit. Hi enim cum,* regali honore *adſcito, ſe* reges Italiae *dicerent, imperator, tituli inſolentia offenſus fuit, qui Siculo reſcripſit:* alium ſe neſcire Italiae regem, quam imperatorem. *Epiſtola accepta, depoſuit nomen* Italiae *Siculus, ſubſtituitque eius loco* Siciliam. *Quamuis enim aliqui ei auctores eſſent, vt rex* in *Italia ſalutaretur: noluit tamen illos audire, ne verbi litigio ipſam dignitatem* regalem *in diſcrimen adduceret.*

(e) Regalem dignitatem *Stephanum, Megalupanum* per epiſtolam pontificis *Honorii III* qui Innocentio III. ſucceſſit *cc. an.* 1217. accepiſſe, auctor eſt *Thom. Archidiaconus in hiſtoria Salonitana cap.* 26. *p.* 335. *Eodem tempore Stephanus, dominus Seruiae* (alicuius ditionis in Seruiae vicinia orientali) *ſiue Raſciae, qui Megalupanus* (verbo Graeco Slauico, quod idem, quam dux) *miſſis apocriſiariis ad Romanam ſedem impetrauit ab Honorio, ſummo pontifice, coronam regalem. Direxit namque legatum a latere ſuo, qui veniens coronauit eum primumque conſtituit regem terrae ſuae Raſciae.* Plura habet *Danduius lib.* 10. *part.* 30. apud Lucium: *Stephanus dominus Raxiae* (Raſciae) *dum neptem quondam Henrici Danduli ducis accepiſſet in coniugem, ex ſuaſione vxoris* (feminae ambitioſiſſimae) *abiecto ſchiſmate* (ſchiſmatico enim papa regales honores negauiſſet) *per nuncios a papa obtinuit, vt regio titulo decoratus eſſet & per legatum vna cum coniuge coronati ſunt.*

ſio, *Raſciae* rege conſtituto (f). Hunc vero *Vuchaſinus* Raſcia priuauit (g); quam ei iterum eripuit *Tuartkus cc. an.* 1376. (h). Sequitur eum Stephanus *Dabiſcia*, qui cum Hungariae rege *Sigiſmundo* pacta iniit ſucceſſoria an. 1394. (i) metu Turcarum. Licet vero hi poſtea cum *Seruiam* ſubiugarint, tum *Raſcam*, quod vocabulum deſuetudine fere ſublatum (k) eſt & *ſub Seruia comprebenſum*: cum tamen ſingularis regni honorem habuerit (l);

E 2 non

(f) *Eo ſcilicet dilapſi fuerant barbari reguli, vt ex aliquot leucarum auctibus illis ſordeſcere inciperet titulus* regalis, *cuiusuis generis domicello tum ſolennis. Quapropter ſuo ſibi arbitratu ſumſerunt nomen* imperatoris. *Eodem enim inſtituto Alexius, poſtquam ſummam rerum* Trapezuntiac *nactus eſſet, dixit ſcripſitque nomen ſuum* imperatoris *Trapezuntini. In occidente ſanctius* nomen *fuit* Caeſaris, *quod tot regnorum domini Hiſpani & Galli fruſtra adfectarunt. Tantum abſuit, vt illud occidentalibus populis tantopere vileſceret.*

(g) *Vroſium enim, ſcribunt, Raſciae regnum, per inertiam amiſiſſe p. 256. Mortem eius an. 1321. memorat* Micha Madius in Barbazanis c. 16. p. 376.

(h) Tuartkus cum *Boſniae Banus, ſiue praefectus, eſſet*, fauore Ludouici, Hungariae regis, quem habuit adfinem, nomine vſus eſt *Regis Raſciae & Boſniae.* Poſtquam Raſciarum regnum armis eſſet conſecutus an. 1376.

(i) Protulit e tabulario diploma *Ioan. Lucius lib. 5. c. 3. p. 258.* vbi imperator Sigiſmundus, qua Hungariae rex, *Raſciae populo libertatem pollicetur;* populus Sigiſmundo obſequium & ſubiectionem, rege, quem habuerant mortuo, *Stephano Dabiſce.* Scriptae ſunt tabulae an. 1394.

(k) Hac enim cauſa *tabulae geographicae* nullam *Raſciae* regni mentionem faciunt; tantum abeſt, vt *Raſciam a Seruia* ſciant diſtinguere.

(l) Quemadmodum Hiſpaniae rex *regnulorum*, a Saracenis ſatrapis conditorum, hodieque memoriam in *titulo* ſuo conſeruat, licet maximopere ambiguum ſit, num gentium vſu, an vero ſcriptorum tantum grammatico ſignificatu honore illa gauiſa fuerint regali: ita Hungariae reges maiores cauſas habent, has prouincias ſub initium regiorum libellorum *diuiſim* enumerare. Partim, quod vere regna fuerunt; partim, quod eorum commemoratio aduerſus praeſcriptionem eſt remedium; partim etiam, quod vulgo exiſtimant, dignitatem regis augeri ac prouehi multitudine plurium regnorum.

non praeter rem eſt, eius hodieque *in ſolenniori* (m) *Hungariae* regis titulo diſtinctam fieri mentionem.

Archidux Auſtriae.) Iura, quibus haec regio genti noſtrae obuenerit, cap. I. explicui. Nunc de *primordiis Auſtriae* aliquid in epitome dicendum. Nomen regioni a ſitus ratione venit. Oſt enim Germanis *oriens* eſt; vnde Iſtaeuones & *ipſam quoque Iſtriam* adpellationes ſumſiſſe, certus ſum (a). Occupata per Romanos ſub Caeſare & Auguſto regione, horum praefectis ea paruit (b): donec inde auulſa ſub imperium Francorum redigeretur. *Carolus* enim cognomento M. imperator, Boiorum regno euerſo, omnem quoque *Auſtriam*, eidem tum annexam, ſuae ditionis fecit (c). Contra irruptiones Hunnorum vt limitem imperii probe cuſtoditum haberent, & ipſe & ſucceſſores, imperatores Germanici, fortiſſimis quibusque viris Auſtriam, cui Boioaria hactenus iuncta fuerat, regendam dederunt. Nulla neque feudi, neque hereditatis aliqua habita ratione. *Henricus* auceps primus fuit, qui ſeiuncto a Boioaria Auſtriae *Marchionatu*, eundem *Alberto* eius ex ſorore Baba nepoti, Babenbergenſi,

(m) Vt *ſigillum* regibus vel *maius* eſt vel *minus*, quod ſuo iam aeuo diſcrimen agnouit Carolus IV. in Aur. B. ita etiam vel *maior* vel *minor* eſt eorundem *titulus*. In *illo* enim ſingula recitantur etiam minutiſſimorum dominiorum genera: in *hoc* autem ea tantum recenſentur, quae *maioris* ſunt momenti. *Illo* in grauioribus reipublicae negotiis vtuntur libellorum magiſtri: hoc vero in minoribus tantum, vtpote ſi res leues ſunt vel cauſae aguntur priuatorum. Sic Auſtriacae curiae in rebus minoribus *Bulgariae*, *Boſniae*, *Seruiae & Raſciae* nomina ſolent omittere.

(a) *Iſtaeuones* ſeu *Oſteuones* incolae, die nach Oſten wohnen: ita Francorum regna alia *occidentalia*, in Gallia fuerant: alia orientalia *Auſtriam* verſus. Itaque *Auſtriae* adpellatio quondam *latior* ac amplior fuerat: a qua vicini principatus ſingularibus nominibus tempore Henrici aucupis diſtincti eſſe reperiuntur.

(b) Inde plurima Romanae antiquitatis monumenta in Auſtriacis, quae *Lazius*, *Lambecius* aliique euoluerunt.

(c) Imo Boioariae tum pars fuerat Auſtria. Carolus autem vltra limites ſuos protulit, verſus Dalmatiam eique vicinas regiones, quod *cap.* 2. expoſuimus.

genſi, ſeu Bambergenſi Comiti contulit (d). Huius deinde filium LEOPOLDVM *illuſtrem* An. 942. Otto M. in feudo hoc confirmauit, regionemque primus *hereditariam* effecit, vt per tria integra ſecula vſque ad an. 1246. penes eandem gentem permaneret. Tum enim FRIDERICVS, vltimus e maſcula Babenbergenſis familiae ſtirpe miſera morte periit. Ex quo plures inuicem, quod controuerſiae in tempora interregni inciderent, de Auſtriae occupatione certarunt. Reliquerat *Babenbergenſis* duas ſorores *Margaretham* & *Conſtantiam*, atque ex fratre neptem *Gertrudem.* Harum ergo mariti in contentionis ſocietatem venerunt. *Gertrudis Hermanno*, Marchioni *Badenſi*, nupſit, qui *procerum aſſenſu* poſſeſſionem Auſtriae propterea nactus eſt. Sed cum praematura is morte obiret, filium eius, *Fridericum*, *Ottocarus*, R. Boh. quod *Margaretham* Babenberg. vxorem haberet, Auſtriaca ſucceſſione excluſit, fruſtra etiam *Conſtantiae*, alterius ſororis, marito, Henrico ſcilicet Miſnenſ. March. ius ſuum exigente. Aſt vero Neapoli capite truncato *Friderico*, quo *iure Rudolfus ordinum S. R. I. decreto* Ottocarum, Reg. Boh., Auſtriacis iterum regionibus expulerit, easque Habsburgicae genti ſuae intulerit; hoc eſt, quod *c. I.* §. 4. ex inſtituto ſumus proſecuti.

De Fatis Auſtriae a) ſub praefectis ROMANORVM, qui non raro Caeſares facti ſunt, inde Vienna Caeſarum priſtina ſedes: b) ſub dominio FRANCORVM, vbi Chlodouaei, Theodorici, Sigeberti in Auſtria bella (e). Caroli M. euerſio regni Boioarici. Auſtriae rectores e diuerſis familiis dati per imperatores Carolingos: c) Sub BABENBERGENSIBVS, deſcriptio Com. Babenberg. ſucceſſio eorum 1. Leopoldi *illuſtris*, 2. Henrici, 3. Alberti *Victorioſi*, 4. Erneſti, *qui prior. S. R. I. priuilegio Henrici IV.* 5. Leopoldi *pulchri*, 6. *pii*, *ſanctis adſcripti*, *miracula eius multa.*

(d) Ex quo Boioaria, extinctis in Germania *an.* 912. Carolingis, ſuum principem accepit, Auſtria etiam cum ditionibus vicinis ſub clientela fuit ducum Boioariae. Licet marchionibus Auſtriae locum in comitiis nemo diſputauerit.

(e) Horum vero inſtabiles victoriae fuerant ab Auſtriac[illegible] pulis reportatae. Vſque dum Carolus M. perpetuo iu[illegible] Germaniae adnecteret.

7. Henrici *Jaſameri, qui regionem ſupra Anaſum, ducalem Auſtriae dignitatem aliaque priuilegio acquiſiuit Friderici I. imper.* 1157. 8. Leopoldi *virtuoſi, quorſum inſignia Auſtriaca referunt, acceſſionemque Styriae.* 9. Leopoldi *glorioſi*, 10. Friderici *bellicoſi Carinthiae, Fori Julii, Görzenſ. Com. aliorumque acquiſitoris, priuilegiique* (*) *Friderici II. Imp. cum quo extincta ſtirps virilis Babenbergenſium, regione poſtea ad Habsburgicos translata. De* Archiducis *vocabulo, & vocabuli aetate* (f) *inter praerogatiuas dicetur.*

Dux Burgundiae.) Populo nomen a ratione colendi, *Burgwonder* dictum, Heuterus vult, idemque Grotius, aliique. Seiungendus vero hic ducatus a regno, adpellationis eiusdem, diuerſiſſimi autem ſignificatus. Celebriores Burg. epochae I. VETERI *Burgundiae regno* Chlodouaeus finem attulit, regibus expulſis, prouinciis ſibi Galliaeque adſertis. II. BOSO, Ludouici II. vltimi lineae ſuae imperatoris gener, adiutore Carolo Caluo R. G. nouum erexit, ſub Arelati etiam nomine tituloque celebratum ann. 879. III. Huius ſtirpe in nepote Carolo Conſtantio mox iterum extincta an. 929. ad *Rudolfum* de STRATLINGEN hominem hactenus ignotum Burgundica, motibus rebellium ſubiectorum, fraude tutoris, vi denique ac armis translata ſunt. IV. Sed maſcula ſobole in pronepote eius Rudolfo III. an. 1033. pariter exareſcente, Sacro Romano Imperio noſtro & feudi aperti & matrimonii teſtamentique iuribus omne Burgundici regni corpus debebatur. V. Aſt vero in partes

(*) Aduerſus tamen *Henricum*, Auſtriae ducem, epiſtolam ſcripſit Fridericus II. Caeſar ad Bohemiae regem. Quae legi debet ob quamplurima iuris & hiſtoriae Auſtriacae momenta. Habetur illa apud P. de VINEIS *lib. 3. c. 5. p. 398. 399.*

(f) Regalem dignitatem Auſtriae contulit Fridericus II. vt infra dicetur. Archiducis autem vox principio ab oratoribus & hiſtoricis priuato inſtituto adhibita fuit: quem morem forte ſub Maximil. I. tempora curiae Auſtriacae fecere legitimum. Poterant alii populi rei facilius conſentire: partim quod regula ſit, qui maius poſſit, *regnum* eſſe, illum etiam poſſe minus, eſſe *archiducatum*: partim quod archiduces Caeſarea poteſtate pollerent eius generis dignitates aliis conferendi.

partes itum eſt, diuerſis regionibus diuerſos principes temere quidem ac iniuſte eligentibus. Quo caſu duabus ſolum prouinciis Burgundiae nomen manſit, quae *Comitatus* atque *Ducatus* vocabulis & ipſae inuicem diſtinguebantur, auulſis aliis, Sabaudia, Delphinatu, Heluetiis, ceterisque quae noſtrum inſtitutum non tangunt. Sui ergo vni Burgundiae *Comites*, alteri *Duces* fuerunt, vtrique ciuium factionibus, nulla Caeſarum noſtrorum auctoritate electi ſurrogatique. Origo eorum obſcura & incerta, quaerenda tamen in Burgundica nobilitate. *Robertus*, Burg. Dux, an. 1309. filium *Ottonem* (Eudonem IV.) reliquit filiasque duas. Illius maſcula ſobole in nepote ſuo, *Philippo* poſthumo an. 1361. extincta; ſororum filiaeque mariti ſucceſſionem poſtulant. Filiae *Iohannae* Sabaudiae D. vxori ob gradus vicinitatem haud dubie debebatur. Inter ſorores etiam Margaretha natu maior erat, ex qua Carolus Nauarrae R. fuerat oriundus. Sed vicit *Iohannae* minimae natu filius Galliar. Rex *Iohannes* (*), qui filium ſuum *Philippum* m. 1404. Burgundis *ducem* dedit; eique *Margaretha Comitatus* Burgundici herede locata *vtramque Burgundiam* per IV. ſecula inuicem diuulſam iterum coniunxit. Pronepos huius Philippi *Carolus* pugnax an. 1477. vnicam filiam reliquit *Mariam*, quam marito ſuo Maximiliano Imp. ac principi Auſtriaco eadem in omnem Burgundiam iura cap. I. §. 12. meminimus attuliſſe. Quamuis vero paternus ducatus Burgundicae principi Mariae poſteriſque eius a G. R. inuaſus ereptusque fuerit: priſtinorum tamen iurium memoriam in titulo ſeruant, animumque produnt, recuperandi amiſſa, ſe nunquam exuiſſe. Conuentum eſſe legi A. 1680. cum Hiſpanis, vt tituli Burgundiae vſu, quoties cum Gallis agerent, abſtinerent: non cum Auſtriacis, qui eum in tabulis pacificatoriis Riſuicenſibus ſolenniter adhibuerunt, proteſtantibus licet Gallicis legatis.

De iure Auſtriacor, imperiique in Burg. D. in capite praeten-

(*) Praetendit hic non iure coronae, ſed ſucceſſione [illegible] niel Hiſt. de France.

ſionum inferius agetur. Cur non & Comites Burgund. ſe ſcribant Auſtriaci (g)?

Brabantiae.) Annales Brabantiae condiderunt in epitome Adrianus *Barlandus*, plenius *Diuaeus* & Ioh. *Molanus*, qui militiam eius reſpicit; Franc. *Haraeus* ceterorum operam vincit, partium tamen in vltimis ſeculis aliquantum ſtudioſus. Gaſp. *Verſtock* prae ceteris & breuitas & luculentia commendant. Alios mihi non lectos praetereo. Fuit autem *Brabantia* potior *Lotharingiae transmoſanae* pars, quam variis principibus Galliae Reges, ſaepius etiam Germanici imperatores, adeo pro bellorum victoriarumque rationibus inſtabile iſtarum regionum imperium fuit, adminiſtrandam dederant. Summum in Brabantiam imperium Caeſaribus noſtris inter alia vindicant, quod e Brabantiae C. *duces* fecerint; quod ſequiori ſexui beneficium ſucceſſionis conceſſerint. Quo ipſo Brabantia quoque Burgundiae ducatui innexa eſt. Duxerat enim *Philippus* audax Burg. D. a. 1360. *Margaretham* vxorem, in qua plurium aliquando prouinciarum hereditates concurrere videbantur. *Mater* enim dictae vxoris eiusdem nominis Margaretha, quod Iohannis III. Brabantiae D. filia eſſet, *Brabantiam* pollicebatur: *pater* vero ſocer noſtri *Ludouicus* de Mala, qui pagus Brugis vicinus eſt, *Flandriam*, *Arteſiam*, *Burgundiae* comitatum, aliaque nonnulla. Quae ſingulae etiam prouinciae auito hoc iure Philippo bono, Philippi audacis nepoti, 1430. obuenerunt, vt ipſe tot Belgii regiones *Burgundiae Dux* imperio ſuo vnice complecteretur. In cuius nepte Maria quomodo an. 1477. Maximiliano Auſtriaco Imp. haec iterum contigerint, hactenus aliquoties memorauimus.

Q. cur non omnium Belgii prouinciarum ſigillatim mentionem

in

(g) Exiſtimauerit aliquis, hoc ideo fieri, quia *in titulis* Auſtriaci neque Hiſpanicas prouincias recitent, neque *Belgicas* omnes; verum quae cauſa vocabuli *ducis Burgundiae?* Reſp. Quoniam in controverſiam hic ducatus vocatur, cuius memoriam conſervant *tituli mentione.*

i titulis faciant Auſtriaci (a)? Quid Galli, quid Belgae ›ederati auulſerint a Brabantia (b)?

Luzelburgi.) Principum Luxenburgenſium hiſton Ioh. *Bertelius* ex inſtituto ſcripſit. Cetera ex Lo.ringicis & Burgundicis annalibus *Roſierio*, *Heutero*, *Gol:o*, aliisque ſupplenda. Acceſſit ducatus 1451. *Burgunıe* duci *Philippo* bono. Is enim emerat eum ab *Iſabella* ıroli IV. Imp. nepte principe Luzelburgica. Quae s vendendi ſibi arrogabat, quod *dotis* cauſa, quam ſolзre nequibant agnati, traditus ei conceſſusque fuiſſet. .mtionem approbarunt *proceres regionis*, conſentiebat *'aeſar*, reliquae etiam heredes *nuntium* mittebant (c): ·nde quod antea dubium videbatur, pleniſſimum poſtea .ccepit firmamentum.

De iure Gallorum in Luxenburgenſem ducatum in capite praetenſionum dicetur.

Styriae.) Carinthiae quondam pars fuit, ab eadem an. 1030. auulſa. Nam vt firmior Germaniae aduerſus Hungaros limes eſſet; imperator Styriae ſuum Marchionem dedit Ottocarum quendam, inter equites iſtius regionis. Rexerunt ex eo tempore poſteri huius Ottocari Styriam, *Marchionatus* nomine ſignatam: vſque dum Ottocari V. virtus moueret imperat. vt an. 1160. ad honorem *ducatus* eum eueheret. Nouus tamen dux ſiue egeſtate, ſiue morbo quodam virulento coactus, ſiue quod emtorem ſocerum haberet, *Leopoldo Auſtriaco* omnem Styriam *vendidit*. Varia exinde Styriae cum Auſtria fata; quae ſupra iam recenſuimus.

Dictum de contractus valore, an imperator conſenſerit? quid procerum voluntates? Quare hic Styria ab Auſtriacis diuellatur?

E 5

(a) Vellem quidem aliquis cauſam non coniectando attingeret, ſed publica curiae Auſtriacae fide eandem nobis aperiret.

(b) Quae loca libellis geographicis notari poſſunt. Id vero tenendum, iura in omnem Brabantiam integra eſſe Auſtriacis, qui in ceſſiones, ab Hiſpanis factas nullo tempore conſenſerunt. Habebit ex hoc fonte Carol. III. qui cogitet de vniuerſae Brabantiae recuperatione.

(c) Quod omne in emtione Gallorum, cum eadem Iſabella contracta, deſideratur.

latur? praeferatur autem ordine ducatibus, qui ſequuntur. An Stier *voc. ei dederit appellationem? Tauriſci?*

Carinthiae.) A Carnis, Germaniae populo, ei nomen venit. Ferunt, Carolum M. 791. Carinthiam ſuae ditionis factam *Ingewoni*, cuidam e nobilitate eius regionis, adminiſtrandam dediſſe; *Archiducis*, quod oppido falſum, eidem collata dignitate. Id clarum eſt, Carinthiam diuerſos dominos habuiſſe, ſcilicet pro familiarum diuerſitate, vnde Caeſares S. R. I. fuerant deſumti. Inde Francos, Saxones, Sueuos, Boios, aliarumque gentium principes Carinthiae praefuerunt. Aſt A. 1140. Conradus Imperator Carinthiae ducatum Engelberto, e Com. Spanhemenſibus oriundo, conceſſit. E cuius poſteris *Vlricus* A. 1269. improlis deceſſit; cum viuus Ottocaro, Bohem. R., Carinthiam ſuam vendidiſſet (*); ab eodem etiam R. poſt occupatam. Sed vindicauit feudum imperio Rudolfus Caeſar, vindicatumque A. 1282. Mainhardo Tirolenſi Comiti, qui viduae vltimi ducis nupſerat, ea lege conceſſit, vt, maſcula eius poſteritate extincta, Auſtriaci ſuccederent. Caſus A. 1331. accidit in *Henrico V.* Carinthiae duce, qui, vnica filia *Margaretha* relicta, *Tirol. C. herede* mortuus eſt. Inde Auſtriacos principes *decreto* etiam Imperatoris in Carinthiae ducatu ſucceſſiſſe cap. I. §. 9. ſcripſimus.

De antiqua Carinthiorum more, nouum principem per colaphum inaugurandi. Cauſa ritus Megiſero, Syluio, Euggero, *aliis deſcripti (d).*

Carniolae.) Paruam Carinthiam dixeris. Ottonem M. Carniolis ſuum *Marchionem* dediſſe, coniectura eſt *Schoenlebii*, qui nuper ſumtuoſo opere hanc hiſtoriam e tenebris eduxit. Extincto A. 1231. vltimo in Carniola Marchione, ſuam fidem incolae Frider. II. *Auſtriae* Duci addixe-

(*) Sed vero vid. Auct. der Antwortſchr. auf die Fragſtück. N. 10. per tot.

(d) Omnes enim hi principatus duces habent, poteſtatis admodum adſtrictae. Ordines enim prouinciales in ſocietate imperii cum duce eſſe volunt in iure collectandi; leges ferendi; iudicandi de dubia ſucceſſione; imo extincta ſtirpe ducali ſummam rerum ſibi vindicant, neque nouum ducem ante inaugurant, quam ſuo iudicio eundem probauiſſent.

addixerunt, approbante deditionem Friderico II. Imperatore, qui praeterea Carniolam ad *ducatum* dicitur euexiſſe. Semel Auſtriae iuncta eandem poſt cum ipſa fortunam habuit. Inde cetera e ſuperioribus poſſunt hauriri. *Carinthios* tamen iunctam ſibi *Carniolam* voluiſſe, quod olim eis fuerit addicta, auctores habeo. Hac mente intelligendi ſunt ſcriptores, quorum alii, *Bohemiae R. Ottocarum* Carniolam cum *Carinthia* emiſſe; alii vero Carniolam cum *Auſtria* matrimonii iure eidem obueniſſe, affirmant.

An Otto M. in XIV. Marchionatus Italiam diuiſerit? Obſcuritas Carniolanae hiſtoriae ante Schoenlebium.

Wurtenbergiae.) Hunc Ducatum, quem an. 1495. hac dignitate auxerat Maximil. I. crimine turbatae publicae pacis ab Vlrico duce amiſſum, Carolus V. *emtionis* titulo an. 1521. genti ſuae intulit. Aequior in domum Wurtenbergicam Ferdin. I. eidem an. 1534. ducatum, Philippi Haſſ. Landgr. armis ac precibus motus, reſtituit, vt tamen duces Auſtriacorum beneficiarii eſſent, retento eisdem quoque, extincta maſcula prole, iure ſucceſſionis. Priori tamen nexu Rudolf. II. an. 1599. Würtenbergicos liberauit. Inde ſolam ſucceſſionis memoriam, tituli mentione ſeruant Auſtriaci.

Dictum plenius de ſingulis. In bello tricennali rediit cum occaſione cupiditas militi Auſtriaco, Wurtenbergicis priſtinam formam inducendi. Arcana Beſoldi (*a*) *conſilia conatusque pro Auſtriacis quorſum?*

Vtriuſque Sileſiae.) Septendecim Sileſiae principatus principio Bohemis, mox Polonis, iterumque Bohemis ſe addi-

(a) De his agemus in ducatu Würtenbergico plene & curate. In eo ſibi non bene proſpexiſſe videntur Auſtriaci (*), quod occaſione hac vſi non ſunt, ad munus in Sueuiae circulo obtinendum vel *directoris* vel *ducis*, quas leges facile praeſcribere aut dare potuiſſent Würtenbergicis.

(*) *Si auctor loquitur de temporibus belli tricennalis, ſine dubio in ſubſequuta pac. Weſtph. Würtenbergici illud recuperaſſent; ſin vero de temporibus poſſeſſi a Ferdinando Rege Ducatus, conſtat omnino, quanto negotio opus fuerit Saxoni atque Moguntino ad perſuadendam Duci Vlrico acceptationem transactionis Cadanenſis.*

ſe addixerunt, quandoque etiam ſuo iure liberius vſi ſunt. Vt a Polonis ad Bohemos poſtliminio redirent, cauſae plures fuerunt: Bohemici quondam obſequii memoria; contemtus Sileſiae gentis in comitiis Regni Polonici; linguae diverſitas, Germanis paſſim in Sileſias migrantibus (*); priuilegiorum ſpes a Bohemiae Regibus facta. Neque tamen iunctis vniuerſim viribus obſequio ſe Polonorum vno impetu ſubtraxerunt; ſed ſenſim paulatimque ab A. 1270. mutatio contigit, Oppauienſi principatu initium faciente. Quem *alii* (**) deinceps ſigillatim tamen ſecuti ſunt; vt A. 1330. vniuerſi ſub imperio eſſent Bohemorum. Poloniae R. poſtea nuntium fecit cunctis in Sileſiam iuribus A. 1335. Vt nulla Polonis eam recuperandi ſpes ſupereſſe videatur (a).

Fir-

(*) Imo vero ab initio ſtatim, quo Slaui in Sileſiam penetrarunt, a veteribus Quadis & Lygiis plures remanſiſſe, probat *Hanckius* in tr. de Sileſiorum Majoribus c. 21.

(**) Sua ſponte quidam ex neceſſitate maiorisque potentiae metu.

(a) Sileſii putant, ſe iure nuntium miſiſſe Polonis (1) quod hi illos comitiis excluſerint, & coimperio, (2) tributorum illos onerauerint nimietate, 3) diſputauerint illis ius indigenatus (4) id egerint, vt abſoluto Polonorum imperio cederet Sileſia, quae ſaluo principibus territorii iure, eidem eſſet addicta; acceſſit nunc (5), quod Poloniae reges titulum Sileſiae principum Bohemiae regibus dedere (6) neque priſtina, quae in Sileſiam iura habuerunt, memoria conſeruauerunt, quin illa praeſcriberentur; potius (7) ex tanti temporis ſilentio colligi poteſt animus derelinquendi ſemel amiſſa, in Poloniae republica maxime (8), vbi ad recuperandum neque rex impenſas facere vult, ne arbores ſerat, quae peregrino proſint ſucceſſori, neque ordines, qui priuata bona perdere nolunt, vt reipublicae limites vlterius proferantur; ad extremum (9) proferunt tabulas Caſimiri Poloniae regis, qui omni ſe iure abdicauerit in Sileſiam, *Balbinus* lib. 3. miſcell. c. 6. §. 8. quas tamen cum *Lubienskius* Polonus *in opp. politico-hiſtoricis p.* 169. in dubium vocet, *Fibigerus*, doctiſſimus Henelii interpres cap. 2. p. 167. cautius agit, quod Bohemiae regno illis ne opus quidem eſſe exiſtimet in hoc conflictu. Quae (10) loco de regione *Sileſiae transoderana*, in Germania ſcribo, vrgent Poloni, quam ſibi ac

Firmiora argumenta habent Germani (b), omnem Sileſiam Germanico imperio eſſe clientelarem. Hodie minores ad dubitandum cauſae, poſtquam Bohemia rediit ad Germanici imperii (c) ſocietatem.

Facies ducatus priſtina, vbi ſinguli principatus ſingulos principes habuerunt (d); quo tempore caſuque tot ſtirpes extinctae?

bi ac Poloniae ſuae putant ademtam fuiſſe, illud quidem ad vetuſtate ſepulta & recentioribus pactis mutata arcifinia pertinet, in quae ſolicite inquirit & aduerſae parti reſpondet *Fibigerus ad Henel. cap. 2. p. 164. ſqq.*

(b) Imperii Germanici iura in Sileſiam Sileſii ſolent ſcriptores tacere, quae etiam illuſtris Henelii commentator *cap. 2. p. 91. & 99.* videtur euitare. Sed *Goldaſtus* cum eoque *Conringius* Sileſiam patriae noſtrae clientelarem adſeruerunt idoneis omnino argumentis. *Principio* enim *tributaria* (*) fuit Germaniae Polonia, fruſtra hoc indubium vocante *Schulzio* Gedanenſi, in libello ſingulari: ergo & pars Poloniae Sileſiae Germanicum imperium non minus agnouit. *Deinde* Sileſia ante cauſas a Polonis ſecedendi imperatori iudici expoſuit. *Tum imperatoris* (**) ſententia factum eſt, vt Bohemiae reges facto a Polonis ſeceſſu eandem ſuſciperent in clientelam. Vbi *poſtea*, nouo inſtituto Bohemiae reges confeſſi ſunt, ſe prouinciam Sileſiae non alia ratione poſſidere, quam ſalua Germanici imperii clientela. *Imo* Bohemiae regibus inprimis e re eſt viſum, Germanos, Sileſiae dominos extollere, vt Polonis animum recuperandi extinguerent prouinciam amiſſam.

(*) Ex inſtituto Hanck de Reb. Sileſ. ad A. 805. c. 4. §. 2. ſqq.

(**) Qui ob proprium intereſſe ſine dubio mutationem hanc egregie iuuit.

(c) *Qua de re plenius dictum eſt ſupra* p. 210. lit. b. *Nullus enim dubito*, Sileſiam Morauiamque *non minus partes eſſe* Bohemici electoratus, *cui priſtina ſuffragii iura reddita ſunt in nouiſſimis comitiis. Quamuis vero id ex eo tempore verum ſit, ex quo Sileſia Bohemiae fuit innexa, non tamen rebus Germanicis exempli vllius memini, vbi princeps aut epiſcopus Sileſiae ſuffragium tuliſſet in Germanicis comitiis. Quod tamen in diſſertatione de* Bohemico ſuffragio *probauimus de antiſtite* Pragenſi; *quem inter ordines ſeu* ſtatus *imperii in comitiis noſtris multoties offendimus. Itaque difficile probatu eſt, Sileſiam ius* Teutonicae ciuitatis *habuiſſe. Alias enim* Auſtriaca gens *ſingulorum* Sileſiae principatuum *cauſa*, *noua non minus* ſuffragia *repetere ac recuperare poſſet, quam Saxones aliique, qui iura poſtliminii nouiſſime in hanc ſcenam reduxerunt.*

(d) *Quamuis* principes *illi fuerint* Landſaſſii: *pleniſſimo tamen vſu*

tinctae? de Georgii Guilelmi, vltimi in Sileſia principum praematura morte an. 1675. *qua Liegniz, Brieg & Wolau Boh. R. obuenerunt* (*e*). *Quos hodie principatus ipſe* imperator, *qua rex Bohemiae; quos Rex* Poruſſiae (f), *principes item* Würtenbergici (g), Lichtenſteinii, Lobkowiczii, Averſpergii, *Epiſcopus* Vratislauienſis, *beneficiario a regno Bohemiae* (*h*) *iure poſſideant? De religionis libertate*

vſu exercuerunt iura territorii *collectandi; leges ferendi; conſtituendi magiſtratus, & quae ſunt eiusmodi. In Germanicis comitiis, qui locum ex iſtis principibus habuerit, eius ego quidem non memini.*

(*e*) *Triſte argumentum conuerſionis rerum humanarum:* tot principes & gentes foecundiſſimas in cultiſſima regione *prole deſtitutas periiſſe. Inquirant alii in cauſas, tot illuſtrium familiarum occaſui propiores. Bohemiae regibus inuidenda ex tot* feudis apertis *incrementa acceſſerunt. Putarunt patrii quidam iureconſulti, leges regni velle, vt rex apertis & ſucceſſore deſtitutis principatibus* nouos *iterum* principes *daret neque territoria,* infeudari ſolita, *ſibi retineret. Verum Bohemiae reges haec argumenta non ita tenuerunt, quin vacuos principe ducatus fiſco adſcriberent regali.*

(*f*) *Dicendi hic locus erit in gente Poruſſica. Parum eſt, quod in* Croſnenſi *principatu P. R. onera clientelaria declinet, quod aegre habet* Henelium cap. 2. §. 33. p. 190. *Nam ſi priſtina iura in memoriam reuocanda ſunt, quinque Sileſiae principatus iuris fuere Brandenburgici. Vt libertas vnius iacturam non ſuppleat reliquorum.*

(*g*) *De his in gente Würtenbergica. Quamuis uero principes vnius principatus in* tres lineas *iuerint* Oels, Bernſtatt & Juliusburg, *quarum duae etiamnum ſuperſtites ſunt; errant tamen, qui nouos exinde ſibi in Sileſia ſingunt principatus. Vnus enim principatus permanet, cum nonniſi vnus ex vniuerſa hac gente comitiis intereſſe queat ordinum prouinciae.*

(*h*) *Per impenſarum enim incrementa, quibus Auſtriaci reditus non ſuffecerunt, factum eſt, vt imperator his familiis apertos Sileſiae principatus vel venderet vel oppignoraret antichretice. Sermone habeo aliquorum Sileſiorum, in his contractibus maximopere laeſum fuiſſe Bohemiae regem, quod reditus ex illis vſuras ferant poſſeſſoribus tergeminas. Auctores etiam h. t. recti Icti fuerunt, vt principatus hoſce vel relueret, vel recuperatoriis iudiciis inſtitutis reciperet eosdem. Verum domini eorundem ſe indole tuentur rerum infeudari ſolitarum. Gallorum enim hae argutiae tantum ſunt;* domanii *indolem conſequi omne illud,*

bertate infra agendum contra Bukiſchium (i). *Q. an* princi-

illud, quod princeps tenuerit poſſederitque per decennium; quacunque demum ratione illud ad principem olim perueniſſet.

(i) Pridem Sileſii curam ſacrorum ſuorum commendarant Sueciae regi. Cum quod tutor eſſet pacis Weſtphalicae, tum quod eorundem ſacrorum cum illis coleret ſocietatem. In Riſuicenſi pace Snolskius, Sueciae regis ad comitia Ratisbonenſia olim legatus, patronum egerat eorundem: ſed re, diu a Lilienrothio, legato dilata, conſilium ſucceſſu fuit deſtitutum. Inprimis cum Galliae regis animus exacerbaretur foederatorum interceſſione pro Hugenottis. Inde enim Auſtriaci & Galli in ſacrorum negotio cauſam fecerunt communem. Acceſſit, quod fata praeripuiſſent Sueciae regem, qui Sileſiis ſpem fecerat, non alia lege pacem ſe conciliaturum Germaniae cum Gallis, quam vt Sileſiis templa, reditus, iuraque ſacra omnia reſtituta eſſent, quae ante bellum tricennale habuiſſent. Bukiſchius hoc fine praecipue ad Weſtphalicam pacem commentatus eſt, vt ea defenderet, quae Auſtriaca domus in Sileſiorum ſacris conſtituiſſet. Ipſe rogatus ſum, a quibusdam Eccleſiae ordinibus, vt confutarem Bukiſchium; qui hoc fine grandia mihi volumina exhibuerunt actorum, *quae vocant*, religionis. *Ex quo ſacrario tela depromerem. Inſtitutum vero mihi diſſuaſerunt integri amici. Calamo enim redditum iri cauſam acriorem, necquicquam meliorem. Satis dura ex hoc tempore a pontificiis perpeſſi ſunt euangelici, vt partem aduerſam, ſi fieri poſſet, pacarent mitigarentque patientia. Sueciae autem rege in Saxoniam irruente, diu collectae, ſed compreſſae querelae Sileſiorum nunc paſſim in publicum eruperunt. Ipſi enim tutelarum ſuum precibus, ac litteris magnopere fatigarunt, ne ex vicinia ante diſcederet, quam per Auſtriacos illi in ſacrorum ritibus ac reditibus eſſent in integrum reſtituti. Eo facilius interceſſioni Suecorum pro Sileſiis factae locum dederunt Auſtriaci: quod fama ſic ferret, Suecum militem inuaſionem meditari in Sileſiam, prouinciam foecunditate tantopere illis commendatam. Quo fieri poſſet, vt Suecia arma Ragoczianis in Hungaria iungerentur, faceſſerentque Auſtriacis negotium grauiſſimum. Nullis ergo non rogationibus locum fecit Bohemicus legatus, vt minae periculaque euitarentur. Strahlenhemius, Suecus, in Sileſiam miſſus eſt, a cuius viri arbitrio pependit, quae arae & foci ciuibus euangelicis forent reſtituendi. Cum omnia nunc in tuto eſſe viderentur, & de ſacris recuperatis euangelici triumphos agerent in eccleſiis & hymnis omnia templa perſonarent: vnica clades, quam in Poldauiae vicinia paſſi ſunt Sueci, rerum tantam fecit conuerſionem, vt omnia nunc in priſtina iterum ruere, animos pontificiorum ad nouos auſus armare in euangelicos veteresque inimicitias nouis cumulare videantur.*

principatus *in Sileſia* ducatus *adpellari poſſint? an aliqui tantum? an omnes (k)?* Vtriuſque *Sileſiae bic mentio fit, quod omnis prouincia Sileſiae*, ducatus *nomine vti Lithuania inſignis, in ſuperiorem & inferiorem diuidatur.*

Princeps Sueuiae.) Sueuia olim tertiam abſoluit Germaniae partem (a). Ex quo autem huius populi ingens multitudo ſeculo 5. in Hiſpaniam ſe contulit (b); arctioribus ad Rhenum fluuium limitibus illa coepit contineri (c). Principio *reges* habuit (d): quos Clodouaeus bello

(k) *Principatuum nomina merentur, quamuis legibus teneantur Landſaſſiorum. Hoc enim nomen idem fere illis eſt, quod nobis ius territoriale. Abſit enim, vt principes Sileſiae cum Landſaſſiis Germanorum quis conferat, qui, conuentibus ordinum prouincialium ſublatis, parum nunc abſunt a ſeruitute. Accedit, quod priſtina principum Sileſiae ſtemmata ex regali Poloniae Bohemiaeque ſtirpe oriunda ſint, vt adeo hoc nomen vel ideo videantur promereri. Quod vero belli & pacis iure hodie deſtituantur, malim eos* principes, *quam militari verbo* duces *adpellare.*

(a) *Id quidem patet ex Germania antiqua, quam deſcripſere Romani. Quorum teſtimonia de* Sueuiae *amplitudine conduxit* Cluuerus, *in vaſtiſſimo opere Germaniae veteris; & nouiſſime* Cellarius *noſtras.* Faber *enim*, Cruſius, Zeillerus *erroribus ſcatent & ſubleſtae fidei ſcriptores in vetuſtioribus maxime ſequuntur. Quis crederet, Brandenburgicae marchiae quondam incolas Sueuiae conciues fuiſſe; quos* Sprea *fl. etiam nunc loquitur* Sueui *nomine adpellatas.*

(b) *Circa* ann. 410. Sueui *& horum progenies* Vandali, Alani & Silingi *ex Germania in Hiſpaniam colonias miſerunt, tranſitu illis per Galliam facto ab incolis iſtius orae. De* Sueuico *in Hiſpanis* regno, *de* moribus, lingua, legibus ac inſtitutis *Sueuiae, etiam nunc in Hiſpania perdurantibus, ſummatim actum eſt in* Puſendorfii illuſtrati cap. 2. §. 2.

(c) *Non tamen* Sueuici *tantum* pagi (des Schwäbiſchen Creyſes) *limitibus putauerim circumſcriptam fuiſſe: ſed* Franconiae *pleraque* (des Francken-Landes) *pariter ſub ſuo habuiſſe complexu. Clodouaeus autem hac regione Sueuos expulit, & Francis eam colonis adſcripſit, vnde factum eſt, vt non Francia audiret, ſed prouincia tantum Francis victoribus adſignata*, der Francken Land.

(d) *Quorum memoria ſubobſcura eſt, quam repetere licet ex* Cruſio & Lazio.

Digitized by Google

bello petiit ſatis iniuſto (e), Sueuiamque, regni memoria deleta, ſubiugauit an. 530. & Franco-Galliae prouinciis adſcripſit (f). Quam etiam poſt Franco-Galliae ipſique Carolingici reges, vt alias ditiones omnes, per *adminiſtros* (**) rexerunt. Neque ex eo tempore Sueuia faciem mutauit, ex quo Carolingicum imperium ſub Ludouici pii filiis in partes iuit cum Germaniaque a Franco-Gallia iterum ſeiuncta fuit. Verum, Carolingica ſtirpe in Germanis morte Ludouici infantis 912. extincta, Sueuia non minus iure poſtliminii vſa eſt & priſtinam *ſingularis reipublicae* faciem recepit. *Ducem*, **einen Landes-Herrn**, igitur ex nobilitate ſua petiit *Burchardum*

F

(e) *Animum habuit Clodouaeus nimia regnandi cupidine corruptiſſimum. Cuius ſpecimina edidit in* Gothos & Burgundos, *itemque in Sueuos. Opus itaque ei fuit, vt ſibi antiſtites chriſtianos conciliaret, qui facinora eius & tyrannidem palliarent Zelo hominis chriſtiani pro veritate religionis.*

(f) *Conſtans traditio eſt*, ſeruitutes *hominum agreſtium*, (**die Leibeigenſchafften**) *natales ſumſiſſe in victoria Clodouaei, qui ſpoliauerit Sueuos priſtina libertate. Verum ſunt haec recentiorum auctorum nugamenta. Seruitutem enim in Sueuia, poſt agricolas nemo ſeruit. Nobilibus ibi Landſaſſiis & ciuibus maior libertas, quam in reliqua Germania vniuerſa. Quis vero diceret, Clodouaeum ex* ſueuica nobilitate feciſſe agricolas? *Inuidenda haec* ruſticorum Sueuiae *eſſet origo, referendo ideo ad veteris Sueuiae patriam* nobilitatem (**die Bauren in Schwaben müßten adelliche Geſchlechter haben**). *Verum aliam cauſam eius generis ſeruitutes habent. Quo enim mitior prouinciae dux fuit, eo maior Landſaſſiorum auctoritas in ruſticos, ſeruos vtpote ab ipſis manumiſſos. Sueuia ſcilicet eo tempore duce fuit deſtituta, quo ducum poteſtas adducta fuerat, adſtricta fere ad voluntates ordinum Landſaſſiorum. Poſt enim plerique duces, ordinibus ſubuerſis, ſummam rerum in prouinciis ſibi vnice adrogarunt. Vt poſt Holſatiae, Meklenburgi & Pomeraniae quondam duces, quos diuiſa imperia ab hoc inſtituto retinuerunt, pauci aut nulli in Germania ſint, qui pari cum Francis & Sueuis libertate vtantur.* (*)

(*) De Sueuis, variis populis Germaniae ſub hoc generali nomine complexis, optime ſcripſit Ioan. Caſpar. Brechenmacher, Notitia Sueuiae antiquae.

(**) Sub Merouingis Duces illi fuerunt. vid. *Hertii* notitia veteris Francorum regni. Sub Carolingis vero Camerae nuncii dicti.

dum (g); quod regali diademati regionis anguſtia parum reſpondere videretur (h). Poterat iam ſuo iure agere Sueuia. Verum Cunrado I, a Francis vicinis *rege* electo, huic, viciniae cauſa, fidem ſuam eo facilius addixit, ſed hac formula: *Sueui peculiarem rempublicam haberent, reſpublica ducem ſiue principem ac dominum peculiarem; qui tamen in publicis Germanici imperii negotiis regi nexum iuraret clientelarem* (i). Haec ſingularis territorii iura Sueui firmiter poſtea retinuerunt, quamuis diuerſos illi *duces* acciperent, a Caeſaribus non obtruſos, ſed ad ſurrogandum commendatos Sueuiae ordinibus (k). *Rudolfo* autem,

(g) *Teſtatiſſimum hoc eſt ſcriptoribus tam coaeuis, quam temporum iuniorum Fabro, Cruſio aliis. Inde plura patent. 1) Sueuiam non minus intellexiſſe poſtliminii iura, familia regnatrice populos fieri iterum ſui iuris. 2) Sueuiae feudum oblatum eſſe. 3) Sueuiam territorii iura principi ſuo detuliſſe, non imperatorem. 4) Ducem Sueuiae iamnunc non Caeſareum praefectum aut gubernatorem eſſe, ſed dominum proprietarium ſuae prouinciae,* ein eigener Landes Herr. *5) Deo ac populo omnia recepta ferre, non Caeſaris beneficio. 6) Ducem Sueuiae cum populo ſuo ſingularem in comitiis conſtituere cohortem. 7) Sueuiae ducem S. R. I. electorem eſſe. 8) Prouinciamque Sueuiae, intermedio duce, parere imperatori. 9) Eodem Sueuiae ducem loco eſſe, quo reliquos Germaniae duces Bohemum; Boium; Saxonem; Thuringum; Brandeburgicum; Palatinum; & quae reliqua ſunt.*

(h) *Quamuis enim regis quondam verbum datum fuerit minutiſſimorum territoriorum domicellis: mores tamen iſta iam tempora migrauerunt: cum nemo rex audiret, niſi vnctus & ſacro cinctus diademate. Aſt vnctionis ſacramento domicellos indignos habuerunt ſacri antiſtites, ne res diuina, pluribus communis, vileſceret.*

(i) *Repetenda hic ſunt, quae lit. g. modo ſumus commendati. Breuiter, populi intuitu, ducem pacta in poteſtate retinuerunt, non imperator. Cuius tantum fuit curare, ne dux ſe a ſocietate auelleret imperii Germanici; ne conſpiraret cum hoſtibus imperii; auxilia detraheret bello Germanico, & quae ſunt generis eiusdem.*

(k) *Non ergo ita prouinciae hae imperatori fuere apertae, vt in huius eſſet arbitratu illis ducem nouum obtrudere. Elegerant enim nouum ſibi ducem ordines, quem imperator poſtea ſua auctoritate confirmauit. Interim ſaepe etiam commendationi & precibus Caeſaris locum fecere Sueui, vt agnatos Caeſareos ad hanc*

ſo autem, Sueuiae duce in clade *Merſeburgenſi* (*) occiſo, Imperator Henr. IV. an. 1074. priſtini ducis perfidia offenſus, Sueuis generum ſuum, militem nobilem, e gente *Hohenſtauffiorum* (l) conſtituit ducem. Cuius filio *Cunrado III.* &, poſt hunc, nepotibus *Friderico I. Henrico VI. Philippo I. Friderico II.* & denique *Cunrado IV.* faſces imperii delati ſunt; vt adeo Sueuia per *duo ſecula* ex vna gente Hohenſtauffiana duces habuerit imperatores. Inde eſt, quod ſubofficiales imperii omnes etiamnunc ſint Sueui (m); quod imperiales ſcabinatus (die Kayſerliche Land-Gerichte) Sueuis ſint quamplurimi (n); quod priuilegia ordinibus prouinciae Caeſar ſcripſerit (o); quod

F 2

bant ſpartam promouerent. Hinc diuerſo tempore duces Sueuiae gentium diuerſiſſimarum Saxonicae, Francicae aliarumque.

(*) Vbi amputata eidem manus adhuc oſtenditur. Treskow de rebus a Conrado F. O. R. geſtis, p. 5. ſq. not.

(l) *Tum enim comitum dignitates raro fuere gentilitiae: ſed munera, ad dies vitae officialibus ſeu adminiſtris collata. Proxima ergo a ducibus dignitas fuerat nobilium Landſaſſiorum: vnde mirum non eſt, hominem iſtius generis ſocerum habuiſſe imperatorem. Hohenſtauffiae caſtrum aliquot lapidibus diſtat a Wormatia.* (**)

(**) Rectius *Gundlingiana* p. VII. p. 121. in *Wirtembergia* illius ſitum docent.

(m) *Omnes ſubofficiales, quos A. B. deſcribit, Sueui ſunt. Nam fuerat imperatoribus moleſtiſſimum in* ſolenni curia *ex omnibus Germaniae angulis arcere & conuocare electores archiofficiales: neque tamen aulicorum officialium* der Hof-Aemter *praeſentia pompae videbatur ſufficere. Vt igitur Caeſari ad manus eſſent ſubofficiales hereditarii; quilibet in Sueuia figere debuerat ſuum domicilium.*

(n) Talia certe neque in Boioaria, neque in Saxonia, neque in Vendia, neque in Bohemia reperiuntur. Quaeſo qua cauſa? Quia duces horum territoriorum vnice vſi ſunt iure magiſtratuum. In Sueuia autem liberas manus habuere Hohenſtauffii, non qua Caeſares, ſed qua duces ſuae prouinciae.

(o) Pauciſſima priuilegia largiri potuit qua Caeſar: plurima, qua dux. Iure enim ducali vectigalia, conductus, monetas ceteraque vel ipſe reſpexit, vel beneficii loco conceſſit aliis. Cum vero diploma Caeſaris nomen prae ſe ferat, decipi ſolent ICti iſto *fallaciae genere a dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter.*

quod regalia ibi maiora adpareant eſſe Caeſaris (p); ſummatim, quod ea, quae ducis ſunt, cum illis, quae Caeſaris inuicem, magna iurium perturbatione, *commiſceantur* (*). Verum extincta, ſupplicio Cunradini 1269. gente Hohenſtauffia, plerique Sueuiae ordines a *ducis* nomine abhorruerunt malueruntque Caeſari proxime, &, quod dicunt, *immediate* ſubeſſe (q). Factum igitur eſt, vt Sueuiae *marchiones*, *comites*, *epiſcopi*, *praelati*, *nobiles*, *landſaſſii*, *ciuitatesque* ac *pagi* omnes ex hoc tempore absque duce intermedio (**als unmittelbare Reichs-Stände**) parerent Germanico imperio. Ducis autem, vt coniector, domanium (r) Rudolfus I. Habsburgicus filio ſecundogenito Iohanni (s) in comitiis contulit Auguſtanis an. 1280. In cuius filio Rudolfo iuniori cum eius poſteritas defeciſſet an. 1313; Henricus VII. imperator Sueuiae principatu Auſtriacos iterum inaugurauit (t), ita tamen, vt in ordines Sueuiae, matriculae imperii ſemel adſcriptos nihil acciperent iuris: ſed hi eodem cum illis iure vterentur. Quam faciem Sueuia hodieque retinet, quamuis parum abfuerit, quin ſine Auſtriacorum

(p) Adparent ita, non ſunt. In Sueuia enim Caeſar, qua talis, non plus iuris habuit, quam in Boioaria vel prouinciis Germaniae aliis, duce ſuo inſtructis.

(*) Olim quidem hoc facile fieri potuit, ſed hodie non.

(q) Inprimis poſtquam publicam ſecuritatem ſibi conciliauerant foedere Sueuico, **dem Schwäbiſchen Bund**. Imo poſt caſum Henrici Leonis in mores iuerat, varii generis ordines imperatori imperioque proxime ſubeſſe absque intermedio duce. (**)

(**) Auctor non poteſt ita intelligi, quaſi ſibi perſuaſiſſet Sueuicum Foedus praecipuum eo contribuiſſe, cum illud longe ſit recentius. Sed extincta linea Ducali Hohenſtauff. omnes quotquot potuerunt Sueuiae ordines ſeſe in libertatem vindicarunt; Vnde tot hodienum ibidem immediata imperii membra apparent; Conſeruarunt quoque poſt interregnum ſtatum hunc immedietatis mediantibus certis foederibus, quae inuicem inter ſeſe inierunt. *Datt* de pace publica.

(r) Repetenda hic ſunt ea, quae ſupra plene planeque diſſerui.

(s) Quod explicatum inuenies ibidem.

(t) Quod itidem ſupra commemorauimus.

corum (u), ſiue Boiorum (x), ſiue etiam Gallorum (y) conatibus illa reducta eſſet ſub imperium vnius. Nam Wurtenbergicorum cupiditatem ſatis (z) retinent marchio Badenſis, potentiores antiſtites & ciuitates: quamuis in pago Sueuiae ipſe regnare videatur (a). Circumferuntur Sueuiae hiſtorici (b); qui vero neque cu-

(u) Si inanium ſpecie agere voluiſſent Auſtriaci, facile *Sueuiae ducatum* (*) inſtaurauiſſent. Multi Auſtriacis Caeſaribus auctores fuerunt, *ducis Sueuiae* nomine vti, non *principis*. Cum illud Sueuiam vniuerſam, hoc partem tantum *in* Sueuia loqui videretur.

(*) Hoc fere fuiſſet impoſſibile, cum nec reliqui imperii ſtatus hoc commiſiſſent, neque ipſimet Sueui immedietati ſuae tam facile renunciaſſent.

(x) Boii viciniae iure ad eandem ſpartam contenderunt, inprimis cum Galliae rex inuaſionibus, toties repetitis, Sueuiam identidem adflixiſſet, vt multi Boicam tutelam ponerent in deſideriis.

(y) Culpiſii in pacificatione Riſuicenſi diuinatio fuit, quam fidenter expoſuit oratoribus confoederatorum, fore, vt ſub noui belli initium principi ſuo ipſe auctor eſſet, in Galliae regis clientela patriam ponere in tuto. Quae a remotioribus Germaniae ordinibus relinqueretur.

(z) Huius enim potentia tanta non eſt, vt par eſſe queat tantae rerum in Sueuia metamorphoſi.

(a) Directorem enim & plerumque ducem quoque circuli Sueuici agit. Quo ipſo & aerarii & militiae ſupremam habet curam. Non bene ſibi conſuluerunt Auſtriaci, vt ſpartam, quae Sueuiae principi debebatur, relinquerent Wurtenbergicis (**).

(**) Sed ob plurima partium ſtudia hoc ab initio ſtatim fuerat impoſſibile. Ceterum Würtembergiae Dux non agnoſcit Condirectorem, ſed ſaltem einen Crayß mitausſchreibenden Fürſten.

(b) *Faber* enim nugator eſt, quem cum aliis quibusdam fragmentis edidit Goldaſtus in 4. *Cruſius* facile credendo & ipſe deceptus eſt, taceo, quod medii aeui adeo ſtudioſus non fuerit theologus & helliniſta. *Zeilerus* multa dicit, pauciſſima probat. Qui tamen in Sueuiae hiſtoria fere tenet principatum. *Dattii* vtinam plura opuſcula in lucem prodirent, qui publici iuris prudentiam habet & monumentis nititur ex publicis tabulariis. *Gokelius* in recentioribus ſperni non debet; ſed in antiquioribus medii aeui rebus minime erat verſatus. Quod ignoſci poteſt ICto forenſi.

ratam patriae notitiam oſtendunt,neque vel modicam rerum ciuilium doctrinam. Vt taceam, quod homines creduli aut barbari ſint, vt adeo idoneum omnino ſcriptorem hoc deſideret argumentum (*).

Marchio S. R. I.) Diuellenda omnino haec ſunt, aut diſtinguenda potius ab eis, quae ſequuntur. *S. R. I. Marchionatus* Antwerpienſis per excellentiam eſt dictus, quod praecipuus eſſet, antiquior etiam reliquis; quem his ſignari verbis exiſtimo. Hunc autem *S. R. I. Marchionatum* quis inſtituerit, valde obſcurum eſt. Alii Juſtinianum; alii Theodoricum, Francorum Regem; alii Carolum M.; Ottonem II. alii inſtauratores habent. Inde in eo quoque variant, cuinam plagae potius oppoſitus ſit? Alii in maritima ora *Anglis* aut *Danis*: alii *Germanis*: *Gallis* alii perhibent eundem eſſe obiectum. Ceterum Marchionatus hic ab *Antwerpia* vrbe diuerſus eſt, atque inferioribus ſeculis mox a *Flandriae*, iterum a *Louanii* Comitibus, ſaepius etiam a *Brabantiae* Ducibus fuit adminiſtratus. Per quos etiam Burgundicae domui atque Auſtriacis, quod ſupra doctum, acceſſit.

Argumenta noſtrae ſententiae hunc titulum a Burgouiae marchionatu alienum eſſe, firmant, quod Hiſpaniae etiam reges eius titulo Marchionatus *vtantur: Burgouiam vero S. R. I. cognomina habuiſſe, nullibi reperiatur. Iacobi le* Roy *de S. R. I. Marchionatu ex inſtituto ſcriptus liber recenſitus, collatis & expenſis inuicem* Lipſii, *Caroli* Scribanii, Haraei, *aliorumque ea de re ſententiis. Q. cur, tot prouinciarum Belgicarum nominibus praeteritis, huius tantum mentionem faciant Auſtriaci?*

Burgouiae.) Burgouia, prouincialis tantum marchionatus (a) eſt, non Germaniae vniuerſae. Eſt tamen ambiguum, an Boii eundem Sueuis oppoſuerint: aut Sueui Boiis (b). Marchiones ex diuerſis (**), quantum

(*) Supra laudatus Brechenmacher initium rei egregie fecit.

(a) Vlmam Auguſtamque interiacet. Cum igitur non Germaniae, ſed Sueuiae tantum limitem abſoluat, filum conſecutionis manifeſtum eſt, eandem non S. R. I. Marchionatum eſſe. Marchiones ergo quondam *prouinciales* habuit, Sueuiae ducis beneficiarios.

(**) Idque ideo, quod nulla eiusmodi dignitas olim fuerat ambu-

tum conſtat, familiis habuit Burgouia, quarum hae inprimis commemorantur. De *Abbach*, quorum proſapia an. 1075. defecerit (c), vnde Rockenſteiniis (*) Burgouiam, beneficio Caeſarum, putant obueniſſe (d). Vltimum ex hac gente celebrant *Henricum* (**), qui anno 1283. deceſſerit (e), vt Rudolfus imperator marchionatum filio ſuo potuerit cum ipſa Sueuia deferre. Et quamuis ob regicidium Sueuia natus eiusdem fuerit deſtitutus: *nouo* tamen beneficio ſingula reddidit Auſtriacis Henricus ſeptimus (f). Permanſit quidem exinde Burgouia penes Auſtriacos: ſed tamen a Boioariae ducibus quandoque impetita fuit (g). Auguſtanis epiſcopis etiam longo tempore Burgouiam dederunt pignoris iure

ambulatoria, quamuis de Marchionibus ſingulare quid annotet *Hert.* de orig. & progr. ſpecial. R. G. I. Rerumpubl. §. 20.

(*) Ante hos familiam de Bibereck nec non Schulklingenſes Comites illam poſſediſſe notat Oeſterreichiſcher Ehren-Spiegel. Rockenſteinenſibus vero beneficio Philippi Sueui anno 1205. obuenit.

(**) Huius Henrici meminit diploma Rudolfi de an. 1273. apud Gewold. Tom. I. addit. Metropol. Salisburg. Hund.

(b) *Fuggerus* e domeſticis Auſtriacorum ſcriptis hunc Marchionatum Boicum fuiſſe, dicit *lib. 5. cap. 40.* Quod ſi Auſtriaci annales hoc largiuntur, nihil miror, Boioariae duces cogitauiſſe de iure Burgouiam recuperandi.

(c) Ita enim *Fuggerus* lib. 5. cap. 40.

(d) Teſtimonio *Cruſii* in annalib. Sueu. ad h. a. & *Zeileri* in deſcript. Sueu. p. 248.

(e) Sed alii annum ponunt 1308. *Cruſius.* Alii ad inferiora tempora calculum reiiciunt p. 145. incertum qua fide. Forte confundunt ſcriptores reluitionis tempora cum temporibus primae acquiſitionis.

(f) Quod ſupra iam docuimus. De Burgouia ſigillatim id adfirmat Georg. *Kieffer* in not. Auſtr. p. 165.

(g) Inprimis a Ludouico Bauaro 1324. *Adelzreiter* part. 2. lib. 1. p. 23. qui tamen de iure recuperatorio nihil habet, quod Boicus imperator aduerſus Auſtriacos adlegauiſſet. Nam bella cum Auſtriacis tum alia gefferat Boius, in quibus ipſi Burgouiae caſtrum valde nocuit, cum ex illo quotidianas excurſiones in Boica facerent Auſtriaci.

iure Auſtriaci (h), vltimo autem Ferdinandus I. reluit eandem, fidemque ſubditis renouauit, vt nullo deinceps tempore ab Auſtriaco imperio diuellerentur (i). Sub huius ſeculi ingreſſum fama fuit, Burgouiam Boioariae electori ab Auſtriacis oblatam fuiſſe, vt ipſum a foedere cum Gallis inito retraherent. Sed ſpreuit Boius munuſculum, inferius longe (k) tantae rei momento. De Burgouiae apenagio diximus ſupra.

Morauiae.) Principio ſub Marcomannis (a) duces habuit Morauia; poſt ſub Slauis (b) reges accepit (c), Hun-

(h) Fecit hoc Sigiſmundus Archidux. Sed poſt ſexaginta ſeptem annos pignus hoc reluit an. 1559. Ferdin. I. (*) *Caeſar* in Chron. Aug. *Zeiler* in deſcript. Sueu. p. 248.

(*) Unde primus hic ſeſe ſcripſit Marggrafen des Heil. Röm. Reichs.

(i) Priuilegium antiquum recitat *Faggerus* lib. 5. c. 40. p. 105. ad an. 1492. Addita cauſa, quod ipſi ſubditi ſuo ſe aere liberauerint. Hätten das Geld ſelbſten zuſammen gebracht, und ſolches nach den Feuerſtätten in Burgau angeſetzet, deren 11465. geweſen wären.

(k) Dicunt, quod Boius alto ſupercilio nuntium Caeſaris deſpexerit, imo ludere eum ipſo crediderit Auſtriacos, quod pro re tam ambigui euentus & pro regnorum recuperatione ſocio belli praediola offerrent, quae Boica iam olim fuiſſent laciniae.

(a) Antiquis *Marcomannia* dicta, quamuis huius adpellationis limites ampliores ſint, quam noſtri aeui Morauia illi ex aſſe reſpondeant. Quod expendunt *Cluuerus*, *Lazius*, *Goldaſtus*, alii. Inde locus coniecturae, *Marcomannos* a limitibus Germaniae dictos eſſe *viros limitaneos* aut *limitrophos*, Marckmänner oder Gräntzleute. Quod verbum ipſi forte *Morauiae* cauſam dedit & rationi *marchionatus*.

(b) Fere circa tempora Attilae Hunnorum tyranni an. 450. Slauos, ſubactis Marcomannis Morauiam occupauiſſe, quidam exiſtimant. Alii vero tempora inuaſionis ipſius vetuſtiora faciunt, alii iuniora. Cauſa diſcriminis haud dubie in eo quaerenda eſt, quod Slaui inuaſores non unico ictu proſtrauerint Morauos, verum principio de Morauia aliquam defalcauerint partem, mox vltra iuerint, ſenſimque populos deuicerint, vſque dum vniuerſus poteſtatem Slauici imperii ſubiiſſet.

(c) Inter omnes Slauicae gentis populos Morauos primo *reges* accepiſſe, ſcribit *Czechorodius lib. 1. cap. 3.* cum Poloniae Bohe-

Hungariam, Bohemiam ac Auſtriam verſus in latiores fines protenſa (d). Regnum A. 890. Arnolphus, imper. euertit, *Suatopluco* Morau. rege, Hungaris, Bohemisque in auxilium adhibitis (e), aliquot praeliis ſuperato. Mortuo imperatore *Suatobogus* filius amiſſa recuperauit (f); ſed cum tyrannidi is indulgeret ſpretaque S. R. I. maieſtate vicinos quosque offenderet (g) rapinis Polono-

Bohemiaeque Principes *ducum* verbis vterentur. Verba eius ſunt: *BABACK, cum poſt mortem Attilae unaquaeque natio, quae antea eius imperio ſubiectae fuerant, ſeſe in libertatem vindicaſſent, de ſuo gremio regibus conſtitutis, facile apud ſuos obtinuit primatum* (circa an. 455.) Caeſo Babako, quinam poſt ſucceſſerint in regno Morauiae vſque ad an. 629. fere ignoratur. Tum enim *SAMO* per *Hungariam, Noricum* & *Morauiam* tenuit principatum. Verum poſtea Hungari ab imperio eius ſucceſſorum deſciuere, vt *SVATOSIO* regi praeter Morauiam parum ſupereſſet circa an. 740. Ex poſteris regibus *Lechus* a Caroli M. milite victus eſt: *MOGEMIRVS* autem foedus iniit cum Ludouico Pio, Francofurti an. 826. in has leges, vt ipſe in clientela ageret Caeſaris admitteretque Chriſtianorum ſacrorum doctores (*) in Morauiae regno. Qua occaſione factum eſt, vt plerique in eo populi Chriſto fidem darent, paganiſmo eierato. Atque ex hoc tempore Morauiae reges in clientela Carolingicorum regum in Germania permanſerunt, quamuis nexus ille nunc laxior eſſet iterumque adductior.

(*) Quo pertinet Epiſtola Eugenii II. apud Goldaſt. in docum. annex. tr. de regno Bohemiae.

(d) Auſtria enim quondam vniuerſa Morauiae pars fuit, idque eo uſque, donec Carolingicus miles, ad Hungaros compeſcendos ea ditione potiretur adnecteretque eam Boioariae. *Czech.* lib. 1. cap. 3. p. 37.

(e) In cauſis belli inter Caeſarem Arnulphum & Suatoplucum, regem imperio clientelarem variant ſcriptores. Quamuis omnes fere in eo conſpirent 1) Suatoplucum imperii auctoritatem eludere voluiſſe, 2) ipſum magis reueritum eſſe orientales Caeſares, quam Germanos 3) eundem meditatum eſſe defectionem a Germanis ad Graecos, *Dubrauius, Luitprandus, Hepidanus* ad an. 892. 893. *Czech. p. 43.*

(f) Ab ipſo Caeſare Arnulfo, quod regis Suatopluci in praelio cum Caeſare habito, occiſi *filius* eſſet, rex Morauiae adpellatus, atque in regno inſtitutus an. 893.

(g) Coactus enim eſt, deſerere regnum & in eremum concedere,

lonorum, Hungarorum, ac Bohemorum ceſſit Morauia (h). Quam ceteris iterum ereptam ſui ipſe iuris Anno 1026. fecit *Bob. R. Bratislaus.* Ex quo Bohemiae ſemper inſerta (i) permanſit. Marchionatus verbo adpellata (k), *fiduciae nomine* (*) aliquoties regii ſanguinis principibus fuit addicta (l). Quamuis vero certum ſit, ex eo tempore Morauiam S. R. I. membrum fuiſſe (m): errant

dere, ab imperatore Ludouico Infante ſolenniter proſcriptus. *Paul. Stransky* Reip. Boh. §. 2. c. 7.

(h) Cum enim Ludouicus infans aliter compeſcere nequiret regem clientem: vicinos reges, imperio clientelares in illum concitauit, vt bona, ditiones, populi, cetera proſcripti regis cederent occupanti an. 908.

(i) Hac lege: *vt Morauia pareret Bohemiae legibus; borum filii ſecundo nati fiduciae nomine acciperent Morauiam a regibus Bohemiae; Bob. regibus perpetuo eſſet in Morauiam dominium directum; Domini vtiles Morauiae non reges audirent, ſed marchiones; eſſent tamen Morauiae marchionibus iura ſingularis territorii, quae accederent quam proxime iurisdictioni territoriali Principum Germanorum; ſummatim, quod iuris Caeſari in Bohemiam eſſet, id eſſet iuris Bohemiae regi in Morauiam.* Huius tamen formulae alii Morauiae marchiones obſeruantiores fuerunt, negligentiores alii. Vt reges Bohemiae multoties oportuerit Morauiae marchiones, agnatos ſuos *paragiatos* ad fidei clientelaris obſequium reducere in ordinemque eos redigere priſtinum. Quae bella repeti poſſunt ex ſcriptoribus Bohemicis.

(k) Ex eo ſcilicet tempore, ex quo Bratislaus Bohemiae R. Morauiam, Polonis & Hungaris iterum ereptam, Bohemiae regno innexuit an. 1026. formula, quam recitauimus nota praecedenti *lit. i.*

(*) Paul. Stransky cit. loc. circa finem, vbi habes exempla.

(l) Quod toties factum eſt, quoties Bohemiae regibus plures fuerunt filii. Primogenitus enim regni Bohemici faſces accepit, ſecundus natu Morauiam; ſed ita, ut nihilominus illa regi Bohemiae eſſet clientelaris. Quibus moribus etiam ipſe Carolus IV. imperator vſus eſt, vnde *Iodocus,* Morauiae Marchio, Germanicis ordinibus non indignus videbatur, quin eum eligerent imperatorem, exuto imperii dignitate Wenceslao.

(m) *Id quidem ex argumentis conſtat ſatis apertis. Morauiae enim Marchiones* ſubſcripſere *multoties diplomatibus Caeſareis;* comitialibus *interfuere conuentibus;* Caeſares *electi ſunt, exemplo Iodoci ſine nota peregrinitatis; Bohemiae reges in* Silefia *recens*

errant tamen in eo ICti & hiſtorici, quod Morauiae ideo marchiones habent inter ordines imperii immediatos (n); cum Landſaſſii fuerint (o), fruſtraque ſint, qui illos ſocios habent Germanici quatuoruiratus (p). De auctoribus notitiae Morauicae diximus in margine (q).

Superioris

recens acquiſita ditionibusque allis imperio nequicquam diſputarunt clientelam; imo ipſa Morauia, quod ſupra diximus, eo *iam* tempore Bohemis paruit, *quo illi Germanicorum Caeſarum ſubierunt clientelam; demum etiam dici poteſt, Morauiam Germanico Imperio acceſſiſſe iure* poſtliminii, *& quae ſunt generis eiusdem. Vnde extra controuerſiam, eos in numero ordinum imperii Germanici ex eo tempore perſtitiſſe.*

(n) *Errore hoc cum* Goldaſtus *ducitur* lib. 3. cap. 16. §. 10. *tum* Czechorodius lib. 1. c. 4. *quod exiſtiment, ordines tantum* immediatos, die unmittelbare Reichs-Stände, *non vero Landſaſſios ſuffragium in comitiis habuiſſe. Contrarium vero oſtendimus* cap. 4 diſſ. de ciuitatum diſpari nexu cum S. R. I. *Quid? quod ipſe etiam Pragenſis Archi-Epiſcopus in comitiis ſuffragium dixerit, necquicquam ideo ex matricula expungendus ordinum Bohemiae prouincialium.* (*)

(*) Hert. de renouato R. G. I. & regn. Bohemiae nexu Sect. II. §. 7.

(o) *Ea enim ratione, qua Sileſiae octodecim duces, principes fuerunt imperii Germanici & tamen* Landſaſſii *quoque regis Bohemiae. Morauiae enim marchiones primo Bohemiae regem dominum ſuum ſuſpexerunt, deinde imperatorem. Stylo, curiis ſolenni, dicimus, Caeſar habuit directum dominium primum; Bohemiae rex alterum.*

(p) *Quamuis enim locus hic non ſit, quatuoruiratus nenias exagitare; quin tamen Morauia inter quatuoruiros imperii Germanici haberi queat, illud interim ſufficiat argumentum. Quoniam patroni quatuoruiratus eius ſocios non alios ferunt, quam ordines immediatos. Sed in hac claſſe negauimus fuiſſe Morauiam.* Goldaſtus *auctor fabulae eſt* lib. 3. c. 16. §. 10. Morauiam eſſe inter quatuor marchiones imperii Germanici.

(q) *Princeps ſcriptor rerum Morauicarum eſt epiſcopus Samandrienſis, Thomas Ioannes Peſſina* de Czechorod in Marte Morauico Pragae edito 1677. in f. *Qui liber erudite diligenterque eſt ſcriptus, ex idoneisque teſtibus, qui perpetuo laudantur. Idem* auctor Morauographiam *promiſit Geographicam, expleuitque haud dubie hanc ſpem vltimamque ſcripto manum addidit. Num vero lucem illud viderit publicam, ambigo. Bartholom.* Paproczky *iuxta Bohemiae annales etiam Moranicos condidit, Pragae editos* 1599. fol. *in lingua vulgari.* MSCti *& inediti annales*

Superioris & inferioris Luſatiae.) *Luſos* populos (a) poſt Carolum M. Henricus auceps (*) vicit: *marchione* eis Gerone praefecto, e proſapia C. WETHINENSIVM. Rexerunt hi Luſatiam, Miſniae tum etiam Marchiones (b) ad an. 1086. quo Henric. IV. Imp. auxilii cauſa (c), BOHEMIAE R. Wratislao eandem, *beneficii* iure, conceſſit. Exinde, diuulſa in duas partes *inferiorem, ſuperioremque, Luſatia* (*) ſaepius a Bohemiae Regibus diſtracta fuit iterumque reuocata. BRANDENBVRGICI Marchiones eam non vno titulo, mox *dotis* loco, iterum *muneris* cauſa, iure demum *pignoris* acceperunt (d). Quibus A. 1320. Bohemi, neſcio tamen an iure, inter Pſeudo-Waldemari turbas eam iterum eripuerunt (e). Alteram Luſatiae partem MISNENSES etiam marchiones a Bohemis quandoque tenuerunt. Qui iidem A. 1619. vtramque Luſatiam *feudi* nomine, ob 70. *tonnarum* impenſas

annales celebrantur Guilielmi a Perſtein; *Guilielmi* Slauatae; *Caroli* Zierotini; *Ioann. Amoſ.* Comenii; *Maxim. Rudolf.* Sleinizii *in Slauo-Bohemia.*

(a) *Slauorum enim nomen generale fuit, inter ſingularia* Luſi & Sorabi *in iſtis oris. Vnde &* Luſatiae *hodieque nomen eſt &* Sorae *comitatui.* Goldaſt. l. 1. *regn. Bohem. cap.* 16.

(*) Gundling. §. 24. ubi circumſtantiae expeditionis.

(b) *Quod Marchio Luſatiae perfidiae accuſatus eſſet in Germanicum imperium.* Lambert. Schafnaburg. *ad an.* 1074.

(c) *In praemium exactae militiae Marchiam Bohemo dedit, verba ſunt* Schafnaburgenſis ad an. 1074. *plura congeſſit* Goldaſt. l. 3. c. 16.

(*) Ex inſtituto *Schurzfleiſchius* in peculiar. diſſertat. de *Luſatia*, & Sagittarius de eodem commate.

(d) *Magdeburgico etiam antiſtiti in feudum oblatum ab eoque ſuſceptum fuit, de quo extant clientelares literae in noſtro tabulario.* Theod. a Niem. Carolus IV. Luſatiam ab archiepiſcopo Magdeburgenſi, cuius illa feudum fuerat, redemit atque eccleſiam & imperium hac marchia turpiter ſpoliauit.

(e) *Videri poterat &* Brandenburgicis *marchionibus & antiſtitibus* Magdeb. *a Carolo IV. iniuriam factam eſſe. Sed* Gold. *lib.* 3. *c.* 16. *perhibet Luſatiam a Bohemia regum ſocordia auulſam, nunc vero iure poſtliminii eidem reſtitutam eſſe. At non docet cauſas, ob quas alienationes Bohemorum, conſenſu Caeſaris factas, velit improbare.*

penſas a Ferdinando II. tandem *acceperunt* (**), poſſederuntque hactenus; titulo, *dominii directi* cauſa, Auſtriacis etiam relicto (f). Scriptores in margine (g) recenſentur.

Quare Saxonici ſcriptores hunc titulum praetereant in Auſtriacis?

Princeps comes Habsburgi.) Auita haec noſtrorum principum gens eſt, quam cap. I. §. 1. 2. 3. deſcripſimus, hic non repetendam. Id conſiderationem meretur; quare *principes comites* audiant Habsburgici? Equidem *Guillimannus*, *Fuggerus*, aliique ſcribunt, ante Rudolfi I. imp. tempora Habsburgicos, *principes comites*, Gefürſtete Grafen, iam fuiſſe. Verum cum hanc aetatem neque *in theſi* admittamus: certe *in hypotheſi* calculum noſtrum ſententiae huic ſubtrahere eo minus veremur. *Principis* igitur verbum recens additum. Neque enim Carolus V. alia, quam nudi *comitis* voce vſus eſt; *principis comitis* titulo primum a Ferdinando fratre A. 1555. adhibito.

Quare

(**) Quamuis actualem traditionem ſ. inueſtituram non ante pacem Pragenſem 1635. obtinuerint.

(f) *Qua* Bohemiae *regibus. Dominium tamen* directum', primum *ac vltimum eſt penes S. R. imperium. Nam Caeſares inſtituerunt marchionatum Luſatiae, conditore Henrico aucupe; marchiones a Caeſare Luſatiam acceperunt iure clientelari; marchiones perfidiae ſ. feloniae ergo Luſatia exuti ſunt; neque alia lege Luſatia delata fuit Bohemis; Luſatiae quondam marchiones, albo imperii inſcripti, ſuffragia habuerunt in comitiis. Eſt tamen falſiſſimum, quod Bohemiae regis* electoratus *affixus ſit Luſatiae. Partim quod A. B. contrarium doceat, partim quod Bohemicus electoratus vetuſtior ſit an. 1086. quo demum tempore vidimus Luſatiam Bohemiae acceſſiſſe.*

(g) *In illis iuxta Bohemicos auctores praecipue* Goldaſtum; Balbinum; Paprozkium, *ſunt* Peucerus, *qui hiſtoriam Luſatiae recenſuit in ſermone ligato, in Octavo*, Schurzfleiſchius, Sagittarius, *alii. Inter codices tamen* MSCtos *chronicon mihi* Luſatiae *eſt* Chriſtophori Manlii, Goerlicenſis, *plene & erudite ſcriptum idque lingua Latina. Cuius auctoris propterea mentionem facio, vt excitem bibliopolas, ne ſumtibus parcant ad edendum tantae fidei ſcriptorem.* (**)

(**) Prodiit hic liber inter ſcriptores rerum Luſaticarum celeberrimi Chriſt. Godofred. Hoffmanni cura, Lipſ. & Budiſſae 1719. edit. vbi in Tom. I. Part. I. inuenitur.

Quare Fridericus III. nomen hoc prorſus omiſerit? *Contra Carolus V.* Flandriae *Comitatui* praetulerit; *quem* Auſtriacum *etiam* regiis *titulis aduerto praepoſuiſſe* (*b*)? *Quare noſtros principes non* Habsburgicos *potius*, *quam* Auſtriacos *dicamus*: *& ſi digniori titulo locus*, *cur non* Burgundicos? *Quos duces regibus non proximos*, *ſed* pares *habitos fuiſſe*, *Chifletius oſtendit* (*i*).

Tirolis.) (*) Si in vocabulo diuinare licet, id *Tauriſcis* ſiue *Stiriis* populis non minus natales, debere, vt idem ac *Stirol* ſit, exiſtimauerim. BOIOARIAE ducem *Theodonem II.* A. 520. huic regioni, paulo ante, Romanis expulſis, ſubiugatae *marchionem* dediſſe, a fl. qui C. Tirol. ſecat *de* ABTSCH nominatum, ſcribunt. Qui cum reliqua Boioaria a Carolo M. *Francici* iuris factus: eidem poſt ea quoque tempora paruit poſteriſque eius Germaniae regibus Carolingicis. Tamen praefecti regionis alio nomine comites de MERAN, qui locus ab op. Tirol parum diſtat, ſunt adpellati. Horum poſteritate in Germaniis extincta, Boioaria iterum ducem accepit, cui Tirolenſis quoque tractus ſubiectus fuerat (a). Quandoque comitem habuit ditio Tirolenſis, Boioariae duci clientelarem (b), ſaepe etiam absque illo egit ſub Boico prin-

(*b*) *Illos enim credibile eſt*, *reſpexiſſe ad primam ſuae gentis originem.*

(*i*) *Si moribus agendum eſſet antiquis. Hodie enim Auſtriae ante Burgundiam in comitiis locum eſſe conſtat. Ceterum ex quo Bohemia facta eſt* hereditaria *easdemque leges ipſa ſubiit Hungaria;* cauſas *certe* idoneas *haberet Auſtriaca domus*, *gentilitium mutare nomen & elogio vti vel* Hungaricae *domus vel* Bohemicae.

(*) Fuiſſe inter Auſtriacos imperatores, qui ſe aliquando ſimplices Comites de Tyrol, aliosque, qui Principes Comites ſe ſcripſerunt, tradit Pfeffinger ad Vitriar. Tom. II. p. 710.

(*a*) *Tirolenſis comitatus pars fuerat cum veteris*, *tum medii aeui Boioariae. De quo rerum ordine videndus eſt* Auentinus lib. 3. p. 201. *Poſtquam ergo Boioaria*, *Carolingis an.* 912. *extinctis*, *ſibi ducem elegit conſtituitque*, *in eius non minus poteſtatem conceſſit pagus Tirolenſis vniuerſus. Imo Tirolenſes Landſaſſii pariter inter ordines prouinciales fuere Boioariae.*

(*b*) *Subuaſallus fuit Boioariae ducis*, *quotusquisque ad Tirolenſem comitatum fuerat euectus. Quod fieri non poterat*, *niſi Boioariae*

principātu (c). A Boioaria *Fridericus I.* Imp. A. 1180. Henrico Leone proſcripto, Tirolenſem comitatum omnino ſeparauit, eumque *Bertholdo* de MERAN (d) in *feudum detulit imperii immediatum* (e). Celebratur eius pronepos *Otto;* qui A. 1249. filiam reliquit vnigenam *Frid. IV. Norimb.* Burggrav. deſponſatam. Sed hanc a ſucceſſione excluſit agnatus eius *Albertus* (*). Cuius ipſius tamen filia Adelheid *Mainhardo*, Com. de GOERZ, marito ſuo Tirolenſem prouinciam poſt attulit A. 1254. Huius natu maior filius Mainhardus *Tirolenſem* comitatum, ſecundus natu Albertus *Goerzenſem* accepit. Inde duae lineae, *Tirolenſis* & *Goerzenſis*. Illa in Margaretha *Maultaſch* exaruit A. 1366. Qua principe mortua, *Tirolenſis* comitatus quo iure (f) Auſtriacis acceſſerit c. I. §. 9.

ioariae ducum beneficio. Neque huic rei obeſt, quod Tirolenſes comites in comitiis imperialibus offendantur, quod ibi iure ſint vſi ſingularis ſuffragii. Saepe enim & ſupra in Morauia dixi, illud quondam etiam ordines habuiſſe Landſaſſios.

(c) *Nam absque intermedio comite multoties paruit Boioariae duci ditio Tirolenſis. Imo nomina & catalogus comitum hodieque latet in obſcuro, cum operae pretium non fuerit, res geſtas adnotare comitis Landſaſſi.*

(d) *Fortunatus* Hueberus **in der Gedächtniß der mächtigen Helden von** TAVR *lib. 2. c. 14. Meranenſium comitum origines euoluit eruitque ex inſtituto. Ante enim, quam acceperant Tirolenſem comitatum ab imperatore Friderico I. ampliſſimos in vicinia tractus poſſederunt. Vt* Meranenſium *ducum tum celebris eſſet memoria.*

(e) *Sub quo autem verbo dignitatis? Fateor, nunc Tirolenſes dominos audire* principes; *nunc* duces; *iterumque* comites. *Parum certe intererat, quo nomine adpellarentur. Re ipſa enim* principes *S. R. I. fuerunt. Nam imperio paruerant immediate; in comitiis ſingularia ſuffragia habuerunt, non curiata; domi fuerant inſtructi ſuperioritate territoriali; acceſſerant prouinciae opes & amplitudo; ſtylus curiae Tirolenſis* **unſer Fürſtenthum Tyrol.**

(*) Ex eadem quippe ſtirpe prognatus. Cui accedebat ius vxorium, dum Iotham, Bertholdi IV. Meran. Ducis filiam in matrimonio habuerat. Quamuis cum valde diripuiſſent ditiones has vicini Bauari, Veneti aliique ducis titulo vti noluerat, qui ideoque etiam cum ipſo deſiit.

(f) *Omne dubium ſucceſſionis diploma tollit, quo Margaretha Maultaſchia Tirolenſem comitatum vniuerſum detulit Auſtriae duci*

§. 9. ſtripſimus. De ſcriptoribus agitur in margine (g).

Diuerſa tum in Tirol. C. poſtulata vide ſis ſupra. Auſtriacorum *ſiue Caeſaris ; ſiue pactorum Mainhardi Comitis ; ſiue matrimonii cauſa. De Burggr.* Norimbergenſium *cognationis iure. De* Boiorum, *recuperationis beneficio matrimonioque cum Maultaſchia. Iudicatum de ſingulis ſupra.* Principem comitatum *hunc etiam facit* Fuggerus, *tempus, cauſas non addit.* S. R. I. principem *ſe ſcripſit Albertus Com. Tirol.*

Pfiretarum.) Hunc Comitatum principio ab *Habsburgicis* poſſeſſum A. 1324. *Auſtriacis* agnatis obueniſſe, plene planeque docuimus (a), A. 1648. Gall. regi ceſſus ab Auſtriacis, acriter repugnante epiſcopo. Theobaldus enim Com. *Pfirt* A. 1271. vendidit epiſc. Baſ. comitatum ea lege;

duci Rudolfo ceteriſque an. 1363. Exhibet id comes a Brandis in dem Tyroliſchen Adler *part. 9. p. 139. vbi verba inprimis huc pertinent :* ſollen Rudolf, Albrecht und Leypold, Gebrüder von Oeſterreich, unſer allernegſte Vatermag, Lidemag und Geſipp unſer Fürſtenthum, Land- und Herrſchafft haben, die würdigen und edlen Grafſchaften zu Tirol und zu Gorz, die Land an der Etſch und das Ynthal, mit der Burg zu Tirol. Mit allen Praelaten, Aebten, Proepſten, und aller Pfaffheit. Mit allen Grafen, Freyen, Landherren, Rittern und Knechten, Burggrafen, Pflegern, Richtern, Amtleuten, Räthen, Bürgern, Helden, und allen andern Landſetzen und Leuten. *Et porro :* Wir bitten unſern H. Vater den Papſt, unſern Herrn den Röm. Kayſer oder König und alle andere geiſtliche und weltliche Fürſten, daß ſie unſer Gemächtnüß und Geſchäfftbrieff ſteth haben und beſtätten, *& quae ſequuntur deinceps.*

(g) *Princeps ſcriptor eſt Franz Adam*, Grav von Brandis, der Grafſch. Tirol Erbſilbercammerers des Tiroliſchen Adlers immergrünendes Ehren-Cräntzel, gedr. Bozen 1678. in 4t. *Auctor ſatis induſtrius eſt teſteſque laudat, quibus ſua debet. Verum deſidero in illo luculentiam & culturam ſermonis; maiorem in rebus medii aeui notitiam; in teſtibus laudandis ſelectum.* Fortunati Hueberi unſterbliches Gedächtniß der mächtigen Helden von Taut, *vnde Tirolenſium comitum familiam oriundam eſſe diximus. Poſt quos conſulendi* Auentinus, Hundius, Megiſerus, Fuggerus, *& his vicini ſcriptores.*

(a) *Adducendum hic eſt ſupra prolatum, vbi dictum doctumque, quos comites habuerit* Pfireta, *quoue iure obuenerit Auſtriacis comitatus.*

ea lege, vt ipſi in *feudum* rurſus ab eodem concederetur. Saepius ea de re epiſcopus in comitiis queſtus eſt: ſed, Galliae rege indignum habente, epiſcopi vaſallum agere (b); is nihil potuit proficere.

Acta Comitialia A. 1652. 1653. *pro Epiſcopi Baſil. fauore legi poſſunt apud auctorem nouiſſimum Comitiologiae (c).*

Kyburgi.) Horum comitum memoria iam inde a *Caroling.* imperat. celebratur. Comitatus ipſe in *Turgouia* Heluetiorum eſt ſitus, nomen ab arce *Kyburg* accepit, quae *Tiguro* vicina eſt. *Hartmannus* vltimus comes anno 1264. deceſſit, *Kyburgenſi*, *Badenſi*, *Lenzburgenſi*, Heluetícis comitatibus aliisque dynaſtiis relictis. Potiſſimus eius heres *Rudolfus I.* Habsb. imp. fuit, defuncti ex ſorore Hedwige nepos. Ex quo cum *Habsburgicis Kyburgenſia* ceteraque coniuncta ſunt. Sed *Kyburgenſem* Com. *Tigurinos* Auſtriacis eripuiſſe ſupra vidimus, quem, proſcriptione quamuis ſublata, iniquis tamen rationibus detinuerunt.

Aduerſio Kyburgenſia *Rudolfum I. locupletem feciſſe: quare nulla auctoribus cauſa relinquitur, Habsburgenſem comit.* **eine gefürſtete Grafſchaft**, *propterea exiſtimare. Q. cum* Heluetios *A.* 1648. *ſui iuris fecerint*, & *S. R. I.* & Auſtriaci, *quae cauſa ſit*, Kyburgenſis *com. memoriam nunc ſeruare. Legantur de eo Heluetici ſcriptores* Stumpfius, Guillimannus, Simlerus, *alii.*

Goeritiae.) Haec regio *Bauariae* portio fuit, inde cum Tirolenſi, com. Henrico Leone proſcripto, eſt *auulſa.* Suos tamen Goeritia comites habuit imperiales (a). Inter

G

(b) *Quod cum agnoſcat Baſileenſis antiſtes, id vrget in comitiis, vt ipſi ſuoque epiſcopatui ab imperio aliunde ſatisfieret.*

(c) *Et ſcriptum ab epiſcopo editum: Deductio* des Biſchofs von Baſel auf die Grafſchafft Pfyrt zuſtehenden Rechtens 1653. in 4t. (*)

(*) Prodiit aliud memoriale A. 1663. quod exhibet Londorp. T. 8. l. 9. c. 228. Idemque repetiit Epiſcopus A. 1697. in pecul. memorial. apud *Fabrum* in der Europäiſchen Staats-Canzley P. 3. p. 310.

(a) *Imperio enim* Goeritiae comes *absque intermedio duce paruit ſimiliter, vt Tirolenſis.* Superioritate *quoque* territoriali *inſtructus fuit, ex quo eum a Boioaria exemerat imperator Fridericus*

ter quos Mainhardus II. an. 1250. Tirolenſis comitatus heredem vxorem habuit (b). Cuius filii regiones ita diuiſerunt, vt primus *Tirol* acciperet: alter *Goeritiam.* Comitibus ergo in *Goeritia ſigillatim* regentibus Venetis, praepotenti reipublicae facile fuit, quasuis leges imponere. Hinc facile ad credendum, *Venetos* attriuiſſe C. *Goeritianum*, & non modicis regionibus ſpoliatum, ſui tandem iuris dominiique *directi* feciſſe. Quae autem iniurioſe *comitibus* & S. R. I. ſubtracta fuerant; iure meritoque poſt vltimi comitis *Leonhardi* diſceſſum A. 1499. Maximilianus I. vindicauit, regione Auſtriacis (c) imperioque adſerta. Quo iure? ſupra indicatum.

An Goeritia eine gefürſtete Graſſchafft, *quod* Fuggerus *ſcribit? Quae iura S. R. I. atque Auſtriacis in regiones adhuc dum ſint, a Goeritia olim auulſas?*

Landgrauius Alſatiae.) Ordinis ratio nos admonet, hunc *Landgrauiatum* illis accenſere, qui intra *comitum* dignitatem tantum ſubſiſtunt. Loquimur autem de *Landgrauiatu* tantum, non de *Alſatia* vniuerſa. Haec enim princi-

dericus I. an. 1180. Henrico Leone duce proſcripto, & Boioaria in partes plures diſtributa.

(b) *Vt clarius pateat vtriuſque propago, addimus hic tabellam:*

Mainhardus dux MERANIAE m. 1258.
vx. Adelheid heres *Tirolenſis com.*

Mainhard. II. TIROLI *heres 1396.*	*Albert. heres* GOERITIAE *1272.*
|	||
Heinricus 1331.	*Albertus III.*
|	||
Margaretha Maultaſch † 1366. quae TIROL *c. defert Auſtriacis.*	*Ioh. Henr. 1380.*
	Ioh. II. 1460.
	Henricus.
	Leonhardus vltim. 1499. inde Goeritia obuenit Auſtriacis vid. ſupra.

(c) *Pacta enim* ſucceſſoria, *quae vtriuſque lineae conditores inuicem habuerint, adlegauiſſe Maximilianum, ſcribit* Fugger. *lib. 3. c. 8. p. 341. Sed qui factum eſſe, dicemus, quod* Maultaſchia *extincta, Tirolum non obuenerit* Goeritenſibus? *Eſt igitur credibilius, Maximilianum hoc feudum in imperio apertum ſibi mancipaſſe.*

principio a *Triboccis;* poſt ab *Alemannis;* a *Burgundis* denique profeſſa: *Francorum* R. Clodouaeo in praedam conceſſit. In *Carolingicis* diuiſionibus *Lotharingiae* accenſita, mortuo iuniori Lothario, Ludouico *Germanico* poſt obuenit, ſiue teſtamenti, ſiue ceſſionis, ſiue ſucceſſionis bellique iure. Singula enim haec conſpirarunt. Imperatores vero vnam Alſatiam *diuerſis regendam* dederunt. Dvces Alſatiae; Landgravii, eorumque alii *ſuperioris;* alii *inferioris;* aduocati item ſiue Landvogtii; & hi iterum vel *prouinciales* vel *Hagenauienſes*, ſeu X. vrbium imperialium; *Argentoratum* porro, vrbs horum omnium iure exemta in hiſtoriis, non in diuerſis, vt plerique credunt, ſed iisdem fere temporibus occurrunt. Quando in Alſatiis coeperint ſingula haec dignitatum genera; quando deſierint iterum, nemo eruditorum definiuerit. *Herzogii, Blondelli, Obrechti*, *Culpiſii*, exteros facile condono, ſententiis a ſe inuicem penitus diuerſis. Dicam de ſingulis inter diſſerendum. In eo tamen nemo diſſentit, *Rudolf. I.* Habsb. Imp. Alſatica poſſediſſe; incertum autem, ſiue auito Habsburgicorum iure; ſiue matrimonii cauſa cum vxore Anna, quae neptis erat Henrici m. 1237. *vltimi* (*) *Alſatiae Landgr.* ex ſorore, comiti de Hochberg elocata. Oethingenſi comite, qui alteram eius ſororem habebat, ius ſuum vendente epiſcopo Argentoratenſi. Quae tripartita Alſatiae diuiſio *Roo*, *Lazio*, *Fuggero*, *Guillimanno*, aliisque deſcripta iterum admodum fabuloſa videbatur ſummo quondam viro Vlrico *Obrechto* (**), cuius obitus omnem nobis ſpem deſtruxit certioris hiſtoriae rerum Alſaticarum. Maior autem horum titulorum dubitatio, patriae noſtrae admodum exitioſa, coepit, ex quo tabularum Monaſterienſ. 1648. verba a malignis interpretibus in alienos ſenſus, non ſine fraudis nota, torquebantur.

De praetenſione Gallorum inferius ſub loco agetur, quamuis ann. 1697. in pace Riſuicenſi omnis Alſatia Gallis relicta eſſe videatur.

G 2 *Domi-*

(*) Ex Comitibus Egensheimenſibus, de quorum genealogia vid. Vlric. *Obrecht.* in prodrom. rer. Alſatic. p. 270. ſqq.

(**) l. c. p. 277. ſqq. inprimis p. 282. ſq.

Dominus Vinidorum Marchiae.) Vltima Carniolae Slauoniam verſus, regio eſt. Haec ſiue a *Venedis* poſſeſſa; ſiue irruptioni *Venedorum*, quod credibilius, quondam obiecta, nomen meruit *Marchionatus Vinidorum*. An *Sec. VI.* cum irrumperent primum *Venedi;* an vero *Sec. IX.* Venedis iterum ſuppreſſis, conditus ſit Marchionatus, incertum eſt. Neque certiores ipſi *Marchiones* ſunt, quorum aliquos tantum nominat Schoenlebius. Ipſe Marchionatus *Carniolae* iterum iunctus, eandem cum ipſa ſortem habuit, cum eaque (244.) Auſtriae acceſſit.

In limitibus cum Venetis *lites. Quare comitatibus quibusque* poſt poſita *haec Marchia? cur non* Marchiones, *ſed Marchiae* Domini *titulus? Alibi Marchiae* Slauoniae *legitur. An remedium ſit, inter turbas Venedorum a Carintbia Carniolaque a* Venetis *auulſas regiones iterum recuperandi?*

Portus Naonis.) Vetuſtiſſimus hic titulus eſt ducum Auſtriacorum (a). Quamuis locum Veneti poſſideant: Auſtriaci tamen ſic repetunt priſtinorum iurium (b) memoriam.

(a) *Ab antiquiſſimis enim temporibus hoc verbum reperio in diplomatibus idque conſtantiſſime.* (*) *Pro Carintbiae Portum Naonis portione habent* Syluius *hiſt. Boh. c.* 27. Rous *lib.* 1. Czechorod. *Morau. lib. 3. c. 7.*

(*) Meminit etiam Fridericus II. Caeſar, quod Auſtriae ducem compellaturus acceſſerit ad terram ſuam *Portam Nouam.* Petrus de *Vineis* lib. 3. c. 5.

(b) Quamuis *Nanius* ſtudii partium ſuſpicionem omnino faciat: cum tamen alii hic ſileant, eum audire oportet loquentem his fere verbis: *Portenau caſtium Italiae in ditione Veneta & in Foroiulienſi prouincia. Antiquitus imperatores dederunt prouinciam Foroiulienſem patriarchis Aquileienſibus. Poſtea Ottocarus, rex Bohemiae, qua Auſtriae dux & Carinthiae, bello petiit patriarcham, cui ademit* Portum Naonis. *Victo autem illo a Rudolfo I. caſtrum tranſiit in poteſtatem Auſtriacorum. Veneti, qui Foroiulienſem prouinciam bello extorſerant patriarchae 1455. etiam eodem iure* Portum Naonis *in ius vocarunt. Quem etiam an. 1508. expugnarunt. Recepit quidem eundem Maximilianus, ſed Veneti illum rurſus occupauerunt. Iuribus Auſtriacis renuntiauit Carolus V. an. 1529. in pactis Bononienſibus, vt Auſtriaci locum fruſtra in titulis memorare videantur. Paſſibus 18. millibus diſtat ab ora maris Adriatici in boream, eſtque in planitie pulcherrima.*

moriam. De quibus audiemus Baptiſtam *Nanium* in margine.

Salinarum.) In libero Burgundiae comitatu oppidum hoc ſitum eſſe conſtat, *comitatu Salinarum* non minus, quam ipſa Burgundia illuſtre. Paruerunt *Salinar. domini* comitibus Burgundiae vſque ad mortem Henrici V. Exinde enim *Reinaldus* comes, quod eius iudicio *Franconicae* tantum genti, non imperio *Germanico* Burgundia, teſtamento quondam Rudolfi, obueniſſet, *Saxonico* imperatori fidem denegauit, ſuique is iuris eſſe voluit. Donauit ergo Salinas imperator ducibus de *Zeringen*, quae Sueuiae pars eſt. Inde lites ac bella *vtriuſque* ſuper Burgundicis *ſalinis*. Quas tandem *Fridericus* imperator finiuit *Salinarum* dominis Maſconenſi & *Cabillonenſi* adiectis comitatibus, vt a turbis abſtinerent. Has tamen filio Frid. I. imp. Ottoni Burg. c. excitat gens *Salinaria*. Cui etiam, mortuo Ottone, filio prioris, ipſe comitatus Burgundiae obuenit. Quapropter *Salinarum* regio ceterae Burgundiae fuerat annexa, eandemque cum illa habet hiſtoriam. Altera tamen linea, quae *Challonica* audiit, ſuos Arauſioni principes dante, qui *Salinaria*, & Cabillonenſia in Burgundiis cum *Auriaco* principatu iunxerunt. Teſtamento Renati vltimi A. 1544. Naſſouiis haec relicta: ſed hi a Burgundiae poſſeſſoribus excluſi ſunt (a).

Burgundiae veterem faciem dedimus, in plures iterum comitatus ſciſſae. Laudati Vredii, Cheſnei, Catelii, Heuteri, Gollutii, Paradini, Noſtradami. Piſii *opera, iuxta Burgundicos annales, commendata. Cur* Salinarum *tantum hic mentio, non vero* Meranii, Challonii? *An* Auriacis *heredibus iuris aliquid in Burgundicis ſuperſit? An Burgundicis regionibus natura allodii?*

(a) *Principis ſui cauſam in hoc argumento egit I.* P. Ludewig *ICt. cui opuſculum debetur* Preußiſches Neuburg, *Halae impreſſum 1708. in Octauo.*

CAPVT III.

PRAETENSIONES

Iuraque controuerſa gentis Auſtriacae.

Meditamur PRAETENSIONVM ILLVSTRIVM ſyſtema plenum (a), & omnes Europae principes attingens, ingentique labore ac ſumtuoſo ſcriptorum adparatu contextum. Inde excerpemus aliqua, quae *gentem Auſtriacam* propius attinent.

I. In imperium orientis vniuerſi.

Teſtamentario ſcilicet iure, quo *Andreas* vltimi imperatoris Conſtantinopolitani ex fratre nepos, an. 1502. *Ferdinandum*, Hiſpaniae regem, nominauerit heredem (*).

De

(a) *Verbo praetenſionum ſignificamus iura principum controuerſa. Non illa tantum, de quibus hodieque litigatur: ſed etiam, quae pridem compoſita ſunt. Vt priſtinarum rationum, quibus cauſae publicae ſunt ventilatae, commoneamur. Conferantur, quae de hoc inſtituto ſcripſimus infra.*

(*) Teſtamentum die 7. April. 1502. conditum: quo inſtituit Ferdinandum Catholicum & Iſabellam heredes. Mortuus Romae cum viliſſima vxore Graeca. Sepultus in baſilica D. Petri. Filiam Andreas reliquit, quam Iacobum II. Cypri Regem in vxorem duxiſſe falſo dicitur. Sed haec fuit illius ſoror. Du *Freſne* in Byzant. p. 248. Notandum ſchema genealogicum.

Manuel Palaeologus
ob. 1425.

Conſtantinus Palaeologus † 1453. vita & imperio priuatus a Mahomete II.	Thomas Palaeologus † 1462.	Ioannes Palaeologus † 1427.

Zoe ſ. Sophia, Ioannis Baſilidis vxor, de qua *Herberſtein* in Comm. rer. Moſcovit.	Andreas teſtator † 1502.	Manuel.	Helena, Seruiae Regis vxor.

De Chifletii & Blondelli hanc in rem ſententiis dictum doctumque.

II. Super monarchia Siciliae.

Rex enim Siciliae legatus natus eſſe vult pontificis Romani. Quo intuitu in Sicilia papam agat & exerceat ea, quae papalis ſunt jurisdictionis. Pernegat hoc papa, dicitque, legationis iura quondam regi data eſſe, non regno; vt adeo priuilegium fuerit perſonale, cum vitaque *priuilegiati* extinctum.

De Baronii *monarchia Siciliae*, *Antwerpiae combuſta*, & *reſponſione Aſcani Cardin. de* Columna. *Poſtulati praecipua momenta expoſita.* (*)

III. In prouincia Rouſſillionenſem.

Doctus liber de *Marchia* Hiſpan. commendatus (b). Laudati hanc in rem ſummi viri, *Leibnizii* codex iur. gent. *Belcarius*, *Nebriſſenſis*, *Zurita*, *Vernulaeus*. De *Caſſano* item & *Puteano* Gallis. (**)

IV. In regnum Luſitaniae.

Souſae, Ageyrae, Grenaillii, Conneſtaggii, Lobkouizii *hac de re volumina laudata. Controuerſia etiam inter vtrosque pactis compoſita* (c).

G 4 V. In

(*) Plene planeque ea de re egimus in opuſculo, de Monarchia Siciliae.

(b) *Nam Petr. de* Marca *eo fine a Galliae rege iuſſus, ad Pyrenaeos montes iter fecit calamumque ſumſit, vt Gallici adminiſtri iurium admonerentur, non in tractum Rouſſillionenſem tantummodo; ſed etiam in Cataloniam & regiones finitimas alias. Scripſit auctor duo volumina, vnum Latine, de* Marca *Hiſpaniae; alterum Gallice*, hiſtoire de Bearn. *Vltimus liber primo rarior eſt, vterque autem diplomatum exhibet numerum ampliſſimum. Addi poteſt liber*, la Catalogue Francoiſe. Ou il eſt traité des droits, que le Roy a ſur les Comtez de Barcelonne & de Rouſſillon, & ſur les autres terres de la principauté de Catalogne, *impreſſus Toloſae 1644. in 4t.*

(**) Plenius Sweder in theatro praetenſ. L. II. S. 9. c. 2.

(c) *Hodie acceſſiſſe fertur pactum ſucceſſorium, quo, Carolo rege Hiſpaniae ſine prole mortuo, Luſitaniae reges in Hiſpaniis ſint ſucceſſuri.* Sed euentus aliud docuit.

V. In vniu. Hiſpan. monarchiam.

Iudicatum de voluminibus, in hac cauſa hactenus editis. Lectis mihi tot Hiſpanici regni annalibus, omnes illi errare videntur, qui *teſtamentum* Caroli R. vt *vitioſum* accuſant. *Nullum* potius illud dicendum eſſe, cum diſponendi nulla facultas fuerit vltimo regi de futura ſucceſſione, inuictis argumentis ſoleo demonſtrare. Iam euerſo teſtamenti valore, redit obligatio, cui Galliae R. in tabulis Pyrenaeis adeo ſancte fidem ſuam aſtrinxit. Periurii notam incurrit, quisquis G. R. ſuadet, ab illis reſilire. Pepigerant vtrique; non poſt, ſed ante matrimonium; non pro ſe tantum, ſed pro poſteris etiam ſuis; nulla in Gallos iniquitate, ſed retorſionis iure aequiſſimo; non fraude, aut metu inducti, ſed libera voluntate; nulla rei inſolentia, ſed parentem ac materteram imitati; nulla denique conditione adiecta, ſed pure, candide, ſimpliciter. Eſt Deus arbiter rerum humanarum, cui maximae rei euentum commendamus (d).

Hiſtoria Pacis Pyrenaeae Axelii; *literae* Mazarini; *Epiſcopi* Metenſis, *pluriumque aliorum ſcripta recenſita ſuper illuſtri hac controuerſia. De Philippi IV. Teſtam. dictum apud* Paſſarellum, *iudicatumque, an Auſtriae conſulant, qui eo ſolent prouocare Ad exceptiones Gallor. reſponſa.*

VI. In ducatum Burgundiae.

Fruſtra eum pro *Galliae* feudo habent; abſurdi magis, qui feudum *maſculinum* credunt, quod ipſi Galli per femi-

(d) *Innumera fere de hac lite extant opuſcula cum Galliae regis, tum Auſtriacae domus, tam in vulgaribus linguis Gallica & Germanica, quam Latine ſcripta. Vlr.* Obrechtus excerptorum *tria edidit ſpecimina, vbi rem in theſi magis tractat, quam in hypotheſi. In Auſtriacorum caſtris, qui militat, praecipuus eſt* Ioann. Aluares da COSTA Vlyſipponenſis, *qui edidit* aquilam *Auguſtam*, ſeu Carolum III. regem Hiſpaniarum adſertum, tribus libris propugnatum. Amſtelaedami 1705. fol. *Maximo certe ICtorum, politicorum & hiſtoricorum adparatu ſcripſit auctor, digniſſimus ea propter, vt in Germania recudatur.* Ius Auſtriacum in Hiſpaniam *Viennenſem adminiſtrum auctorem habet, in 4t. editum.*

feminam acquiſiuerunt (e). Accedit, quod poſtulato Galli ſec. XVI. nuntium miſerint (f).

De Chifletii, Zypei, Vernulei *argumentis*; Blondelli *adſertio contraria.*

VII. In comitatum Burgundiae

Contra Hiſpanorum G. R. factam ceſſionem in pace *Neomagenſi* 1679. in quam Auſtriaci non conſenſerunt (g).

VIII. In ducatum minoris Britanniae.

Annam enim Britanniae (h) heredem Ludouicus XII. R. G. vxorem duxit. Cuius ex filia *Claudia* ſtirps an. 1589. defecit, ſolius Eliſabethae, quae eius proneptis fuerat, & vxor Philippi II. Hiſpan. R. filia ſuperſtite, Iſabella Clara Eugenia. Quae ſuum in Britanniae ducatum ius Auſtriacae domui videtur reliquiſſe.

An Britanniae ducatus feudum Gallorum, quod ipſis Galliae hiſtoricis negatum. Argentrei, Belcarii teſtimonia laudata (i).

IX. In Gall. regnum vniuerſum.

Siquidem Habsburgicos a Merouingis oriundos eſſe, plena fide conſtaret. De *Gebuileri*, *Lazii*, *Pieſpordii*

(e) *Sed Choppini doctrina eſt, in iure domaniali, ditiones a regibus ſemel poſſeſſas regno ita innecti, vt inde nequeant diuelli, inſtar domaniorum.* (*)

(*) Accedit, quod ſucceſſio ſit ſubſidiaria etiam alias, nonniſi maſculis omnibus extinctis. Nam Galliae reges in eorundem numeris etiamnunc.

(f) *Quod contigit victori Gallorum Carolo quinto.*

(g) *Quo enim* Chifletius *argumento Alſatiam vindicauit Hiſpanis, quod Weſtphalicae paci non ſubſcripſiſſent: eo quoque vti licet in Burgundico comitatu Auſtriacis adſerendo. Quippe qui ceſſioni ab Hiſpano factae, nullo tempore conſenſerunt.*

(h) *Quam Maximiliano, Caeſari praeripuit* Carolus VIII. *pag. 173. hoc iuris tegumento:* matrimonium nullum eſſe, quod Gallici feudi heres femina contrahat ſine regis ceu domini directi conſenſu. *Ratione manifeſta, ne feuda obueniant peregrinis.*

(i) *Quibus addendus eſt ſcriptor nouiſſimus, qui* Britanniae hiſtoriam *congeſſit ex diplomatibus, ſigillis, imaginibus heroicis plenae fidei monumentis.*

pordii aliorumque probationibus genealogicis dictum (k).

X. Veteres Hungariae limites.

Dum iure exigunt, quosque alios harum prouinciarum poſſeſſores in ius vocant.

Dictum de terminis veteris Hungariae, Panoniae, Daciae.

XI. In Habsburgicas Heluetiarum prouincias.

Quamuis enim Heluetii an. 1648. ex albo imperii expuncti ſint pace Monaſterienſi: dubium tamen, an omnes ſine diſcrimine eximant tabulae Weſtphalicae (l).

Prudenter agunt Heluetii, ſi Auſtriacos non irritent.

XII. Veteres Sueuiae terminos

dum quaerunt Auſtriaci, Virtenbergicos & Badenſes, aliosque Principes controuerſia haec tanget (m). (*)

An integrum Auſtriacis, veterem Sueuiam recuperare (*n*).

XIII.

(*k*) *Cuius certe generis argumento retundi poteſt audax Gallicorum ICtorum calamus, quo regi ſuo iura adſerunt temporum caligine obliterata & pridem deleta pactionibus.*

(*l*) *Videri enim poterat* Artic. 61. Pac. Monaſter. *loqui tantum de iuribus imperii, quod nuntium miſit Heluetiis; necquicquam de Habsburgo Auſtriacis. Adeoque huic domui priſtina in ditiones ab Heluetiis ereptas ſupra poſtulata hodieque ſupereſſe. Quae ſane maximi momenti ſunt. Video enim, quosdam ſcribere, Habsburgo Auſtriacos quondam ſextam omnis Heluetiae partem in poteſtate habuiſſe. Quamuis nolim facere huius calculi periculum.*

(*m*) *Referenda huc ſunt illa, quae ſcripſimus ſupra.*

(*) Sed vix eſt, vt eiusmodi praetenſioni extimeſcant, ſiue Wirtembergici, ſiue alii Sueuici principes ordinesque, cum certum ſit, Rudolfum I. imperatorem non amplius quid in filium Rudolfum contuliſſe, atque conferre potuiſſe, quam quod hodie poſſident Auſtriaci.

(*n*) *Dictum eſt de his ſupra. Confero Auſtriaca in Sueuiam iura cum Marchicis in Franconiam & Saxonicis in Thuringiam. Vtrique enim in prouincia principes ſunt; non vniuerſae prouinciae domini. Ceterum minus ſibi conſuluere Auſtriaci, quod Sueuiae dynaſtias retulerint ad circulum Burgundicum, cum Sueuici circuli principes habere potuiſſent eius* directorium *& praefecturam*

XIII. Cum Veneta republica.

Larga contentionis materia. 1. ſuper *Foro Iulii*, 2. *Portenauia*, 3. patriarchatu *Aquileienſi*, 4. *Goeritiae*, 5. Marchiae *Venedorum*, 6. *Carniolae*, 7. ac *Iſtriae* terminis; vt taceam *Dalmatica*.

Iudicatum de ſingulis, an tabulae obligent Venetos, quibus Maximiliano I. Imp. vrbe *ipſa excepta, omnia ſua obtulerunt* (*o*). *Arcanae cauſae ſucceſſus tum impediti.*

XIV. Cum Schaffhuſana ciuitate

ſuper Nellenburgicis. Quae lites anno 1697. repetitae.

Cauſa, occaſio repetitarum litium. Quare Insbrugæ *non Viennae* (*p*) *agantur? an patriae proditor ſit, qui prodit veritatem* (*q*)?

XV. Alſatica controuerſia cum rege Galliae.

Imperii magis, quam Auſtriae nomine acta per dimidium fere ſeculum, anno 1697. in Riſuic. pac. compoſita eſt (r).

Dictum

feſturam militarem, das Creys-Obriſten-Amt. *Quibus muneribus nunc ſuae domui bene conſuluit dux Wurtenbergicus vid. ſupra.*

(*o*) *Confer huc ſupra. Vbi ingenua habetur Venetorum confeſſio, ſuam rempublicam abſolui fere Spoliis Auſtriacis.*

(*p*) *Iudicium Insbrugis eſt imperiale Sueuicum*, das Kayſerl. Land-Gericht in Schwaben. (*)

(*) Tyrolenſi comitatui nil olim cum Sueuia commune fuit.

(*q*) *Nemo enim tenetur, ſe ipſum accuſare aut contra ſe producere inſtrumenta. Inde vitio vertunt ciui Schafhuſano, qui Auſtriacis inſtrumenta prodiderit ex Schaffhuſano tabulario. Vnde conſtet, Schaffhuſanae ditionis iuſto laxiores limites eſſe, quod plura ab Auſtriaco defalcata ſint territoria.*

(*r*) *Quamuis ſopita tum magis lis, quam compoſita eſſe videatur. Nam in Riſuicenſibus tabulis Germanicum imperium Alſatiam quidem in manibus reliquit Gallorum, necquicquam vero iuribus ſuis renunciauit. Conferantur huc illa, quae ICtus Halenſis habet* Ludewig *de* iure allegandi, von Reichs-Geſandtſchafften cap. 3. *& quae promiſit in commentario rerum anecdotarum ad pacem Riſuicenſem.*

Dictum de priſtinis *Auſtriacorum in Alſatia controuerſiis cum* 1. *Badenſibus*, 2. *ordine Teutonico*, 3. *epiſcopo Argentoratenſi. Recentiora quaeſtionibus incluſa.* 1. *Quid ſibi nomina velint* Landgrauii, *Alſatiae & Landuogtii X. vrbium.* 2. *an cum his titulis Alſatia omnis ceſſa?* 3. *diſtinctio inter Landgrau.* muneris *&* regionis, 4. *inter* protectionem *deinde* & ſubiectionem, 5. *quid velint verba* ſummi dominii *ſuper ceſſione Alſatica.* 6. *an olim Argentoratum* de *Alſatia*, *vel* in *Alſatia?* 7. *Cur* vendere G. *nolint Teutonici ordines, quae poſſident in Alſatia?* 8. *Immediatae* nobilitatis *an iura perdita?* 9. *an vrbe Argentoratenſi ceſſa, repeti poſſit vexillum S. R. I. communi ciuitatum imperialium nomine ibi cuſtoditum.*

XVI. Super Briſacenſi vrbe.

Ea & Friburgum cum Argentorato ann. 1697. commutatae in pacificatione Riſuicenſi.

An Briſacum regium *contra pacis tab. veteri obiectum? an Auſtriacis, an imperio conceſſae* (s)?

XVII. Super dominio directo Sigmariae & Vehringae (*)

cum Hohenzolleranis cauſae.

An immedietatis ac ſummi dominii iura excepta ſint a donatore Auſtriaco? Merita Hohenzolleranor. in gentem Auſtriacam, priſtina, noua.

XVIII.

(s) *Nam* art. 36. pac. Riſuic. *vrbes hae Auſtriacis reſtituantur, in eo ſtatu, quem habuerant ſub Galliae rege, qui illas poſſederat cum imperio ſupremo. Equidem contra dicendum eſſet interprete aequitate; quoniam non Auſtriacis, ſed imperio Germanico damnum reſarciendum fuerat Argentorati hac pace amiſſae: verum vt iura ſcripta ſunt vigilantibus; ita pacificatorum Germaniae omnino fuerat, haec vrgere & articulum ire correctum. Hoc cum illi non fecerint: poſt vulneratam cauſam quaeritur remedium. Sunt tamen, qui putant, vtriuſque vrbis reditus vix impenſis reſpondere, quae faciendae ſint in militem praeſidiarium.*

(*) A. 1588. res ita deciſa, vt quoad Vehringam Auſtriaci, quoad Sigmaringiam vero Hohenzollerani in poſſeſſorio obtinuerint.

XVIII. Super immunitate vectigalium, an. 1700. cum vicinis Heluetiis.

An remiſſa vectigalia Heluetiis in regione Auſtriaca? an omnia ſine diſcrimine? an quaedam (*t*)?

XIX. Super praecedentia Auſtriae ſuperioris.

Hanc enim Styriae Carinthiaeque ducatus ei dubiam faciant. Quod Auſtriaco ducatui poſt demum acceſſerit.

Hinc 1518. *in conuentu Insbrugenſi ſigillatim ſubſcripſerunt proceres Sup. Auſtr. quae portio quondam Bavariae.*

XX. Super aduocatia abbatiae Lindauienſis, & iuribus in Lindauiam S. R. I. ciuitatem (u). Cum hoc litigium famoſiſſimum ſit, vtriuſque partis rationes dabimus in margine. Coenobium *diplomate* nititur Ludouiciano (x), *&* *Auſtriaca* aduocatia

(*t*) *Quamque enim gentem dicant alteri in ſua ditione vectigalia remiſiſſe.*

(*u*) *Controuerſia haec magna animorum concitatione diſputata eſt per ſeculum decimum ſeptimum fere totum: quae etiam nunc durat perturbatione rerum iuriumque nihil minori. Vrget ILLVSTRE VIRGINVM* collegium 1) *quod princeps ſit*, eine gefürſtete Abtey, 2) *quod in Lindauienſi ciuitate iura habeat* monetarum, teloniorum, *cetera.* 3) *quod extra vrbem villaria eius praedia*, ihre Keller oder Meyer-Höf oder Hof-Güter, *quamuis in territorio ſita ſint ciuitatis: ei tamen* nullo nexu *ſint addicta*, 4) *quod propria iurisdictione gaudeant tam in coenobio, quam extra illud in praediis villaticis*, 5) *quod rerum iuriumque ſuorum aduocatum habeant archiducem Auſtriae*, welchem die Kelln-Vogtey zuſtehe. *Contra LINDAVIENSIS ciuitas* 1) *aduocatiam ſibi in praedia coenobitarum tribuit, quod ipſa a Marquardo Schellenbergio ſub initium ſec.* 15. *eandem redemiſſet, omni iure diſſoluto, illam reluendi,* 2) *tam in coenobio, quam extra illud in praediis coenobialibus ſibi tribuit iurisdictionem,* 3) *praedia haec eodem loco habet, quo alia, quae parent ciuitati.*

(*x*) *Coenobium triplici vtitur fundamento. PRIMO, quod priuilegio munitum ſit Ludouici pii, anno imperii eius* 26. *an Chr.* 839. *concepto, vbi coenobium ab omni ſeculari nexu fuerit exem-*

tia (y). Verum CIVITAS primum pro *ſuppoſititio* habet

exemtum, vt omni gaudeat ſuperioritate. Reſp. *ciuitas, diploma ſuppoſititium eſſe, ſtylo, argumento, rei veritate vſuque. Hinc acerrimae diſputationes in orbe litterato:* vtrum Ludouicianum diploma, ab abbatia Lindauienſi exhibitum, ſit genuinum? *Negarunt hoc & pro ſuppoſitio illud partu habuerunt a)* Heiderus *in magno opere actorum Lindauienſium in fol. editorum exhibitorumque pacificatoribus Weſtphalicis b)* Conringius *in cenſura diplomatis Lindauienſis, c)* Tenzelius *in colloquiis litterariis* & in peculiari libro, *d)* Baluzius, *e)* Mabillonius *in epiſtolis, f)* Hertius *in diſſertatione de diplomatis Germaniae, g)* Sagittarius *in antiqq. lacus Bodamici, h)* Paulini *de aduocatis monaſticis, i) epiſcopus* Paderb. Ferdinandus *in epiſtol. ad Conringium pluriumque Germaniae* academiarum *collegia. His fere rationibus moti ad ita ſentiendum, quod diploma Rabani antiſtitis Moguntinenſis faciat mentionem, qui tamen ad illud munus octo demum annis poſt ſit euectus; quod verba*, nouerit collegium omnium fidelium noſtrorum, *inſolita ſint illi aeuo; idem iudicium ſit de formulis*, fidelis vaſallus noſter, nullus publicus iudex, neque dux, neque comes; *ignoret illud aeuum* ſubaduocatos; *iura abbatiſſam eligendi dentur in diplomate ſanctimonialibus, canoniſſis, quod factum non ſit ante tempora Henr. III. quod abbatiſſa* domina *ſalutetur, & quae ſuppoſititii partus indicia ſunt generis eiusdem. Quamuis fatear, meo iudicio alia diplomatis verba pro inſolitis habita fuiſſe, quae tamen illi aeuo optime reſpondent: alia vero absque nota dimiſſa fuiſſe, quae tamen eandem omnino merentur. Exempli loco* diuina repropitiante gratia *formula eſt, cui ſimilis mihi non occurrit. Equidem audio, offendi eandem in* tabulario Campodunenſi. *Verum annus, quo id diploma eſt exaratum, tempus indicat* reſtituti in imperio Ludouici. *Quo ipſo firmat potius regulam, quam conuellit. Contra tamen diploma habent pro* vero & genuino *a)* Wagnereccius in der ſtandhafften Rettung *contra acta Lindauienſia Heideri an. 1646. cui ſua 1671. oppoſuiſſe Conringium, diximus b)* Bodlerus, *c)* Raſslerus *Ieſuitae in* iuſta defenſione diplomatis *Lindauienſis, vbi ſatis acerbe in Conringium ſcripſere an. 1691. Vtramque vero paginam abſoluit volumen:* hiſtoricae vindiciae pro Henr. Conringii cenſura in diploma fundationis fictitium, quod Lindauienſe ad D. virginem coenobium primum Ludouico imperatori, Lotharii filio, poſt Ludouico Germanico, nuperrime Ludouico pio trina variatione adſcripſit oppoſitae, ſic uocatae, iuſtae defenſioni ab ipſo coenobio in fauorem praedicti diplomatis, an. 1691. Conſtantiae typis euulgatae, Lindaugiae 1700. fol. *In quo libro vtriusque partis & ſcripta habentur & ſcriptorum momenta.*

(y) *Aduocatiae ius in Lindauienſe coenobium Auſtriacis aliqui adſerunt*

bet partu (z); *aduocati* vero ſpartam ſibi tribuit, quam ipſa aere a Schellenbergiis redemiſſet (a). Non ſolum iuris, ſed etiam conſilii rationes tales ſunt, vt de exitu rei ſpes fere decollet (b).

XXI. Super Zwifaltenſi aduocatia.

Monaſterium aliquot ab *Vlma* leucis ſitum, Auſtriacos *Aduocatos* habuit ab an. 1303. (c). Verum aduocatia

adſerunt ex ceſſione facta illi a comitibus Montfortiis; alii vero eam adpendicem habent Sueuicae Landuogtiae. Ita enim ciuitas in gründlicher Ableinung eines von Seiten des Lindauiſchen Stifftes *ſub titulo:* Auszug ſtandhaffter Urſachen, warum das Hauß Oeſterreich wegen obtragenden Reichs-*Protectorii* über das Fürſtl. Reichs-Stifft Lindau der Reichs-Stadt Lindau kommen, geſperret habe, *an. 1697. fol. Auſtriacas origines deſcribit:* das Ertz-Hauß Oeſterreich hat, *qua talis*, mit der Stifftiſchen *protection* nie nichts zu thun gehabt: ſondern allein, nachdem die Land-Vogtey Schwaben *an. 1379.* von Kayſer *Wenceslao primitus* an Hertzog *Leopold. II.* zu Oeſterreich Pfandbarlich gelanget; ſo hat das Ertz-Hauß nach fernern Verfluß etlich hundert Jahren, und zwar erſt in dieſem *Seculo*, eigentlich ſich von wegen ermeldter Land-Vogtey des Stiffts gegen die der Evangeliſchen Religion zugethane Stadt anzunehmen, begonnen.

(z) *Patronos ſententiae pro Lindauienſi ciuitate cauſasque aduerſus multae impoſturae diploma recenſuimus in nota ſuperiori lit. x.*

(a) *De aduocatia in quatuor curiis villaribus,* die vier Kelln-Höfe auſſer der Stadt, *ita* Heidetus & *auctor hiſtoricarum vindiciarum:* Tempore Ludouici Bauari eam adminiſtrauit *Hugo comes Brigantinus; hoc inſecuti ſunt Helfenſteinii; quos excepit ciuitas* Vlmenſis *ad an. vſque 1396.; quo tempore ea* Schellenbergiis *obuenit; a quo an. 1430. eandem redemit conſenſu auctoritateque Sigismundi imperatoris ciuitas Lindauienſis.*

(b) *Plures me ad ita ſentiendum cauſae mouent.* Principio *ciuitas regula vtitur: Quicquid eſt in ciuitate, illud eſt de ciuitate adeoque coenobio parum aut nihil largiri vult ſuperioritatis: contra abbatiſſa inter feminas imperii principes locum habet, quae adpellatio abhorret ab omni ſubiectione.* Deinde *Auſtriacae domui mille occaſiones ſunt, patrocinandi coenobio, vt lis ſit nullo tempore intermoritura. Accedit* tandem *ſacrorum ratio, quorum obliuiſci nequeunt Auſtriaci.* Ad extremum *haec lis viam aperit, ciuitatem obſequii admonendi, ne morbum contrahat ex vicinorum libertate.*

(c) *Olim enim varios monaſterium hoc aduocatos habuit. Bauariae duces iterum generis gentisque alius. Quos recenſet* Arſenius

catia (ſubaduocatia) Wurtenbergicis, ob vicinitatem aliquoties commiſſa (d), eandem ipſi ſuo demum iure poſtularunt. Varia tempore adhuc Ferdin. I. Imp. ſuper ea re diſſidia fuerunt.

Bruſchii & Bucellini *fide argumenta vtriuſque partis recenſita.*

XXII. Super Burgundiae ducum iure, *praecedendi* electores. (*) Sed ab hac lite temperant ſibi Auſtriaci, quod legibus imperii publicis Electorali dignitati proſpectum ſciant.

Argumenta curſim perſtricta, Chifletio *& auctori* Comitiologiae *laudata* (e).

XXIII. Sacrae militiae ordinis Ioannitici diuturnae (f) cum Auſtriacis lites: *num praedia illius inter ordines*

nius SVLGERVS in annalib. Zwifaltenſibus P. 1. c. 6. p. 25. *& alibi.* (*) *Vbi identidem hoc inculcat, aduocatos coenobii temporis ante fuiſſe, quos vocare iterumque deſtituere hac ſparta potuerint coenobitae.*

(*) Valde iniurius fuit *Sulgerus* in Sereniſſimam Domum Wirtembergicam, &, omni fundamento deſtitutus, quicquid ipſi in buccam venit, fabulatus eſt, ita, vt neque pes, neque caput unquam appareat.

(d) *Nouerant enim Würtenbergici artem abutendi ſparta aduocatiae.* (**) *Specimina dat* Beſoldus in monumentis monaſter. Würtenb. *Non fruſtra* Sulgerus part. 2. c. 2. p. 49. *ad an.* 1442. *quod Würtenbergicus comes his verbis compellauerit Zwifaltenſis coenobii ſocios:* dominum me dicitis, vtinam parceretis titulo grandi meque ſalutaretis veſtrum aduocatum. *Verum noſtri id conſtanter abnuerunt.*

(**) Qui iura aduocatiae medii aeui intelligit, ſtatim videbit, B. auctorem illa cum ſimplici protectionum iure confudiſſe.

(***) Saepius quidem vrſit Maximilianus I. Imp. vt Electores filium Philippum in Collegium reciperint tanquam Burgundiae Ducem, ſed illi hoc recuſarunt. *Müller* Reichs-Staat lib. 2. cap. 10.

(e) Cruſius *quoque &* Zwanzig, *ille proedrias tractatu; hic in theatro praecedentiae hanc litem repetunt.*

(f) *Eadem fere Ioannitico ordini cum aliis Germaniae principibus ſunt litigia. Exemplo eſſe poſſunt* commendatores, *vt audiunt*, Thuringiae & Haſſiae, *qui a territorii principibus referri ſolent in* Landſaſſios.

nes prouinciales landſaſſica *ſint; an vero* landſaſſiatu *exemta pareant ſacrae tantum militiae* (g) *collegio?* Primum Auſtriaci defendunt, propterea que ſacrae militiae praefectos (die Land-Commendor) ad conuentus prouinciales vocant, coguntque illos ad tributa (h): alterum vero tueri volunt ſocii ſacrae Ioanni militiae (i), quod ordo eorum pareat imperio absque intermedio principe territorii.

H XXIV.

(g) *Controuerſia haec an. 1652. ſcriptis publicis eſt ventilata. Nam in Heidersheimenſi tractu, qui magni eius ordinis PRIORIS eſt, Auſtriaci ſuperioritatem territorialem ſibi tribuerunt, vocaruntque illius ſubditos ad regimen Auſtriacum Friburgenſe. Negatum hoc iuit cum Ioannitici ordinis PRIOR, tum ordo Ioanniticus vniuerſus.* (*)

(*) Plene de hac lite egit de *Berger* in Append. animaduerſ. ad *Henrici a Cocceji* iuris publici prudentiam.

(h) Argumenta Auſtriaci regiminis fuerant, 1) quicquid in territorio eſſet, illud etiam eſſe territorio, 2) exemtionem facti eſſe & requirere probationem, 3) neque epiſcopis, neque alius generis praelatis remitti landſaſſiatum, 4) Conſtantienſem epiſcopum prouinciales ideo conuentus frequentare, & onera ferre, vt alii ferunt ordines prouinciales, 5) ipſos Ioannitici ordinis patronos Enſisheimenſi hactenus regimini paruiſſe, quo Alſatiae Landgrauiatu translatum ſit Friburgum, 6) praeſcriptionem immemorialem accedere, vt fruſtra ſint diſputationes de titulo huius argumenti.

(i) Auſtriacis argumentis opponit magnus PRIOR Heidersheimenſis, 1) priuilegia ordinis iam imperialia, quam pontificia velle, ne Ioanniticus ordo alii pareat, quam Caeſari & Pontifici. *Reſp.* Confundi nexum perſonalem cum reali, intuitu territorii: neque imperatorem, neque pontificem quicquam ſtatuere poſſe in tertii praeiudicium; ſatis eſſe, quod res cum onere tranſeat, neque aliter praedia ordini donari potuerint a ſubditis. 2) quod vnus & alter fecerit inter magnos ordinis priores, id neque reliquis damno eſſe poſſe, neque ipſi ordini. *Reſp.* Neminem praeſumi, ſua dilapidare & iurium prodigum eſſe, ad quae non teneatur, ſatis exinde patere, Auſtriacos eſſe in quaſi poſſeſſione, 3) praeſcriptionem neque immemorialem obeſſe ordini Ioannitico, cuius bona nonniſi *nonaginta nouem* annis praeſcribantur, quod priuilegium bullae debeant Pii IV. teſtibus Marc. Ant. *Eugenio* conſ. 43. n. 80. *Caualc.* part. 2. deciſ. 28. n. 8. *Reſp.* ICtis nondum conuenire, num eius generis

XXIV. Cum epiſcopo *Bambergenſi* eadem ſerra trahitur contentionis. Epiſcopus enim in *Carinthiae* ducatu aliquot oppida, pagos, villas, praediaque poſſidet (k), quae exempta vult de Carinthiae landſaſſiatu (l): contra

generis priuilegium obliget ordines imperii, id certe papae non dari, vt ipſe ciuilia iura obtrudat principibus Germaniae; accedere, quod rei ipſius neruus minime nitatur hoc vnico argumento. 4) Fruſtra eſſe, quicquid vel magnus prior, vel ordo Ioanniticus in Germania abſque conſenſu ſtatuant magni Melitenſis magiſtri. *Reſp.* Concedi forte hoc poſſe in illis, quae ordinem ipſum tangant, non quae concernant praedia ordinis. Legi hic poſſunt ſcripta: *Breuis ac ſolida deductio iuris & facti ſuper indultis, priuilegiis, immunitatibus ac reliquo iure ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani cum ſubnexa concluſione, quod ſuperioritas territorialis in Heidersheimiana ditione ſupremo priori, neutiquam domui Auſtriacae competat, edit. 1652. in 4t.* Ordinis etiam cauſam prolixe reſpondit *Caſpar KLOCKIVS tom. 3. conſil. 1. an ſuperioritas in pago Heidersheim Auſtriacae domui, vel magno in Alemannia priori, competat?*

(k) Non patet, quo tempore, quaue cauſa factum ſit, vt plures dynaſtiae in Carinthiae territorio obuenerint epiſcopatui Bambergenſi. *Megiſerus*, domeſticus Carinthiae ſcriptor, id tribuit donationi Henrici II. imperatoris, qui baſilicam condidit Bambergenſem. Auſtriaci vero id negant, quod eo tempore Carinthia ducem habuerit ſingularem, cui eripere nihil potuerit Henricus. Cum vero Henricus II. imperator dux Boioariae fuerit, Carinthiaque dum fuerit ſubiecta Boioariae aut minimum huic addicta nexu clientelari: facile ad intelligendum eſt, imperatorem iſtum praefecturas in Carinthia habuiſſe, quas Eccleſiae, recens conditae, potuit liberaliter offerre? Quorſum tamen diploma Caeſaris non pertinet an. 1006. conceptum: in illo enim haud dubie loquitur de tractu tantum Bambergenſi.

(l) Bambergenſes cumulant argumenta immunitatis. (*) Quae nos cum Auſtriacorum reſponſis per epitomen exhibebimus. Principio 1) prouocant ad *diploma fundationis Henrici ſancti an. 1006.* quo imperator Bambergenſi antiſtiti indulgeat libertatem, Eccleſiae bona *in meliores vſus commutandi, augmentandi & quoquomodo in vtilitatem ſuam redigendi*, quae verba ſtare nequeant cum Landſaſſiatu. *Reſp.* Diploma intelligendum eſſe de tractu Bambergenſi, qui cum ſuperioritate acceſſerit epiſcopo, nequicquam ad praedia ſita in territoriis peregrinis. Quid? quod verba ipſa legitimum

tra Auſtriae archiduces illa omnia in matricula & claſſe

H 2 reti-

timum modum non excludant, ſcilicet, vt hoc fiat conſenſu nonniſi illius, cuius intereſt. 2) Bambergenſem vicarium (Vitzdom) Carinthiae duci non praeſtare homagium. *Reſp.* Fidem quidem non omnem iuratam eſſe & tironibus notum, quod vaſallo remitti poſſit homagium, ſaluo nexu clientelari; verum tot actuum memoriam ſupereſſe, vbi Bambergenſes homagium praeſtiterint, vt mirum ſit, qua fronte id vocare in dubium velint aduocati Bambergenſes; accedere pactum an. 1535. conceptum prorogatumque ad an. 1737. quo Bambergenſes homagium praeſtent; dilata vero & ſuſpenſa diſcrimina velint, quae ante ſuper formula modoque iuriſiurandi eſſent diſputata. 3) Negare Bambergenſes tributa & collectas Auſtriacis, quod ipſi haec praeſtent imperio. *Reſp.* Contrarium patere ex matriculis prouincialibus, den Lands-Steuer- und Gült-Büchern. Inde enim ab an. 1453. Bambergenſes ſummam perſoluiſſe, qua notati fuerint in matricula prouinciali & promtam, quoties moras traxerint, fuiſſe executionem. Ante vero tempora illa prouinciales collectas * Carinthiis incognitas fuiſſe, 4) Bambergenſes in Carinthia regimen alere, cancellariam, praeſidem & conſiliarios adſeſſores, quod facere nefas ſit Landſaſſio. *Reſp.* Moribus Auſtriacorum id etiam dari maioris ordinis Landſaſſiis. Eoſdem officiales in Carinthia Salisburgenſibus ceterisque eſſe antiſtitibus, qui ſponte agnoſcant Landſaſſiatum. 5) *Criminalem iurisdictionem* in illis regionibus non Landſaſſiorum eſſe, quam tamen habeant Bambergenſes. *Reſp.* Exercere tamen eandem nomine beneficioque ducis Carinthiae, cuius auctoritate vtatur der Landes-Fürſtliche Paan-Richter, & qui ſententiam exequatur, der Frymann. Imo ius *aggratiandi* ideo tantum eſſe penes ducem Carinthiae. 6) Bambergenſes non ſtare coram iudicio prouinciali, wären nicht ſchuldig, zu der Land-Schranen in Kärndten zu erſcheinen, der Kärndtiſche Weißboth dürffte ſie nicht exequiren. *Reſp.* Itidem contrarium ex longo tempore eſſe manifeſtum adeo, vt 1300. ipſe epiſcopus Bambergenſis cauſam egerit coram hoc iudicio. 7) Bambergenſes non intereſſe conuentui ordinum prouincialium. *Reſp.* Contrarium patere ex annis 1517. 1522. 1526. ceterisque, quos annotaſſe nihil referret. 8) Bambergenſes a Carinthiacis ſubditis petere & accipere homagium. *Reſp.* Verbi ſenſum iuſto largiorem eſſe, ſi iurata promiſſio, qua fidem Landſaſſiis ſubditi dent, adpelletur homagium. Illud tamen ſatis eſſe, quod nexus priuatus non tollat prouincialem, quo ipſi etiam Bambergenſes ſubditi Carinthiae duce tenean-

retinent ordinum prouincialium (m), praefectum Bambergenſem (den Vitz-Dom zu Wolfsberg) ad praeſtandum homagium, frequentandos conuentus prouinciales, tributaque ferenda adſtringunt. Idque ad ſimilitudinem archiepiſcopi *Salisburgenſis*, epiſcoporum *Brixienſis*, *Gurcenſis*, *Lauantini*, *Laibacenſis*, *Friſingenſis* (n), quorum nullus

teneantur. 9) Auſtriacos a Bambergenſibus accuſatos eſſe in camera imperii, quod nefas ſit Landſaſſiis. *Reſp.* Factum hoc eſſe nullo iure, neque Auſtriacis illud iudicium vlatenus agnitum fuiſſe. Reliqua ſunt momenti minoris. Legatur *ſpecies facti*, die *exemtion* der Bambergiſchen Lehen von dem Hertzogthum Kärnthen betreffend, 1666. 4t. Adde LONDORPIVM, vbi VII. art. 479. 480. vbi plura monumenta extant huius argumenti.

(*) Bambergenſibus obuiam it. ex Inſtr. Pac. art. 8. *Schoppius* theſ. feud. cap. 2. ſect. 1. p. 210.

(m) *Auſtriaci non ſolum obiectionibus reſpondent Bambergicis, ſed aliis etiam argumentis cauſam ſuam tuentur. 1) certi iuris eſſe, quicquid in territorio ſit, illud etiam de territorio eſſe, 2) hoc iuris axiomate Auſtriacos eo fidentius vti, quo firmiores ſint territorii illorum limites, ne in ſinu ſuo alios alant, quam Landſaſſios 3) argumento a maiori ad minus locum eſſe, quod Salisburgenſis etiam archiepiſcopus Carinthiacorum praediorum ergo ſitque audiatque Landſaſſius 4) plurium id comprobari exemplis, nam &* Gurcenſem *&* Lauantinum *epiſcopos Carinthiae principum imperii titulo illuſtres, in ordine nihilominus agere prouincialium Landſaſſiorum, idem iudicium eſſe de Ortenburgico comitatu, quam princeps teneat Landſaſſius 5) extra Carinthiam reliquas etiam Auſtriae adnexas regiones alios non ferre epiſcopos, quam Landſaſſios, hoc cenſu aeſtimandos eſſe* Viennenſem, Seckouienſem *in Styria*, Labacenſem *in Carniola*, *quibus exemplis pateat manifeſto, Auſtriam vicinosque ducatus ſolidos eſſe, necquicquam peregrinis dominatibus dilaceratos diſtractosque in iura diuerſorum. Legi huc poteſt* kurtze, doch wahrhaffte *in iure & facto* wohlbegründete Gegen-*Deduction* der Oeſterreichiſchen *iurium*, wider die von dem Stifft Bamberg auf dem Reichs-Tag in Druck gegebene *Informations*-Schrifft, *ſpeciem facti* und *ſummariſſimam additionem*, die *praetenditte exemtion* von der Landes-Fürſtl. *Iurisdiction* und ſonſten betreffend, *edit. Viennae 1668. fol.*

(n) *Ad horum omnium exempla frequentiſſime prouocat Auſtriacus aduocatus, vt ea propter in praerogatiuas Auſtriae id non immerito ſit referendum.*

nullus Landſaſſiatum diſputet Auſtriacis (o) intuitu eius generis praediorum.

XXV. Memini, me legiſſe, epiſcopos *Gurcenſem* & *Lauantinum* in Carinthia, *Labacenſem* in Carniola, *Seckouienſem* in Styria; *Viennenſem* in ipſa Auſtria quandoque praecipui iura velle ante alios ordines Landſaſſios, quae tamen illis ab Auſtriacis ducibus negentur (p).

XXVI. A iudicio Sueuiae prouinciali (**dem Kayſerl. Land-Gericht in Schwaben**) *adpellari* poſſe, nemo dubitat (q): ſed vtrum ad *cameram* imperii, an vero ad *regimen* Auſtriacum Oeniponti prouocari debeat, disquiritur. In altero iura ſua tuentur Auſtriaci (r): primum

 vrgent

(o) *Vnde patet, ex eo ſtatim tempore, ex quo Auſtria auulſa fuit a Boioariae ducatu, illam ſingularis territorii iura habuiſſe, & perpetuis deinceps temporibus retinuiſſe, vt Auſtriacae terrae non diuerſis dominatibus mixtae ſint, verum vnum principem agnoſcant, cuius reliqui ordines omnes ſunt Landſaſſii. Felicior ſane in hoc Auſtria eſt Boioariae ducatu, in quo ſacri antiſtites, principes, comites & ciuitates agunt, exemti a ducis iurisdictione.*

(p) *Neque rationes Auſtriae patiuntur, vt aliter ſentiamus, quam omnes ibi epiſcopos eſſe Landſaſſios. Quod etiam verum eſt de omnibus Germaniae archiprincipatibus aliis, qui neque extincti ſunt, neque diſtracti. Exemplo Bohemiae, Marchiae, Pomeraniaeque, qui nullos quondam antiſtites habuerunt, quam Landſaſſios. Cui doctrinae non aduerſum eſt, quod tamen illi ad comitia venerint. Nam ad illa quosque olim ordines prouinciales Landſaſſios acceſſiſſe, demonſtratum dedit* I. P. Ludewig in diſpari ciuitatum nexu cum S. R. I. cap. 4. *Vt adeo nihil de* landſaſſico *nexu perderent Auſtriae archiduces, ſi epiſcopis quoque ſuis locum relinquerent in imperialibus comitiis.*

(q) *Neque enim* ſupremum *iudicium, ſed* intermedium, *imo* Rothwilenſi *inferius, vnde tam ad imperii cameram, quam ad aulicum Caeſaris ſenatum ſolet prouocari.*

(r) *Docet hoc* die freye Kayſerl. Land-Gerichts-Ordnung *part. 3. tit. 12. in pr.* der Punct der *Appellationen* ſtehet allein dem Land-Richter zu. Der ſolle auch kein *Adpellation* an das Kayſerl. Cammer-Gericht; ſondern * allein für einen regierenden Hertzog zu Oeſterreich und deſſelben Fürſtliches Cammer-Gericht zu Inſprugg, als nächſten Landes-Fürſten und des freyen Land-Gerichts in Schwaben Ober-Richter von gemeines Rechten Gebrauch und des Hauſes Oeſterreich Freyheiten *remitti-*

ren

vrgent *adſeſſores camerales* (s). Auſtriaca etiam domus ſua auctoritate conſilia eorum retudit: qui in votis poſuere (t), vt imperialia omnia iudicia (die Kayſerliche Land-Gerichte) Sueuiae, Franconiae, Rhenoque vicinarum prouinciarum tollerentur.

XXVII.

ren und weiſen. Wir ſetzen auch, daß Unſer Land-Richter den Partheyen, die von des Schwabiſchen Land-Gerichts Urtheln an das Kayſerl. Cammer-Gericht *adpelliren*, die *Acta* und *Apoſtolos* nicht geben ſollen. (*)

(*) Addatur Juſt. ZINZERLING de adpellat. theſ. 69. lit. g. Herm. Eſai. ROSACORB in praxi forenſ. c. 1.

(s) *Teſte enim* Ioan. Franc. Balthaſare de iudiciis S.R.I. memb. 7. n. 7. *Camera Spirenſis prouocationes a iudicio hoc Sueuiae Auſtriaco non ſolum accepit; ſed etiam iure ad eandem inde prouocari, adſeruit ſuſtinuitque. Verum pernegat hoc domus Auſtriaca, cuius auctoritate fit*, vt adpellationes huiusmodi ad regimen Auſtriacum & denique ad iudicium reuiſorium, quod Oeniponti eſt, deuoluantur, teſte experientia, & praxi quotidiana, *verba ſunt* A. Chriſtoph. SCHNEIDER in proceſſu iudic. Sueu. claſſ. 3. tit. 4. n. 36. p. 380. (**)

(**) Addi poſſunt GYLMANNVS tom. 3. ſymphorem. p. 173. 241. 242. atque tom. 1. part. 2. tit. 17. p. 321. & tom. 6. cap. 2. p. 30. cap. 8. p. 353. BESOLDVS de adpellat. c. 2. n. 19. RVMCELINVS ad A. B. part. 2. diſſert. 6. p. 295. Enimuero conceſſa eſt prouocatio ad iudicia imperii in Capitulatione Caroli VI. art. 18. Quod repetitum in ſequentibus capitulationibus.

(t) *Teſtatiſſima ſunt grauamina ordinum* an. 1645. d. 10. Nouembr. *exhibita Oſnabrugis de* extinguendis imperii prouincialibus iudiciis, von Aufhebung der Kayſerl. Land-Gerichten in Francken, Schwaben, und dem Rhein-Strom. *Rationes eorum fuerant, 1) hodie illa ſuperflua eſſe, cum nullo non tempore litigantibus via vel ad cameram pateat, vel ad iudicium aulicum Caeſaris; primum olim non fuiſſe, alterum quondam non ſemper patuiſſe, 2) malae cauſae diuerticulum eſſe, partem aduerſam vexare tot* inſtantiarum *impenſis, 3) in horum iudiciorum adſeſſoribus iuris nunc ſcientiam deſideratam eſſe, iterumque ſtudium aequitatis, 4) ordinum Sueuiae & Franconiae auctoritati plurimum obeſſe, tantam imperialium iudiciorum multitudinem, 5) aliis Germaniae prouinciis hoc onus eſſe ignotum. Verum Auſtriaca domus pro illis conſeruandis omnem mouit lapidem, idque hoc maxime argumento:* quod ius ſuum nemini inuito debeat auferri. *Maxime cum Auſtriae archiduces* Sueuiae Landuogtiam *pignoris loco habeant, tituloque valde oneroſo.*

XXVII. Pontifici Romano an. 1460. *annatarum* reditus negarunt (u), quas ipſe petiit in regionibus Auſtriacis.

XXVIII. Cum *Brixienſi* quondam epiſcopo in tractu Tirolenſi Auſtriacis iura fuerunt controuerſa de ſalinis praediisque (x), quae tenere ab eo videbantur iure fiduciario.

XXIX. Ante etiam de *Monteſpelegardi* portione Auſtriacis controuerſia fuit cum duce Würtenbergico (y): ſed Alſaticis in Galliae regem translatis, illa haud dubie expirauit.

† XXX. Ob ſigillum, cum formula *Sueuiae* & *Alſatiae ducis* inſcripta 1361. in ius vocauit Carolus IV. Rudolfum.

(u) *Commemorat hoc ipſum* FVGGERVS in ſpeculo Auſtr. lib. 5. c. 13. n. 10. p. 663. *Cum enim Auſtriacae ditiones Italiae magis vicinae ſint, ante has tentauit papa, quam partes interiores Germaniae. Ceterum, quod archidux Auſtriae omnes epiſcopatus habeat prouinciales, nullus dubito, illum ſibi* annatarum *iura adſerere poſſe in illis, eadem ratione, qua olim iure gauiſi ſunt imperatores, hodieque gaudeant principes euangelici, quibus illa prolixo commentario vindicauit* Io. Petr. Ludewig *in diſſert.* de iure annatar. principum euangelicorum c. 3. vniuerſo.

(x) FVGGERVS lib. V. cap 13. p. 663. *Nicolao Cuſano epiſcopo & cardinali cum Auſtriae archiduce inimicitiae intercedunt ſatis acerbae. Epiſcopus igitur priſtinorum iurium inſtituit iudicia recuperatoria.* Man blieſe dem Biſchoff ein, der Hertzog in Oeſterreich habe Flecken und Oerter im Beſitz, die dem Stifft Brixen zugehörten. Demnach der Biſchoff An. 1460. an Hertzog Sigismund begehret, er ſollte ihm die Marckt Mautern; den Zoll am Burg; das Zoll-Pfannen-Hauß zu Hall im Innthal; das Silber-Bergwerck in Tirol, als dem Hoch-Stifft gehörig, abtretten. *Inde defert epiſcopus cauſam ad pontificem Romanum, qui Sigismundum Romam citat. Quod iudicium cum ille detrectaret, a papa proſcribitur ex eccleſia Romana. Irruit vero proſcriptus in epiſcopum, cauſam malorum, neque eum ante ex carcere dimittit, quam poſtulato nuntium miſiſſet.*

(y) *Supereſt tamen ſcriptum in hac cauſa in lucem editum inſcriptumque:* Acta controuerſiae inter archiduces Auſtriacos & ducem Würtenbergicum de portione quadam comitatus Mompelgardenſis, Montispelgard. 1613. in 4t.

dolfum. Praeterea quod adfectauerit veſtes ac habitum imperialem (*).

XXXI. Cum epiſcopis *Tridentino* & *Brixiano* an. 1654. grauiſſimae *Tirolenſibus* lites (z), de recens inſtitutis vel adauctis vectigalibus, de indictis varii generis collectis, de iudice harum controuerſiarum competente.

XXXII. De *iudice* Auſtriacae domus praeſertim in argumento *exemtionis*, ſaepius iterumque fuit quaeſitum. Auſtriaci ad *prouincialia iudicia* cauſas cum alias omnes, tam hanc ipſam remittunt (a): contra partes ex titulo, *ne quis in cauſa ſua iudex ſit*, querelarum petunt fundamentum (b).

XXXIII.

(*) Citatio ſcripta Noribergae 1361. ad *electoralia comitia*, ibidem inſtituta. Habetur formula in diplomatario Caroli IV. n. 448. p. 559. edit. Glafelanae.

(z) *Huiusque antiſtitis querela ſatis acerba aduerſus Auſtriacos habetur apud* LONDORPIVM lib. 7. n. 480. lit. e. p. 551. daß die Regierung zu Inſpruck ſich unterſtünde, beyde Stiffter gleich den übrigen Tiroliſchen Unterthanen zu *collectiren*; daß neue Zölle im Land angeleget, und die alten erhöhet würden; daß ſich in dieſer Sache kein Richter fände, dann der Reichs-Hof-Rath hätte dem Kayſerl. Hofe darüber ſelbſten *Conſilia* geſtellet, und *partis* Stelle vertretten: wäre nichts übrig, als entweder die Sache *per Auſtregas*, oder *arbitros*, oder *cameram imperii*, oder *in comitiis* unterſuchen zu laſſen. Abſonderlich da man ſonſten keine Hülffe fände, alle Juſtiz verſchloſſen wäre, da ein *commune grauamen ordinum imperii* wider das Hauß Oeſterreich daraus entſtünde, zu mercklicher Minderung des Vertrauens und Wohlmeynens gegen demſelben. *Et quae ſunt generis eiusdem, quae noſtra non facimus.*

(a) *Auſtriacis priuilegia eſſe* de non adpellando; *ſufficere ad depellandam partium ſtudii aiunt ſuſpicionem, ſi Auſtriaci regiminis adminiſtri nexu tum ſoluantur, quo principi ſuo ſint addicti; alias certe rationes neque Auſtregis eſſe, qui partim eligantur e primariis aulae principis conſiliariis.*

(b) *In coelum uſque extollunt* Valentem, Gratianum & Valentinianum, *qui auctores ſint* L. generali C. ne quis in cauſa iudicet, vel ius ſibi dicat; *ſibi ius dicere, non legem eſſe, ſed vim; ſi ſuſpectus iudex recuſari poſſit, quidni ipſe aduerſarius; quamuis miniſtri fidei nexu exſoluantur, non tamen illos exuere ſtudium placendi, amorem principi ſuo probandi, & qui ſtoculi ſunt generis eiusdem. Id certum eſt, inter eius generis iudices*

ab

XXXIII. *Raguſanam* rempublicam quondam Hungariae reges in ius vocaſſe, reperio cum Slauicorum regnorum cauſa, tum ob ceſſionem ſibi a Venetis factam an. 1358. (c)

XXXIV. In *Dalmatiam*, *Bulgariam*, *Boſniam*, *Seruiam*, *Raſciam*, & his vicina regna Auſtriacis iura eſſe, ipſi agnoſcunt, vſuque tituli eorum repetunt memoriam, tam aduerſus Turcas, quam rempublicam Venetorum (d); qui iſtas ditiones Hungariae regibus per vim eripuerunt.

XXXV. De Tirolensi comitatu cum Boioariae ducibus an. 1368. lis fuit Auſtriae archiducibus grauiſſima (e). Quae tandem pactis compoſita eſt *Scherdinganis* d. 3. menſ. Octobr. an. 1369. (f), in quibus Boii

 nuntium

ab Auſtriacis commendatos, & Auſtregas multum intereſſe. Horum enim ſententia corrigi, tolli, emendari poteſt adpellatione ad cameram; ſed nulla ab illis prouocatio, qui primi ſunt & vltimi, incipiunt cauſam finiuntque. Quamdiu autem priuilegiis Auſtriacorum locus eſt, non video cauſam euadendi diſcrimen. Londorp. lib. 7. art. 480. p. 534.

(c) *Pacta Venetorum habes apud* Lucium in lib. 4. hiſt. Dalm. *p. 236. ſq. quae illuſtrari debent ex illis, quae ſupra ſcripſimus cap. 2.*

(d) *Argumenta repeti poſſunt ex illis, quae* lib. 1. c. 2. *ſcripſimus. Hoc enim fine in iſtis regnis ampliores fuimus, vt cauſae paterent ad adſerendum & vindicandum. Fugit enim pleroſque viciniae iſtius hiſtoria, poſt* Lucium *a nemine deſcripta, qui tamen multitudine plurium regnorum, quae ſimul tractat, obruit lectorem, vt operae pretium fuerit, de ſingulis egiſſe ſigillatim. Idoneae ſatis cauſae ſunt Auſtriacis ad iudicia recuperatoria mature inſtituenda, quod hoſtem habent, qui remedia reſpuit mitiora. Spes itaque & vota noſtra ſunt reponenda in fortioribus.*

(e) *De cauſis Tirolenſis comitatus in Auſtriacos translati a. 1366. dictum eſt plene planeque ſupra. Verum repoſuerunt Boii ad illas:* Margaretham Maultaſchiam ſucceſſoriis pactis Tirolum Boioariae ducibus praemiſiſſe, quae illa migrare non potuiſſet. *Praeſertim cum illius culpa factum ſit diuortium Boici mariti, vid. ſupra. Neque Caeſaris ſit, diſſoluere pacta ordinum ſucceſſoria.*

(f) *Summa capita* Scherdingenſis transactionis *fuerant:* Bayern ſolle ſich alles Anſpruches auf Tirol begeben; dagegen von Oeſterreich

nuntium miſere iuri ſuo in Tirolenſia: cum illis Auſtriaci numis praediisque aliunde ſatis feciſſent. (*)

XXXVI. Cum *Paſſauienſi* quondam epiſcopo ſuper iurisdictione cenſuque (g) diſcrimina fuerunt Auſtriacis. Sed illa pactis ſuſtulit Fridericus II. imperator an. 1215.

† XXXVII. Super praecedentia inter praelatos **und dem Herren-Stand**, ordinum Auſtriae lites (**). Quam ita compoſuit an. 1676. Leopoldus, vt nunc primi iterumque alteri, pro re nata, praeferantur (***).

† XXXVIII.

ſterreich 116000. fl. gezahlet bekommen, neben vier Städten, 1) Kitzbuhl, 2) Radenburg, 3) Kupfſtein, 4) Scherdingen. *Verum tres priores ciuitates Boioariae ducibus poſt centum & ſexaginta quinque annorum poſſeſſionem eripuit iunxitque iterum Tirolenſi territorio* Maximilianus. Fugger. lib. 3. c. 9. p. 351. *Hinc forte eſt, quod Boii nuper minas ſparſerint ab hac transactione diſcedendi iterumque in ius vocandi Tirolenſia.*

(*) Recrudui eius litis memoria, poſtquam imperator CAROLVS VI. *ſanctione pragmatica* diſponeret, de *ſucceſſione filiae* in vniuerſam monarchiam. Repoſuit enim Boioariae dux; pacto cum Ferdinando II. olim cautum, ut, extincta maſcula ſtirpe, Bohemia obueniret Boioariae ducibus.

(g) *Diploma me hoc docet, quod extat apud* Hundium tom. I. Metropol. Saliſb. p. 380. *Verba, quae huc pertinent, ſunt haec:* cum controuerſia verteretur inter eccleſiae Patauienſis epiſcopum, & inter Leopoldum, ducem Auſtriae & Styriae, ſuper iure patronatus Wiennenſis eccleſiae & ſuper Aduocatia fori in ſancto Ypolito & ſuper generali terrae iudicio, quod Land-Gericht nominatur, quod idem dux in quibusdam bonis eiusdem eccleſiae fodrum, quod vulgo Marchet-Futer adpellatur, ad ſe aſſerebat pertinere. Sed dux ceſſit liti in praedicto patronatu Wiennenſis eccleſiae & in aduocatia S. Ypoliti, ſpecialiter etiam renuntiauit fodro & Land-Gericht, quod habuit in Suadorf & in omnibus illius attinentiis; etiam pro ponte in Ebersberg. Quae nos contulimus Epiſcopo Auguſtae an. 1215. *Nam transactiones cum clericis plerumque id habent portenti, vt altera pars ſuo iure excidat, cum leges contra velint, vt parti vtrique proſit transactio.*

(**) Legitur die Beylegung des Praecedenz-Streites unter denen Prälaten und Herren-Stand, apud Guarentium u. Praecedenz p. 176. tom. II.

(***) Nam honor iſte praecedendi veluti inter utrosque ordines diuiſus, vt nunc primas praelati iterumque der Herren-Stand obtinuit.

† XXXVIII. Inter archiatrum & decanum facultatis medicae academiae Viennenſis lites ſuper praecedentia (*). Quae an. 1671. ita definita, vt vltimus in conuentibus academicis praeferatur primo. Extra hos autem archiater primas teneat.

XXXIX. Olim dubitatum fuit, *vtrum Bohemiae rex ſit ſtatus imperii?* Affirmauit hoc ingenti argumentorum adparatu *Goldaſtus* (h): ex aduerſo nouiſſime cum *Balbinus* ſtatuit (i), tum vir illuſtris *Cocceius* (k). Vterque praeter rem, quod ex omnis aeui teſtimoniis conſtet, Bohemiae regem in *coimperio* fuiſſe regni Germanici (l). Patuit itaque Bohemiae regi via, iterum occupandi locum in imperialibus comitiis an. 1708. quam ſedem vacuam reliquerant reges (m), lapſu fere duorum ſeculorum.

XL. De

(*) Guarentius conſtitutionem habet Leopoldi imperatoris p. 178. tom. II. von Praecedenz-Streitigkeit.

(b) *Plus operae in librum de* regno Bohemiae *p.* 211. *impendit Goldaſtus, quam reliquas lucubratiunculas. Miſcet tamen veterum teſtimonia cum recentioribus; bis etiam temere fidem dat, modo eius ſeruiant ſcenae; laudat ſaepe nullius etiam pretii libellos, quo iudicio illum dimiſit* I. P. Ludewig *in diſſert. de* ſuffragio Bohemorum iterum in comitiis recuperato, *cap.* 2. *§. 8. p. 55.*

(i) *Eſt enim ille opinatus, Caeſari id gratum fore, ſi Bohemia nullo vnquam nexu addicta fuiſſet* Germanico *imperio. Ad ſenſus igitur ſcribere voluit Viennenſes. In quibus tamen, quod euentus nunc docet, ſe pulchre decepit.*

(k) *Magni nominis ICtum in transuerſum egerunt* ſpeculi Sueuici & Saxonici *conditores. Qui perbibent, Venedam nationem excludi iuribus ciuitatis Teutonicae. Ipſemet euolui meretur in* iuris publici prudentia cap. 7.

(l) *Argumenta, vnde ratio conſtat, Bohemiae regem fuiſſe in coimperio ordinum imperii ſupra* lib. 1. c. 2. *exbibuimus per epitomen. Quae bic omnino ſunt repetenda.*

(m) *Formula fuerat* concluſi communis: daß Ihro Kayſerl. Majeſtät zu allergnädigſtem Belieben frey zu ſtellen ſey, ob und wenn Sie, vermöge Dero habenden undiſputirlichen Rechtes und Befugniß, ihren Böhmiſchen Sitz und Stimmen wieder bekleiden, und in allen *Deliberationibus* im Churfürſtl. *Collegio* verfahren. Hingegen aber auch zu allen Reichs- und Creyß-*Praeſtationibus* wenigſtens im Churfürſtl. Anſchlag und 300.

Cammer-

XL. De *Pfiretani* comitatus ceſſione in Galliae regem facta an. 1648. epiſcopus Baſileenſis litem intendit Auſtriacis (n), quod nefas ſit, vaſallo feudum alienare ſine (o) domini directi conſenſu.

XLI.

Cammer-Gülden zum Cammer-Gericht übernehmen zu laſſen. *Legi poteſt ex inſtituto* Ludewig in diſſertat. de iure ſuffragii R. Bohemiae, nouiſſime 1708. inſtaurati in comitiis S. R. I. in 4t.

(n) *Baſileenſis enim epiſcopi querela in eo conſiſtit, quod Auſtriaca domus* Pfiretarum *comitatum, cuius proprietas penes epiſcopatum fuerit, in Galliae regem tranſtulerit in pace Monaſterienſi. Imo quod tres* milliones librarum Turonenſium *illa petierit obtinueritque ab imperii ordinibus, vt illi cum ob hanc, tum ob ceſſiones alias ſatisfieret. Atque eapropter aequiſſimum ſit, vt damnum epiſcopatui non minus reſarciretur, vel ab imperio, quod ita bellum a Gallis redemerit, vel ab Auſtriaca domo, quae ob pretium acceptum ad* euictionem *teneatur, imperio praeſtandam.*

(o) *Hiſtoriam comitatus attigimus ſupra. Principio enim Pfiretarum comitatus fuit* allodialis. *Deinde Vlricus comitatum obtulit Baſileenſi epiſcopo, recepitque illum ab eodem in* feudum *an. 1271. Huius* maſcula, *vt creditur, poſteritate* centum *annis poſt extincta, feudum Pfiretarum pro aperto habuit Baſileenſis antiſtes. Verum Auſtriae ducibus ſucceſſionem vrgentibus ex iure cognatico: tandem victas illis manus dederunt epiſcopi, & Auſtriacos Pfiretarum comitatu, ceu feudo* maſculino *inaugurarunt an. 1361. Ex litteris clientelaribus haec praeſertim verba hic digna ſunt notatu:* Wir Rudolf IV. Hertzog zu Oeſterreich, thun kund, daß Wir nun die Herrſchaft von Pfyrt als mit dem Biſchoff von Baſel überkommen. Daß Wir ſolche von dem Gottes-Hauß Baſel, an das die Eigenſchafft deſſelben gehöret, zu rechten Lehen empfangen haben. Mit dem Beding, daß Wir ſolche noch verkauffen, noch zu Lehen geben, noch entfremden wollen. Auch Unſere Leibes-Erben oder Söhne, ſo oft ſich die Hand verwandelt, von dem Ertz-Biſchoff zu Lehen empfahen ſollen. Wäre aber, daß Unſer Bruder oder ihre Söhne die Lehen verſchmäheten, ſo ſollen dieſelbe Lehen dem Biſchoff und dem Gottes-Hauß Baſel ledig ſeyn, gäntzlich und gefallen. *an. 1361. Cum vero Auſtriaca domus ceſſerit magis de iure ſuo, quam tranſtulerit illud in Galliae regem, quod imperii demum auctoritate factum eſt; deinde ſumma Auſtriacis promiſſa fuerit primae, non alterius cauſae intuitu; poſt dominus aduerſus alienatorem aliud quid non habeat, quam vt feudo eandem priuet; epiſcopatui damnum reſarcit imperium, non domus Auſtriaca.*

XLI. Cum Auſtriaci calculos in comitiis numerent tantum qua archiduces, haud duble illi eandem aequitatis ſpeciem habebunt, numeros ſuffragiorum augere, quam alii hanc litem ante quinquennium in comitiis monuerunt intenderuntque (p).

XLII. Inter *Auſtriae* & *Boioariae* duces magna olim diſſidia fuere (q), *vter alteri loco praeſerretur?* ſed vicere in hac

(p) *Non qua* Carinthiae, Styriae, Carniolae *duces*, *non qua* Sueuiae *principes vota habent. Quorum vero territoriorum domini omnes ſuffragia quondam in comitiis habuerunt ſingularia. Sed ita eſt, ante AB. ignota fuerat conſuetudo*, ſuffragia *augendi in comitiis, aucto numero territoriorum. Quisque princeps ſententiam ſuam nonniſi ſemel dixerat, ſiue vni ſiue pluribus territoriis & principatibus praeeſſet. Poſt vero AB. ex quo non viribus, ſed numero aeſtimata ſunt ſuffragia, in mores demum iuit, ſingulorum principatuum ergo, ſententiam repetendi ſigillatim. Quod itaque* Tirolenſe *ſuffragium bodieque vigeat, id aliam cauſam non habet, quam quod illa Auſtriacis acceſſio facta demum ſit poſt AB. Conferatur Ludewig in Schediaſmate* von dem Streit über neue Stimmen auf dem Reichs-Tag, *edito 1708. in 8vo.* & in Comm. ad A. B. T. II.

(q) *Inter codices ſupellectilis meae manuſcriptos etiam reſponſum habetur:* Diſcurs, warum jetzige Hertzoge von Oeſterreich, ſo wohl regierende, als nicht regierende, dem Hauß Bayern an der Stell und *Seſſion* zu weichen nicht ſchuldig ſey? *Lucubratiunculam, coniector, ſcriptam eſſe circa ingreſſum ſeculi* decimi ſeptimi, *argumenta eius pro Auſtriacis ſunt haec: Auſtriacos principes* Caeſareo ſanguine *oriundos eſſe.* Reſp. *Cum dignitas imperialis non gentilitia ſit, fruſtra inde colligi ad gentis proedriam. Quid? quod* Naſſouii & Schwarzburgici *comites imperio Caeſares dederint, quibus ideo nulla acceſſerit dignitatis praerogatiua. Taceo* Brunſuicenſes *duces, qui tamen ne animo quidem concipiunt eius generis argumentum.* 2) archiducum *honeſtius nomen eſſe, quam ducum.* Reſp. *Verbi archiducis aetatem Maximiliano primo vetuſtiorem non eſſe, neque de illius tituli conſtare rationibus. Id certum eſſe, quod noua verbi adpellatione alteri ius ſuum nequiuerit auferri.* 3) *Auſtriae* regalem *a Friderico II. collatam eſſe dignitatem.* Reſp. *Sed tamen iure boc ſuo nullo tempore vſos eſſe Auſtriacos, qui hac cauſa ipſis etiam principibus electoribus ſint anteferendi. Ceterum Boioariam quoque regnum fuiſſe, ducesque deſcendere ex ſtirpe regali Agilolſingorum.* 4) *Auſtriae duces audire* illuſtres, *duces alios vero viros* nobiles. Reſp. *Neque Boiis exempla deeſſe, quibus* illuſtres *fuerint ſalutati; neque olim*

hac cauſa Auſtriaci (r).

XLIII. Inter *Auſtriacos* (s) & rempublicam *Venetam* proedriae iura (t) hodieque eſſe ſolent in ambiguo.

XLIV. Archiduces apanagiatos Auſtriae proedriam ipſis quoque electoribus in dubium vocare (u), adfir-

lim maiores noſtros in his verbis tantopere difficiles fuiſſe & religioſos; accedere, quod tribus ſeculis imperialis curia partium ſtudio lata ſit pro dignitate Auſtriacorum. 5) Exempla in diplomatibus offendi, vbi Auſtriaci ſubſcriptores in ordine videantur ante duces Boioariae. Reſp. *Frequentiora certe exempla eſſe pro ducibus Boioariae aeuo praeſertim vetuſtiori; imo, quod veriſſimum eſt, principum ſubſcriptorum nomina offendi in diplomatibus diuerſimode, haud dubie, quod nullus quondam inter principes eiusdem claſſis fuerit praecedentia.* Sed tamen aetatis rationem habitam puto. Quo quis prouectior ſeniorque, eo facilius praeceſſit iuniori.

(r) Contra quidem vrſerunt Boii 1) Auſtriam olim Boioariae *ſubfeudum* fuiſſe, tantum abeſſe, quod clientes domino ſuo locum diſputauerint, 2) Boioariam *regali* illuſtrem fuiſſe dignitate, 3) Boioariam quondam inter archiprincipes egiſſe electores, quod adeo certum ſit, vt nulli non conſtet, Boiorum caput ducem fuiſſe atque archiprincipum praeconſultationibus interfuiſſe, 4) Boioariam cum Palatinatu, Rheno vicino *electoris muneribus* defungi debere, iure viciſſitudinario, hoc pacta domeſtica velle, quae Carolus IV. odio in Boicam gentem euerterit AB. & quae argumenta ſunt generis eiusdem. Sed cum *principum non electorum* collegii initia coeperint ſub imperatoribus Auſtriacis, mirum non eſt, Boios herbam porrexiſſe. Quod tamen longo poſt factum. Hodieque enim Auſtriaca domus in ſacrorum antiſtitum ſcamno propterea ſedet, quod Boii noluerint illo loco cedere, quamuis impedire non poſſent, quo minus Caeſarum illa fauore ſpartam occuparet *directoris.*

(s) Auſtriacorum argumenta repetenda ſunt e §. praecedenti 42. illisque illud addendum, quod Venetorum pleraque territoria in laciniis haberi poſſunt Auſtriacorum, vid. ſupra.

(t) Veneti hoc filum trahunt conſecutionis: quod regnorum domini ſint; quod in nullius ſint clientela; quod vetuſtior ſit reſpublica eorum ceteris, & referri queat inter *aborigenes.* Legantur hic ea, quae *Zwanzig* congeſſit in *theatro praeced.* tit. 51. p. 129. ſq.

(u) *Zwanzigio* teſte *tit.* 51. p. 130. Als über dieſem Streit das Exempel zwiſchen dem Ertz-Hertzog Carln und dem Chur-Fürſten in Sachſen Friederich Auguſt Anno 1695. zu Wien obhanden:

adfirmant: ego vero ad id faciendum cauſas non video idoneas (x).

XLV. Cum ipſo *Salisburgenſi* quondam Auſtriacis diſcrimina fuiſſe de praecedentia (y) & rationibus directorii, ſunt, qui ſcribunt.

XLVI. Cum *Brandenburgicis* in Franconia marchionibus de *feudis in Auſtria ſitis* (z) pariter contendunt Auſtriaci. Partim ſuper *recognitione*, & renouatione eorundem, partim etiam *ſuperioritate*.

XLVII.

den: da der Ertz-Hertzog zwar dem Churfürſten die erſte Viſite, und der Churfürſt hernach ihme die Reuiſite gegeben, und ſich unter einander de pari tractiret haben: bey der Tafel aber und in loco tertio, da der Churfürſt war, iſt der Ertz-Hertzog nie erſchienen.

(x) Plura ſunt, quae mihi huic videntur obſtare poſtulato. Nam 1) A. B. *tit. 7.* vult, vt electoribus abſque intermedio principe alio locus ſit poſt reges. 2) Idem electoribus pollicetur Caeſaris capitulatio. 3) archiprincipes electores veuſtiorum Germaniae rerumpublicarum domini ſunt, quarum partes tantum abſoluunt Auſtriaca. 4) primi feuda oblata habent, Auſtriaci beneficiata. 5) imo inter praecipui iura referunt Auſtriaci, daß ſie die erſte Stimme nach den Churfürſten haben und behalten. *Gylmann. lib. 2. deciſ. cam. 54. n. 9.* Cruſius *lib. 4. praeced. c. 6. n. 1.*

(y) *A Carolo IV. enim demum compoſitam litem fuiſſe, vt alternis vtrique vicibus vterentur tam in proedria, quam in directorio, teſtantur* Mameranus *de inueſtitura electorali diſputatio; auctor* des Berichts vom Reichs-Tag *c. 5.* Lehmann *lib. 7. Chron. Spir. c. 12. n. 6.* Cruſius *lib. 4. c. 6. n. 8. Primae tamen bodie ſolent Auſtriacis deferri, quoties viciſſitudinario iuri eſſe nequeat locus.* Limn. *tom. 4. iur. publ. ad lib. 4. c. 9. Facilis eſſe potuit ea in re Salisburgenſis, quod ex medio aeuo conſtet, non illius quondam* directorium *fuiſſe, ſed Germaniae primatis, archiepiſcopi Magdeburgici*, Ludewig *de iure primatus Germaniae c. 3. §. 7. Quamuis contrarii mores ſint, principum electorum, vbi etiam Bohemiae rex loco cedere ſolet antiſtitibus.*

(z) *In Boioariae ducatus notitia dicitur, quod Ludouicus Bauarus victor Friderici Anti-Caeſaris omnia Auſtriae* ſub feuda, *iſta clade aperta, contulerit in Fridericum Burggrauium Noribergenſem. Quae bodieque Marchiones tenent Brandeburgici. Exigunt ab illis ideo Auſtriaci 1) nexum clientelarem, 2) in iſtis ſubfeudis ſuperioritatem, cetera; prouocantque ad Auſtriaca*

XLVII. *Burgundiae* ducibus quondam de honeſtiori loco diſputatio fuit (a) cum ipſis S. R. I. electoribus & liberis quibusque rebuspublicis. Quae forte controuerſia Auſtriacae nunc domus eſt (b), Burgundiae heredis.

XLVIII. Sacrorum intuitu magna quondam ordinum prouincialium diſcrimina archiducibus tum in Auſtriae & huic adnexis regionibus fuere (c), tum in Hungariae

Auſtriaca priuilegia; daß kein Reichs-Stand einige Lehen in dem Ertz-Hertzogthum Oeſterreich haben ſolle, er *recognoſcire* dieſelbe dann von dem Ertz-Hertzog. *Verum ex aduerſo alii dicunt, haec priuilegia Brandenburgicis in Auſtria feudis recentiora eſſe, deinde e pactis conſtare, quod Ludouicus Bauarus Burggrauiis illa detulerit cum pleno iure factaque ab Auſtriaco territorio eorundem exemtione. Nolo in re ardua iudicare. Hieron.* Treutlerus *conſultationem ſcripſit in cauſa feudali Brandeburgenſium pro* Oeſterreichiſche Affter-Lehen, *quae habetur* conſ. 118. tom. 2. p. 513. 514.

(a) *Conſulenda hic ſunt ea, quae* Chifletius *habet ex inſtituto de Burgundicis, eaque quae* Cruſius *congeſſit lib.* 4. *c.* 5. *& ante illum Bartbol.* Chaſſanaeus in catal. gloriae mundi *part.* 5. *conſid.* 45. *ſcriptor Burgundicarum rerum callentiſſimus, & ſupra p.* 112.

(b) *Electorum intuitu Burgundicis argumentis vti non licet domui Auſtriacae, ad leges* A. B. & capitulationis *adſtrictae. Hodie diſputatio haec difficilior eſt, quo plures Burgundiae partes ſunt in dominio & poteſtate Gallorum* (*).

(*) Quae tamen quoad maximam partem redierunt vltima pace Badenſi.

(c) *Temporibus enim Ferdinandi I. & Maximiliani II. Lutheranorum ſacra in Auſtria, Styria hisque vicinis ducatibus illas radices egerant, vt parum abeſſet, quin Auſtriacae ditiones omnes, nuntio papae miſſo, ſacris accederent Euangelicorum. Animos enim vtriuſque imperatoris, modo commemorati, a Lutheri dogmatibus nullo tempore abhorruiſſe, vid. ſupra; addatur* Goldaſtus *adu.* Gretſerum *c.* 90. *p.* 417. *Quo factum eſt, vt iuuenes in Lutheri dogmatibus Vitembergae educti in Auſtriacas regiones ſe conferrent quam plurimi obtinerentque munera ſacrorum antiſtitum ampliſſima in pagis & ciuitatibus. Vtrinque enim incolae propenſi fuerant ad miniſtros eccleſiae babendos ſacrorum euangelicorum. Quod inſtitutum Auſtriaci Caeſares cum neque impedire neque adprobare aut promouere vellent, paſſi ſunt, vt & nobiles* Landſaſſii *euangelicis ſacris addicti*

gariae Bohemiaeque regnis, & quae his ſunt vicina. Verum poſt Weſtphalicam pacem ſola fere *Sileſia* ſupererat, quae his motibus eſt concuſſa, aliis ad obſequium reductis eccleſiae Romanae (d). Cui hodieque non con-

I ſtat

dicti ſingulare inſtituerent iudicium, facerentque a pontificiis conſiſtoriis receſſum. Teſtis eſt codex ita inſcriptus : Chriſtliche Kirchen-*Agenda*, wie die von denen zweyen Ständen von Herren und Ritterſchafft (*prouincialium iudicio, non principis iuſſu vel auctoritate*) im Hertzogthum Oeſterreich unter Ens gebraucht wird, *edit. 1571. fol.* (*)

(*) Haud dubie etiam indultum eis *euangelicum conſiſtorium*. De quo in iure feud. cap. XI. quaeſt. 13. §. 7. nota 1128.

(d) Omnis enim BOHEMIA MORAVIAQVE poſt cladem *Pragenſem 1619.* vſu ſacrorum euangelicorum fuit mulctata. Hac quidem cauſa, quod facta rebellione & conſpiratione cum Friderico V. palatino electore cauſam belli dederint regi ſuo amiſerintque priuilegia, ſi quae habuerint. Regem enim victorem iſtas prouincias nouo iure, id eſt, armis acquiſiuiſſe, vt omnia eiusdem ceſſerint arbitratui. Velle itaque hunc, ne respublica, recens nata, aliis laribus viueret, quam pontificiis. Purioribus ergo ſacris extinctis, priſtina redierunt, quae etiamnunc in vtraque prouincia tenent principatum. AVSTRIACAE prouinciae eandem ſacrorum eclipſin paſſae ſunt in bello tricennali. Reliquias enim, a perſecutione Rudolfi II. ſuperſtites (vid. ſupra) extinxit Ferdinandus II. quod ſupra commemorauimus. Aegre quidem ferentibus vtrumque prouincialibus ordinibus, qui paſſim prouocarunt ad *pacem religionis* 1552. & 1555. ad *pacta* libertatesque cum principibus, demum ad prouincialia iura, quae illis concedat nonniſi imperium adductum. *Litterae* & *ſupplices libelli* ordinum Auſtriacorum, in eo argumento ſcripti, habentur cum in actis *Londorpii*, lib. 7. tum editi ſigillatim. HVNGARIS ſtabilior fuit puriorum ſacrorum lux. Quamuis enim poſt pacem an. *1664.* cum Turcis initam id agerent *Ieſuitae*, vt alios praemiis & largitionibus, alios vero minis & artibus ab euangelicis ſacris auocarent, hiſtoriaque vere anecdota ſit ſupplicii, quo perierunt *Nadaſti*, *Serini* & *Frangipani*, proceres Hungariae : demum vero de ſacris Hungariae actum fuerat poſt victoriam Viennenſem 1683. Ex eo enim tempore belli iure pariter vſus eſt imperator, vt poſt Hungaria non moribus antiquis viueret, ſed arbitratui nutuque principis victoris. Neque immerito, cum Hungari *Tekelianae perfidiae* ſocii, omnibus patriae priuilegiis delicto excidiſſent. Confer *hiſtoriam Hungariae diplomaticam*, quam laudauimus ſuperius.

ſtat in hac lite cum Auſtriacis (e).

XLIX.

(e) *Sileſiae ſubditi* euangelici *exiſtimant, imperatorem, qua Bohemiae regem, nullo iure impedire poſſe, quin puriora ſacra vigeant, floreantque in Sileſiis. Palladium eorundem eſt, ambigui licet ſenſus,* Pac. Weſtphal. art. 5. §. 38. *Verba ſunt:* Sileſiae etiam principes, Auguſtanae confeſſioni addicti, duces ſcilicet in 1) Brieg, 2) Ligniz, 3) Munſterberg, 4) Oels itemque 5) ciuitas Vratislauienſis in libero ſuorum ante bellum obtentorum iurium & priuilegiorum, nec non A. G. exercitio ex gratia Caeſarea & regia ipſis conceſſo, manutenebuntur. *Deinde* §. 39. Qui vero immediate ad cameram ſpectant ducatus, tum etiam Auſtriae inferioris nobilis non prohibeantur A. C. exercitium in locis extra territorium frequentare. *Poſt* 34. Praeter haec autem Caeſarea maieſtas ulterius pollicetur, ſe pro huius religionis exercitio tres eccleſias propriis eorum ſumtibus extra ciuitates Schweiniz, Iaur & Glogouiam prope moenia aedificandas conceſſurum. *Omnia haec ex* gratia Caeſarea & regia & ad interuentum regiae maieſtatis Succiae & in gratiam intercedentium A.C. ſtatuum, non ex pacto. *De ſenſibus horum paragraphorum maxime diſputationes.* PONTIFICII *haec mouent:* 1) gratiam Caeſaream *hic implorari, non rem firmari pacto. Quapropter facile fieri poſſit, ut* gratia *excidant ſubditi, quibus nullum remedium ſit,* cogendi gratiam *regis.* Reponunt EVANGELICI, *gratiam, quae publicis tabulis promittatur, omnino obligatoriam fieri, nilque inter pacta & eius generis gratiam, re vera intereſſe. Lenioribus verbis pacificatores vti voluiſſe, ne videretur rex a ſubditis ad haec coactus eſſe inuitus.* 2) *inſtant pontificii,* ducibus *Sileſiae in* §. 38. *aliquid datum eſſe, non ducatibus ipſis, id ergo, quod datum ſit, cum morte ducum extinctum fuiſſe.* Reſp. *Sequentia verba explicationem dare antecedentibus. Promitti enim ducibus* priſtinorum priuilegiorum *exercitia. Quibus verbis reſpiciatur ad litteras maieſtaticas Rudolfi II, ad* Saxonica *cum Caeſare pacta 1621. ad* Pragenſem *pacem 1635. vbi puriorum ſacrorum vſus ſit ducatibus promiſſus, non tantum ducibus.* 3) *Sileſii a nonnullis accuſantur, quod his priuilegiis propterea exciderint ſtudio rerum nouarum. Ea enim* conditione *illa data eſſe, vt viuant* tranquille *& pacifice.* Reſp. *Qui iure ſuo vtatur, eum nemini facere iniuriam. Sacrorum ſocios imploraſſe Sileſiam, vt cauſam agerent ſuam apud Caeſarem. Neque immerito, quod* Sueciae *rex,* Saxo *& euangelici principes vniuerſi tutelam in ſe pacis habeant, tot populorum ruinis & Germaniae calamitatibus redemtam.* Grauamina *Sileſiorum nouiſſima Sueciae regi exhibita an. 1707. attigimus nos ſupra, p. 79. 80. Summa eorum fuerat* 1) *templis*

XLIX. Cum *pontifice* Romano Auſtriacis ſunt lites momentoſae, quod ille Hungariae regnum (*feudum*) fiduciarium (f) eſſe velit curiae Romanae.

L. Veterani interpretes iuris pontificii Bohemiae principem adpellant regem (g) ſine regno (h). Iudicio, iurium inter gentes, valde ignaro.

I 2 LI.

plis euangelicos reſtitui, 2) *ſalariisque eccleſiae miniſtrorum*, 3) *pueros cogi ad audiendum Ieſuitas doctores*, 4) *Caeſarem tutela pupillorum clientelarium eo vti, quo impuberes educi queant formarique in ſcholis Ieſuitarum*, 5) *ampliſſima munera, quae olim viri euangelici ſuſtinuerint, nunc eſſe non poſſe niſi in manibus hominum pontificiorum*, 6) *alios incolas ad pontificia ſacra praemiis allici, plures minis & calamitatibus, & quae ſunt generis eiusdem.* Pontificiorum *iura in ſacra eccleſiae tutus eſt de* BVCKISCH ad art. 5. §. 38. 39. 40. Inſtrum. Pac. Weſtph. a. p. 247. ad p. 326. *& in* mantiſſa, *quam addit* a. p. 428. ad p. 515. *vbi ſpem facit plurium actorum, quae recondita ſunt in tabulario. Ex aduerſo* euangelicorum *cauſam tuentur* acta publica Gründlicher *Deductionen* deren Evangeliſchen Schleſiern Religions-Freyheit, *Lipſiae* 1708. *fol. vbi plurimae extant Sileſiorum apologiae ad principesque peregrinos pro commendatione ad Caeſarem, ſcripti libelli. Inprimis autem pax* Altranſtettenſis an. 1707. d. 1. Sept. *inter Caeſarem & Sueciae regem confecta pro inſtauratione ſacrorum in Sileſiis ad normam & leges tabularum Oſnabrugenſium*,

(f) Argumenta congeſſimus ſupra *cap.* 2. quae hic ſunt repetenda. Neque enim verentur pontificii ſcriptores, Hungariam in albo recitare *papalium feudorum.*

(g) Quo Caeſare Bohemiae princeps regale acceperit diadema, & quare regibus primo, poſt demum regno tributa ſit dignitas regalis? plene docuit Ludewig de *auſpicio Regum cap.* 2. *§.* 5. *p.* 80. 81. *ſq.*

(h) Quod Pelagius II. papa velit, regnum eſſe, quod habeat vndecim epiſcopatus, vnumque archiepiſcopatum *can. ſcitote c.* 6. *q.* 3. Corrupto igitur hac doctrina iudicio ſcribit cardin. *HOSTIENSIS ad cap.* 2. *X. de teſt. & atteſt.* cum eoque PANORMITANVS ad idem capitulum: *Rex Bohemiae non habet niſi vnum epiſcopum Pragenſem. Vnde poteſt dici rex ſine regno. Abundat tamen ſtrenuis militibus pius, quam aliqui reges. Ergo corpus iuris contemnere noli.* Sed huius generis nenias diſcuſſit Ludewig *de auſp. Regum cap.* 1. *§.* 8. *p.* 41. 42. Factum tamen ita eſſe certus ſum, vt plurimorum iudicio Bohemiae rex aliis omnibus poſthaberetur ordine in itu redituque. Clientela enim, qua Germanico Imperio addictus

LI. Quondam reges alii in comitiis imperialibus Bohemiae regi locum diſputarunt honeſtiorem (i): ſed A. B. hunc ei adſerit. Vnde factum eſſe puto, quod reges ex illo tempore (k) dubitauerint, conuentibus Germanorum intereſſe (l).

LII. De formula Hungariae virulentae, Auſtriacis controuerſiae cum regni ordinibus (m). Hi enim iurium priſtinorum tenaciſſimi ſunt (n), ex aduerſo plurima

dictus fuit, tantum abeſt, vt olim eius minuere potuerit dignitatem, vt potius conſtet, Daniae, Poloniae, Hungariaeque reges eodem nexu notatos fuiſſe.

(i) De qua lite plenus eſt *A. B. commentarius* noſter ad fidem monumentorum medii aeui tit. 6.

(k) Ante enim Daniae reges, aliique frequentiſſimi fuere in imperialibus comitiis, nam honori duxerunt ſuo diademati, Caeſarem proſequi aliquo officio curiae ſolennioris. (*)

(*) Non tanquam ſtatus imperii, neque ſententiae dicendae gratia.

(l) Quamuis enim, omni ordine ſublato, ire vellent reges exteri cum rege Bohemiae, is tamen de loco in A. B. ſibi adſignato non receſſit. Quapropter in nouiſſimis quibusque Caeſarum electionibus ab exterorum regum legatis contradicitur. Forte tamen Caroli IV. hoc inſtitutum fuit, vt hoc ordine peregrinos reges de conuentibus cum electorum, tum vniuerſorum ordinum diſpelleret, ne vel Germanorum conſilia turbarent, vel reſcirent arcana imperii.

(m) Sub ingreſſum enim huius ſeculi, quo Auſtriacorum arma in Gallos verſa fuere, Hungariae ordines animos ſumſere ad deſciſcendum & deficiendum ab Auſtriacis. *Ragoczius* motuum horum praecipuus auctor fuit & actor; vnde etiam regis deſertores adpellati ſunt nomine Ragoczianorum. Rebelles enim nolunt audire, quod in aliena illa iura non inuolent, ſed pro aris & focis, pro libertateque patriae ab Auſtriacis, quod aiunt, oppreſſa vitae & bonorum ſubeant pericula. Tantas illi vires ſumſere intra breve tempus, vt ſummam rerum in pleraque Hungaria teneant; Auſtriaca autem domus omnibus Hungariae reditibus ſit deſtituta, importuno certe tempore, vbi in Hiſpanicis bellis tot impenſae ac ſumtus requiruntur. Animi certe vtriuſque partis tantopere exulcerati ſunt, vt vix ſuperſit via ad reditum in concordiam.

(n) Summa capita diſſidiorum patent ex inſtrumento a. 1706. promulgato in 4t his verbis inſcripto: *puncta confoederatorum*

rima eorum antiquitate atque delicto amiſſa eſſe, contendunt

I 3

rum regni Hungariae ſtatuum & ordinum, & ea a malcontentis abalienatisque Hungaris laudabili mediationi, magnae Britanniae reginae dominorumque foederati Belgii ordinum ablegatis, & per hos commiſſioni Caeſareo-regiae d. 15. Iun. 1706. Poſonii exhibita; reſponſio eiusdem commiſſionis Caeſareo regiae. Potiora argumenta cum illis, quae repoſuere Caeſarei, dabimus per epitomen 1) pacis arbitri & tabulae pacificatoriae tutores ſunt reges Sueciae & Boruſſiae, Veneta reſpublica & Polonia reſtituta. *Regerunt* Auſtriaci, exterorum principum fideiuſſiones matrem fore *diffidentiae* & bellorum inteſtinorum reque ipſa ſuperuacuam. 2) *Tranſyluaniae* ordinibus iura reſtituantur, ſibi principem eligendi ſine Auſtriaco interceſſu, & priſtinis vtendi priuilegiis. *Reſp.* Tranſyluaniam ab Hungariae ſemper regno pependiſſe, vſque dum illa bellorum Turcicorum iniuria ab officio diſceſſiſſet. Ad obſequium ergo reductae nullas querelarum cauſas eſſe, cum imperator vtatur iure poſtliminii. 3) Poſonienſes tractatus tollantur reducanturque omnia ad normam decretorum regis Andreae. *Reſp.* Dummodo ſucceſſio iuraque regia interim ſalua ſint, poſſe de emendatione tractatuum Poſnauienſium cogitari in ſingulari conuentu. 4) Exeat ex regno Hungariae miles omnis peregrinus. *Reſp.* Id fieri non poſſe, neque ordinum Hungariae intereſſe, nudare milite regnum Turcis vicinum, & chriſtiani orbis antemurale. 5) Officiales regnum conſtituat, cui rex perſonas ad hanc ſpartam nominet idoneas, non excluſis euangelicis; regni officialibus etiam priſtina ſit auctoritas, a rege necquicquam deminuenda. *Reſp.* Id fere hucuſque obſeruatum eſſe, haberi tamen munera, vbi regnum commendet eligatque rex. 6) De aerario regni ſtatuat theſaurarius, reddatque ordinibus rationes. *Reſp.* Alias rationes fiſci regii eſſe, alias aerarii regni. Neque tamen abhorrere regem a nomine theſaurarii regii, modo ſibi non manus ligentur plus iuſto. 7) Regni corona cum cimeliis & libris regiis in regnum reducantur, cuſtodianturque ab ordinibus regni in arce Muranii. *Reſp.* Poſoniae cuſtodienda haec eſſe, libros vero regios perſiſtere debere in regis aulica cancellaria. 8) Ius *neo-aquiſiticum* penitus ceſſet, cum regni ſumtibus rex acquirat a Turcisque ablata recipiat. *Reſp.* Modum quidem hunc iuris gentium eſſe, velle tamen regem ab eo ſibi temperare, atque recuperata reſtituere priſtinis Hungariae poſſeſſoribus. 9) A gubernatione Hungariae exteri perpetuo excludantur inprimis regni cancellarius ſit *nationaliſta* laicus, ſine quo nil expedire liceat regi. *Reſp.* Non deeſſe regem ſuo huic poſtu-

tendunt Auſtriaci. De auctoribus, huc conferendis, (o) in margine.

† LIII.

poſtulationi conſenſu. 10) In muneribus diſtribuendis nullum receptorum in Hungaria ſacrorum habeatur diſcrimen. *Reſp.* Ita ſentire ipſum regem, vt tamen illi pro peregrinis non habeantur, qui iure gaudeant Hungarici indigenatus. 11) Relinquatur vſus ſacrorum tam Auguſtanae, quam Heluetiae confeſſionis ſociis. *Reſp.* Non hic denegari conſenſum. 12) Exeant Hungaria Ieſuitae, eorumque bona diſtribuantur alius ordinis clericis. *Reſp.* Hoc fieri non poſſe, cum 1687. publicis regni pactis hi patres recepti ſint in regnum, quibus graue ſit, ius ſuum auferri. 13) Iniquis iudiciis bonis exuti damnatique reſtituantur. *Reſp.* Neruum huius poſtulati in eo conſiſtere, vt declaretur, qui pro iniuſte damnatis habeantur. Toekeliani foederis ſocios fruſtra referri in hac claſſe. 14) Donationes & alienationes in praeiudicium legis regni factas, irritas fore. *Reſp.* De illis quidem regiis non conſtare commiſſariis. Ceterum amneſtiae ſuos effectus eſſe, qui non in dubium vocentur. 15) Cupreas monetas, numosque eſſe tollendos. *Reſp.* Nequidem regno fore admodum conducibile. 16) Carolouicienſis pacis ſenſus eſſe & ambiguos regno noxios. *Reſp.* De eo videndum in peculiaribus ordinum conuentibus. 17) Amneſtia opus eſſe generali. *Reſp.* Hanc pacis fore ſororem de modo, & perſonis ea comprehenſis agendum eſſe in comitiis. 18) Maxime in hac claſſe fore Franciſcum *Ragoczium* & Nicolaum *Bereſenium*. *Reſp.* In votis ponendum eſſe, vt illi pacem Hungaria promoueant. 19) Comitia regni habenda eſſe quouis triennio. *Reſp.* Regiam maieſtatem haec deſideria non improbare. 20) Veterum regum priuilegia & pacta inſtaurentur. *Reſp.* Id quidem fieri debere cum diſcrimine, in comitiis ſub examen mittendo. 21) Grauaminibus ordinum reſpondere debere & exauctorandos eſſe regni iuribus aduerſos adminiſtros. *Reſp.* In hoc cardine verſari omne pacis momentum. Exauctorationem vero ſine cauſa fore cum iniuria coniunctam. Teſtes fore cultioris orbis principes, quod regia maieſtas non in cauſa ſit turbarum & motuum Hungaricorum.

(o) Diplomata, vnde iuris publici & Hungariae regni hauriri poteſt notitia, omnium pleniſſime congeſſit *Stephanus WERBEVZ Hungariae Hermogenes, in corpore iuris Hungarici tripartito, Viennae 1628. f.* cui iuugendus eſt, *Ioh. SAMBVCVS, qui acta edidit publica, & conſtitutiones regni Hungariae*, iunxitque illis editioni *Bonfinium*, *Hanou. 1606. f.* Pleniorem ſcriptorum Hungariae notitiam dat *Dauid CZVITTINGE-*

† LIII. Dubium eſt, num imperio feuda in Auſtriae ducatu olim fuerint (*). Quae certe noſtro aeuo ignorantur.

† LIV. Inter praefectum Sileſiae ſupremum, & epiſcopum Vratislauienſem multae de praecedentia (**) controuerſiae, iuribusque eiusdem epiſcopatus aliis (***).

† LV. Quomodo iura extincta ſint, quae in Auſtriae ac Stiriae quondam ducatibus habuiſſe leguntur (****) *Magdeburgenſis*, *Ratisponenſis*, *Brandeburgenſis*, *Friſingenſis* epiſcopi, *Bauariae* dux & marchio *Morauiae*, illud quidem proditum fuiſſe, non memini.

LVI. Vtrum legati in imperii comitiis, Auſtriaco etiam directori publicae fidei litteras (p), quibus muniti

I 4 ſunt,

TINGERVS in ſpecimine Hungariae litteratae, edito *Francofurti* 1711. 4t. Sterilis mihi principio liber viſus eſt, neque enim Hungariam habueram adeo feracem bonorum ingeniorum. Verum auctor meam longe ſuperauit exſpectationem.

(*) Scribit Frider. II. imperator de Henrico Auſtriae duce his verbis: *Miniſteriales & alios infeudatos, quos ab imperio tenet, tanto grauiori perſequitur voluntate, quanto in odium noſtrum* (Caeſaris) *& imperii afflictos inaniter ab ipſo, percepimus*. Extat haec epiſtola apud P. de VINEIS *lib.3.c.5.p.401.*

(**) Quas ſingulari inſtituto in utramque partem euoluit reſponditque in gratiam ſupremi praefecti Caſp. SCHIFERDEGHERVS *lib. 3. tract. 30. quaeſt.* 12. *p. 468.*

(***) De iure peregrinorum, utrum illi eſſe queant epiſcopatus candidati; de papae in illum auctoritate, cetera apud SCHIFERDEGHERVM eundem *lib. 3. tract. 30.* Qui locus hic meretur notari.

(****) Scribit Fridericus II. Caeſar apud Petr. de VINEIS *lib. 3. epiſtol. cap. 5. p. 401.* quod *Henricus, Auſtriae dux, omnes, quos dixi, principes iuribus deſtituerit atque reditibus, quae illi in Auſtriae & Styriae ducatibus poſſediſſent*. Inde querelae eorundem apud Caeſarem. Quarum tamen ſucceſſum exitumque non prodit ibi imperator.

(p) Quas *creditui* nomine adpellant. Exigunt enim id Auſtriaci directores, quod exempla legatorum ſint, qui hunc illis dederint honorem; Moguntinus, etiam in electorali collegio illum habeat, qui eadem ibi ſparta defungatur, quam Auſtriaci habeant inter principes. Reponunt tamen alii, quod aliqui praeter cauſam fecerint, id quidem praeiudicium

ſunt, offerre teneantur, memini nouiſſime, quaeſitum fuiſſe.

LVII. Cum priuilegia Auſtriacis inuidenda ſint, quaeri ſolet: num illis tantum vti liceat in Auſtriae archiducatu (q), an vero in quibusque aliis regionibus, Archiducibus ſubiectis (r), quod tueri volunt eorundem ICti.

LVIII. Priuilegiis Auſtriacorum neque Caeſarum confirmatione opus eſſe (s), neque Caeſarem illa vnquam poſſe reuocare, fidenter adfirmant Auſtriaci ICti.

LIX. Cum an. 1456. CILENSIS & ORTENBVRGENSIS comitatus Auſtriacis ditionibus iure aperturae & pa-

iudicium non adferre reliquis; deinde Moguntinum rectorem comitiorum eſſe vniuerſim, non ſolius ordinis electoralis, vt adeo ſufficiat huic, publicae fidei litteras exhibuiſſe.

(q) Non in Styria, Carinthia, Sueuia, reliquis.

(r) His quidem argumentis: quod ipſi imperatores priuilegia Auſtriacorum ad Styriam extendant, ceteraque territoria; deinde, exempli loco, Auſtriacis priuilegium de non appellando etiam in Sueuicis competat; demum priuilegia Auſtriaca etiam ad illa extendantur, quae futuris demum temporibus archiduces ſint acquiſituri. *GVLMANNVS Symphorem. tom. I. Suppl. 6. p. 321.* & *Ioan. Georg. KIEFFER Quaeſt. 45. p. 225. 226.* Mihi certe videntur, qui hoc ſine diſcrimine adſerunt, in nimio peccare. Quis enim Caeſari ius tribuet, de rebus imperii diſponere futuris, idque tam in Caeſarum praeiudicia, quam vniuerſi imperii. Priuilegia certe Auſtriacis dant facultatem, prouincias alienandi, neſcio imperio inſalutoque. Haec quis bono in patriam animo tribuat acquiſitionibus futuris?

(s) Ita quidem arguit *KIEFFERVS in quaeſt. 47. iuris Auſtriaci p. 231. 232.* Verum ex cauſis Auſtriacorum Caeſarum iudicio parum firmis, 1) quod imperatores priuilegia haec dederint nullo tempore intermoritura. 2) In capitulationibus Caeſar promittat, quemque tueri in ſuis priuilegiis. Verum ſi dogmata Viennenſia hodie ſunt, omnia priuilegia extingui, quae imperator non confirmet inſtauretque in litteris clientelaribus, adeo vt neque electores *A. B. tit. 5.* tuti ſint, vbi nouus imperator iubetur electoribus ſua priuilegia illico rata habere: non video, quomodo idem euadere periculum queant Auſtriaci, quorum iura non tangit A. B.

& pacti ſucceſſorii acceſſiſſent, neque id factum eſt (t) ſine plurium de iure ſucceſſionis concertatione.

LX. De legitimis Auſtriacorum principum (u) tutoribus, multoties etiam lites fuerunt cum inter principes agnatos (x), tum inter hos & ordines prouinciales (y).

LXI. Vti caſtra *Rattenberg* & *Kuffſtein* de Boioariae ducatu ſunt defalcata a Maximiliano I. Caeſare (z): ita Boioariae duces neque dum exuerunt animum recuperandi (a).

I 5 LXII.

(t) Supra *lib. I. cap. 1. p. 170.* potiora eius litis expendimus momenta. Tres enim ſucceſſionis aemulos habuit Fridericus V. imperator an. 1457. quos nominat *FVGGERVS lib. 5. cap. 11. p. 634. 635.* Nach Graf Ulrichs von Cilien, weil er keine Männliche Erben hinterlaſſen, und die Grafſchafft Käyſer Friederich dem V. ſo wohl als ein Reichs-Lehen, als auch als ein Steyriſchen Landesſtück, wegen alter Verträge, heimfällig worden, erhub ſich der Käyſer dahin, die Huldigung anzunehmen. Zu CJLJ gehörte die Grafſchafft ORTHENBURG in Kärnthen. Es hatte aber der Käyſer zu Mitwerbern 1) ſeinen Vetter König Ladislaum, wegen naher Sippſchafft, als des Graffens Schweſter Enckel oder Nefen, der ihme auch dieſe Erbſchafft verneinet, und 2) Hanſſen von Goertz, welcher ſeinen Anſpruch mit einer alten Verſchreibung rechtfertiget. Ante enim rex Ladislaus victas manus non dedit Friderico in adſerendo ſibi Cilenſem comitatum, quam praematura morte praeriperetur an. 1458.

(u) Supra id notatum eſt lib. 1. c. 1.

(x) Vtrum tutela *omnium* eſſet, an vero tantum *vnius;* idque num *ſenioris*; an vero *primogeniti*, in principatu, vbi ius receptum primogeniturae.

(y) Vt enim ordines Auſtriaci exiſtimarunt, controuerſias *ſucceſſionis* pendere ab eorundem iudicio; ita idem quoque ſibi ſumſerunt in diſcriminibus componendis tutelae. Fuggerus p. 406.

(z) Scilicet in diſſidiis, ſupra commemoratis. Quorum plenior deſcriptio dabitur in Boioariae ducatu.

(a) Teſte Auſtriaco etiam ICto *KIEFFERO diſſert.* de domo Habsburgico-Auſtriaca *Quaeſt. 30. p. 172. Grauiſſimae lites Maximiliano I. qui Boioaricae lineae armis adfuit, & pro recompenſatione expenſarum obtinuit Rattenberg & Kuffſtein cum nonnullis ſiluis aliisque pluribus poſſeſſionibus & iurisdictionalibus. De quibus quaedam in extraneos tranſtulit, pleraque retinet Auſtriaca domus bodieque.*

LXII. In SVCCESSIONE Auſtriaci principatus quaedam ſunt diſcrimina. Quamuis enim is *indiuiduus* ſit (b); feminisque deferatur in *ſubſidium* (c); imo etiam vltima archiducis voluntate nominari queat heres ſucceſſor (d): diſputant tamen ICti, num *indiuiſibilitas* de ſola Auſtria debeat intelligi, an vero de huic adnexis etiam prouinciis aliis (e), vtrum nepos primogeniti excludat filium ſecundogenitum, (f) vtrum

(b) Priuilegii Friderici I. verba ſunt haec: *ducatus Auſtriae nullo vnquam tempore diuiſionis alicuius recipiat ſectionem.*

(c) Itidem de his priuilegium Fridericianum: **Wo aber bemeldte Fürſten unerbſam abgiengen, ſo ſolle das Hertzogthum auf die älteſte verlaſſene Tochter fallen.** Ita latini diplomatis interpres.

(d) His verbis priuilegium hoc repetit Carolus V. **Der Hertzog hat freye Macht, ſein Land zu übergeben, und zu verſchaffen, wem er will, ſo er ohne Erb-Kinder abgienge, und ſoll daran durch das Reich nicht verhindert werden.**

(e) Nam Ferdinandus I. eam iniit in diuiſione paterna rationem, vt alter natu *Tirolenſem*, tertius *Graecenſem* acciperet ditionem. Cuius exemplum etiam imitatus eſt Ferdinandus II, cuius frater Leopoldus *Tirolenſem* comitatum obtinuit, cum eius demum nepte an. 1661. iterum cum Auſtriacis regionibus aeterno nexu coniunctum. Quod ex ſchemate ſupra adlato patet. Cum tamen Auſtriaca domus tot regnorum regionumque ſit domina, deinde ſucceſſionis iura habeat in minus foecundam Hiſpaniam: conſultius forte eſſet, plurium ſimul principum familias alere, vt, vno ramo exareſcente, non deeſſet alter, qui locum prioris occuparet. Verum *indiuiduitate* regionum paternarum fit, vt principes in coelibatu perſiſtant, atque a connubiis abhorreant, cum apanagium nullum impenſis dignitatique reſpondeat principis familiae, vid. ſupra.

(f) Cum enim Friderici diploma *ſeniorem* filium vocet, nulla primogeniti facta mentione: filum conſecutionis illud nectunt, locum non eſſe iuri repraeſentationis, quo ſecundogenitus excluditur a primogeniti morte praerepti filio aut nepote. Accedit, quod ante A. B. fere ignotum fuerit ius repraeſentationis Germaniae. Contra tamen recte pro hoc iure in Auſtriaca ſucceſſione certat *KIEFFER de domo Habsburgico Auſtriac. quaeſt.* 41. *p.* 21.

vtrum feminae ſemel excluſae excludi manere debeant ſemper deinceps (g), & quae ſunt generis eiusdem.

CAPVT IV.

EMINENTIA gentis Auſtriacae, priuilegia & varii generis praerogatiuae.

§. 1.

Ea gentis Auſtriacae *magnitudo* ac *eminentia*, quae Caeſarum benignitate priuilegiisque eidem contigerunt, vt plures, inuido quamuis in optimam domum conatu, de auctoritate eorum inciperent propterea ſubdubitare (a).

Mon-

(g) Priuilegium enim 1) loquitur de filia, non remotiori femineo herede, 2) regula, quod femina ſemel excluſa ſemper excludi debeat, eſt iuris ordinarii, 3) feminarum ſucceſſiones in imperii principatus odioſae ſunt, & ſtrictius volunt interpretamentum.

(a) Argumenta eorum, qui Auſtriacis conceſſa priuilegia in dubium vocant, haec ſunt: *Primo*, aiunt, fingi priuilegia Iulii Caeſaris & Neronis. *Reſp.* Sufficere, quod omnia verba ſua fecerint Germanici imperatores, Henricus IV. Fridericus II. ceteri. 2) Auſtriacos Caeſares in rem propriam auctores fuiſſe, quod Auſtriae ſuae tot largiti ſint priuilegia. (*) *Reſp.* In hoc numero referri non poſſe Henricum IV. Fridericum I. & II. Carolum IV. ceterosque. Ceterum neque prohibitum eſſe imperatoribus, ſuae domui proſpicere priuilegiis. 3) Auſtriaca priuilegia nimia eſſe, quia & manus ligent Caeſari imperioque & omnem fere diſſoluant nexum clientelarem. *Reſp.* Iura non tolli ex rationibus vtilibus. 4) Cameram imperii parum quandoque dediſſe priuilegiis Auſtriacis. *Reſp.* Saepe etiam agnouiſſe illa, quod videre licet apud *KLOCKIVM in vot. Cameralib. relat. 64. p.* 523. 524.

(*) Adeoque auctores fuerint in rem ſuam. Iacob. GOTHOFREDVS c. 2. de praeced. 56. p. 45. *ſi principi Auſtriaco lis intercederet praecedentiae, imperatoris Auſtriaci praeiudicia ad rem nihil facerent.*

Monzambani, Hippolithi, *dogmata reiecta.* *An priuilegia haec* Auſtriacis *Imp. debeant?* *An ea beneficiario S. R. I. nexu Auſtriacos ſoluant?* *An Imperatori liceat ſuae domui priuilegiis proſpicere?* *An Ordinum conſenſu liceat* (b)?

§. 2. Non vero *vnius* Imperatoris haec beneficia ſunt; ſed *diuerſorum*; C. I. *CAESARIS*; *CL. TIBERII NERONIS* (c) An. Chr. 16. *HENRICI IV.* An. 1058. *FRIDERICI I.* An. 1156. *HENRICI* Anti-Caeſaris An. 1228. *FRIDERICI II.* temporis anno omiſſo, & aliud eiusdem An. 1245. *RVDOLPHI* Habsburg. An. 1283. *CAROLI IV.* An. 1368. *WENCESLAI* An. 1386. *SIGISMVNDI* An. 1437. *CAROLI V.* An. 1530. & 1548. diplomata Caeſarea de priuilegiis Auſtriacis exhibent ſcriptis ſuis plene inſerta P. de *Vineis*, *Cuſpinianus*, *Rous*, *Lazius*, *Guillimannus*, *Goldaſtus*, *Fuggerus*, *Limnaeus*, *Paſtorius*, *Londorpius* (d). Nam priuilegia ab vno impera-

(b) Priuilegia Auſtriacorum conſenſu principum, electorum, aliorumque nuper ordinum condita ſcriptaque eſſe, formulis probat exemplisque *KIEFFERVS in domo Habsburgico-Auſtriaca quaeſt. 46. p. 227.* Plerique enim imperatores his verbis ea largiuntur: *de conſilio & conſenſu principum imperii*, mit Willen und Gunſt der Churfürſten, qua formula vtitur Carolus IV. Verum ſunt ICti, qui putant, curiali quandoque ſtylo haec ſcribi, ſpecie tantummodo inanium.

(c) Horum Caeſarum priuilegia inter delirantis aeui nugas ſuo iam tempore retulit *Franciſcus PETRARCHA in litteris ad Carolum IV. lib. 15. rer. ſenilium ep. 5. p. 955. 956.* exaratis de argumento ſuppoſitii partus monumentis. Exhibet illas *LAMBECIVS lib. 2. biblioth. Vindobon. p. 962. 963.* Idem ſenſit *CVSPINIANVS in deſcriptione Auſtriae p. 76.* his verbis: *quod Henricus IV. marchioni Auſtriae Erneſto priuilegia confirmaſſe fertur, quae Iul. Caeſar. & Nero dicuntur donaſſe, merae nugae ſunt, & a quodam impudente falſario, qui rationem temporum non obſeruauit factae. Quod cum dudum obſeruaſſem, tandem reperi a Franc. Petrarcha confutatum & irriſum. Haec plane mendacia ſunt ad emerendum principis fauorem ficta. Sed ignorauit ille nebulo, mendacium nullum poſſe ſeneſcere.* Adde, ſi lubet, *AVENTINVM lib. 7. annal. p. 489.* Quid ſtultius eſſe poteſt principio horum diplomatum: Wir Iulius der Gebieter, wir Ehrer der Götter, wir Nero (*) Freund der Götter.

(*) Salſe propterea exagitat hoc priuilegium Franc. Petrarcha l. 5. epiſtola 15. ad Carol. IV. Imper. ſcripta.

peratorum ſemel liberaliter conceſſa, facile Auſtriacis fuit, nouis ſubinde acceſſionibus eadem amplificandi.

Cauſae, *quod de S. R. I. bene* mererentur; *in* extremo *Germaniae* limite *ſiti eſſent;* Gibellinos *fouerent contra Guelphos; in ſumma* Bohem. *imperatorum* amicitia *perſiſterent.*

§. 3. Dabimus nos catalogum non illorum duntaxat, quae Caeſareis diplomatibus ſignantur; ſed aliunde etiam adducta huc conferemus.

I. Auſtriae Archiduces ad *REGALEM* dignitatem euecti ſunt. Verum temperarunt ſibi ab uſu diadematis. Ex hoc tamen argumento conſtat, illos olim ad dignitatem ELECTORIS S. R. I. adſpirauiſſe (e).

Dictum

(d) Repeti ergo poteſt diploma priuilegiorum Auſtriacum ex *Cuſpiniano* p. 628. *Megiſero* in Carinth. annal. lib. 11, c. 22. p. 1576. *Londorpio* part. 4. act. publ. p. 625. *Paſtorio* vol. 5. Flori Europ. p. 589. Nouiſſime eadem exſcripſit ſuoque innexuit libro *LVNIG part.* 2. des Reichs-Archives *pr.* Cum vero centies extent, parcendum eſt otio, chartae, impenſis. Pleniſſimus codex *priuilegiorum aliorumque diplomatum & monumentorum publicorum ad hiſtoriam Auguſtiſſimae domus Habsburgicae pertinentium* extat in bibliotheca Vindobonenſi, cuius rei teſtis eſt *LAMBECIVS lib. 3. p. 329. 330.* Dubitant aliqui de priuilegiorum authentia.

(e) Teſtis eſt *Hartmannus MAVRVS de elect. Caroli V. p. 19.* & poſt hunc *Andr. KNICHEN in Comment. de Sax non pronoc. iur. cap. 1. n. 293.* his verbis: *cum Maximilianus I, quo ius ſuffragii in electione regis Romani Auſtriae archiducibus indulgeretur, electores pertentaret, repulſam tulit* (*). Eo itaque magis agnoſcendum fuerat beneficium ab Hannouerano. Quod Auſtria non ſolum ipſi non inuiderit electoratum, ſed etiam detulerit eundem illis. Quamuis hodie forte cauſae non ſint Auſtriacis adfectandi electoratum. Maius enim penes ipſos momentum eſt, qua principum collegii primarios rectores, quam ſi electorum eſſent vltimi. Accedit, quod Auſtriaca domus, Bohemiae intuitu, comitiis nunc interſit in ſenatu electorum atque adeo in vtroque collegio teneat fere principatum.

(*) Etiam publicis diplomatibus eſt huc veriſſimum. Nam ſuperſunt litterae, quibus ab electoribus petiit, vt Philippum filium cooptarent in collegium electorale: etiam, quid reſponderint Maximiliano imperatori, ad rogationem, patet

ex eo.

Dictum doctumque de Friderici II. Imp. diplomate ap. Pet. de Vineis *(f), vnde reliqui omnes deſcripſerunt (g). Conatum Maxim. I. Cuſpinianus prodit, quo Auſtriacas prouincias* orientalis regni *dignitate voluit ornare. Cur res ſucceſſu caruerit? Plura in diſputatione noſtra* de iure, adpellandi Reges (h).

†II. Gaudent priuilegio de non adpellando (**) & non euocando (***), neque in cauſis fractae *pacis publicae* (****), vbi aliorum alias priuilegia ceſſant.

†III.

ex eo. Quod exhibet ad an. 1502. p. 288. Müllerns Reichs-Tags-Staat. Imperator Auſtriacum & Tirolenſe territorium deſtinauerat electoratui idque ideo, vt Carinthia & alia quaeque, ab electoratu ſeparata, ſuffragium tuerentur in principum collegio.

(f) *Lib. 6. epiſt. 26. p. 740. 741.* Vnde verba huc pertinent: *de principum conſilio ducatus Auſtriae & Styriae cum pertinentiis & terminis ſuis ad nomen & honorem regium transferentes, te hactenus ducatus ducem de poteſtatis noſtrae plenitudine promouemus in regem. Nihil tamen ita iuri & honori decedat imperii. Maior natu ſeu ſenior ex generatione tua in regno ſuccedat. an. 1242.* Vocant aliqui epiſtolam in dubium (*): Verum intereſt omnium Auſtriacorum, vt eius contueantur veritatem.

(*) Rationes dubitandi has allegant: partim, quod diploma ipſum non amplius oſtendi queat, partim, quod vix praeſumendum, Fridericum II. imperatorem, duci Auſtriae Friderico, quem mox antea acerrimum hoſtem expertus fuerat, dignumque propterea iudicauerat, quod proſcriberetur, tantum honoris concedere voluiſſe.

(g) Vtpote *Goldaſtus* tom. 1. conſtit. p. 305. *Vredius* de ſigill. Flandr. vol. 2. p. 111. *Fuggerus* lib. 2. c. 3. p. 84. *Cuſpinianus* ad an. 1245. p. 623.

(h) De auſpicio regum cap. 2.

(**) Priuilegio de non adpellando gaudere, Auſtriacis omnes largiuntur, de quo etiam *Carpzovius* de non prouoc. cap. I. §. 18. p. 17.

(***) Conferantur priuilegia Auſtriaca apud ſcriptores cap. 4. §. 2. lit. d. p. 341. laudatos.

(****) An. 1548. *Burgundicam domum* ſigillatim id accepiſſe a Carolo V. ne adpellationibus aut euocationibus ibi locus ſit, quam crimen ſit fractae pacis publicae. *Gail.* lib. 1. de pace publ. c. 11. n. 13. *Arumaeus* ad A.B. diſc. 5. concluſ. 12.

†III. Telonii iure ita gaudent Auſtriaci, vt noua ſuo arbitratu inſtituere, & priſtina queant adaugere (*).

IV. In DIADEMATE Archiduces tria genera praerogatiuarum: ſeptem *acumina;* coeuntes *circulo;* *crucem* eisdem impoſitam.

Priuilegia Friderici I. & Henrici (**). *Inde Carolus V.* Der Ertzhertzog von Oeſterreich hat die Würdigkeit vom Reich, daß er der Käyſerl. Kron-Diadem und das Creutz auf ſeinem Ertzhertzogs-Hütlein öffentlich tragen mag. *S. R. I. maieſtate quamuis non penes Auſtriacos.*

V. EDVCTI GLADII PRAELATIO in imperio & extra illud.

An maieſtatis hoc ſignum? vt crux prae legato pontificis lata.

VI. MAIESTATIS titulo neminem honeſtant praeter *Imperatorem.*

De loco Thuani? an in fraudem exterorum hoc priuilegium vel datum ſit, vel potuerit dari? Moris huius deſuetudo.

VII. Conueniunt plura in actibus INVESTITVRAE, *ornatus*, *locus*, *ſumtus.*

Gladio *accincti* (i); *neque extra* Auſtriam (k); gratis *quoque inueſtiendi* (l).

VIII. Auſtriam inuito S. R. I. ALIENANDI poteſtas (m).

IX. IMMVNITAS ab oneribus ſingulis ordinum S. R. I.

Tri-

(*) Teſtis eſt SEXTINVS *de regalib. lib.* 1. *c.* 4. §. 33. *&* *c.* 5. §. 127. itemque CRVGER *de Septemuir. part. ſpec. diſcurſ.* 836. Vt adeo non habeant Auſtriaci imperatores, quare idem priuilegium inuideant marchionibus Brandeburgicis.

(**) Inprimis Friderici II. de anno 1245. ap. Cuſpinian. p. 32. Fuggerum p. 184. & Goldaſt. Tom. vn. p. 302.

(i) Alias enim ponere arma debent vaſalli etiam reges; quod actus ille ſit argumentum ſubiectionis. Illuſtre exemplum Angliae principis, praeſtantis Galliae regi ſacramentum clientelare depoſito gladio.

(*k*) Ergo potiora ſunt iura domini, quam vaſalli.

(l) Ad ſimilitudinem electorum, qui *ſportulas* non ſoluunt.

(m) In nimio hic peccatur, quod facile queat fieri, hac ratione Auſtriam deferri hoſtibus Germanici imperii.

Tributorum ſiue imperio (n) ſiue camerae (o) praeſtandorum; comitiorum, *quibus ſe pro arbitratu ſuo iungunt* (p), *nulla lege coacti*.

X. Poſſunt in ſuo TERRITORIO, quod olim fere IMPERATOR in Imperio (q): & priuilegio (*) gaudent

(n) Id eſt, in cauſis vtilibus clientela fruuntur Auſtriaci, nec quicquam in oneroſis. Vt adeo iure referri poſſit inter feuda *Franca*. Neque enim niſi in Hungaria Germanico imperio ſeruire tenentur, idque 12. *tantum armatis* neque diutius, quam per *vnum menſem*, viribus propriis. Quod idem eſt, quam muſcam dare & debere leonem. Plenius Ioh. Georg. *Kieffer*, in notitia domus Habsburgo-Auſtr. quaeſt. 40. p. 206. *de priuilegiis Auſtriacorum in feudalibus.*

(o) Licet enim *duos* camerae adſeſſores *praeſentet, Io. Fr. DIETERICH* P. 2. de Cam. Imp. p. 71. ad illos tamen alendos nihil tribuit quicquam *KLOCKIVS de collat. c. 4. n. 192. KIEFFER quaeſt. 43.* Sed tamen qua Burgundiae dux *BESOLD. de adpell. c. 2. GYLMANN. ſymph. tom. 6. c. 2 §. 2.* & qua Bohemiae rex, *diſſert.* de ſuffragio B. R. c. 1. camerae tribuit imperioque.

(p) Impune enim comitiis abeſſe poſſunt neque compelli ab imperatore, vt illa accedant, vbicunque locorum inſtituantur. Idque diplomate Frider. II. an. 1245. *FVGGER lib. 2. c. 2. KIEFFER quaeſt. 42. p. 214.*

(q) Axioma apud Auſtriacos & Palatinos vetum eſt: ſed aliis principibus valde inconcinnum. Vae enim principibus noſtris, ſi territorialia iura, quae in ſubditos habent, limitibus circumſcribenda eſſent, imperatori in ordines Germaniae datis. Ita enim ius legiſlatorium, colle&andi, belli & pacis exercere non poſſent, niſi id fieret cum ordinum prouincialium conſenſu. Non dubito, quin olim aliqua vtriuſque fuerit analogia: ſed poſtquam prouincialium ordinum libertas a principibus plerisque attrita, ab aliis prorſus ſublata ſit; fruſtra imperatoris poteſtas cum iure territoriali principum confertur. Axioma vero loquitur de Caeſareis reſeruatis, quae Auſtriae domini non minus exercent: quae tamen alii ſibi proceres imperii nequeunt adrogare.

(*) Quod ipſum tamen olim illis in dubium vocauit camera muſarum *Rulandus* de commiſſar. part. 4. lib. 5. c. 4. n. 24. Thom. *Michael* de iurisdictione concl. 25. Et ſane in electoratibus ſecularibus, excepto Rhenano, praeſumuntur haec iura: in reliquis autem principatibus probari debent. Priuilegium enim facti eſt, adeoque deſiderat inſtrumenta. Fruſtra ſunt illa, quae *Carpzouius* de non adpell. §. 18. n. 77. 78. ha-

dent de non adpellando (r). (*)

Habent 1. *ius nobilitandi* (s), 2. *nobilitate mulctandi*, 3. *po-*

K

78. habet, quaſi dignitas id non admitteret Auſtriacorum. Sed qui olim adpellari tamen potuit ab ipſo electore Palatino?

(r) Idque priuilegio Friderici I. Caeſaris, quod tamen ad cauſas fractae pacis publicae, & iuſtitiae manifeſto denegatae, aut temere protractae non extendi volunt, *ZASIVS vol. 2. conſil. 15. n. 44. GVLMANNVS ſymphorem. tom. 6. c. 2. §. 1. MVNSINGER lib. 5. obſeru. 58. BESOLDVS de appellationibus cap. 2. p. 100.* Id tantum ſolet disquiri: vtrum Auſtriaca domus id priuilegium tantummodo habeat *Auſtriae* intuitu; an vero in aliis etiam extra Auſtriam ſitis prouinciis, vtpote in Tirolenſi ditione, in Sueuiae tractibus, Alſatiaeque? Alterum omnino volunt Auſtriaci, quod priuilegia Auſtriaca omnibus ditionibus communia fecerit Carolus V. quae Auſtriacis vel ſubiecta nunc eſſent, vel in poſterum eſſent obuentura. Quapropter etiam *Würtenbergico* ducatui priuilegium datum ſit de non adpellando, quod ſpem ſucceſſionis habeant in eodem Auſtriaci *KNICHEN de Sax. non prouoc. priuileg. c. 2. n. 37.* licet Würtenbergicorum iura vetuſtiora eſſe adfirmet. *BESOLDVS cap. 2 de adpellat. p. 103.* Sufficit tamen etiam ex prima cauſa Carolum V. ſcripſiſſe: daß das Fürſtenthum Würtemberg und Teck ſich freuen und genieſſen ſolle aller Freyheit, Ehren, ꝛc. wie alle andere des Hauſes Oeſterreich Land und Leute. Deinde alia iterum quaeſtio eſt: *vtrum ab Auſtriacis, quia imperialibus Landuogtiis queat adpellari?* Quod plerique adſerunt ICti, partim, quod hic Auſtriaci non ſuſtineant ſuam, verum *Landuogtii* perſonam: *deinde* haec iudicia die Land-Vogtey Schwaben, non ſuprema ſint, verum ſubalterna: *porro* Landuogtiae dari hoc ius non potuerit, in praeiudicium Sueuiae ordinum, quorum cauſae ibi ventilentur: *praeterea* exempla non deſint cauſarum, inde delatarum ad cameram. *GVLMANN. tom. 1. part. 2. tit. 17. p. 321. & tom. 2.* ſub titulis Landgericht & Oeſterreich, *& tom. 6. p. 3. Henr. Eſa. ROSACORB pract. forenſ. c. 108.* Cum tamen Carolus V. ad haec quoque iudicia priuilegium Auſtriacum extenderit; ambigit de re *BESOLDVS cap. 2. p. 102. de adpell.* nosque ſupra iam diximus, Auſtriacam domum etiam hic eſſe in iuris de non adpellando quaſi poſſeſſione. *KIEFFER quaeſt. 42. de exemtione Auſtriae ducis ab imperialibus dicaſteriis.*

(*) Vid. ſupra §. II.

(s) Non infimam ſolum nobilitatem; ſed etiam *principem* poſſunt conferre. Idem ſibi ſumunt, qua Bohemiae reges. Inde

3. *poteſtatem legiſlatoriam* (t), 4. *proſcriptos a S. R. I. & recipiendi facultatem, & (u) 5. abſoluendi, 6. academias erigendi, 7. monetandi, 8. famam reſtituendi, 9. proſcribendi* (x), 10. *ſyluarum, piſcinarum, 11. Iudaeos recipiendi & non, 12. duella declinandi* (*) (y) *ſingula curſim explicata ad faciem S. R. I. hodiernam.*

XI.

de articulus capitulationis Caeſareae, ne imperator dignitates qua rex aut archidux conferat in praeiudicium *ſportularum* curiae imperialis.

(t) Hoc iuris ordinarii eſt, quod competit cuiuis domino territorii. Verum in eo aliquid praecipui habent Auſtriaci: quod neque RECESSVS IMPERII illos obligent, licet ab ipſis ſubſcripti fuerint. Feciſſe enim hoc *praeſumendum* eſt putandumque: ſalua Auſtriacorum immunitate, ne obligentur. Idque priuilegii Frid. II. an. 1295. *KIEFFER quaeſt.* 42. *num.* 2. *p.* 214.

(u) Dürffen des Reichs Aechter in Schutz nehmen, und von der Acht ſelbige loßſprechen. Vt verba ſe habent priuilegii.

(x) Puta per vniuerſum imperium. Neque integrum eſt imperii ordinibus, tueri proſcriptos ab Auſtriacis. Iure certe inaequali: cum datum Auſtriacis, vt tueantur proſcriptos ab imperio.

(*) Aliis quoque olim contra iudicia duellica priuilegia conceſſa fuiſſe, docet Datt de pac. publ. L. 1. c. 1. §. 30. ſqq.

(y) Quaſi ſcilicet Auſtriaci maieſtatis priuilegia haberent, vt ſine eius laeſione nequirent ab aliis Germaniae (**) ducibus prouocari ad duellum. Fateor, olim frequentiſſima fuiſſe principum Germaniae duella; poſt vero, depulſa de Germaniae oris barbarie, ab hoc vltionis ritu ſunt deſuefacti. Ceterum id olim quoque cauſam dedit duellis, ſi princeps in ſuſpicionem criminis fuerat adductus, a quo, Caeſaris iuſſu (***), ſe per duellum, quod priſtino aeuo loco torturae fuerat, ſe purgare obligabatur. Huc forte etiam reſpicit priuilegium Auſtriacum. Verum *purgationes* per *ignem*, *aquam*, *duella* pridem ſuſtulit cultior Germania.

(**) Siſtere tamen debent vi priuilegii Friderici I. aliam perſonam nulla infamia laborantem.

(***) Cogita exemplum Boioariae ducis Othonis, ſub Henrico IV. ex eadem cauſa, quod per duellum innocentiam ſuam demonſtrare nolebat, depoſiti.

† XI. Iure gaudent recipiendi Iudaeos (*) etiam Auſtriae incolas (**).

XII. Sunt S. R. I. & Imperatoris CONSILIARII ſtatus intimi (z).

De arcanis (***) rationibus huius priuilegii? An Auſtria ideo clypeus & cor S. R. I.

XIII. SVCCESSIO etiam in Auſtriae duc. duo ſingularia.

Viget ius primogeniturae (****) feminae *etiam ſucce-*

K 2 *dunt*

(*) Quamuis a principum Imperii ſuperioritate territoriali nullo non tempore id pependiſſe exiſtimem; Quod exinde quoque patet, cum Auſtriaca Synodus prouincialis ſine auctoritate Caeſaris prolixe inſtituta condiderit de Iudaeis, quae exhibet *Lambecius* lib. 2. biblioth. Vindobon. p. 66. 67. ſq. Nolui tamen hoc argumentum negligere, quod non ſolum *Münſterus* lib. 3. coſmogr. c. 399. ſed etiam *Speidelius* R. n. p. 659. inter priuilegia numerent Auſtriaca Ius, recipiendi Iudaeos.

(**) Praeſertim Viennae. Vbi ab opera fideque Iudaeorum res ſaepius pendent maximi momenti. Hundius in Metrop. Salisburg. p. 13. Cambia praeſertim & negotia primi ordinis nundinatorum. Anno CIↃ IↃC XC. illuſtre Oppenhemii, Iudaei, nomen floruit inter mercatores & trapezitas non Europae tantum, verum cultioris orbis vniuerſi; Sed cum debitores eius fidem illi feſelliſſent, fieri non potuit, vt nomen ſuum & ipſe liberaret tot auri myriadibus obligatum.

(z) Quapropter Auſtria audit *coniux imperatoris*, non imperii, ut Ioanni *ROO*, Ieſuitae, in *concione de Pragenſi victoria*, im Achts-Spiegel p. 66. viſum eſt, quaſi imperii faſces alius gentis principi non poſſent deferri. Quo ſenſu ille merito caſtigatur *CARPZOVIO de L. Regia cap. 11. ſect. 2. n. 16.* Cum imperatore autem peregrino etiam nexus eſſe debet perpetuus Auſtriaco principi: qui in conſiliorum Caeſaris perpetua eſſe debet ſocietate. Aliam explicationem diſterii eiusdem habes infra *§. 19.*

(***) Nil peculiare hoc eſt, cum & reliqui imperii principes hoc titulo olim fuerint inſigniti; Cogita Eberhardum Würtemberg. Conf. auctor. de praerogat. Würtemberg. p. 50. not. c.

(****) Ita *Petr. de VINEIS lib. 6. epiſt. 26.* in diplomate promotionis in regem: *Alii heredes minores natu* (apanagiati) *non habeant aliud, niſi quod ex regis GRATIA poterunt obtinere.* Inſtar A. B. tit. 29. §. ult. Sed vero cum in eodem diplomate SENIORATVS iura ſtabiliantur, dictum eſt, quod non obſeruentur.

dunt (*a*). *Primum non obſeruatum eſt. Nam Frid. IV. imperator diuiſit cum fratre: ſi alterum, aliae rationes olim allegandae fuiſſent aduerſus Bob. R. Ottocarum* (*b*). *Vt taceam, de reliquis prouinciis Auſtriae innexis, vbi neutrum obtinuit* (*c*).

† XIV. Auſtriae ducatus omnes habent territoria clauſa. Omnes ergo comites, epiſcopi, principes & dynaſtae landſaſſii ſunt. Omnia regalia principis ſolius.

† XV. Auſtriaci ducatus feuda oblata ſunt Germanico imperio. Nam Carolingis extinctis ſe vindicarunt in libertatem ſub ARNVLFO ſ. Arnoldo duce. Qui poſt demum ſe ſuaque obtulit in feudum Henrico aucupi.

XVI. Auſtriacis non currit *praeſcriptio*, niſi *centum* annorum (d).

Teſtimonium Cancellarii Insbrugenſ. D. Pappi *in defenſione iuris Auſtr.* wegen der Herrſchafft Engen.

XVII. Perpetui in ſuo territorio *monaſteriorum* cuiuscumque dignitatis ac ordinis ADVOCATI Archiduces (e).

De

(a) Dictum eſt de ſuccedendi ordine in Auſtriacis ſupra.

(b) Quod diuortio coniugem Auſtriacam dimiſerit; neque illa hahuerit poſteros. Nam quod feminae in Auſtriacis ſuccedant, illud priuilegio debent Friderici I. ſi vera ſcribit *KIEFFER quaeſt. 41. p. 211.*

(c) In plerisque enim & *partitiones* factae, & *feminae* excluſae ſunt. Verum vt Auſtriaci priuilegii limites, interprete Carolo V., proferunt ad omnes prouincias alias vid. ſupra, ita haud dubie eadem vbique expectanda eſt ſententia ab Auſtriacis de promiſcui iuris ſucceſſione. Addatur *SPRINGSFELD cap. 3. de apanagio §. 43.*

(d) Priuilegium, quo anno, quoue largitore ſcriptum ſit, non reperi. Conferri tamen ſolet cum priuilegio militum ordinis Iohannitici, quorum bona pariter infra centum annis non praeſcribuntur, de quo KLOCKIVS *tom. 1. conſil. 1. n. 236.* & Magdeburgico archiepiſcopatu, qui aduerſus omnis temporis praeſcriptiones tutus eſt, latore priuilegii Carolo IV.

(e) Ne ſcilicet eccleſiarum antiſtites vel Auſtriacis inimicos aduocatos eligant: vel, dimiſſis aduocatis, iuſto ſe gerant elatiores. Priuilegii huius teſtes ſunt *KIEFFER quaeſt. 44. p. 222.*

De inſigni pretio huius priuilegii : item de Aduocatia eorum in Salzburg & Brixen (f).

† XVIII. *Sanctio pragmatica* de futura ſucceſſione Auſtriaca CAROLI VI. Auguſtiſſimi Imperatoris, plurimum negotii faceſſiuit, donec tandem ei vniuerſa propemodum Europa conſenſiſſet (**). Succeſſorias tamen eius generis leges etiam CAROLVM V. an. 1548. condidiſſe ſcribunt. Num typis vnquam ſint promulgatae, non conſtat.

XIX. In *titulo* ac *praecedendi* iure (g), quia *Archiducum* elogio (h) inſignes.

Diſputant, quo tempore Archiduces *dicti ſint Auſtriaci. Domeſtici annales nomen hoc Frid. I. Imper. tribuunt* (i), *qui*

prin-

p. 222. MAGERVS de aduocatio armatae cap. 9. n. 650. 651. p. 398. Quamuis egomet id non priuilegio debere Auſtriacos; ſed iuribus ſingularis territorii, exiſtimem, idque cum *Lud. FACHSIO tom. 2. conſil. 55.* (*)

(*) Plenius in diurnis 1734. num. 37. vbi de Auſtriae ducum iure ſacrorum ante paces religionis ex inſtituto.

(f) Teſtibus, poſt ſuperius laudatos, *KNICHEN de Sax. non prouoc. c. 5. n. 497. MAGERO cap. 5. n. 348. p. 144. & cap. 5. n. 373. p. 148. & LAZIO Reip. Rom. lib. 12. cap. 9. ſect. 6.* Qui etiam exhibet *diploma* Henrici IV. quod pariter l. c. exſcripſit Magerus.

(**) STRVVIVS inprimis, poſt alios plures, ſcripſit de hac *pragmatica ſanctione* CAROLI VI. Quicquid ſit, Etruriae ducatus poſſeſſio commendabilior longe, quam Lotharingiae, omnino expoſitae inuaſionibus Gallorum quotidianis.

(g) De variis Auſtriacorum in *praecedendi* iure diſcriminibus conſulendum eſt *c. 3.* in quo illa recenſuimus.

(h) Principio reipublicae noſtrae tantum abeſt, inter duces dignitatis aliquod diſcrimen fuiſſe, vt potius neque vllus inter illos ordo fuerit praecedentiae. Verbum itaque archiducis aeui eſt recentioris.

(i) Opinionis illius falſitatem plura docent, 1) vſque ad Friderici V. tempora duces Auſtriaci in diplomatibus medii aeui occurrunt, non archiduces. 2) tantum abeſt, vt Auſtriaci ante ſeptem Germaniae duces originarios, quos nunc verbo adpellamus electorum, praecedentiam adfectauerint, vt potius illi poſt hos demum in diplomatibus offendantur ſubſcripſiſſe, 3) tituli mutatio non priuilegio facta eſt, ſed vſu, cum illud hactenus editum non ſit, 4) ante A. B. *archi* ſiue **Ertz** particula in dignitatibus ſecularibus fuerat inaudita, vnde,

principem Auſtriacum Pfalz- Erbhertzog *ſalutauerit (k). Abſtinuiſſe tamen ad inuidiam declinandam Rudolf. I. imp.* Ducis *tantum nomine filio ſuo* Alberto *conceſſo. Fridericum V. Imp., primum fuiſſe video, qui* Archiducis *adpellatione in ſtylo priuato vſus eſt, qui ſub Maximiliano I. demum migrauit in curialem, cur locum in* eccleſiaſtico *ordine priorem occupent in comitiis (l).*

XX. S. R. I. PRIOR audiit Archidux Auſtriae (m). *Priuilegio, vt aiunt, Henrici IV. Imp. an archiduces Regiis legatis loco cedant? an Electoralibus (n)?*

XXI. S. R. I. VENATORES, qua Carinthiae duces, quibus hoc priuilegium ab A. 978. fuerit, adpellari poſſe videntur (o).

Megiſeri

vnde, qui hodie *archi*camerarius dicitur, ante A. B. adpellatus camerarius ſupremus, ſ) extra Germanicum etiam imperium praepotentes duces non archiduces, ſed *magni* duces ſunt adpellati. Vt adeo fruſtra ſint, qui *archiducis* Auſtriae titulo tantam fingunt aetatem.

(k) Ita Auſtriaci annales fere omnes; ſed fruſtra. Comites enim Palatinos nouit medium aeuum, nequicquam principes aut duces. Qui vtriuſque nominis indolem norunt, illis manifeſtum erit, exaſſe vtrumque nomen ſibi eſſe aduerſum. Nam *Palatinus* idem eſt, quam Caeſareus vicarius, aut officialis in Caeſaris palatio. Contra, *duces* & *principes* imperii feuda *proprietatis* tenent, ſuas prouincias, quas Deo auctori referunt acceptas. De archipalatino Rheni ſeorſim dicemus, in notitia illius gentis, vbi etiam ſcopuli diſſoluentur, ad quos offendere ſolent ICti.

(l) Illa conferantur huc, quae ſunt *cap. 3.*

(m) Si, quod ICti Auſtriaci aiunt, *prior* idem eſſe debet, quam *primus* aut *primarius* inter ordines imperii *princeps:* hoc nomen impetit non tam electoralem dignitatem, quam ipſorum etiam Germaniae principum, qui olim Auſtriacis, vti ex diplomatum ſubſcriptione patet, loco non ceſſerunt.

(n) Imo ipſis illos electoribus litem honoris mouere, neſcio fere quare, ſcriptum eſt *cap. 3.*

(o) Specie inanium valent tituli huius argumenti. Referri ergo debent inter elegantiae aulicae ſolennia. *Miſnenſis* marchio; dux *Pomeraniae;* dux *Würtembergicus*, eiusdem muneris verbo vtuntur (*). Quod tamen videant, re ipſa illud nihil velle; dubitant in *curialis tituli* vſu eius facere mentionem.

(*) Maſcou. de origin. aulicor. officior. S. R. I. §. 44. Auctor de praerogat. Ducat. Würtemberg. Sect. I. c. 11.

Megiſeri *locus euolutus, an cum ſtatu iſtorum temporum is conueniat?*

XXII. Mirabilia de Habsburgo-Auſtriacis, quod dono polleant *ſtrumas* ſanandi (p); & vnico *oſculo* K 4 balbu-

(p) Vno halitu Auſtriae archiducem morbos ſanare, blatterant ICti *KNIPSCHILD de fideicomm. c. 16. n. 31.* Fabulam debent *Felici FABRO lib. I. hiſtoriae Sueu. cap. 15. p. 175.* quem locum exſcribemus: *Nec mirum*, inquit, *ſi tantae nobilitatis ſanguis* (locutus fuerat de Auſtriae duce, quem ſtrumoſus Heluetius occiderat in bello Heluetico Auſtriaco) *terram foecundet, & producat florem ſpecioſum. Legimus enim in chronicis comitum de Habsburg, quod tantum donum gratis datum habeant, vt quicunque ſtrumoſus aut gutture globoſus de manu alicuius comitis de Habsburg potum acceperit, mox ſanum, aptum, & gracile guttur reportabit. Quod ſaepe viſum eſt in valle Albrechtzthal in Alſatia ſuperiori, in qua ſunt homines ſtrumoſi naturaliter. Qui paſſim praedicto modo ſanabantur, dum vallis adbuc eſſet illorum comitum vel Auſtriae ducum. Inſuper notorium eſt & ſaepe probatum, quod dum quis balbutiens eſt, vel impeditus linguae, ſi ab vno principe de praemiſſis* (Auſtriae ducibus) *ſine alio quocunque ſuffragio oſculum acceperit, officium loquendi diſſertiſſime aetati ſuae congruum mox patenter obtinebit.* Verum qui Habsburgico-Auſtriacus imperator, Maximilianus, ad duodecimum fere aetatis annum potuit balbutire? vid. ſupra. Pergit *FABER* naeniarum *p. 175. Audiui etiam a iuuentute, & hodie vulgus dicit, & fama publica eſt, quamuis ſcriptum non inuenerim, quod praefati comites de Habsburg ab utero matris ſuae crucem auream in dorſo babeant, hoc eſt, pilos candidos, vt aurum, in modum crucis protractos. Nec hoc mibi difficile eſt credere, cum M. Venetus in itinerario ſuo ſimile ſe inueniſſe, recitet. Perambulans enim 45. annis regiones Aſiaticas, in Corzanorum regnum deuenit, cuius reges, licet ſint ſub rege Tartarorum, ſe tamen nobiliores prae aliis regibus iactant ex eo, quia, cum naſcuntur, ſignum aquilae nigrae ſuper humeros ſuos de vtero matris ſuae producunt, & per dies vitae hoc imperiali ſigno ſunt inſigniti, & cunctis populis honorabiles & metuendi habentur.* In ſequentibus vero piam prodit fraudem ſuam Faber, quare haec omnia effinxerit, ſcilicet, vt horrorem incuteret Heluetiis, quo ad Habsburgico-Auſtriaca imperia reducerentur. Hoc enim vtitur filo conſecutionis. *Iniuſte ergo opponunt ſe Schwizeri contra tam inſignes nobiles de Habsburg, duces, imo archiduces Auſtriae, nec patietur Deus, cuius beneficiis* (id eſt ſignorum portentis) *prae aliis ditantur, & gaudent iniuſtas eorum impugnationes.*

balbutientes facere diſertos; quod aurea *cruce* ſignati naſcantur.

De loco Felicis Fabri, *monachi* Weingartenſis, Patricii *in marte Gallico* (*q*). *Fraudibus eius generis figmenta tribuo clericorum* (*r*).

XXIII. Quod MATRIMONIIS creuerit foecundiſſima gens (*s*),

Singu-

(q) De Galliae regum miraculis circa ſtrumas depellendas agit *Dominicus;* ex aduerſo contendit *Chifletius* (*) in ampulla Rhemenſi. De Angliae regibus, medicis hominum ſtrumoſorum & ſpaſticorum, videatur **Puffendorfs Erläuterung** cap. 4. §. 4. p. 548. *Smitheus* lib. 3. flor. Angl, c. 19. ſect. 4. §. 2. Iac. *Valdeſius* de dignit. Hiſp. c. 16. n. 9. *Camerar.* in horis ſubciſ. cent. 3. c. 42. Wilhelmi III. nouiſſimi Britanniarum regis hic iudicio ſubſcribo, qui hanc regum praerogatiuam accenſuit anilibus fabulis,& ſuperſtitionibus ignauorum temporum, neque adduci potuit vnquam, vt rex ritu hoc ſtrumas & ſpaſmos ſanandi defungeretur. Quod improbum eſſet, Deo & populo illudere ſpecie rerum inanium.

(*) Vbi falſe perſtringit hoc, quicquid Galli de Regibus ſuis iactitent doni extraordinarii.

(r) Quod apud *vnctos reges* eſt manifeſtiſſimum. Cum enim *vnctionis regiae* ceremonia chriſtianis principibus ad Caroli M. vſque aetatem fuerit incognita, teſtes conduxit Ioh. Petr. **Ludewig in dem Päbſtlichen Unfug**, ſiue, vt verſionis Latinae titulus eſt: *naeniarum pontificis de iure reges adpellandi cap.* 3. *n.* 16. plurimi reges vnctionem, exemplo Henrici aucupis, ceu rem nouam, declinarunt. Hos vero vt allicerent ad ritum ſuſcipiendum, ementiti ſunt figmentum, quaſi per vnctionem rex familiaque regalis gratiam a Deo acciperet, edendi miracula inſtar Apoſtolorum aut ſacerdotum.

(s) Id quod facile eſt ad euincendum. Nam Europae principum familiae coniugia inuicem colunt recoluntque. Vt adeo vix vlla in Germania gens illuſtrior ſit, de qua non idem & affirmare licet, & comprobare luculenter. Imo vir ſtudii genealogici callentiſſimus, Boruſſiae regi ab intimis conſiliis, a *Guericke* eiusdem argumenti fecit periculum in gente *Kolbio - Wartenbergica*, demonſtrauitque, nullum inter omnes Europae reges & principes eſſe, qui oriundus non ſit ex ſanguine Kolbio - Wartenbergenſi. Sed heros ex hac gente ſuperſtes ſuppreſſit lucubratiunculam, ne publicam videret lucem (*). Auctor *Flori Europ. part.* 2. *p.* 297. inde redarguit Europae principes, quod ſanguini ſuo, id eſt, Auſtriacae genti ſint inimici. Verum facile ad reſpondendum,

Singulare eſt, quod Ganſius *in operoſo libro demonſtrat, nullum hodie in vniuerſa Europa* Regem *ac* Principem *melioris ordinis viuere, qui Auſtriaca gente non ſit oriundus p.* 12.

XXIV. Quod nullos habuerit TYRANNOS.

Addantur Vernulaeus, Piespordius, Schoenleben, Czerwenka, Wartbaur, Megiſerus.

Dubitatio aliquorum deſtructa in Alberto I. Carolo V. Ferdinando II. De menti *oblongioris* (t) *cauſa vid. ſupra* Berneggerus, Weingartenſis, Conringius. *Sed* Porta, *ab* Indagine *aliique in naturam inquirunt.* Naſum *& longum & aduncum olim pro ſigno regio habitum fuiſſe, docet Petr.* Crinitius.

XXV. Sine exemplo (**) eſt, Sacro R. I. Auſtriacam domum per tria fere ſecula Caeſares dediſſe (u).

dum, alias gentes idem obiicere poſſe Auſtriacis', quod hi ab illis non minus ſanguinem trahant; deinde amorem incipere a ſe ipſo.

(*) Prodiit tamen alius eiusdem fere commatis liber in 8vo, cuius auctor creditur B. Ludewig.

(t) Memorabilis de mento prominentiori Auſtriacorum locus eſt *Steph. PIGHII in Hercule prodicio p.* 119. quem exſcribemus: *Notabiliter & rarum in familia Auſtriaca eſt, nec non genuinum a proauis atauisque: quod maſculi fere omnes & feminae etiam plurimae mento naſcantur oblongiori,* (mit abhangenden breiten Lippen,) *non tamen indecenti, ſed cuius forma multum principes graui quadam maieſtate decoret, intuentibusque reuerentiam comitet. Mentum autem cum prolixius homini eſt, volunt Ariſtoteles, Palaemon declamator & Logus medicus, qui etiam de phyſiognomia ſcripſerunt, animum oſtendere pium, placidum, conſtantem & minime perturbatum. Quae virtutes ac dotes vt magnae & eximiae ſunt, ita principem iurium vehementer adornant. Maiorum iſtius domus plurima & inſignia facta celebrantur per orbem terrarum ab fide dignis ſcriptoribus memoria prodita ſunt,* & quae ſequuntur deinceps.

(**) Quod facile patet ex *inductione* aliarum gentium, penes quas reſedit aliquamdiu aquilae imperialis maieſtas. His enim periodis hiſtoriam S. R. I. diſtinguit *Ioh. Palatius,* qui ſingulis gentibus peculiaria dat volumina, in quibus *aquila Auſtriaca* reliquis longe eſt maius. Atque ex hac etiam cauſa *Auſtriam imperii coniugem* dicere ſolent, quod *p.* 350. *cap.* 4. *§.* 9. *lit. &c.* dictum eſt. Quo fine coronationem Ioſephi *hoc titulo* deſcripſit: *Auſtria S. R. I. coniux,* edidítque *Auguſtae* 1690. fol. C. L. THVCELIVS.

(u) Galli & Sueci id egerunt an. 1657. vt faſces imperii, praeteritis

Aquila S. R. I. quam vaga olim & inſtabilis? Ex vna gente Auſtr. XVI. Imperat. & XIII. ſerie non interrupta ſucceſſores (x), quos deſcripſere (y) ſigillatim.

XXVI. Vaticinia de FORTVNA Auſtriaca ad finem ſeculi duratura, deque vniuerſali monarchia (z). *De loco* Vopiſci *Symbolum Auſtriae quinque vocales: Auſtria Erit In Orbe Vltima (a):* **Aller Ehren Iſt Oeſterreich Voll.** *Variationes infinitas fere alias apud* Lambecium *in itinere: Cellenſi.* XXVII.

teritis Auſtriacis, principi Germaniae alii deferrentur. Imo ipſi ordines Auſtriae in ſuſpicione fuerunt, eos id agere, ne principem haberent Imperatorem, vid. ſupra. Quin vero diadema imperii Auſtriacos deſtituat, id quidem fieri nequit, niſi omnium difficillime. *Principio* enim alii Germaniae principes vix reditus & aerarium habent, quod par ſit ad onera ferenda imperii. *Deinde* Auſtriacis regionibus tanta priuilegia eſſe vidimus, vt tantum non auelli queant ab reliquo ſyſtemate imperii, ſi quidem a ſparta Caeſareae dignitatis excluderentur principes Auſtriaci. Taceo incommoda alia, animumque pontificis in Auſtriacos, & quae ſunt generis eiusdem.

(x) Siculae gerrae ſunt, quas *Bodinus* aliique canunt Germanis, *imperium Germanicum vni domui ita adfixum eſſe, vt omnino factum ſit hereditarium.* Sufficit enim Germaniae Caeſaris cuiusque formula iurisiurandi in capitulationibus, **ſich keines Erb-Rechts in dem Reich anzumaſſen.** Nullum tamen dubium eſſe *regum Romanorum ſurrogationes Auſtriacis multum profuiſſe ad imperii penes illos aeternitatem.* Quare hodie hoc inſtitutum apud alios ſuſpicionem excitat, apud alios vero inuidiam.

(y) Sigiſm. *Neumann.*, conſul Gubenſis, **Hiſtorie der Oeſterreichiſchen Käyſer**, Francof. ad Oderam 1660. f. quo volumine vitas exhibet Rudolfi I. Alberti I. Friderici III. Num telam pertexuerit vlterius, non conſtat. Neque intereſt hiſtoriae, cum vulgaria habeat & intempeſtiue philoſophetur. Idem agit Wurſbain in relat. hiſt.

(z) Locum Fl. *Vopiſci* adlegauimus ſupra *cap. 1. §. penult.* Inde furor poëtarum de Auſtriaca gente, qui olim de Fabia Ouidio fuerat:

Vna domus vires & onus ſuſcipiet orbis.

Plura ſuggerit *Pighius in Hercule Pudicio p. 118. 119.*

(a) Ita vaticinatum eſſe olim Arabem in concilio Conſtantienſi. *Kiefferus Quaeſt. 48. An Auſtria ad extrema mundi tempora in flore ſit permanſura.* Sed fata nunc putant natare. p. 199. Deus caſum auerruncet.

XXVII. Pietas & liberalitas Auſtriaca ſingularis in Eccleſiam (b).

Czerwenkae (c), Schoenlebii (d) hac in re ſcripta recenſita. Lequilii (e), Vermulaei (f), Weberi (g).

†XXVIII. Maximiliani I. tempore an. 1502. cogitatum de ordine S. Georgii aduerſus Turcas: eo quidem modo, vt equites penderent a Maximiliano; deinde in expeditione viuerent vno ſemeſtri propriis impenſis, altero autem imperatoris (*).

XXIX. Ordo Equeſtris ſub ſigno *rubrae crucis* S. Georgio ſacer a Friderico V. Imp. 1468. in Carinthia *Mulſtadii* (h) inſtitutus fuit, confirmante eum Paulo II.

(b) Inde quaeſtiones *Kiefferianae*. Quaeſt. 33. *de cauſa acquiſiti imperii a Rudolfo I. per adorationem ſacrae hoſtiae*, vbi eo reſpicitur: *quod Rudolfus ſacerdotem hoſtia inſtructum, cum eaque tendentem ad caſam agonizantis ruricolae, equo donauerit ipſeque equitantem pedibus, nudatoque capite ſit comitatus*. Hoc quidem alloquio: *aſcende equum meum, tu enim animas venaris, ego lepores.* Par itaque eſt, vt animarum venator vehat equo, ſequaturque eum pedibus auceps, venatorque ferarum. Quaeſt. 34. *de benedictione domus Auſtriacae ob S. crucem veneratam.* Quaeſt. 36. *de domus Auſtriacae ſingulari deuotione erga b. virginem Mariam*, ubi haec verba: *ſtatuae S. Mariae in Bohemia Caluiniani oculos eruerant, vltrix illa rebellibus eripuit victoriam an. 1620. Nam imago praelata eſt in acie.* Quod *Iſraeliticis ſerpens Moſaicus, id Auſtriacis Aue Maria.*

(c) Libro peculiari inferius laudando de *pietate Habsburgico-Auſtriaca.*

(d) *Annum ſanctum* inſcripſit eius argumenti librum, in quo omnium ſanctorum vitas recenſet, qui Auſtriacos ſanguine attingant. Nulla dies totius anni vacuus eſt a ſanguinis Auſtriaci ſancto.

(e) In Colloſſo Myſtico Auſtriacorum principum *tom. 2. Rerum Auſtriacarum f.*

(f) In libello de virtutibus Auſtriacis.

(g) In libello, quem inſcripſit: *Adamas Auſtriacus in 8.*

(*) Libellos, eo fine ſcriptos, & ordinis noui regulas, congeſſit Müllerus im Reichs-Tags-Staat Lib. 2. cap. 15. p. 336. ſqq.

(h) Sunt vero, qui natales tribuunt Rudolfo I. Habsburgico Caeſari, quod vero non eſt ſimile, cum Turcarum impetus eo tempore curae non fuerint populis Carinthiae. Quibus tamen ordo dicitur oppoſitus eſſe. Ita enim *Hadrian* SCHOON-BEEK

lo II. pontifice R. Differt ab hoc ordo MARTYRVM in STYRIA (i) pridem extinctus. Alius ordo quondam in Hungaria floruit *S. Mariae* ſacer cum viridi cruce (k). Conferri huc poſſunt ſocietas S. CHRISTOPHORI in Carinthia (l); collegium ſeruarum virtutis (m); culturae S. crucis (n); cum trica der Zopfgeſellſchafft (o) cetera.

St. Georgen-Orden Megiſero, Lazio, *Andr.* Fauino, Schoonbeekio, Mendani, *aliisque deſcriptus. An inſtitutus primum; an vero tantum inſtauratus? Quo loco is nunc ſit, non conſtat.*

XXX. S. R. I. VICARIATVM in Italia exercuiſſe Auſtriacos, lego: an hereditario iure, non definio (p).

XXXI. Ordo AVREI VELLERIS (q) 1429. a Philippo

BEEK *hiſtorie van alle Ridderlyke Krygs-Orders part.* 2. *p.* 155. Finis, quem ordinis ſocii propoſitum habent, ſunt *bella* aduerſus *Turcas* & *Haereticos*; vigiliae pro cuſtodia *hoſtiae conſecratae*, ſintque comites *hoſtiae latori*. Regulam *S. Auguſtini* colunt. Teſſeram habent *auream crucem* cum *corona*.

(i) *Regula* eos vixiſſe ſcribunt *S. Blaſii*: teſſeram habuiſſe *circulum*, cui imago inſcripta ſit *Coſmi* & *Damiani*: finem ſibi propoſuiſſe eius ordinis equites ad liberandum Chriſtianos a captiuitate Turcarum curandosque peregrinatores in Palaeſtinam. In auctore ordinis non conueniunt. Quidam ortum referunt ad tempora ſacrorum bellorum. *Schoonbeek part.* 1. *p.* 155.

(k) Quo conſule, quoue auctore inſtitutus ordo ſit, proditum non eſt. *Megiſerus part.* 2. *cap.* 19. *p.* 238. *Finis* fuerat bella aduerſus Hungariae inuaſores Turcas: teſſara *rubri coloris* veſtimentum cum *viridi cruce*. *Patrona* D. Virgo.

(l) Die ſogenannte Fluch-Geſellſchafft aduerſus illos inſtituta, qui formulis abuterentur iuramentorum. Inferius *cap.* 5. §. 6. *n.* 2. laudatus ſcriptor ordinis Megiſerus.

(m) Supra de his.

(n) Ibidem ſuperius.

(o) Superius inſtituti mentio facta *cap.* 1. §. 10.

(p) Nec quicquam. Licet Auſtriaci, Italis vicini, optime omnium hac ſparta poſſent defungi. Et forte conſultius eſſet, Germanicos habere in Italia vicarios, quam peregrinos principes, *Sabaudum* vel *Mantuanum*. Inter quos olim magnae fuerunt de hac ſparta concertationes. Ceterum de Auſtriaco in Italia vicariatu *FVGGER lib.* 3. *c.* 5. *p.* 305.

(q) Inde das güldene Vließ oder Vellus. Alii des güldenen Schöpfes oder Lammes.

Philippo bono Burg. D. inſtitutus eſt. Siue *Gidoni* (r) ſiue *Iaſoni* (s), quod parens a Turcis in colchide captus fuiſſet, ſiue etiam, vt alii, *lanificio* Belgico (t) ſacrum. Flamma, inter ſilicem & chalybem concepta, torquem efficit, ſiue in fortitudinis admonitionem, ſiue quod *Aſtrologus* diuinaret, illum demum Turcarum victorem fore, qui *ignem* geſſerit in *pectore* (u). Numerus equitum principio 25. tum 31. poſt 50. factus eſt (x).

Chifletii, Fauyni, Heuteri, Gollutii, Miraei *plenae ſunt huius ordinis deſcriptiones. Q. An per feminas poſſit transferri? Quia prouinciae eſt innexus.*

XXXII. Pacta SVCCESSORIA an. 1515. cum POLONIAE rege inita eſſe (y) Auſtriacis, ſunt, qui commemorant.

XXXIII.

(r) Iudicum cap. 6.

(s) Quorſum legi debent ſcriptores Argonautici. *Iaſone* enim denotari menſes vltimos anni dicunt, vtpote Iulium, Auguſtum, Septembrem, Octobrem, Nouembrem, quae tempora ſint vbertatis terra marique.

(t) Ita Petr. a S. Iuliano in origin. Burgund. c. 28.

(u) Ita enim domum Auſtriacam incendere inſtituerunt ſtudio bellorum aduerſus Turcas, inuaſores Hungariae. Quod illius principes torquem aurei velleris, id eſt, ignem gerrent in pectore.

(x) In tanto enim heroum numero, qui apud Carolum V. imperatorem ſpartam equitis aurei velleris ambiuerint, religioni tamen ſibi duxiſſe Caeſarem, ne adaugeret numerum, augendoque ordinis dignitas vileſceret. In nexu fidelitatis ordinis huius ſocii ſunt cum inuicem, tum erga ordinis patronum. Sic Auſtriacus princeps feloniae eſt accuſatus in Philippum II. Hiſpaniae regem, quod arma ſumſiſſet aduerſus eundem ſocius ordinis aurei velleris.

(y) Vt *Crato* ſcribit in epiſtola ad Auſtriae archiduces, praefixa Dubrauii Bohemiae, teſteque *GOLDASTO lib. 3. c. 13. de regno Boh. p. 351.* Subſcriptores pactorum fuiſſe aiunt, Maximilianum I. & Sigiſmundum. Verum quod ordines Poloniae calculum ſuum non addiderint, ipſa haud dubie Auſtria pactorum intellexit infirmitatem. Inde eſt, quod aliis viis vſi ſint poſt illa quoque tempora principes Auſtriaci ad Poloniam obtinendam: ſucceſſorii autem iuris nunquam adlegauerint argumentum.

XXXIII. Pacta MVTVAE DEFENSIONIS, eine Erb-Vereinigung, cum HELVETIIS (z).

XXXIV. Quod tempore interregni nulli Auſtria ſubſit VICARIO imperii (a), affirmant.

XXXV. Iure gaudet Auſtria, noua inſtituendi (b) VECTIGALIA, & priſtinorum tributa adaugendi.

XXXVI. Epiſcopi Curienſis pincernae ſunt Auſtriaci (c), a quo etiam fiduciae lege accipere dicuntur Tirolenſem comitatum (d).

XXXVII. Illuſtres quondam Auſtriacorum ADVOCATIAE *Salisburgenſis*, *Paſſauienſis* (*e*), *Ratisponenſis*

(z) Ad quae identidem prouocauit an. 1701. Trautmannsdorffius, Auſtriacus legatus, vt Heluetios a partibus Gallorum auocaret. Cum vero Heluetiis tanta cum Auſtriacis diſſidia ſint, mirum non eſt, vinculum hoc temporum obliuione obliteratum eſſe. Ceterum foedus tribuitur Maximiliano I. an. 1518. teſte Auſtriaco legato in comitiis an. 1641. apud *Londorpium tom.* 5. *lib.* 1. *p.* 521.

(a) Ita *Thulemarius cap.* 22. §. 4. *de octouir. p.* 275. Nullius tamen memini exemtionis. Neruus itaque argumenti latet in eo, quod neque Boioariam neque Auſtriam nominet *A. B. tit.* 5. §. 1. in deſcriptione Palatini vicariatus. Qua de re ſingularia habemus in der vollſtändigen Erläuterung der Güldenen Bulle tit. 5. §. 1.

(b) Teſtibus *SIXTINO de regalibus lib.* 1. *c.* 4. *n.* 34. & *Andr. KNICHENIO de Sax. non prouoc. iure cap.* 5. *n.* 74. Vbi idem etiam mentionem facit priuilegii Brandenburgicii apud *TOMINGIVM tom.* 1. *conſ.* 3. 9. *n.* 92. Scilicet in ſingularibus Germaniae prouinciae hoc non tam priuilegium *poſitiuum* eſt, quam *reſeruatiuum*. Serio enim inculcanda eſt regula: quicquid rex Bohemiae facere poteſt in ſuo regno, hoc integrum quoque eſt electoribus in ſuo territorio. Aliud iudicium exigunt principes beneficiatorum feudorum.

(c) Pro temporum antiquorum ſuperſtitione, vbi maximo ſibi honori duxerunt principes laici, ſi a clericis eligerentur curiae adminiſtri. Petro enim ſe praeſtare ſeruitia, exiſtimarunt, imo per Petrum ipſi Chriſto, Sed neutri vllo vnquam tempore opus fuerat pincerna.

(d) Vtriuſque rei teſtes ſunt *BRVSCHIVS de epiſcopatib. Germ. cap.* 3. *p.* 30. 32. atque ICtus *KNICHEN de Sax. prouoc. iure cap.* 6. *n.* 6. 7. *p.* 240.

(e) Teſtibus *LAZIO lib.* 12. *c.* 9. *ſect.* 6. *comment. Reipubl. Rom.* Diploma eam in rem, anno 1058. ab Henrico IV. conceptum exhibet

ſis (*f*), *Brixienſis*, *Tridentini* (*g*), aliorumque epiſcopatuum (h).

†XXXVIII. Archiduces Auſtriae ſuos MARGGRAVIOS; BVRGGRAVIOS; COMITES & DOMINOS *prouinciales*, (Land-Herren,) vaſallos & landſaſſios habuiſſe, illud alibi probabimus (*).

XXXIX. Olim id praecipui iure habuere Auſtriaci, quod principes APANAGIATI quoque adpellati fuerint DVCES (i): cum hi in aliis prouinciis in ordine tantum haberentur nobilium (k).

XL. Iure gaudent RELVENDI oppignorata imperii (l). (**)

XLI.

exhibet *MAGERVS de orig. aduoc. cap.* 5. *n.* 373. *p.* 149. 150 Add. *WVRFBAIN in relat. Hiſt. p.* 22. 23.

(f) Quoniam Auſtriaci in locum ſucceſſerunt Comitum a Thraſma, Ratisponenſium aduocatorum, *Magerus cap.* 5. *n.* 376. *p.* 149.

(g) Teſtimonio *KNICHENII de Sax. non prouoc. iure c.* 5. *n.* 497. *MAGERVS cap.* 5. *n.* 348.

(h) Omnium ſcilicet antiſtitum viuentium in Auſtriaco territorio epiſcoporum, abbatum, praepoſitorum, & qui generis eiuſdem *MAGERVS cap.* 9. *n.* 650. *p.* 398. Addantur, quae ſupra habentur p. 112. ſq.

(*) In der Rechtlichen Erläuterung der Reichs-Hiſtorie gegen den Abt zu Cothwiz p. 726. & in Halenſibus diurnis 1737. num. 14.

(i) Ita *Iob. a LEIDES in annal. Belg. lib.* 29. *c.* 2. cuius verba ſunt: *Itaque Wilbelmus & Albertus dicuntur duces in Bauaria, non quod Bauariam poſſidebant, ſed quod ſanguine Bauarorum nati erant. Ducatus enim AVSTRIAE & Bauariae boc in ſe comprebendunt, vt omnes de ſtirpe eorum prodeuntes ducantur duces vtriuſque.*

(k) Hodie vnum idemque apanagiatis cum principe rectore nomen eſſe conſtat cuique. Olim vero principum filii apanagiati venerunt nomine *Iungberrorum* ſiue Juncker. Quam indignae rationes ſint, ob quas priſtinos mores aetas noſtra migrauerit, ſupra oſtendimus, quae huc eſt conferenda. Forte hunc etiam fontem *praecedentia* habet apanagiatorum Auſtriacorum, vid. ſupra, quam tamen illis ſoleat diſputare.

(l) Priuilegio Wenceslai idque in Sueuiae tantum Landuogtia *FVGGER. lib.* 3. *c.* 8. *p.* 359.

(**) Hodie tamen poſt inſtrumentum pacis Weſtphalicae priuilegium hoc inane, quippe quo omnes oppignorationes impe-

XLI. Expectativam habent ſpemque in feuda Sueuiae aperta (m).

XLII. Bohemiae elector archipincernae munere defungi non obligatur (n), regali diademate redimitus.

XLIII. Bohemiae rex ad comitia accedere non obligatur, niſi haec in loco habeantur, qui a Bohemiae regno non adeo (o) fuerit remotus.

XLIV. Quondam Bohemiae elector directorivm ſibi adfectauit in collegio principum electorum (p). Verum an. 1708. Moguntino cautum eſt reuerſalibus (q).

XLV.

imperiales irreluibiles factae. Confer Capitulationes illud ſequutas. Fruſtra ogganiente Limnaeo ad Capitulat. cuius argumentum legere volebat B. D. S. C. H. in diſſ. de reluit. opplgn. imper. ſed acriter deſuper reprehenſus a collegis ſuis.

(m) Eodem Wenceslao largitore idque in tractu Sueuiae Landuogtiae. Verba recitauimus ſupra. Mirum eſt, Auſtriacos huius priuilegii, ſi genuinos id ſenſus habet, non fructus vlteriores reportauiſſe.

(n) Priuilegio an. 1298. concepto ab ALBERTO I. imperatore his inter alia verbis: *Quod magnificus rex Bohemiae nobis ad preces noſtras apud Noribergam coronatus miniſtrauerit in officio pincernatus: hoc non de iure, ſed de mera dilectione eum feciſſe dicimus. Et deinceps ſub corona regia nobis vel ſucceſſoribus noſtris non teneri Boh. reges teſtamur & volumus hoc decreto. Dat. Norib. an. 1298.* Diploma exhibet *CZECHORODIVS in Marte Morau.* lib. III. c. 7. p. 390. (*) Idem Carolus IV. repetiit poſtea *A. B. tit. 4. §. 5.* Egomet ſibi ita neque Caeſarem, neque Bohemiae regem putauerim bene conſuluiſſe. Non primum, quia medii aeui tot exempla ſuperſunt, Daniae reges imperatori aulica officia exhibuiſſe; neque alterum, qui eo ipſo non obſcure agnoſcit, clientelam imperii indignam eſſe faſtigio regali.

(*) Item nouiſſime Schmincke in Supplem. Actor. publ. ad Goldaſt. p. 266. ſq.

(o) Priuilegio Friderici II. Caeſaris an. 1212. quod extat *diſſert. LVDEWIGII de ſuffragio reg. B. cap. 2. n. 8. p. 63. 64. lit. i.* Scilicet tum comitia inſtituenda ſunt vel Bambergae, vel Merſeburgi, vel Noribergae aut his non remotiori loco.

(p) Late ac plene de hoc poſtulato *GOLDASTVS lib. 4.* de regno Bohem. c. 7. §. 8. p. 464.

(q) Idque decreto comitiali eſt factum, quod exhibet *LVDEWIG de ſuffrag. Boh. R. cap. I. c. 1. §. vlt. p. 23.*

XLV. Iure gaudent Auſtriaci, feuda acquirendi (r) per vniuerſum imperium, ſine vllo Caeſaris (*) interceſſu.

XLVI. In Auſtriae regionibus *iudicia*, *venationes*, *foreſta* omnia FEVDALIA praeſumi (s) & libertatem allodialem cuique probandam eſſe (t) ſcribunt.

XLVII. Interdicitur imperium, patrimonium habere (u) in Auſtriacis.

XLVIII. Auſtriae ſubuaſallus feudum neque ſub infeudare (x) neque elocare (y) poteſt alii, niſi cum archidu-

(r) Ita *LIMNAEVS iur. publ. lib.* 5. 2. *n.* 32. *p.* 38. Idemque *ITTERVS cap.* 23. *de feudis imperii* §. 11. *p.* 986. Eadem forte ratione, qua id datum eſt electoribus in *A. B. tit.* 10. §. 2. vt cauſas non habeant Auſtriaci, hoc electoribus priuilegium in dubium vocandi. Quaſi ſcilicet deſuetudine fuiſſet ſublatum, quod dictu tantum non improbum eſt, cum leges imperii nullo non tempore loqui intelligantur.

(*) Aſt vero idem & reliquis ſtatibus permiſſum ſiue actiue, ſiue paſſiue.

(s) Priuilegio Friderici II. an. 1245. apud *CVSPINIANVM p.* 32. Verba ſunt: *Cuncta ſecularia iudicia*, *bannum ſyluestrium & ferarum*, *piſcinae & nemora in ducatu Auſtriae debent iure feudali a duce Auſtriae dependere.* Id eſt, quod *KIEFFER quaeſt.* 40. p. 208. 209. addit, omnia haec praeſumuntur eſſe feudalia.

(t) Alias enim regula ICtorum eſt, quamlibet rem praeſumendam eſſe *allodialem*, id eſt, liberam. Quoniam ad hanc prouocans rerum indolem ſe fundet in libertate naturali. Verum enimuero cum *venatio* maior, *iudicia* ciuilia & criminalia, imo & *foreſtalia* iura principis fuerint territorialis reſeruata, & poſt demum ordinibus prouincialibus delata ſint, id quidem *facti* eſt, quod non praeſumi debet, ſed probari.

(u) Verba priuilegii Fridericiani an. 1245. ſunt: *Imperium nullum feudum habere debet Auſtriae in ducatu.* Meo iudicio idem hoc eſt, Auſtriacum territorium perfectum eſſe, nullis imperii feudis immediatis interceptum. Imo cum Caeſares in aliis Germaniae prouinciis quandoque *domanium* aliquod habuerint, *palatinatus* verbo adpellatum, idem nefas eſſe in Auſtriacis.

(x) Quamuis enim hoc fas ſit iure communi, cum dominus directus nihil perdat, eique primus vaſallus in ſubſidium teneatur, ſi defecerit ſubvaſallus.

(y) Quod nullo iure eſt prohibitum, praeſertim ſi conductiones non ſint perpetuariae.

chiducis conſenſu (z).

† XLIX. Auſtriae archiduces iure gaudent alienandi bona eccleſiae, ſine conſenſu clericorum vel alterius (*). Imo archiducum ſolus conſenſus ſufficit, ſi clerici illa voluerint alienare (**). Neque etiam acquirere poſſunt eccleſiae bona immobilia, ſine archiducum conſenſu (***).

L. Auſtriacam domum MATRIMONIIS ſua incrementa debere (a), non virtuti (b), acerbo liuore ſcri-

(z) Verba Frider. II. ſunt: *qui in Auſtria babet poſſeſſiones feudales, bas nulli locet ſeu conferat, niſi eos prius conduxerit a duce Auſtriae, ſub poena feloniae*, *KIEFFERVS Quaeſt.* 40. *p.* 208. Dubium tamen eſt, num verba haec potius velint, quod quidem Auſtriaci vaſalli ipſi iure ſuccedant, qui tamen feudalia praedia nequeant aliis elocare, niſi ab archiduce fuerint inaugurati. Sed fateor, hoc Friderici II. priuilegium an. 1245. conceptum, quod etiam *Limnaeus lib.* 5. *c.* 2. *n.* 30. *Iur. publ.* recitat, mihi ob plurimas cauſas videri ſuſpectum. Facit enim mentionem *electorum*, *arcbiducum*, *palatinorum*, quo verbo ipſi & electores veniunt, & dux Auſtriae, *ordinem ſucceſſorium* verbis deſcribit A. B. quae omnia aetatis notam habent recentioris. Quae cum ſtomachum moueant, vix a me impetrare poſſum, cetera, quae in eo habentur, enumerare.

(*) Eſt hoc priuilegium admodum inſigne, ipſo vſu cognitum, probatumque aliquoties. An. 1526. & 1630. atque noſtra aetate an. 1704. imperatores, Ferdinandus & Leopoldus hoc lure vſi ſunt, atque tertiam argenteae ſupellectilis partem addixerunt fiſco Turcici, Hungarici & Gallici belli impenſis, exhauſto aerario.

(**) Quod ſibi Auſtriaci adrogant, qua eccleſiarum Auſtriae vniuerſae patroni & aduocati. Teſtis eſt utriuſque iuris *REVTER in different. Auſtr. & Rom. iuris tab.* 19. *p.* 18. *n.* 4. 5. 7. 19.

(***) Eius rei varia habentur archiducum publica edicta 1515. 1524. 1669. Ad quae l. c. prouocat Auſtriae ICtus Reuterus.

(a) Vulgi ſermone dicitur: *Bella ducant alii*, *tu felix Auſtria nube*. Sic enim Burgundia; ſic Hiſpaniarum monarchia; ſic Hungariae Bohemiaeque regna Auſtriacis acceſſiſſe, intelligi poteſt ex capite ſecundo. Ita autem non *Sueuiae* principatus; non *Tirolum*, regni aemula; non *Carintbia*; non *Geldria*; non *Zutpbania*; non *Friſia*; non aliae regiones momenti minoris.

(b) Cum enim feminae principatuum heredes multos habere ſoleant

ſcribunt Galli. Hi enim dolent, Galliae regibus in nullo vnquam matrimonio ita felicibus eſſe licuiſſe (c). Contra hoc gaudent elogio Auſtriaci, quod vel infimam agricolae caſam non poſſideant, quam inter caedes & lacrymas acquiſiuerint rationeque cum iniuria alterius coniuncta (d).

LI. In Auſtriae archiduces committitur crimen LAESAE MAIESTATIS (e). Iudicio veteris Germaniae

ſoleant corriuales, quod ſupra videre eſt in exemplo Maximiliani I. inſignis plane virtutis eſſe videtur, tot competitoribus praeferri. Addatur *Didacus le QVILLE parte 2. Auſtriacae pietatis triumpho, matrimoniis fortunatae.*

(c) Commentatio memorabilis eſt *Ioh. LIMNAEI ad lib. 5. iur. publ. cap. 2. n. 21. p. 685. Res notatu digna eſt in regno Galliae, quod ab ipſius incunabulis hucuſque, nullius regis vxor illud auxerit acceſſione vlla ſtabili. Neque auxilio adiumento & fauore ſtatum firmauerit, potius rixis, damnis & expenſis onerauerit eundem.* Quod iudicium deſcripſit ex *TVRQVETI libro 7. de la monarchie Ariſtodemocratique p. 493.* qui tamen prouidentiae diuinae cauſam in eo ponit, Deum ita Gallos docere voluiſſe, quod lilia non nent, & quod virtute vti deberent, non coecis fortunis.

(d) Per ſingulas Auſtriacorum prouincias hoc argumentum tractant ICti, concluduntque, Auſtriacorum bona, praedia, principatus, regna, imperium acquiſita eſſe virtute duce, comite fortuna. In quorum numero ſunt *LEQVILIS tom. 2. in Auſtriacae pietatis triumpho,* & *tom. 3. de omnibus matrimoniis Auſtriacis, tam marium, quam mulierum* aduerſus iniquiſſimum iudicium *Hippolithi a LAPIDE*, qui paſſim fortunas Europae poſuerit in domus Auſtriacae excidio, *KIEFFER quaeſt. 22. 23. 24. ſeq. Leonhard. WVRFBAIN in relatione hiſtorica, Habsburgico-Auſtriaca*, durch was Mittel das Hauß Oeſterreich zum Beſitz ſeiner Lande kommen.

(e) Iudicio *KIEFFER quaeſt. 43. p. 219.* Idque ex verbis priuilegii Auſtriaci: welcher Innwohner des Landes, oder der Güter darinn hat, wider den Ertzhertzog thut heimlich oder öffentlich, der iſt Leib und Gut verfallen. Hoc itaque caſu Auſtriae archiduces maiora iura haberent ipſis nouemuiris electoribus. In hos enim non ſui cauſa, ſed imperatoris ergo, de cuius *ipſi corpore ſint*, crimen hoc committitur *tit. 24. A.B. pr.* Plane vti imperatores Arcadius & Honorius *l. 5. quisquis C. ad L. Iul. maieſt.* Memini ante biennium argumentum *Viennae* in cathedra aliquem reſpondiſſe de crimine laeſae maie-

niae eadem poena ſtatuta eſt in illos, qui principem offenderunt territorii (f).

LII. *Friſiae* VICARIATVM Auſtriacis tribuunt (g), largitore Friderico V. Caeſare. Cuius tamen vſus (h) hodie vix patet.

LIII. Supremum CELERVM (*) CVRSORVMque *tribunal* (i) ſibi Auſtriaco-Burgundos adſerere cum in Germania, tum in Belgii prouinciis, ſunt, qui ſcribunt. Cum vero *poſtarum* iura penes *Taxios* ſint, qui illa ab imperatore

maieſtatis in electores commiſſo. Abhorruiſſe ab inſolentia tituli quoſdam ab initio proceres, quaſi electoribus tribueretur maieſtas: ſed fundamento aperto illi non potuere non adprobare dogma, quod ex electoribus & dominis territoriorum originariis milites faceret, & officiales imperatoris.

(f) Scilicet cum nemo dubitet, *Rheinkingium* in eo peccaſſe, quod principes Germanie Caeſaris dixerit officiales; certus ſum, in principium imperii violatores ex alia cauſo vltimo ſupplicio & bonorum confiſcatione animaduerti, quam ex fundamento *l. 5. quisquis C. ad L. Iul. maieſt.* Olim certe haec poena eoſdem manſit, antequam vlla iuris Romani auctoritas eſſet in Germanico imperio.

(g) Auſtriacus, qui eſt princeps Belgarum, ſimul eſt perpetuus S. R. I. per Friſiam *vicarius*. Quam dignitatem ſibi & poſteris acquiſiuit a patre Friderico V. Maximilianus; teſte *GVICCIARDINO in deſcript. Belgii p. 173.*

(h) Diſputant alias ICti, num Friſiae vicariatus *Palatino* debeatur, an *Saxoni*, an vero *neutri?* Quam litem reſpondet Ludewig in Erläuterung der Güldenen Bulle tit. 5. §. 2. p. 581. Qui ergo vltimum ſentiunt, illi locum faciunt Auſtriaco vicariatui. Sed ita ſpartam ſibi haud dubie ſumeret rex Hiſpaniae, Belgii dominus. De vicariatu Cliuiae ducis per Rheno vicinas prouincias Weſtphaliamque dicetur in notitia prouinciarum regni Poruſſiae.

(*) *Celerum.*) Puarii comitis cum Taxiis diſſidia ſuper iure poſtarum in prouinciis Auſtriae hereditariis hic debent attingi & recenſeri.

(i) *KLOCKIO* teſte *ds coll.* cap. 2. n. 30. das Hauß Burgundien ſolle das Generalat über die Poſten im H. Reich und den Niederlanden verleihen. Ad quem etiam prouocat *LIMNAEVS ad lib. 5. iur. publ. c. 2. n. 51.* & *Oldenburg.* in Lim. enucl. lib. 3. c. 2. §. 24. p. 368. *Hoernigk* c. 15. theorem. 2. p. 121.

peratore accipiunt renouantque: non video (k) idoneum huius rei fundamentum.

† LIV. Eſt etiam hoc illud peculiare: quod comici; muſici; gymnaſiaſtae ſingulare forum habeant ac tribunal, comitum de Breuner, familiae delatum ſub verbo **eines Spillgravenamts** (*). Num haec ſparta adnexa ſit muneri camerariatus, **dem oberſten Cammereramt in Oeſterreich**, dubium eſt?

LV. Quondam Auſtriaci archiduces imperialia iudicia habuerunt quamplurima. In quorum numero fuerant I. Fori *bulla* BRABANTINI (l); II. Sueuiae iudicium prouinciale, **das Käyſerl. Land-Gericht in Schwaben** (m); III. NELLENBVRGICVM (n); IV. RANKVILANVM (o); V. FRAVENFELDENSE (p);

L 3

(k) Notum enim eſt, quod Taxiorum inueſtitura non ab Auſtriaca aut Burgundica domo, ſed ab imperatore imperioque pendeat renoueturque Lud. *HORNIGK. c. 15. p. 122.* Cum tamen Taxii ſedem plurimum Bruxellis habeant, forte Belgii Hiſpanici poſtas beneficii ſeu feudi loco tenent a rege Hiſpaniarum.

(*) Habes titulum: **Vom Spillgravenamt des Oeſterreichiſchen oberſten Cammerers, Grafens von Breuner**, in QVARIENTVM codice iuris Auſtriaci p. 303. ſq. mereturque haec res explicatiorem locum.

(l) De hac conſulatur *Fritſchius* ex inſtituto.

(m) Oeniponti. De quo ſcripſimus cap. 3. (**) Addatur *Balthaſar* de iudiciis S. R. membr. 7. n. 7. ſuperius item cap. 3.

(**) Namque locorum, vbi inſtitui diuerſis anni temporibus ſolet, nunc *Altorfenſe*; nunc *Iſnenſe*; nunc *Leutkirchianum*; nunc *Rauensburgenſe* adpellatur.
Quorſum facit opuſculum: de *Sueuiae Landuogtia* in *quadrurbe.* Confer. huc Schneider, de proceſſu & ſtatuta **von dem Schwäbiſchen Land-Gericht** in 4t.

(n) *Kieffer* de iudicatura imperatoris quaeſt. 42. p. 217.

(o) A pago Rankweil non procul a Veldkirchio diſſito. Quod olim 12. adſeſſores S. R. I. comites & barones habuit *Georg. SCHLEE* in relat. hiſtor. inf. Rhet. p. 9. **N. L. G. O.** Ferdin. archiducis part. 2. tit. 1. Priuilegium huius iudicii antiquiſſimum, quod ab huius iudicii ſententia ad alia prouincialia iudicia prouocare non liceat. Imo a iudicio prouinciali Sueuico in transactione an. 1533. latrocinia, furta, incendia aliaque criminalia valeat auocare. **G. L. G. O.** l. c. **§. Nemlich welcher.**

(p); VI. *Alſatiae* LANDGRAVIATVS (q); VII. *Hagenouienſe* (r), & ſi quae ſunt alia generis eiusdem. Tot enim iudiciis Sueuiam & Franconiam inſtruere Sueuici (s) imperatores, comitum forte numero exinde contracto.

LVI. Auſtriaci duces iniuriam Angliae regis Richardi non ſolum captivitate vlti ſunt (t), verum neque

(p) Ab oppido Frauenfeld in Torgouia. Prouinciale hoc iudicium Sueuiae ducibus vſque ad Cunradini obitus permanſit an. 1268. Quapropter etiam Rudolfus Habsburgicus filium illo judicio inaugurauit. Sigiſm. Conſtantiae oppignorauit hoc iudicium, ſed haec excidit poſſeſſione 1499. Inde Auſtriacorum iura illud Maximilianus I. detulit Heluetiis. *Ioan. Franc. DIETERICH* de tribunali Imperii Germanici p. 231. *KIEFFER quaeſt.* 42. *n.* 218.

(q) Hunc etiam Landgrauiatum non Alſatiae ſuperioritatem voluiſſe, ſed iudicium prouinciale, ſiue aduocatiam, late probauit *OBRECHTVS in prodromo rer. Alſat. c.* 5. (*)

(*) Das Land-Gericht auf der Lauben zu Hagenau. Inde non adpellari ad cameram, tuetur *MINDANVS lib.* 1. *de proceſſ. cam. tit. de priuil. ſtat. p.* 225. Ex aduerſo contendunt *GYLMANN. tom.* 3. *ſymphorem. p.* 275. *RVMELINVS* ad A. B. *tit.* 11. *part.* 2. *diſſert.* 2. §. 6. *p.* 205.

(r) De huius iudicii poſſeſſione Auſtriae ducem Fridericum mit der leeren Taſchen deſtituiſſe ſcribunt imperatorem Sigiſmundum, vid. ſupra. Fridericum V. reſtituiſſe in illud Auſtriacos. Deſcribit illud *KIEFFERVS quaeſt.* 29.

(s) Opinor enim, Caeſares Sueuicos haec iudicia non qua Caeſares inſtituiſſe, ſed qua Sueuiae duces, comitibus de hoc munere dimiſſis. Inde enim 1) prouincialia iudicia audiunt 2) iurisdictio eorum non ſe exerit vltra limites vnius prouinciae, 3) non ſuprema ſunt, verum ſubalterna. Conf. c. 2.

(t) Quod *primas* diſputauerit Auſtriacis, *qui inter praerogatiuas alias* hanc etiam haberent, *vt in exercitu imperiali primarium conſtituerent cohortem*, (daß ſie den erſten Hauſen ausmachten). Alii ſcribunt, regem Germanis diſputauiſſe proedriam, Caeſare abſente. Alii, quod, cum Auſtriaci oppugnatae vrbis muros primi conſcendiſſent, rex eum honorem Anglis dederit, Auſtriaco vexillo deuecto. Ita *VINESAVF in ſcript. Angl. Th. Gale p.* 301. *Matth.* PARISIENSIS ad an. 1192. *NEVBRIGENSIS lib.* 4. *c.* 29. 31. *VERGILIVS* lib. 14. p. 334. *CRVSIVS* annal. Sueu. part. 2. p. 405. *AVENTINVS lib.* 7. *p.* 403. *GOLDASTVS tom.* 3. *Conſtit. p.* 304. 305. *Chron. Reuberb. ad h. a.* Cum vero Richardus an. 1192. per

que dimiſerunt ante captiuum, quam, lytro ſoluto (u), ipſe *vniuerſum Angliae* regnum Germanico imperio *in feudum* obtuliſſet (x). Vt adeo *dominium Angliae directum* Germania deberi videatur fortunae ac fortitudini principum Auſtriacorum.

CAPVT V.

DESCRIPTIO
regionum Auſtriacarum politica.

§. I.

Principio nobis BOHEMIA ſe offert; cum vltra ea, quae Germanicae ditionis ſunt, progredi nolimus.

per Germaniam in Angliae regnum ſumeret reditum, proditusque eſſet Erdbergae, Viennae vicino in pago, Leopoldus, iniuriae memor, eum in cuſtodiam miſit. *RIGORDVS de geſtis Philippi Aug.* p. 35.

(u) In ſumma multae differunt. *Quinquaginta* enim *millia marcarum auri* neſciunt cum hodierno numorum genere computare. Id Auſtriae annales habent, quod iſta pecunia cum Vienna amplior ſit reddita, tum eius vrbis epiſcopatus.

(x) Caeſari Henrico VI centum millia marcarum ſoluta eſſe ſcribunt, *FVGGER lib.* 2. *c.* 3. *p.* 175. Vt vero Germanico imperio dignitatis vindicata memoria eſſet, ſcribunt, regem Angliae regnum donauiſſe imperatori, ab eoque *illud iterum in feudum ſolenniter recepiſſe.* Haec enim verba ſunt Anglici ſcriptoris *Rogerii de HOVEDEN hiſt. Angl. p.* 724. *Rex Angliae,* inquit. *Richardus in captione Henrici imperatoris detentus, vt captionem illam euaderet,* * *DEPOSVIT SE DE REGNO ANGLIAE, ET TRADIDIT ILLVD IMPERATORI, ſicut vniuerſorum domino, & inueſtiuit eum inde per pileum ſuum, ſed imperator ſtatim reddidit ei, & inueſtiuit eum per duplicem crucem.* Conferatur Ludewig in formula ducatus Brandenburgici *§.* 9. *p.* 81. *lit. d.* (*)

(*) Alii enim ſcriptores omnes tam Germani, quam Angli lytri ſolius mentionem faciunt, omiſſa hac inueſtitura.

(y) Quamuis enim ex aduerſo contendi poſſit, in clientelarem hunc Angliae nexum Angliae proceres nullo tempore conſenſiſſe; neque pacta illa libere facta eſſe: reponi autem poteſt ad primum, quod tum Angliae regnum non fuerit adductum; ad alterum, quod metus, quo pacta extorta ſunt, nihil habuerit iniquitatis.

§. 1. Sunt eius XVIII. regiones, in quas diuiſum eſt Bohemiae regnum, ita inuicem vnitae ac *conglobatae*, vt in *coronae* formam ſe flectere videantur, a vicinis quibusque *montibus* aut *ſiluis* contutae ac circumſeptae.

Commoda ſitus; quod non diſtractae regiones; quod aditu difficiles. Magnitudo earum cum orbicularis ſit, an ex ambitu 110. *mill. colligi poſſit? A* Bodino *error inſignis detectus Mathematicorum.*

In *meditullio* non minus regio Boh. *montoſa* eſt. Praeterea in celſitates ſurgere Bohemiam, plura produnt.

Inde fluuii omnes egrediuntur Bohemiam, nullus eam ingreditur. De ſilua Herzynia: *montibus* giganteis *& ſpectro ibidem Ronzeuallio*, dem Riebenzahl, *vt hiſtoria fert.*

§. 2. Aqvarvm flvviorvmqve copia Bohemi abundant; ſuas tantum bibere, rigari ſuis tantum, in pretio habent.

Vni Albi *vndecim alios fl. in Boh. miſceri, ſcribunt. Nominis* Elf ſ. Elb *cauſam vel inde petunt, vel quod XI. fontibus originem debeat. Caroli IV. conatus,* Moldauiam *cum* Danubio *coniungendi, an contrario Boiorum ſtudio fuerit eliſus?* thermarvm *in Boh. multitudo.* Teplicensivm *ab an.* 762. *memoria, quae omni morborum generi prodeſſe celebrantur.* G. Schwenkfeldius, *Matth.* Sommerus *de iis ex inſtituto.* Carolinae (a) *an.* 1370. *a Carolo IV. inuentae glandulas, ſtrumas, paralyſes ſanare dicuntur,* Ionſtonus, Kircherus *de iis. Vtinam vero in tanta iſthuc peregrinantium turba quisque & virium ſuarum & temperamenti, & aetatis examen inſtitueret, alicuius Medici opera, qui & prudens & ſciens eſſet, harum item thermarum non ignarus: neque tot homines* acherontem *inciderent, qui fontes* ſanitatis *quaerunt in Bohemia. Verbis ſcribo, honoris cauſa nominandi, ſoceri mei D. Joh. Mich.* Kuhnii *in Vrbe, thermis hiſce vicina, Friburgenſi per XL. annos Medici ac Phyſici experientiſſimi.* Acidulos *fontes*, die Sauerbrunnen, *alios quosque, plures enim in Bohemia ſunt,* Egrenſes *vincunt,*

(a) Fridericus *Hofmannus* & *Bergerus*, primus Poruſſiae, alter Poloniae regis archiater de Carolinarum thermarum rationibus naturalibus & medicis ex inſtituto.

cunt, quorum lagenae, *auctoritate ſenatus obſignatae, in Poloniam Germaniamque aduehuntur.*

§. 3. METALLORVM omnis fere generis foecunda Bohemia; auri; argenti; ſtanni; cupri; ferri; plumbi; mercurii; aeris alius.

Querela Bohemorum de neglectis fodinis: quarum plurimae corruerint vetuſtate, non paucis etiam aqua expletis, irreparabili regum ciuiumque damno. Cauſae, an bellum Huſſiticum, an tricennale, an vtrumque? Quo tempore arenarum aurearum intermiſſae lotiones, in tanta auriferorum *montium & amnium multitudine. An* aurum album *in Bohemia? Olim magna abundantia* von gediegenem Gold oder Silber. *Bohemia olim regnum* aureum. *De fodinis* Ioachimsthalenſibus, *quae ab an.* 1586. *ad* 1601. *dederunt* 30. *tonnas: & monetandi iure* der Schlickenthaler. Rationarium *omnium quondam in Bohemia fodinarum an extet? De Metallurgia Rudolfi II. Salomonis Bob.* aurei *vulgo Regis. De multitudine* adeptorum *cultorumque* lapidis Philoſophorum *in Bob. Praeſtat etiam* calx *in Bohemia; binc Itali:* paſta di Praga.

§. 4. Pretioſorum LAPIDVM GEMMARVMQVE nulla fere non genera B. R. profert. Vnio; Adamas; Amethyſtus; Cryſtallus; Topazius; Sapphirus; Hyacinthus; Smaragdus; Rubinus; Granatus; Beryllus; Turcus; Chryſopraſus; Carbunculus; Calcedonius; Sardonix, vt minoris pretii alios taceamus, in Boh. reperiuntur.

Rudolfo II. debent notitiam harum diuitiarum Bohemi. Latebant fere hi theſauri eouſque. Quantae artis ſit, haſce ac orientales gemmas internoſſe (*b*) *Anſelmus* Boethius *laudatus de* gemmis, *Bohemicis maxime, vbi vixit. Quare hoc ſtudium hodie in B. R. frigeſcat. Ars* vitriaria *floret in B. R. vitra in Germaniam & Belgium diuenduntur.*

§. 5. Feraciſſima etiam Boh. FRVMENTI; *ferarum; piſcium; armentorum; croci; lignorum; lini & lanae.* Vnde non ſibi tantum ſufficit, ſed vicinorum etiam ſub-

L 5 uenit

(*b*) Solidiate autem orientalibus cedunt gemmae Bohemicae. Laeduntur ergo, ſi collidantur. Sed quis eſt, qui pretioſorum lapidum hoc facere voluerit periculum?

uenit indigentiae (c). Multum etiam aeris Bohemiae ex Suecia, Polonia, Hungaria, Germaniaque acceſſit commercio litterario (d) academiae Pragenſis.

Miſnenſes, inprimis die Bergſtätte *promum condum ſuum dicunt B. Quae neceſſitudo Saxoniae cum B. amicitiam alit, ſeruatque. Tantum illa non fame perierunt A.* 1698. als Böhmen geſperret war (*e*).

§. 6. Sale tamen ac vino (f) caret Bohemia R. *Illum* olim noſtrae *Halenſes* ſalinae, nunc *Polonia* praebet: hoc ex Hungaria aduehunt.

De nomine Dobreſol, *quo Halas noſtras Bohemi adpellant: de pactis ſalinariis noſtrorum cum Boh. R. Quid de commendatione vini Bohemici apud* Balbinum?

§. 7. Incolarvm *virtutes* ſunt, corporum robuſtitas animusque bellator (g): inter *vitia* referuntur cupiditas vindictae, perduellio, ingenia parum obtuſa.

Dira multorum in Boh. ſeruitus: cauſae in Morauiam emigrandi. Ingens incolarum quondam multitudo, cum, Wilhelmo Slauata B. R. Cancellario teſte, A. 1622. triginta familiar. millia *propter religionem* (*) *exiiſſe legantur. Damna exinde regnum hoc irreparabilia & hominum ſenſit & facultatum.*

(c) Vere ſcribit *BARCLAIVS*, Bohemiam Caeſarum Germanicorum per tot ſecula cellam, culinam, menſam, aerariumque fuiſſe. Aut, quod alius habet, Germanicus Caeſar ſalario viuit Bohemorum. *BALBINVS. part. 2. lib. 3. c. 1. §. 1.* Idem dec. 1. lib. 3. c. 4. §. 9.

(d) Ex quo enim ſtudia academica an. 1350. alpes transmigrarunt, principio diuerterunt apud Bohemos, Pragae inſtituta academia. Qui ergo antea litterarum cauſa peregrinati ſunt in Italiam, illi Pragam ſine petierunt eodem. Vt calculus vere ſit opinabilis, vno tempore Pragae quinquaginta millia ſtudioſorum vixiſſe. Ingeniorum hoc regimen ſpreuit & flocci fecit Wenceslaus. Muſae itaque, Praga depulſae, in Germaniam interiorem penetrarunt 1400. Lipſiae, Ingolſtadii, Erfurdi, Viennae, Heidelbergae incepere Academias.

(e) Schroeteri Fürſtliche Schatz-Kammer c. 39. p. 208.

(f) De vino Bohemico *Albinus chron. Miſn.* lib. 2. p. 11.

(g) Plurimi Bohemi ſtipendia meruerunt apud Germanos, atque ex Germania in patriam numati reuerſi ſunt. *Balbinus* dec. 1. lib. 3. c. 4. §. 9. p. 36.

(*) Supr. laud. Stransky cap. 6.

tatum. Facies R. hinc non parum mutata. Tempore Rudolfi II. numerab. 34700. *pagos :* 732. *vrbes : arces* 124 : *patresfamilias* 304700. *Sunt, qui Bohemis exprobrant feritatem ; furorem ; rerum peregrinarum admirationem ; patriarum faſtidium ; ſeruitutis ac inediae impatientiam. ; bibacitatem ; verſatile ingenium. Sunt, qui* extollunt *in iis hoſpitalitatem ; in rebus ſecundis conſtantiam.* P. Stranskius *laudatus :* In Böhmen blühen mit dem Glück die Tugenden : und mit ihrem Unglück wachſen die Laſter.

§. 8. Regis Bohemiae quondam potestas, non *abſoluta ;* ſed procerum comitiorumque decretis *temperata* fuit : verum an. 1619. hac fere libertate ordines regni (vid. ſupra) mulctati ſunt.

Succeſſionis ; tributorum ; legum ; pacis ; bellique iura olim penes ordines. Patebit hoc, ſiue initia Reipublicae, ſiue progreſſum, ſiue vſum denique ac conſuetudinem animo recolueris (h). Dictum von der Anhaltiſchen Cantzeley ; Böhmiſchen *actis ; libriſque aliis.* Burggr. *Pragenſis vices R. Pragae ;* Cancellarius *Viennae res B. tractat* in der Böhmiſchen Cantzeley.

§. 9. Illorum, qui *ius regni* habebant, tres olim ordines : Cleri ; Nobilitatis ; Civitatis (i). Quorum iura hodie minuta ; non ſublata prorſus ſunt.

Singularia ; quod ordinum bona pleraque allodialia, *perpauca feudalia :* alta & baſſa *iurisdictione :* venandi piſcandique *poteſtate*, *non* priuilegio, *ſed ſua* natura *gaudeant. De iure* indigenatus, *quo exteros quosque a regni iuribus excludunt. Quod ſumma in R. B. dignitas* Baronum ; *neque maiori loco* Comites *ibi ac* Marchiones *habeantur (k). Quod*

(h) Equidem Bohemiae ordines an. 1619. varia ediderunt ſcripta, in quibus Bohemiae regnum adductiſſimum eſſe adfirmarunt, imo ipſam regum ſucceſſionem procerum arbitratu temperatam eſſe, dixerunt, vt integrum eſſet ordinibus, diſcedendi a regali ſtirpe, ſiquidem cauſae illis eſſent non leuioris momenti. Ex aduerſo contendit *Goldaſtus* in gratiam Auſtriacorum *in libris de regno Bohemiae*, qui digni eſſent, vt iterum in lucem irent, cum rari ſint lectuque vtiles.

(i) Ex inſtituto *Gold. lib.* 5. *c.* 1.

(k) Imo *baronum* & *dynaſtarum* olim maior dignitas, quam *comitum.* Comites enim iudices in fundo alieno fuerant ; dynaſtae

Digitized by Google

Quod Praga *ciuitas olim prae* Equeſtri *ordine locum habuerit.*

§. 10. Legvm in Bohemia conditor *Primislaus* fuit, qui an. 725. veteres regni conſuetudines primum in ordinem dicitur digeſſiſſe (l). Sed priſtino more paulatim deſuefacti B. Magdebvrgica ivra in deliciis habere coeperunt (m), quae etiam an. 1200. ab iis recepta omnino & introducta ſunt (n), nulla iuris neceſſi-

naſtae & barones rerum propriarum domini. Hodie vero ipſi Bohemi hos titulos ita diſtinguunt, vt comites praeferant baronibus. In regni tamen comitiis vtrique ſedent ſine diſcrimine.

(l) Ita Hagecius ad an. 722. Primislaus lehrete alles Volck ſeine Rechte, welche er zu halten ausgegeben, und machte die halbe wilde Leute ſeiner Herrſchung unterthan. Superſunt hodieque *iura & ſtatuta Primislai ducis.* Imo antea quoque multa narrare ſolent de Pauilo, rege Hermundorum in Bohemia, inſigni legislatore. Loca collegit *GOLDASTVS lib. 4. c. 15. p. 542. 543.* Et ſane Bohemiae regnum antiquis temporibus celebratur mater & fons *legum Slauicorum.*

(m) Imperio id factum eſſe *Ottonis Magni*, Caeſaris, perhibet in Bohemia *Goldaſtus lib. 4. c. 15. p. 542. 543.* Verum enimuero id mihi quidem nequeo perſuadere. *Primo* enim Bohemiae dux iure ſuperioritatis autocratico vſus eſt, exemplo principum Germaniae aliorum. *Deinde* Rudolfi I. Caeſaris Habsburgici tempore adhuc ſcribunt, ſpreuiſſe Bohemos omnes leges ſcriptas, & iudices in ſententiis ferendis ſuo vſos eſſe iudicio, necquicquam legibus & voluntatibus aliorum. Idem vno ore ſcribunt in Wenceslao rege, genero Rudolfi Habsburgici Caeſaris, *Syluius*, *Pontanus*, *Dubrauius*, *Boreccius.* Vbi illud ſingulare eſt, propoſuiſſe tum regem ordinibus: *ſe Romanorum legibus, ex Italia adducendis, locum facturum eſſe in regno Bohemiae, imo ad iurisprudentiam Romanam diſcendam ſe inſtituturum eſſe academiam.* Sed abhorruerunt ab vtroque populi Bohemiae, ne patriae mores migrarent, amitterent libertatem, peregrinis polluerentur moribus, ſummatim, ne paterentur ſtatus mutationem.

(n) Patet hoc *primo* ex ſententiis cauſarum Bohemicarum, quae cum in Halenſi ſcabinatu latae ſint, in eius hodieque ſuperſunt tabulario. *Deinde* iuris Saxonici ſpeculator claris id verbis ſcribit: Nun haben die von Magdeburg mit der Weiſeſten Rath in den Landen Land-Recht und Weichbild-Recht und Lehn-Recht mit der Käyſer Kör und Willen erſatzt. Deß ſich bedienen die von Polen; die von Böhmen; die Marck Bran-

ceſſitate, ſed opinione aequitatis (o). Diſplicere haec ipſa poterant, cum an. 1350. ROMANI IVRIS veſtigia ſentirent, quod doctores in Academia Pragenſi publice profitebantur (p). Tandem

ergo

Brandenburg; alle Sachſenland; alle Hertzogen-Land; alle Weſtphalen, Thüringen, des Rheinſtroms, von dem Lande um bis an die wilde See. Ita codex manuſcriptus in ſupellectili Ludewigiana cap. 2. *diſſert. de ſuffragio Bohem.* §. 14. *lit. u. p. 91.* Concinit Artic. 10. *Weichbild. Sax.* eidem teſtimonio. *Praeterea* docent hoc, teſtanturque ICti & hiſtorici, *TREVTLER* lib. 1. diſp. ſelect. 1. th. 10. *Matth. STEPHANI* part. 1. lib. 3. de iurisdict. cap. 3. n. 28. *GRYPHIANDER* de Weichb. *Sax.* cap. 8. n. 4. *GOLDASTVS* lib. 4. cap. 13. p. 526.

(o) In eo enim necquicquam conſentire poſſum illis, qui *Magdeburgi & Halae imperiales ſcabinatus* fingunt, qui, a Caeſare iuſſi, iura dederint Bohemis, Polonis, ceterisque, vt putat *Goldaſtus* lib. 4. c. 13. §. 4. p. 527. Veriores contra ſunt alii, qui & leges & ICtos Saxonicos a Bohemis libere & aequitatis opinione conſultos fuiſſe putant, non aliqua Caeſarei mandati coactione & neceſſitate *BESOLDVS de maieſtate c. 4. n. 3.* Ioh. *DAVTH. in hypotypoſi ſect. 8.* Conf. *Ludewig. de ſuffragio Bohem.* c. 2. §. 14. lit. u. p. 90. 91. 92. Alterum plura confirmant 1) quod quaelibet Germaniae prouincia ſuis legibus viuit. 2) quod Caeſar facere id non potuerit in praeiudicium ſuperioritatis territorialis, Bohemici principis. 3) quod Magdeburgicus antiſtes aluerit viros egregios ad ius dandum, adeoque peregrinos quoque inuitauerint ad ſententias Hala vel Magdeburgo petendas. 4) quod ſuo reges Bohemici arbitratu tollere in regno potuerint Saxonica iura. Quod factu nefas fuiſſe alias.

(p) Ipſum enim Carolum IV. tradunt, ea occaſione *leges Bohemiae condidiſſe.* Peregregie *DVBRAVIVS lib. 22. hiſt. Bohem. c. 33.* his verbis Caroli IV. deſcribit inſtitutum: *Ad ius patriae deſcribendum legesque neceſſarias condendas ſe tranſtulit. Ne iudices arbitraria capitis ſui, quod vſu hactenus venerat, pro iure haberent. Quippe arbitria ſaepiſſime variantur, ius autem ſcriptum vna ſemper voce loquitur. Adhibitis ergo ICtis conſtitutiones non ſatis probatas retractauit, & alias ſubſtituit.* Imo ſuperſunt *conſtitutiones Carolinae*, quas vno volumine exhibuit *Paulus Geſchinius* codice his verbis inſcripto: *MAIESTAS CAROLINA ſiue conſtitutiones Caroli IV. Rom. imp. quibus ille regnum Bohemiae formandum cenſuit Hanoniae 1617. fol.* Verum pleraeque leges in hoc libro ſunt

vel

ergo (q) e *triplici* iure *antiquo* Bohemico; deinde *Magdeburgico* & *Romano* nouus *legum codex* factus, formatusque ac ſaepius deinceps reformatus eſt, qui hodieque publicis typis (r) hoc titulo proſtat: Böhmiſche Landes-Ordnung ſamt erneuerten und reformirten Articuln.

Dictum de cauſis recepti iuris Magdeburgici? an religio? vicinorum cum Bohemis conſuetudo? aequitas iuris iſtius? auctoritas aſſeſſorum? an, vt mea ſententia eſt, quod Bohemia eſſet in dioeceſi Magdeburgica?

§. 11. In iure ſacrorum olim Bohemia (s) addicta fuit

vel *publicae*, vel *eccleſiaſticae*, conceptae aduerſus haereticos, vel denique aduerſus violatores pacis publicae. Vt adeo facilius ad credendum ſit, quod *Goldaſtus lib. 4. c. 15. §. 9. p. 545.* habet, Carolino codici pridem derogatum fuiſſe, *Diploma Iohannis, marchionis Morauiae, de abrogatione codicis Carolini Bohemici* habes in Beylagis Gold. p. *64. 65.*

(q) An. 1483. *Victorinus de VVSSEHRD, ICtus nobilis, iura prouincialia regni Bohemiae inſigni commentario in nouem libros diuiſo illuſtrauit*, cuius libri exempla in manuſcriptis codicibus habentur paſſim apud cauſarum patronos, teſte *Balbino in epitome lib. 5. c. 11. p. 567.* Typis etiam iura Bohemica exſcribi curauit M. *Biccius de Zlitſca.* Sed taeduit operis imperfecti ordines, quorum iudicio alia perperam poſita, alia omiſſa eſſent, inde nouum Bohemicarum legum volumen editum 1569. & 1579. P. *STRANSKIVS* cap. 12. p. 445. §. 3. cuius inſigne commentum eſt de re legislatoria Bohemorum, quamuis inimicum paſſim animum prodat in Germanos. Nouiſſima volumina ſunt *Petri STVRBAE* Böhmiſche Landes-Ordnung, Lipſ. *1616.* f. Böhmiſches Stadt-Recht in Prag und andern Städten, Lipſ. *1614.* f. *Differentias autem iuris communis & Bohemici* in epitome tractauit *Chriſt. KYBLIN a Waffenburg, Pragae 1664. in 8.* Addi poteſt Ad. Cramer Extract aus den Böhmiſchen Stadt- und Land-Rechten, Lipſ. *1671.* in 8.

(r) Inter epitomatores iuris Bohemici eſt *Vitus APTHALMIVS, Strakomzerus PROCESSVS IVRIS MVNICIPALIS INCLYTI REGNI BOHEMIAE* cum iure prouinciali & ciuili Romano collatus, *Pragae 1585. in 8.* Vbi pleraque iuris Bohemici capita docentur ſummatim.

(s) Ante enim, quam ſacris Chriſtianorum pleraque addiceretur Bohemia, eius regni eccleſiae nunc ſub *Paſſauienſi*, iterum ſub *Ratisbonenſi*, multoties etiam ſub *Salisburgenſi* fuerant antiſtitibus, quod argumentum tractat *Goldaſtus* lib. 5. c. 2.

fuit Magdeburgico antiſtiti (t): poſt Moguntino, qui Bohemiae etiam regem vnxit inaugurauitque (u); tum ſuo inſtructa eſt metropolita (x) Pragenſi archiepiſcopo an. 1343. Quem *alii* LEGATVM *natum* (y) adpellant,

(t) Illud plura produnt. *Principio* inſtitutum Ottonis I. qui Magdeburgicum archiepiſcopum conſtituit omnium Slauicarum eccleſiarum primatem, *Ludewig de Primatu Germaniae cap.* 2. §. 7. *Deinde* adpellationes ad Magdeburgicum antiſtitem factas etiam in cauſis adpertinentibus, exemplo Panormitani. *Poſt* ipſarum legum Magdeburgicarum auctoritas in Bohemia. Cum enim *Magdeburgicus antiſtes*, praeſes & Iuſtinianus eſſet Saxonici iuris, non vero Saxo princeps elector, eo facilius permiſit Bohemiae rex, vt cauſas Bohemi Halam & Magdeburgum ad reſpondendum transmitterent.

(u) Factum id forte eſt mox a temporibus Ottonum. Quamuis enim *Goldaſtus lib.* 5. *c.* 2. 3. Ottoni iam primo tribuat, quod ipſe Moguntino *Germaniae primati* addicat Bohemiae epiſcopatus. Verum nullo vnquam tempore Moguntinus *primas Germaniae* fuit, qui error Goldaſtum in quoque iure egit in transuerſum.

(x) In tempore, quo *Pragenſis* antiſtes a iurisdictione exemtus fuerit *Moguntini*, conueniunt omnes. Supereſt enim *diploma Clementis VI. papae, quo anno 1343. epiſcopum a iurisdictione Moguntini archiepiſcopi abſoluit, pallio donauit nouum archiepiſcopum*, fecitque id rogatu Luzelburgi, coram Iohanne & Carolo IV. Caeſare, de quo *CZECHORODIVS in maieſtate eccleſiae Pragenſis radio 2. p. 59. & radio 3. p. 186. 187.* Ex quo etiam tempore ius vngendi & conſecrandi Bohemiae regem manſit penes Pragenſem (*). *HAGEC. ad an. 1343. STRANSKIVS reipubl. Bohem. c. 5. §. 29.*

(*) Mediante peculiari diplomate de anno 1387. Carolus IV. ipſi quoque ius creandi Notarios per Germaniam & Bohemiam valituros conceſſit.

(y) Cum enim primum Pragenſem archiepiſcopum ipſe Carolus IV. Romam miſerit ceu *ambaſſiadorem*, Papa eundem perpetui legati honore pariter affecit, cum ſciret, quantum antiſtes poſſet apud Carolum imperatorem. Mortuo archiepiſcopo *legati nati* honor a pontifice datus eſt cum ſucceſſori, tum ipſi archiepiſcopatui Pragenſi an. 1364. ab Vrbano V. papa, quod extat apud *CZECHORODIVM in metropoli Pragenſi radio 3. p. 191.* vbi inquit: *Ita Pragenſi eccleſiae ſingulare decus acceſſit, dum archiepiſcopo Pragenſi, qua legato Apoſtolico & quidem nato ſiue perpetuo non tantum* Litomiſslenſis,

lant, alii PRIMALEM (z), cui Bambergam & Miſniam (a) ſubiiciunt non ſine iniuria. Maiori in errore verſantur,

lenſis, Olomucenſis & Vratislauienſis; *ſed etiam* Miſnenſis; Ratiſponenſis & Bambergenſis *dioeceſes ſubiiciebantur:* inſuper habitis Magdeburgici & Salisburgenſis iuribus.

(z) Sed falſo. Nullum enim diploma reperire potuit, ex quo id probare poſſet *BALBINVS in miſcell. regni Bohem.* decad. I. lib. 6. part. 2. §. 2. p. 18. *de primatibus Bohemiae regni* ex inſtituto. Verum ludit tantum verbi primatus iuſto ampliori ſignificatu. Quaſi primas idem eſſet, quam praecipuus in regno antiſtes; cui primae deberentur tempore interregni; qui etiam proedriam haberet ante liberos regis itemque ſtatim poſt coronatos vertices, & quae argutiae ſunt generis eiusdem. Verum vti vnius regni vnus tantum *primas* eſt, ſeu patriarcha, quamuis *legati nati* honore poſt Pragenſem etiam gaudeat Salisburgenſis; ita, veritas inconcuſſa manet, neſcire Germanicum imperium, cuius Bohemia pars eſt, primatem alium, quam Magdeburgicum. De quo *Ludewig* ex inſtituto ſcripſit in ſingulari lucubratiuncula de *primatu Germanici imperii.*

(a) Egiſſe id Carolum IV. vt Pragenſi ſubderentur Miſnenſis, Salisburgenſis & Bambergenſis epiſcopi, ſcribit *GOLDASTVS* lib. 5. Regn. Boh. c. 4. n. 24. 25. ſq. p. 579. Cauſas ergo non habet *BALBINVS* l. c. p. 27. quod narrationis in hoc argumento veniam petat: *Inſuper annotat Beneſſius* (ineditus auctor, Caroli IV. hiſtoricus, ſcriptor plenus & magnae fidei) *cum alias ſaepe, tum nominatim an. 1367. ab Iohanne I. archiepiſcopo Pragenſi Miſniam & Luſatiam viſitatam fuiſſe, non obſtante, quod Miſnenſis eccleſia ſit ingenua* (erroneo Balbini iudicio). *Nollem vllius eccleſiae iuribus praeiudicare, ſed ad haec ſcribenda manifeſta veritas me compellit.* Verum enimuero *primo* id in animo fuiſſe pontificis, ego certe non reperio. Diploma enim, quod *CZECHORODIVS in eccleſia Prag. radio 3. p. 191. ad an. 1364.* exhibet, id necquicquam dat Pragenſi. Verba eius ſunt: *Nos* (papa) *volentes te* (archiepiſcopum Pragenſem) *amplius honorare tibi & ſucceſſoribus, vt liceat tibi & eis in Bambergenſi, Ratiſponenſi, Miſnenſi ciuitatibus & dioeceſibus, etiamſi Salisburgenſis* (a quo Ratiſponenſis dependet) *& Magdeburgenſis* (a quo dependet Miſnenſis, quod iterum teſtimonio papae firmiſſimum eſt,) *in ciuitatibus praeſentes exſtant, pallio vti & crucem ante te deferri, facere, & benedictionem populo dare.* Me iudice, papa firmat hic iura cum Magdeburgico, tum Salisburgenſi, in vtroque epiſcopatu. Quoties Pragenſis non ſui cauſa, ſed auctoritate inſtructus papae, qua legatus eius-

dem

verſantur, qui Pragenſem antiſtitem pro S. R. I. principe (b) habent, cum ſacra miſceant profanis (c) neſciantque

dem iuit, toties neque in iſtis locis ipſi viae praecluſae eſſe videbantur. Vt adeo non ſui ergo, ſed pontificis cauſa illa polleret facultate. Verum etiam hoc diſplicuit his Germaniae antiſtitibus. Ita enim *FABRICIVS lib.* 2. *annal. an.* 1375. ſcribit ex Miſnenſi tabulario: *Impetrat ab Vrbano pontifice Carolus IV. imperator, vt antiſtiti Pragenſi, tanquam legato Apoſtolico, ſubiicerentur Ratisponenſis, Bambergenſis & Miſnenſis praeſules: ſed pro ſua quisque parte ne fieret, propugnauit fortiter. Cumque poſt biennium moreretur Carolus, libertatem eorum priſtinam amplius nemo mutare cogitauit.* Vt adeo conatus ille omni caruerit ſucceſſu.

(b) Pragenſem archiepiſcopum ad *DVCIS* & *PRINCIPIS* euexit dignitatem (*) (zum Herzoglichen Biſchoff) Rudolfus II. imperator anno 1602. diplomate, quod integrum exhibet *BALBINVS miſcell. regni Bohem. dec.* 1. *lib.* 6. *part.* 2. *c.* 1. *p.* 15. 16. 17. Imo diploma hoc illud etiam commemorat, quod in Bohemico tabulario ſuperſint Caeſarum ac Bohemiae regum libelli, in quibus praeſul *Pragenſis* ſalutatus iam olim ſit *principis* adpellatione, vtpote an. 1202. an. 1315. & an. 1350. Vt adeo *titulus* hic, aliquamdiu intermiſſus, nunc poſtlimii quodam iure reſtitutus & inſtauratus eſſe videatur. Verum quaeſtio iam non eſt de *Bohemiae principis*, quod ex his monumentis patet, nominatione; ita enim *princeps* regni *landſaſſius* eſſet inſtar principum Sileſiae Landſaſſiorum: ſed id hic venit in diſceptationem; num *Pragenſis antiſtes principis S. R. I. nomen* mereatur?

(*) Idem quoque egit Leopoldus imperator an. 1699. in perſona Ferdinand. Math. de Pilenberg.

(c) Principio ſibi id docuiſſe videtur *Boleslaus BALBINVS miſcell. regni Bob. lib. 6. part.* 1. *c.* 1. quod antiſtes Pragenſis non Bohemiae tantum, ſed etiam S. R. I. princeps ſit. Cum enim an. 1669. Matthaeus, Balbini commilito, ad archiepiſcopi Pragenſis dignitatem eſſet euectus, gratulationis officio defuncturus lucubratiunculam huius argumenti ſcripſit: *Pragenſem antiſtitem ducem eſſe & principem* S. R. I. Probauit inſtitutum Matthaeus, atque nouo conatu an. 1671. titulum in libellis adſciuit, accepitque ab aliis; *archiepiſcopus Pragenſis S. R. I. princeps.* Imo vero ipſe GOLDASTVS principis imperii nomine dignum habuit archiepiſcopum Pragenſem, idque ex argumentis, quae prodidit *lib.* 5. *de Bob. regno cap.* 3. & 4. Inuido tamen oculo verbum hoc quidam ordines intuentur cum ob inſolentiam eius; tum vero, quod vereantur, fore, vt Pragenſis inde plus ſibi iuſto ſumat, *landſaſſiatum*

que ſuffragii iura in Germanicis comitiis conſiſtere potuiſſe apud archiepiſcopum prouincialem (d). Vt nullum

ſaſſiatum declinet, adfectet ſuperioritatem, &, vt technico verbo rem exprimam, *imperii Germanici immedietatem.* Quid igitur mihi de ea videatur, quidam amici, vt exponerem, voluerunt.

(d) In ſummam contrahemus argumenta & Goldaſti, & Balbini, quibus vterque probare vult: *Pragenſem archiepiſcopum eſſe principem S. R. I. Principio* aiunt ipſum multoties acceſſiſſe ad comitia cum in Germania habita, tum in Italia transalpes. *Reſp.* Saepe dictum a me eſt, probatumque, prouinciales etiam ordines olim comitiis interfuiſſe. Quo igitur tempore abeſſe coeperunt ordines prouinciales, illo etiam Pragenſis archiepiſcopus emanſit, vt adeo nihil praecipui hic habeat ante nobiles & antiſtites landſaſſios. II. Pragenſem antiſtitem in Caeſareis diplomatibus reperiri ſubſcriptorem ante principes & duces S. R. I. *Reſp.* Priori etiam loco praepoſiti, praelati, abbates illa ſubſcripſere, quibus tamen nemo dederit honores principales. Notiſſima enim illorum temporum ſuperſtitio, qua clerici ante laicos ſine vllo diſcrimine primam occupauerunt claſſem. III. Pragenſem antiſtitem a Caeſare inauguratum eſſe. *Reſp.* Hoc factum ſacri muneris ergo, non intuitu regionis epiſcopalis, quae permanet landſaſſica. IV. Bohemiae regi Pragenſem non homagium praeſtitiſſe, ſed tantum iuraſſe fidelitatem. *Reſp.* Vltimum ſatis eſſe, praeſertim ſacris antiſtitibus, qui perſonae intuitu non ſint in nexu principum ſecularium. V. Eſſe exempla, quod Pragenſis antiſtes regi Bohemiae morem non geſſerit. *Reſp.* Neque ille muneris ſui intuitu a Bohemiae rege pependit; epiſcopalis fere regionis ergo iura maiora non habuit, quam alii ordines landſaſſii. VI. Priſtina eſſe documenta, in quibus cum Caeſar, cum Bohemiae rex antiſtitem principis verbo ſalutauerint. *Reſp.* Factum hoc eſſe in ſenſu vulgari, quo princeps idem eſt, quam praecipuus, quia primus ei locus inter landſaſſios non diſputatur, non vero in *curiali*, & ſi hoc vltimum, principem tamen intelligi landſaſſium. VII. Friderici II. demum priuilegio Pragenſem a Bohemiae regibus coepiſſe inaugurari. *Reſp.* Muneris epiſcopalis intuitu Caeſar principio omnium habuit epiſcoporum inaugurationes, verum quaeſtio hic eſt de epiſcopali regione. VIII. Caeſarem prohibuiſſe epiſcopum Pragenſem, ne regi Bohemiae obſequeretur an. 1042. *Reſp.* Factum hoc eſt in diſſidiis

lum inde conſecutionis filum ſit ad Imperii *immedietatem*, ſuperioritatemque territorii (e). Non itaque plus iuris habet Pragenſis, quam eius ſuffraganei (f). Id quod etiam intelligitur ex illius priuilegiis, a Bohemiae rege impetratis (g).

Singulare eſt, quod apud Panormitanum *legi*, Regem Bohemiae vxorem ſuam coram archiepiſcopo Magdeburgico accuſaſſe. *Sed dicis: Epiſcopus* Pragenſis *fuit ſub* Moguntino, *qui ei tandem ius hoc remiſit? Hunc nodum ſoluam inter differendum. De* Carlſteinenſi *archiuo*, vbi & inſignia Bohemica aſſeruantur.

§. 12. Iohannitici, ordinumque aliorum milites ſacros (h) extinxit Wenceslaus.

diis inter regem Bohemum & Caeſarem. Hoc autem caſu imperator vult, vt prouinciales ordines, ſuo principe territoriali poſthabito, ipſum ſequantur. *Goldaſtus lib. 5. c. 4. §. 8. p. 573.* IX. Pragenſem antiſtitem munere defunctum eſſe cancellarii in aula Caeſarea. *Reſp.* Haec ſparta conſiſtere poteſt cum landſaſſiatu, quem illa non tollit. X. Elegiſſe epiſcopum Pragenſes canonicos, ſed Caeſarem eundem confirmauiſſe. *Reſp.* Intuitu muneris, non territorii, quod ſaepe eſt dictum. XI. Caeſarem iure gauiſum eſſe primariarum precum in Pragenſi archiepiſcopatu. *Reſp.* Negat tamen hoc *Goldaſtus* lib. 5. cap. 3. §. 16. dicitque, precum primariarum iura Caeſari competere nonniſi in epiſcopatibus immediatis; nequicquam in prouincialibus, vnde ei in Bohemia, Morauia, Luſatia, Sileſiaque illa negentur. Alia omitto momenti longe minoris. Vt adeo exulet omnino Principis S. R. I. dignitas apud antiſtitem Pragenſem.

(e) Miror itaque, permiſiſſe Bohemiae reges tituli inſolentiam ab anno 1669. Qui regi damna adferre olim poteſt quamplurima.

(f) Epiſcopi ſcilicet *Olomucenſis*, *Litomislenſis*, *Reginobradecenſis*, *Litomericenſis*, quos recitat *Balbinus dec. I. lib. 6. cap. 9.*

(g) Speciminis loco eſſe poteſt priuilegium Ottocari regis an. 1222. quod exhibet *Goldaſt. in adpend. document. p. 52.* Vbi Pragenſis eximitur a collectis, vectigalibus, aliisque oneribus landſaſſiorum. Atqui philoſophorum axioma eſt: priuatio praeſupponit habitum.

(h) Inſtituto enim Wenceslai Caeſaris ordines ſacrae militiae extincti ſunt, quod ſpes decollaſſet recuperandi *terram ſanctam*, quo fine ipſi olim fuiſſent inſtituti, DATTIVS *lib. 1. c. 2. p. 224. Bernh.* LATOMVS *in hiſtor. ordin. epocha 5. ad an. 1319.*

§. 13. Bohemiae REDITVVM ſcribunt, *duas tertias* ſiue beſſem cleri eſſe (i), *vnam tertiam* ſiue trientem regis. Dedit forte id cauſam Carolo quarto, vt leges conderet *domaniales* de non alienandis rebus regis aulae deſtinatis (k).

† §. 14. Curia FEVDALIS BOHEMIAE REGNI maior eſt foris, quam domi. Nam in Germania eidem plures dynaſtiae clientelari nexu addictae ſunt. Idque prouidentia & procuratione Caroli IV. exempli loco eſſe poſſunt RVTHENI comites. Nam *regalia* ſola imperii feuda ſunt; ipſa latifundia vero Bohemiae regno clientelaria (*). Nouiſſimo quidem beneficio; ne ſinguli feuda

an. 1319. LVDEWIG **im vertheidigten Preuſſen, wider den unbefugten Anſpruch des Teutſchen Ordens**, cap. 3. §. 14. p. 52. 53.

(i) Neque mirum hoc eſt, quoniam notiſſima Bohemorum ſuperſtitio & religionis nimietas, quae clericis diuitias peperit. Anno enim 1471. Pragenſis archiepiſcopus, Paulo *Zidekio* teſte, qui tum vixit, reditus annuos habuit *octoginta millia* aureorum. Quam eo tempore ſummam vix attigit maximus Germaniae ducatus. Calculos hodiernos nemo computauit. CZECHORODIVS enim *in metropol. Prag. radio* 2. & BALBINVS *dec. 1. lib. 6. part. 2. c. 3.* in potentia & opibus archiepiſcopi deſcribendis ſubſiſtunt in vetuſtioribus. Ceterum LL. Caroli IV. cautum eſt, ne eccleſiae acquirerent bona immobilia ſine conſenſu regis. Addita cauſa, ne regnum, quod roſerint haſtenus, penitus deuorarent.

(k) Potiſſima legum domanialium momenta exhibebimus. Principio queritur legiſlator, de domaniorum diſſipatione regni Bohemiae. Cauſas deinde ponit in fraudibus officialium; in abſentia regum; in profuſis regum largitionibus; in facinoroſorum hominum ſceleſta vſurpatione. Sequuntur poſt leges domaniales ipſae 1) rex iuramento, verbis conceptis praeſtito, promittat ordinibus, ne quid ipſe diſtrahat de domanio, 2) rex violator teneatur periurii, 3) qui a rege ſiue clam, ſiue palam, ſiue gratis, ſiue pretio propoſito bona petierit domanialia, ſit infamis, 4) qui occupata vltro non reſtituat, ſit infamis, 5) qui declinet reſtituere proſcriptione, multetur, 6) fiſco nulla vnquam currat praeſcriptio, & quae ſunt generis eiusdem, 7) nemo petat ſpem in bona vacatura.

(*) Interim contentioſa anno abhinc concertatio. Primo, an prouaſallus mandato opus habeat omnium comitum de Reuſs? quod

li feuda renouent; ſed vniuerſi per prouaſallum, einen Lehenträger.

§. 15. Fiſci quondam regii iura fuerant quam plurima (l), quae hodie ſepulta ſunt agnitione iuris peregrini. Id vero ſingulare eſt, quod rex accuſari, & condemnari potuerit coram Burggrauio (m).

§. 16. Diſputant Bohemici ICti, vtrum rex Bohemiae regalia habeat beneficio imperatoris (n); an vero

M 3 iure

quod hi negarunt, cum ſufficiat ſenioratus. Deinde an poſt inaugurationem prouaſalli minores maiores facti teneantur inueſtituram repetere iurare? De his & aliis actum in den Halliſchen Anzeigen an. 1736.

(l) Huius generis ſunt, quae produntur in *maieſtate Carolina* 1) hereditates, legitimis deficientibus liberis, fiſco cedant, 2) hereditas ſine conſenſu regis vendita fiſco cedat, 3) bona matris, ſecundo nuptae, poſt mortem fiſco cedant, 4) bona illius fiſci ſunt, qui vltimo adfectus eſt ſupplicio. 5) bona liberorum emancipatorum non ſuperſtitibus parentibus cedant, ſed fiſco 6) filiae nuptae parentibus non ſuccedant, ſed fiſcus 7) filiae nuptae excluſae ſint ab hereditatibus fratrum & ſororum, vtriuſque heres ſit fiſcus, & quae ſequuntur. Diploma de Carolini codicis derogatione an. 1355. habes ap. Gold. in adpend. p. 65.

(m) *Maieſtatis Carolinae tit* 42. Si quis ſe a rege Bohemiae crediderit grauatum, deferat cauſam ad camerarium, & barones, ſiue Kmethones. Quid illi iudicauerint, acquieſcat rex, ſic vt ſubditus. Contra tamen perſonam regis non fiat citatio, vel vocatio perſonalis. Eius enim loco ſint ad reges deputati. Alii iudicem regis dicunt eſſe Burggrauium regni.

(n) Aduerſus *Goldaſtum*, qui *lib. 4. cap. 2. p. 419.* exiſtiamt, omnia regalia in Bohemiae regno Caeſaris eſſe, neque aliis regem gaudere, quam illis, quae Caeſaris priuilegio accepiſſet. Inde exempla conducit Caeſarum illorum, qui monetandi iura regi diſputauiſſent, ſibique illa, excluſo rege, voluiſſent vindicare. Sed reponunt ſcriptores Bohemici, Goldaſtum hic ad ſenſus ſcripſiſſe domus Auſtriacae aduerſus regni ordines. Vt enim horum iura attereret, Caeſaris illum adauxiſſe. Deinde nullo vnquam tempore vel vnum regale in Bohemia fuiſſe in manibus imperatoris. Nam haec non minus, quam ipſum regnum a ducibus Bohemiae imperatoribus demum in feudum ſiue fiduciam eſſe oblata. Exempla illorum Caeſarum, qui aliter ſenſerint partium ſtudio, laborare, & nullatenus facere ad publici iuris analogiam.

iure regni? vtrum ille ad vectigalium & monetandi iura, Germaniae praeſcripta, adſtrictus ſit (o), cetera. Meo certe iudicio firmiſſimum eſt filum conſecutionis; *quicquid Bohemiae rex poteſt in regno ſuo, illud etiam archiprincipes imperii poſſunt in ſuo territorio (p).*

† §. 17. Eſt hoc admodum ſingulare: quod Burggrauius Pragenſis, ceterique rerum adminiſtri, loco ſalarii, praedia habeant adſignata, e quorum reditibus ea accipiunt, quae pertinent ad victum & cultum.

§. 18. De feudis Bohemicis vtinam haberem, quae ſcribere poſſem (q). Equidem curiam Germanicorum feudorum alit Bohemia (r): ſed illa feuda tantum reſpicit extra Germaniam.

† §. 19.

(o) Negant hoc *Balbinus*, *Stranskius*, alii. Putant enim, reliquos Germaniae archiprincipes ſua iura pactis mutuis contrahere, aut tollere potuiſſe, quibus cum Bohemiae rex non acceſſerit, neque illum inde fore obligatum *Paul.* STRANSKIVS *deſcript. Bohem. c. 3.* qui Bohemiam omni clientelari nexu liberat imperii Germanici.

(p) Niſi contrarium, quod *facti* eſt, probetur. Loquor enim de praeſumtione, quae regulam hanc ſuſtinet. Imo cum aliae Germaniae prouinciae ſponte ſe obtulerint in clientelam imperatori; contra vero Bohemia bello ſub obſequium ſit redacta: primi generis principes maiorem habere putant libertatis praeſumtionem, quam alterius.

(q) Inde enim formula regni intelligeretur melius longe, quam ex partium ſtudio corruptis opinionibus ICtorum; quorum alii in nimietate peccant pro Caeſare, alii pro rege, alii pro ordinibus.

(r) De hoc tribunali Bohemicorum feudorum in Germania ſcribit *Paul.* STRANSKIVS *cap. 14. §. 5. p. 475. 476.* Facit tamen huc eiusdem ſcriptoris commentatio, quam *cap. 11.* §. 3. p. 421. habet: *Permagna ordinum in Bohemia libertas. Singuli regem agnoſcunt dominum: vniuerſi regis poteſtatem adaequant. Bona illorum tota Bohemia pleraque omnia hereditaria ſunt ſeu allodialia, perpauca feudalia. Poſſidet quisque, quod habet, cum minore & maiore iurisdictione venandi, aucupandi ac piſcandi cuilibet in ſuo libera poteſtas. Nullis oneribus & vectigalibus onerantur, niſi in quos ordines libere conſenſere in comitiis. Sunt cum principe in coimperio. Iura obſeruant indigenatus. Alios ordines neſciunt in comitiis, quam baronum & nobilium. Reliqui honores aliunde adducti, principum,*

† §. 19. Sunt omnia Bohemiae praedia tributaria, inſtar ruricolarum. Imo comites & nobiles ſoluere tenentur das Kopf⸗Geld, Vermögen⸗Steuer, quae onera omnium frequentiſſima.

MORAVIA.

§. II. Moravia ſequitur, quae, cum Bohemici iuris ſit; in illis tantum partibus nobis attingenda, vbi ab eadem differt. (1.) Regio in cochleae formam ſe torquet; Hungariam verſus Carpathicis montibus clauſa. In partibus intermediis circa *ſeptentrionalem* plagam montoſa ac ſilueſtris; *Auſtriam* verſus collibus amoenis, iisque fertilibus diſtincta.

Frugum inde omnis generis copia; bobus, equis, vaccis, capris, ovibus pabulum.

(2.) Aer in locis montanis eſt purus: in planitie, vbi paludes & piſcinae, craſſus ac inſalubris. Eandem aqua naturam mutat (s).

Inde morbi (*) Morauorum, colica, arthridis, calculus, epilepſia. Fluuium nauigabilem non habent. Moraua, vnde nomen regioni, praecipuus. Hyemes praecoces, arguunt id animalia, vrſi, martes, lupi, quae horridiori coelo delectantur.

(3.) Tot incolis habitatam dicunt Mor. vt multitudine vrbium & pagorum laboret (t).

Paſcuis ſua vix ſpatia eſſe ſcribunt, numerantque 110. *vrbes:* 410. *vicos:* 500. *arces:* 30369. *pagos. Incolae pectoris aperti; feroces, rapaces, ſuperſtitioſi: An.* 1608. *edictum de*

cipum, ducum, comitum. Sed *maieſtas Carolina* paſſim loquitur de hominibus *feudataris & ſeruitoribus* regni, vt adeo operae pretium eſſet, deſcribi horum iura clientelaria.

(s) Commentarii inſtar in deſcriptione Morauiae eſſe poteſt *cap.* 5. *Czechorodii* martis Morauici, vbi agit *de ſitu & qualitatibus Morauiae* ex inſtituto, & *cap. 6. de oppidis & locis Morauiae;* quamuis peccet quandoque ſcriptor in amoris in patriam nimietate. Iura Morau. das Mährische Land⸗Recht, in lexico exhibet *Weingarten.*

(*) Qui vino ſatis inſalubri adſcribuntur.

(t) Hodie ſeceſſerunt plurimi incolae in vicinas Auſtriae & Bohemiae regiones, ob inuaſiones Hungarorum fere quotidianas.

religione: licet cuique credere, prout cuique Deus dat cognoſcere.

(4.) Inter praeſtantiſſima naturae dona THVS & MYRRHA foſſilis.

Dignum memoratu; alibi, vt in Arabia, & Sabaea ex arboribus odoriferis: bic vero e viſceribus terrae eruitur. Virtute Arabico cedit: odore non item. De Mummiis *in Morauia traditio.* Hertod. *Tartaro Maſt. Mor.* Iordanus *de Medic. aquis in Mor. commendati (u).*

SILESIA.

§. III. SILESIA, quae eidem Boh. regno paret, deſcribenda reſtat (x).

§. 1. Regio in FORMAM protenſa *carpionis*, montibus intercluditur.

Hungariam verſus die Jabluncka: *Bohemiam, gigantei montes; Morauiam*, die Mähriſche Gebürge.

§. 2. FODINARVM eadem fere, quae in Bohemia facies, quae aliquot ſeculis neglecta iacent. Fertile SOLVM varia profert; quae exteris diuendere queunt: quorum commerciis indigent.

Sunt inter illa: gute Leinwand, *in Angliam vſque Indiamque:* grobes Tuch; Wollen; Flachs; Honig; Eiſen; Farben. *Recipiunt contra ab exteris* feines Tuch; Saltz, *olim ex noſtris ſalinis, nunc e Polonia:* Wein, *Hungarica maxime.* Vom Breßlauer-Scheps, *cereuiſiae genere.*

§. 3. Genium nationis Aſtronomi docere videntur, qui *Virgini* & *Mercurio* Sileſiam ſubiecerunt (y).

An Sileſiorum magnus in iocando lepos fabulae, de aſino *inter epula*

(u) De ſale foſſili Morauiae *Goldaſtus* lib. 4. c. 2. p. 421. n. 6. qui fallitur.

(x) Commentarii inſtar eſſe poteſt in hac Sileſiae deſcriptione litteratus ICtus *Hennelius*, & eius commentator plenus & inſignis *Fibigerus*, ſupra laudati; licet a Germanis & purioris fidei ſociis vltimus iuſto magis eſſe ſolet alienus.

(y) Hinc ad ſtudia litterarum aptiſſima eius ingenia, de quo argumento *Henkelius*. Dictum de noua Academia Vratislauienſi & Lignicenſi, vid. ſupra.

epula Sileſiaca, *occaſionem dederit* (z)? *an vero Glacenſes auri fodinae*, *hoc quondam nomine ſignatae? Poetarum ibi celebritas Hoffmanni; Gryphii; Lobenſteinii; Mühlpfortii; Hallmanni*, *vtinam cauerent ſibi in dialecti duritie* (a), *qui ſcribendi ac ludendi acuminibus pollent delectantque.*

§. 4 Sileſiae populi SAXONICO IVRE vtuntur hodieque (b): non tamen in *cauſis fiduciariis*, LEGES enim FEVDALES ſingulares habent (c). Vnde intelligitur, feuda Sileſia plurimas rationes habere allodiales (d). Imo nouiſſime inſtitutum fuiſſe, vt feuda omnia

(z) Caſpar *Sommer* de anili commento libellum ſcripſit, qui etiam proſtat in vernacula: der Schleſiſche Eſel-Freſſer, Dreſdae 1701. 8.

(a) Traun pro trauen, ſchaun pro ſchauen, Zweck & Weg, & quae generis eiusdem.

(b) Nullus fere Sileſiae eſt principatus, qui non gaudeat *iure ſcripto peculiari*, quas leges multiplices in vnum volumen congeſſit, ediditque *D. de Weingarten* 1698. fol. Prouincialibus autem deficientibus ſtatutis, confugiunt ad ius Saxonicum, quod Sileſiae eſt ſubſidiarium, de quo late HENNELIVS *cap. 12. Sileſiographiae* §. 38. 39. 40. 41. 42. *ſq.* vbi agit de iuris Saxonici auctoritate in Sileſia ſigillatim. Id vero nunc quaeritur, vtrum *Saxonicum ius, ab Auguſto electore reformatum*, quod vulgo *electorale* dicimus, atque a communi Saxonum iure diſtinguimus, pariter obliget Sileſios? Titubat quidem *Hennelius* cap. 12. §. 40. p. 1022. quamuis lubens agnoſcat, Auguſteam emendationem ita ſe commendauiſſe Sileſiis, vt illa *aequitatis* cauſa regnet, ſi non *receptionis* ergo. Hodie certe, ex quo interpretes Saxonici iuris tam luculenti, pleni atque rerum doctorumque numeris inſtructiſſimi prodierunt, ſe pariter curiis & foris Sileſiae commendarunt, vt in omnibus fere libellis aduocatos ad ſacram anchoram confugere videas *Berlichii*, *Carpzouii*, *Esbachii*, aliorumque nominum Saxonicis iudiciis venerabilium. Teſtibus ſcribo actis iudicialibus ex Sileſia transmiſſis, vbi in forenſibus bellis video Saxoniæ ICtos vbique anteſignanos.

(c) Quas pariter exhibet *Weingardenſis in faſciculo* (grande volumen eſt) *iurium Sileſiae*, vnde excerpſit ſua S. *Strykius* in diſſertatione: *de feudis Sileſiae.*

(d) Viginti nuper imperialibus redemi *codicem manuſcriptum de iure feudali Sileſiae*, auctore *Iacobo* SCHICKFVSIO, *de Neundorf*, *Caeſaris & Lignicenſis ducis conſiliario*, *& fiſci regii per ſuperiorem Sileſiam patrono.* Neque pœnitet numorum.

mnia verterentur in ſtatum (e) allodiorum.

§. 5. De eccleſiaſticis legibus euangelicorum (f), ſcriptum eſt ſuperius (g).

§. 6. IVDICIA Sileſiae in pretio haberi debent patriae iurisdictionis indagatori (h). Inprimis equeſtre iudicium die Ehren-Tafel multa habet ſingularia (i), quod expendit heroica iura nobilitatis.

§. 7. Quae iura regis, quae principis, quae nobilium landſaſſiorum ſint, ſaepius iterumque eſt quaeſitum

rum. Liber enim me docuit, *Longobardici iuris* nulla fere in Sileſiis veſtigia eſſe; deinde plures in illo veteris Germanorum iurisprudentiae reliquias offendi, apud nos pridem obliteratas; poſt auctor non tantum leges adlegat, ſed etiam plenae fidei diplomata; demum vulgaribus feudis etiam iungit feuda principatuum Sileſiae pluraque docet, vnde intelligitur, quo iure Sileſiae principatus per feminas, teſtamenta, pactaque ſucceſſoria deferri potuerint Brandeburgicis marchionibus, idque ſine conſenſu regis Bohemiae. Dicunt, librum proſcriptum eſſe, cum neque ad principis, neque ad vaſallorum vbique ſit palatum.

(e) Conſtitutione nouiſſima, vt feuda Sileſiae eſſent hereditaria prorſus, hocque differrent ab allodio, quod poſſeſſores tenerentur nexu clientelari.

(f) Poſt *Auguſtanam confeſſionem*, ni fallor, etiam pro ſymbolo habent *formulam concordiae*. Quod viciniae tribuas, & equo Troiano Vitenbergenſi, vnde prodeunt plerumque Sileſiae eccleſiarum antiſtites.

(g) Summatim, ſed luculenter hoc argumentum tractauimus cap. 3. §. 47.

(h) Erudite de *iudiciis Sileſiae* ſcripſit SCHIFORDEGERVS, quae commentatio inſignis habetur in *lib.* 3. *ad Fabrum tr.* 29. *p.* 429 - 444. Vtinam vero parcior fuiſſet in conferenda Romanorum iurisdictione cum patriae conſuetudinibus, quas ita inuoluit peregrini iuris nubeculis. Addatur *cap.* 10. *Hennelii* & *Weingardenſis*.

(i) Georgius de WENTZKY ex inſtituto ſcripſit libellum: das Schleſiſche Ritter-Recht und Ehren-Gericht editum *Lipſ.* 1616. *in* 4*t.* octodecim ſchedarum. *Heroicum* hoc *iudicium* iure dixeris. Tractantur enim in eo cauſae iniuriarum & leuis notae maculae nobilium landſaſſiorum, quorum etiam inſignia nobilitatis coram hoc iudicio producuntur, examinantur, firmanturque. Praeſidem iudicii dux ſtatuit, adſeſſores adſciſcuntur ex nobilitate.

tum (k). Noſtro iudicio pro Sileſiae ordinibus faciunt coniecturae.

AVSTRIA.

§. IV. Avstriae, cultiſſimae regioni, non eadem natura eſt. *Cis Iſtrana trans Iſtranae: inferior ſuperiori* omni parte praeſtat. Vna tamen alterius ope indiget: vt ſibi vtraque ad victum & cultum ſufficere videatur (l).

Vendere exteris poſſunt vinum *&* *genera* frumenti *varia: illo Sileſiis, Bohemis; vtroque Boiis maxime ſubueniunt.* Salinas (*) *habent Hallſtadii, in finibus Auſtriae ſuperioris verſus Salzburgum. De pactis:* das Saltz nicht über zwey Meilen ins Bäyrland zu führen, *p. 26.* Balneum Badenſe, *qui locus aliquot leucis Vienna abeſt, in deliciis habent.* Vom Oeſterreichiſchen Saphran (*m*).

§. I.

(k) De hoc etiam argumento plura habet *Schickfuſius p. 186. cap. 5.* recenſitus. Sermone habeo alicuius Sileſii, *Hennelio* auctore ſcriptam eſſe *Sileſiam togatam*. Sed librum iuſſu regis fuiſſe proſcriptum, quod nimius eſſet pro ordinum libertate.

(l) De Auſtriae reditibus memorabilis commentatio P. *Bizari* de bello Pannonico p. 491. qui extat inter ſcriptores rerum Hungaricar. Vber & fertilis omni genere frugum, quae minimo impendio coluntur. Crocum generoſum & vinum naturae amicum.

(*) Ex ſalinis Auſtriacos archiduces octingenta millia florenorum in annuis reditibus habere; vna computatis expenſis, quae ad 110000. florenorum millia excurrunt Athan. *Kircher.* in mund. ſubterr. lib. 10. ſect. 4. c. 11. *Ziegler.* de iurib. maieſtat. lib. 2. c. 19. §. 16. p. 1144.

(m) Ad hoc argumentum pertinet *SCHROETERI* Fürſtliche Schatz- und Rent-Kammer *ad imperatorem Leopoldum Lipſ. 1686. in 8.* Auctor enim id in hoc libro agit, vt vniuerſim quidem ſcriberet, propoſito tamen ſubinde in exemplum territorio & ſolo Auſtriaco. Satis certe animi auctor iſte habuit pro fide, qui errores iudiciorum, aerarii, fiſci, camerae & nihil fere non ſuo iudicio perſtringit. Aliud opuſculum, cui titulus: Oeſterreich über alles, wenn es nur will. Multum inſolentiae & candoris oſtendit de reditibus Auſtriacis anonymus libelli: *Relation* von dem Käyſerl. Hof zu Wien cap. 3. & 4. maxime. Orientaliſche Compagnie der Handlung nach Orient 1667. Viennae inſtituta *Reutter* tab. 19. iur. Auſtr. p. 23. *Lanſius* orat. 1. p. 57.

§. 1. Incolae frugales ſunt, & perhoſpitales: ad luxuriam deſidiamque procliues.

Felicitati optimae regionis tribuas, qua omni rerum affluentia baec abundat. Syluae feris; aer volucribus; aquae fluuiique piſcibus; paſcua armentorum gregibus plena. Cur Auſtriaci paſchales *audiant*, mit der Flaſchen? *Rigidum* Syluii *iudicium de mulieribus Viennenſibus* (*). *An Auſtriaci boni milites? Weſtphali militiae Auſtriacae commendati.*

§. 2. Auſtriaca adminiſtrantur *Viennae* per cancellarium aulicum: *Linzii* autem res ſuperioris Auſtriae expediuntur. Habent tamen ordines ſuos (**) etiam conuentus, die Land-Täge. Inter illos alii mixto (n); alii autem mero imperio inſtructi ſunt (o), qui vltimi ſtylo curiali Auſtriae iurisdictionem territorialem habere dicuntur die Landes-Gerichtliche Hoheit (p).

De nobilitate *Auſtriaca dictum, quae maxima* (***) *eſt. Olim religionis libertas nobilibus; poſtea ſenſim ab ea deſueſacti,*

(*) Epiſtola 156. *Lanſius* orat. contra Germ. p. 879.

(**) Litigia in Auſtriacae nobilitatis de titulis dominorum, baronum, liberorum dominorum, recenſet *Lanſius* orat. contra Germ. p. 900. Vbi etiam dicit, quod omnis Auſtriae incola *nobilituriat*.

(n) Quae in Auſtria eſſe praeſumitur cuique landſaſſio.

(o) Scilicet criminali denen Ober-Gerichten. Quae nomine exercentur principis territorii & plerumque feudo tenentur ab eodem. Partes, quae huic iurisdictioni, *altae*, *criminali*, *territoriali*, idem enim his verbis eſt ſignificatus, recenſet FINSTERWALDER *ad conſuetudines Auſtriae ſuperioris lib 3. obſ. 1. 2. ſq.*

(p) Plures adpellationes ſuſtinet ille landſaſſius nobilis, qui iurisdictione gaudet criminali, id eſt, mero imperio. Dicitur enim *dominus territorialis*, der Land-Gerichts-Herr, a quo differt der Landes-Herr; *magiſtratus territorialis*, die Land-Gerichts-Obrigkeit, quo diuerſa die Grund-Gerichts-Obrigkeit, quia baſſa iurisdictio ſeu imperium mixtum adhaeret glebae, ſiue, quod dici ſolet, oſſibus praedii landſaſſici.

(***) Sed tamen intra ſexcentos annos in Auſtria mille & quingentas & amplius nobiles familias extinctas eſſe, *KNIPSCHILDIVS* refert *c. 16. de fideicom. n. 9.* Cum vero Caeſarem alat Auſtria, qui tot quotidie familias adpellat nobiles, nulla inde earundem hodie eſt penuria.

&i, *Romana ſacra admiſerunt (q)*. *Dictum de Hardecciis C. (r)*. *Ingens olim quoque nobilitatis in principum ſuorum controuerſiis componendis auctoritas (s)*. *Non infima* redituum *pars vectigalia ſunt in Danubio fl.*

† §. 3. Teſti ex landſaſſica nobilitate creditur, ſi per litteras deponat gentilitio ſigillo munitas (*) abſque iuramento.

§. 4. LEGES Auſtriaci principio *Boicas* (t) habuere; poſt gauiſi ſunt ſuae prouinciae conſuetudinibus (u), quo nomine illis hodieque veniunt die Land⸗Gerichts⸗Ordnungen (x), quamuis illae omnes legum habeant rationes (y). Differunt tamen ipſis *legibus* Auſtria *ſuperior*

(q) Adeo, vt ordines prouinciales euangelici olim & *peculiare conſiſtorium* haberent & *leges eccleſiaſticas*, quarum codex ſupra allegatus eſt cap. 3. §. 44.

(r) Quorum parens vltimus fere inter ordines fuerat Auſtriae euangelicos. Filii duo ſacris pontificiorum acceſſere. Cum enim ambo in Italiae oris eſſent, nuncio accepto de patris obitu, famaque ferret, a pontificio ſacerdote agonizantem ſacra coena exceptum eſſe: neuter dubitauit, euangelicis ſacris eieratis, amplecti pontificia.

(s) In *Succeſſionibus* & *tutelarum* dubiis aeſtimandis & decidendis ſaepius iterumque prouincialium ordinum decretis ſtare oportuit principes ipſos, vt conſuetudo tantum in legem iuiſſe videatur, vid. ſupra.

(*) De regni Bohemiae, Auſtriae atque Boioariae moribus in hoc genere teſtantur *GAILIVS lib.* 1. *obſ.* 100. *fin. obſeru.* 101. *n.* 9. *SEZERCLE iuram. lib.* 3. *c.* 9. *n.* 16. Ioſ. *NOLDEN de nobilit. cap.* 9. §. 73.

(t) Quoniam Auſtria vtraque & diu magis ſuperior pars fuerat ducatus Boioariae, vid. ſupra. Inde ICtos Auſtriae video hodieque, *Auſtriaca iura* paſſim explicare & ſupplere e Boicis. Non tamen crediderim, Boicas leges Auſtriacis vllatenus hodie eſſe ſubſidiarias.

(u) Ex quo Auſtria exemta fuerat a Boioariae ducatu ſub Friderico I. caſu Henrici Leonis.

(x) *Primum* habent die Ober⸗Oeſterreichiſche Land⸗Gerichts⸗Ordnung; *deinde* die Weingarts⸗Zehen⸗Rechts⸗Feuer⸗Reviſions⸗Gerhabſchaffts⸗ (quo nomine tam tutelas adpellant, quam curatelas) und Policey⸗Ordnungen. *Reutter ad tab.* 1. *n.* 4.

(y) Tam ſtatuta publice ſancita, quam mores Auſtriaci dicunt den Lands⸗Brauch. Ita ſaepius hac formula vtuntur: der Lands⸗Brauch iſt in und ob der Ens einander gleich. *Firſterwalder*

perior (z) & *inferior* (a), & quaelibet ſuis gaudet interpretibus (b). Vtraeque a Romano iure abeunt in capitibus quamplurimis, vtpote, quod fiſcus etiam parentes

walder lib. 2. *obſ.* 119. Cum vero leges prouinciales publica auctoritate ſint ſcriptae; illaeque non tacitam, ſed expreſſam habeant legiſlatoris voluntatem; denique ſancitae etiam & promulgatae ſint, non video, quid in eis ad legum adpellationem queat deeſſe. Niſi quod Auſtriaci malint reipublicae conſuetudines tenere, quam a principis legiſlatoris pendere arbitratu. Hinc ſtatuta conduntur in prouincialibus comitiis.

(z) *Superioris Auſtriae* leges & iuriſprudentiam ſcriptis excoluerunt *Benedictus* FINSTERWALDER, praelatorum ſuperioris Auſtriae ſecretarius, qui duo iuſta volumina ita inſcripſit: *practicarum obſeruationum ad conſuetudines archiducatus Auſtriae ſuperioris libri quatuor*, editi *Saliſburgi* 1703. *in* 4. Qui omnium eſt pleniſſimus & maxime induſtrius in conferendo Romano iure cum Auſtriaco. Vtinam vero ſolicitius in ſtatum medii aeui & patriae legum origines cauſasque genuinas indagauiſſet. Vtriuſque vero iuris diſcrimina per epitomen vtiliſſimam, verum ſine cultu litterarum expoſuit *Iobannes* WEINGARTEN *in con- & diſcordia iuris conſuetudinarii ſupra Anaſam* vel Auſtriae ſuperioris *cum iure communi*.

(a) In hac claſſe praecipuus eſt *Bernbardus* WALTHER, inferioris Auſtriae regimenti cancellarius, cui debemus plenae frugis librum *de iure conſuetudinum Auſtriacarum*.

(b) In Auſtriacae iuriſprudentiae doctoribus porro ſunt: *Iob. Baptiſta* SCHWARZENTHALER, qui iudiciarium *Auſtriae proceſſum* edidit, Rudolfo II. imperatori dicatum. *Reutter tab.* 1. *p.* 2. Prae cunctis vero aliis in pretio habetur *Iob. Baptiſta* SVTTINGER, qui ingenti labore ius Auſtriacum congeſſit, digeſſitque illud in ordinem alphabeticum, vt nomen mereatur *lexici iuris*. Alius eſt liber eiusdem: *obſeruationum practicarum iuris Auſtriaci*. Vtrumque volumen ex codice manuſcripto in omnibus fere pagellis laudat ſequiturque ſupra allegatus Finſterwalderus. Praeterea *Iob. Henricus* REVTTER, conſil. Caeſ. & inferioris Auſtriae regiminis ſecretarius edidit: *differentias iuris communis & Auſtriaci, cum annotationibus in foro Auſtriaco vtilibus*, *Ratiſponae* 1674. *fol.* Qui breuis eſt & luculentus. Mentio etiam fit *Ioannis* WERNDLE, qui ſcripſit de *iure decimarum Auſtriaco*, von Zehend-Recht in Oeſterreich, ſed hoc argumentum eſt ſingulare. Tangit demum Auſtriaca non minus iura *Iob.* WEINGARTEN *in inſtitutionibus iuris*.

tes excludat ab hereditate liberorum (c). Vt Auſtria priſtini

(c) Ex innumeris caſibus vnus loco aliorum: *in Auſtria neque pater, neque mater eſt heres liberorum. Quod ſi enim deſunt defuncto & deſcendentes & collaterales, hereditas ad ſiſcum defertur, nequicquam ad parentes.* In Oeſterreich erben die Eltern nicht von ihren Kindern. Alſo gar, daß in Mangel anderer Erben, ſolche adſcendentes, nach Lands-Brauch vom fiſco ausgeſchloſſen werden. (*) Ioh. *Weingarten* in concordia & diſcordia iuris conſuetudinarii Auſtriaci ſupra Anaſam cum iure communi lib. 3. tit. 1. *Reutter* tab. 12. n. 4. Diſputant doctores, vtrum haec conſuetudo non ſit irrationabilis? atque adeo, cum diuino & humano iuri aduerſetur, non ſit obligatoria. Late de hoc argumento *Finſterwalder lib. 2. obſ. 119.* qui tamen omne praeſidium in hoc ponit, quod conſuetudo non aduerſa ſit iuri naturae & diuino praeceptiuo, ſed tantum permiſſiuo. Mihi vero inſolentia huius legis occaſionem dedit, vt in eius arcanas rationes ſollicitius inquirerem. Scilicet antiquiſſimis temporibus nulli *heredes* praeter *ſuos*: poſt hos *fiſco* obuenerant bona defunctorum. Id quod plura produnt. 1) Hodieque *heredum* nomine der Erben proprie veniunt Anglis liberi vel deſcendentes Leibes-Erben, *Cowellus inſtit. iur. Anglic. lib. 3. tit. 1. §. 1. Ludewig in comment. ad A. B. tit. 7. §. 713. p. 713. 714.* neque aliter verbum adhibitum fuerat Germanis, quorum Angli propago. 2) Deinde ipſi Latini quondam his contraxerant limitibus hereditates, quod *Balduinus* docuit ad *tit. de hered. ab inteſt. Inſtitutionum.* 3) Idem fere in legibus reperio Bohemicis Caroli IV, quae inſcribuntur *maieſtas Carolina* p. 387. 4) Omnes norunt, quod inferioribus demum temporibus hereditates nunc ad *ſecundum*, deinde ad *quartum*, poſtea ad *ſextum*, tandem ad *decimum* gradus ſint extenſae, idque pedetentim ita factum ſit in iure Romano, Graeco, Longobardico, Germanico; aeuo autem chriſtiano demum ſucceſſioni locus datus eſt cognatis quibusque remotiſſimis. 5) Hereditas liberis non ob ſanguinis rationem, ſed propterea delata eſt, quod parentes obligarentur illis ad alimenta, adulti autem patri acquirerent, & ſuis operis eius augerent rem familiarem. Inde emancipati liberi pro *extraneis* habiti, & a ſuis prorſus excluſi ſunt. 6) Inter fiſci quondam praecipuos reditus fuerant hereditates ab inteſtato. 7) Rerum dominis id graue eſſe non poterat, partim, quod fiſco & reipublicae melius cupere debuerint, quam extraneis cognatis, partim, ſi hos adiuuare velint, facile ei ſit vel ad condendum teſtamenta, vel his olim incognitis, ad ineundum pacta ſucceſſoria vel etiam fideicommiſſa familiae.

(*) Verum ſuſtulit hoc ſtatutum Carolus VI. atque ſucceſſiones ſubſtituit, in iure communi definitas, ante aliquot annos circa

173 ---

priſtini patriae moris retentior fuerit aliis prouinciis Germaniae (d).

† §. 5. Origines territorialis ſuperioritatis in Auſtria, quae impetus GOTTWICENSIS abbas (*) aduerſus eum tuti ſumus in den Halliſchen Anzeigen. Quae omnia inſerta ſunt der rechtlichen Erläuterung der Rechts-Hiſtorie (**).

† §. 6. Eſt IVS LEGISLATORIVM Auſtriacae genti vetuſtiſſimum. Nam an. 1190. LEOPOLDVS dux auctor fuit CODICIS LEGVM AVSTRIACARVM (***).

† §. 7. Singulare eſt; quod narratur in feudis Auſtriae: teneri quoſdam ad ſeruitia ridicula, utpote duos modios *muſcarum* annuatim domino praebendos a vaſallo (****).

§. 8. Conſuetudines Auſtriae FEVDORVM nunc litteris conceptae ſunt der Land-Tafel und des Lehen-Tractats (e). Et licet primam indolem ita quadantenus

(d) Cauſa quidem meo iudicio ſatis manifeſta, quoniam ordines prouinciales Auſtriae libertatis priſtinae fuerunt tenaciſſimi. Quo autem magis temperata eſt principum poteſtas, eo maior priſtinorum morum eſt integritas.

(*) In opuſculo annalium Gottwicenſium, vbi doctrinam noſtram abbas, & impugnauit acerrime & calumniatus eſt; quaſi principum Germaniae iuribus plus dare velimus, quam pateretur Caeſaris maieſtas, colenda & ſuſpicienda orbi vniuerſo.

(**) Illud omnino ſingulare eſt, in hac apologia pro principe Germania: quod ipſius Gottwicenſis abbatiae exemplo abbati excuſſerimus ruborem; quod illa non Caeſaris beneficio condita & aucta ſit; verum Auſtriae archiducum largitione.

(***) Dedimus illum in tom. IV. reliquiar. principio ſtatim. Et dignus eſſet commentario. Cum in illo vetuſtioris Germaniae iurium plures reliquiae.

(****) Narrat hoc Speidelius in ſpeculo iur. vom Lehen-Dienſt p. 786.

(e) Quae feudalia inſtituta commentario illuſtrarunt SVTTINGER, Auſtriae ICtus, ſupra laudatus; & plenius *Benedictus* FINSTERWALDER *lib. 4. ab obſeru. 43. ad obſ. 68. a p. 279. ad paginam 646.* ſed turgent hac Auſtriaci iuris obſeruationes digreſſionibus doctrinae vulgaris Longobardicis.

nus migrauerint (f): a priſtina tamen integritate retinuerunt quam plurimum (g). Feuda enim Auſtriae communia *promiſcuae* ſucceſſionis ſunt (h), *aere alieno* adfici (i), *alienari* (k), & *teſtamento* relinqui (l) poſſunt, vltimi poſſeſſoris arbitratu, ſine domini conſenſu. Adpellare hanc indolem ſolent die Lehens-Gnad (m). Feuda plebeiorum die Beutel-Lehen in Auſtriacis frequentiſſima

(f) Cum enim Landſaſſia praedia plurimum in Auſtria feudalia ſint, claſſem illa merebuntur *feudorum oblatorum*. Quorum indoles, clientelari nexu excepto, omnino permanſit allodialis.

(g) Quamuis enim adminiſtri principum landſaſſiis glaucoma facerent *legibus Longobardicis*: hi tamen priſtini moris fuere retinentiſſimi, cuius optime memoriam conſeruauerant. Inde grauamina ordinum de nouitatibus officiorum clientelarium, patriae olim inauditis. Quapropter nouiſſima etiam inſtituta feudalia de primum concepto rigore plurimum remiſerunt.

(h) Teſte REVTTERO *de differentiis iuris ciuilis & Auſtriaci tab. 8. p. 11.*

(i) Ita FINSTERWALDIVS *lib. 4. obſeru. 56. iuris Auſtriaco-Longobardici.*

(k) Verba recitabimus in nota ſequenti.

(l) His enim verbis ſingula haec iura aperit die LEHENS-GNAD d. 1. Sept. 1659. Haben die N. O. zum oben politiſche (weltliche) Landſtände von Jhro Käyſerl. Majeſtät erhalten: daß Sie von denen Landes-Fürſtlichen Lehen-Gütern, welche ein- oder ander erſt von neuem erlanget, und niemand ſimultanee inueſtiret iſt, ohne des Landes-Fürſten Conſens durch letzten Willen frey diſponiren, und ſelbige, wem ſie wollen, verſchaffen und vermachen können. Jedoch allein ſolchen Perſonen, welche Lehens-fähig ſeynd, auch keiner geiſt- noch weltlichen Communität. Weilen von ſolchen keine Lehens-Fälligkeit zu hoffen wäre. Und wie nun dieſes Priuilegium auch auf die Weibs-Perſonen zu verſtehen iſt: alſo hat es bey dieſem gleichwohl den Abſatz, daß ſie ihre Kinder nicht praeteriren oder übergehen können. Es muß auch das Lehen nicht auf dem Fall ſtehen.

(m) Quamuis enim priſtini id mores voluerint: cum tamen illi temporum iniuria aliquantum ſint obliterati; factum eſt, vt iam nunc nati eſſe viderentur.

ſima ſunt (n), & parum diſtant ab emphyteuſi (o). Ab vtroque genere abeunt feuda *aulica* prouinciae (p) die Erb-Aemter-Lehen (†), quae indolem habent Longobardicam. Iisdem fere moribus etiam reguntur ſubfeuda ordinum Auſtriacorum (q).

† §. 9.

(n) Quemadmodum in Boioariae etiam ducatu.

(o) Diſtinguuntur Beutel-Lehen von denen Schwerdt-Ritter-Schild- oder Hof-Lehen, genere ſeruitiorum. Beutel-Lehen enim hominibus plebeiis delata ſunt, qui olim militaribus officiis habiti ſunt indigni. Hinc loco eorum annuum ſoluunt canonem, differuntque in eo ab emphyteuſi, quod *hic* canon dominii tantum directi ſit indicium, & ſaepe re abſoluatur leuiſſima: ille vero reſpondeat ſeruitiis ob reditus rei feudalis exhibendis. Videatur *Finſterwalder* lib. 4. obſeru. 45. OO. LAND-TAFEL tit. 11. und Ob. Lehns-Tractat tit. 4. Welches Lehen man ungeadelten Leuten giebet, (feuda enim nobilia in Auſtria non niſi homini nobili conferuntur) das nennet man Beutel-Lehen. Weil man davon keinen Ritter-Dienſt erwarten kan: ſondern ſolches Lehen mit Beutel-Gab oder Geld verdienet wird.

(p) Feuda Auſtriae ita diuidi ſolent

vel ſunt

Auſtriaca a principe conceſſa, h.e. immediata Landes-Fürſtliche Lehen vel rechte Oeſterreichiſche Lehnen.		Subfeuda Auſtriae eaque conceſſa vel	
Communia landſaſſica, quae promiſcua &c.	aulica Erb-Aemter-Lehen, als des Erb-Hofmeiſter, Erb-Stall-Erbmarſchall-Amt. Quae vere Longobardica. (*)	ab extraneis epiſcopis.	a ſubditis landſaſſiis.
		Vtraque haec praeſumuntur ex iure Longobardico.	

(*) Nullibi tot officia hereditaria reperiuntur, quam in Auſtria. Catalogum habes apud auctor. des Staats der Erb-Landen p. 58. ſq.

(†) In quibus etiam archimonetarius, comes SPRINZENSTEIN, qui Auſtriacas monetas non *Viennae*, ſed *Auguſtae* cudere ſolet, quod exemplis probat, *Wildwogelio* praeſide, Ioan. SCHEIDLIN in opuſculo de corruentibus monetalibus 1607. quod per epitomen exhibent noua litteraria Germaniae menſe Decembr. 1707. p. 433.

(q) Cauſa ſatis eſt aperta. Quoniam ſubfeuda *beneficiata* ſunt, non *oblata*. Ergo merito indolem ſequuntur Longobardicam.

† §. 9. Eſt etiam illud ſingulare in Auſtriacis; quod nequeant nobilium fundi, die Land-Güter, alienari & vendi extraneis (*) ſub nullitate & poena. Nam obſeruatur ceteroquin in Auſtria indigenatus, qui a peregrinis demum eſt requirendus & obtinendus (**). Nonniſi a Rom. Catholico (***).

STYRIA. (****)

§. V. Styria montibus accliuis & vndique impedita (a), neque tamen ſterilis, quamuis inferior ſuperiori praeſtare videatur.

Inferior *celebratur ferri fodinis (b), praeſtanti chalybe,* Steyermärcker-Klingen; *ſalims etiam; thermis; & aquis medicinalibus; vino.* Superior *inſalubribus aquis famoſa, quae ſtrumoſos homines & animalia facere dicitur. Regio armentis abundat (c).*

§. 1. Incolae ſimplices eſſe dicuntur, vt parum abſint a ſtupore (d).

cam. Contra vero Auſtriaca immediata. Die Landes-Fürſtliche Lehen ſind mehrentheils frey und allodial: die übrige aber durch die unterſchiedliche Lehens-Gnaden in einen ſolchen Stand geſetzet worden, daß der Zeit in dieſen Landen dem fiſco ſelten ein Lehn-Gut zufället, ita *Reutter* in differentiis iuris ciuil. & Auſtr. lib. 15. n. 10. p. 13.

(*) *Franc. Ant. GVARIENTIVS* in codice iuris Auſtriaci v. Land-Güter, Landmanns-Einſtands-Priuilegium.

(**) Apud eundem Guarientium in v. Fremde, Einſtand, Land-Gut.

(***) Nam diuerſae & Euangelicae religionis ſocios horrent; vt illis nulla ſit ad indigenatum ſpes Conſtitut. prohibit. 1629. Ferdinandi II. habetur apud Guarientium v. Landleuth-Einnehmung p. 736.

(****) Longitudo eius ad 20. milliaria computari ſolet.

(a) *Et ſuas pandit ſinuoſa pulchras Styria valles*, Celtes poeta apud Fr. *Irenicum* lib. 12. exegeſeos Germ. p. 223.

(b) *In prouincia hac decoctum ſal ad vicinas regiones importatur. Ea & ferri mineras locupletes habet & argenti fodinas non ignobiles. Quamuis incuria principum argentum haud multum effodiatur.* Syluius deſcr. Europ. c. 22. p. 349.

(c) A tauris enim Tauriſci, a verbo Stier, Steyer dictos eſſe coniectatur *Megiſ. l. 7. c. 61.*

(d) Mirum, quod Romani maiorem non attulerint prouinciae huic culturam. Quoniam Rom. reipublicae ſtupenda hic offendun-

De multitudine id intelligendum. Inde vulgi ſermo: Auſtrios delicias *corrumpunt; Styriorum virtuti obeſt* paupertas. *Viuunt cum armentis ſuis plerique vitam ignauam: vni ciuium parti* Slauonica, *alteri* Germanica *lingua (e). Nobilitas enim egregios viros habet: ſed vltima ſacrorum mutatione numerus eorum admodum eſt deminutus. Graezia metropolis eſt, Styriaci regiminis caput (f). Coenobium* **Marienzell** *peculiari libro, de quo iudicatum, illuſtrauit Lambecius.* Schratii *(g) Aduocati Graezenſis Annales Styriae promiſſi ſunt: mihi nondum viſi.*

CARINTHIA.

§. VI. Carinthia horridior longe, aſpera & montoſa: lacus, ſtagna, fluuios habet non infoecundos. *Sat tamen eis frumenti; multa armenta; plures piſces; (h) ferri quoque ingens copia: vina Styriaca bibunt.*

§. 1. *Incolarum* mores ſatis inculti priſtinae tamen libertatis tenaciſſimi (i). *Ebrietatem* amare prae ceteris Germanis

ſenduntur monumenta. *Sylu.* deſcr. Eur. c. 21. p. 347. Sed forte obliterauit omnem cultum inuaſio Venedorum.

(e) Megiſerus lib. 7. c. 61. hiſt. Carinth. p. 814. **Das Volck in den Städten braucht gemeiniglich die teutſche Sprach: das Bauer-Volck aber diſſhalb der Trau her die Wendiſche.** *Irenicus* lib. 12. exeg. p. 223. (*)

(*) *Petri ALLMI* commentatiunculam de rebus Carinthiacis exhibet reliquiarum tom. X. lib. VI. p. 542.

(f) Plura Styriae monumenta extant in bibliotheca Vindobonenſi: **die Steyriſche Hand-Feſte,** ius forenſe ſeu ordo iudiciarius; formulae homagiales; pacta dotalia ducum; priuilegia; finium rationes; hiſtoriae, quae omnia recenſet *Lambec.* lib. 2. bibl. cap. 8. a p. 959. ad p. 965.

(g) Eo magis is deſideratur, quoniam ſcriptor alias nullus extat Styriae hiſtoricus. Conſulenda eſſent hoc fine monumenta, quae recenſet *Lambecius lib. 3. c. 8. p. 960.*

(h) Multae in ea valles colleſque feraces tritici, multi lacus, multi amnes. Drauus, *Sylu.* c. 20. p. 343.

(i) Quod vel ex ducis inauguratione intelligetur. Oportet enim inaugurandum agreſti veſtimento vti; alapam pati a ſubdito agricola, vt lenis imperii facerent periculum; iurare pacta libertateſque ordinum, clauſula fere addita commiſſoria.

Germanis Carinthios; *iurare* temere; *ſordidamque* vitam colere, neque domeſtici annales ſilent.

Singulare eſt, quod Megiſerus de ſocietate S. Chriſtophori der Fluch-Geſellſchafft *prodit (k). Quod ante a temere iurandi licentia & vitio ebrietatis cohiberi non potuerint, quam ordine hoc inſtituto, mulcta ſtatueretur in transgreſſores. Iudicium* Clagenfurti (**) *habent in vrbe primaria (l). Proſtant leges prouinciae vno volumine* der Land-Hand-Feſte *fol. (m). Archiepiſcopi* Salzburgenſis *plurimae in Styria Carinthiaque praefecturae, emtionis, pignoris, legatorum, donationis*

miſſoria. Ritum iſtum plene enarrauit *Syluius* cap. 20. Europ. 343. vnde alii plures eum deſcripſere. (*)

(*) Originem huius ritus aperire vult *BESOLDVS de dignit. ducum Italiae n. 361.* ex eoque eandem deſcripſit *SCHOPPIVS in theſauro feudali ſect. 3. cap. 1. p. 87.* Putant enim, ruſticos ſacra Chriſtianorum ante accepiſſe, quam nobiles, proptereaque id dediſſe Carolum M. ruſticis, vt ipſi ducem regalibus inaugurarent mandatario nomine imperatoris. Sed dubito de hiſtoriae veritate. Partim, quod Caroli M. tempore Carinthia dominos habuit territorii; partim etiam, quod Carinthia paruit Boioariae ducibus. Vt adeo neutrubi hiſtoriola veritatis concinna eſſe videatur.

(k) Vid. ſupra. Scilicet cum ebrietas & dirae execrationes mores infeciſſent hominum nobilium Carinthiae. Ex illis Sigiſmundus a Dieterichſtein, Carinthiae hereditarius pincerna ordinem inſtituit, cuius ſocii iureiurando ſe adſtringerent, ad has leges: nicht zu fluchen; die Ubertrettung allemal mit 2. fl. Geld zu büſſen; andere davon abzuhalten; keine Geſundheit trincken, ſondern nach ſeinem Durſt; it. Chriſtophs-Bild tragen in einer Ketten oder Schnur; alle Jahr bey die Hoſthaiding zuſammen kommen; Steyrer und Cärnther im Orden seyn; einen Hauptmann erkennen, & quae ſunt eiusmodi. Promulgata ſunt inſtituta ordinis *Graeziae* 1517. *Megiſerus* lib. 11. Carinth. c. 11. p. 1296. 1297. ſeqq.

(**) A quo tamen appellatur ad tribunal Graezenſe, vbi regimen interius Auſtriacum.

(l) *Syluius c. 20. deſcr. Europ. p. 345.* exprobrat iudicibus Clagfurtenſibus, quod conſuetudinem habeant forenſem; laqueo ſuſpendere fures, triduo poſt de ſuſpicione criminis iudicare, ſi de innocentia ſuſpenſi conſtet poſt, liberare eum de mala cruce & honeſte ſepelire. Sed pro anili hoc quidem figmento habet *Megiſerus lib. II. c. 12 p. 1302.*

(m) Additae *Megiſero* ſub finem. Sed cauſarum magis publicarum habent argumenta.

nationis titulis. Bambergenſi *Epiſcopo Henricus II. Imp.* Lauanthal & Villach *comitatus donauit, quos ipſe poſſederat qua Bauariae dux illos per ſuum vicarium* den Vitzdom zu Wolffsberg *hodienum Bamb. adminiſtrat (n). Dictum de controuerſiis ea cauſa cum Auſtr. archiduc. quod* 1. *ab o*neribus *publicis*, 2. iurisdictione *Clagenfurtenſi eos velint exemtos. Reſponſum Ferdin. I. Imp. ea de cauſa Bambergenſibus datum.*

CARNIOLAE.

§. VII. CARNIOLAE non laetior facies (o), quae admirationem ſtuporemque incutit ſpectatori.
Habet, quae mireris, *habet, quibus ad* delicias *fruaris. Quid mirabilius* ſubterraneis *fluuiis; Lacu* Cirknicenſi, *qui eodem anni decurſu, eodem loci ſitu* meſſem; venationem; piſcationem *exhibet? Inter ingentia ſaxa non modicas fertilis terrae portiones habet. Naſcitur inter haec ſaxa* vinum, *Liuiae olim Auguſtae prae ceteris aeſtimatum*, Pucinum *(p) dictum. Effoditur ex iisdem magna vis Mercurii (q).*

(2.) *Incolarum* ingeniis vt pinguius nihil magisque retuſum: ſic iisdem non firmius quid & conſtans magis, ſi excolantur.

Schoen-

(n) Supra p. 114. ſqq.

(o) *Ioh. Wicbard.* VALVASOR *L. B. quatuor* edidit volumina Ehre des Hertzogthums Crain, *Laibaci* 1689. fol. in quibus nihil omiſit, quod pertinere poſſet ad Carniolae pleniſſimam notitiam. Genus vero dicendi, quod emendare inſtituit Eraſmus Franciſci, is admodum corrupit verbis ſeſquipedalibus. Liber *imaginibus* illuſtratus eſt, heraldicis, naturalibus, geographicis vrbium & pagorum, illorum etiam, quos operae vix pretium eſt intueri.

(p) Iulia Auguſta 82. annos Pucino retulit acceptos vino, non alio vſa. Gignitur in ſinu Adriatici maris ſaxeo colle; maritimo afflatu paucas coquente amphoras, *Plinius lib. 17. c. 4.* Ceterum vina haec nigra (Weindinte) ſunt, craſſa & dulcia. De Picino oppido lites ſunt *Lazii* lib. 12. de rep. Rom. ſect. 5. c. 8. *Cluu.* lib. 1. Ital. c. 20. *Schoenlebii* Carniolae p. 103. *Valuaſoris* lib. 5. Carniolae p. 244. qui omnium ſententias confert digeritque.

(q) Man findet gantze Steine ausgehöhlet, da das Queckſilber darinnen lieget. *Valuaſor* lib. 3. Carniolae c. 27. p. 405.

Schoenlebius *obſeruat* (r), *Carniolanos in aula Caeſarea adminiſtros, principibus ſuis, prae aliis in pretio ac honore fuiſſe, quod fide & induſtria ſe probarent. Cos ingeniorum? Carniola antemurale Turcarum.* *Regimen* Laubaci (s).

TIROLENSIS C.

§. VIII. Tirolensis C. reſtat, quem gnaviter princeps ſuus Maxim. I. imperator deſcripſit (a). **Es wäre ein Bauren-Küttel mit zwar groben Falten; die aber trefflich warm hielten.**

Argenti viui **des Queckſilbers** *tanta ibi copia praeſtantiaque, quanta non in orbe vniuerſo. Monopolium in omni Europa*

N 4

(r) Qui edidit *Carniolam antiquam & nouam*, Labaci 1681. f. Subſiſtit vero in anno Chr. 1000. vt adeo telam non eo proſequutus ſit, vbi potiſſima latent ciuilis hiſtoriae argumenta.

(s) **Das oberſte Land-Gericht iſt die Hoftheiding oder Schrannen-Gericht, hat den Landes-Hauptmann** (qui ſupremus ducis vicarius) **oder Landes-Verweſer zum** praeſide. Adſeſſores ex ordine comitum & baronum (**der Herren-Banck**) a primo latere: ab altero **die Ritter-Banck**, (equeſtre ſcamnum). Valuaſor lib. 9. c. 9. p. 93. **Schrann** idem, quam cancelli **ſchrannen.** Vt ergo nos dicimus **die Canzeley**; Styrii, Carinthii & Carniolani habent **die Schrannen-Gericht.**

(a) Cum diuerterit hic aliquandiu *Cliuiae* princeps peregrinator Carolus Fridericus (m. 1575.) cuius peregrinationem *Steph. Vinandus* PIGHIVS edidit nomine, *Hercules prodicius*, ampliſſima *Tirolenſis* comitatus in illo libro habetur deſcriptio *a p.* 223. *ad p.* 250. quae eſſe hic poteſt inſtar commentarii. Metallurgiam Tirolenſem; ſalinas; venationes; mechanicas operas; palatia; templa, aras magno Latini ſermonis cultu recenſuit enarrauitque, vt exemplo eſſe poſſit ſcriptoribus in hoc argumento. Recitamus nos deſcriptionis principium: *Tertio poſt die peruenit in comitatum Tirolenſem. Prouinciam alpibus licet incluſam & extentam per ipſa iuga Rhaetica: fructuum tamen rerumque ad vitam humanam neceſſariarum: nec non auri, argenti, metallorumque omnis generis optimorum copia tam locupletem ac diuitem: vt eam aptiſſime & admodum facete Maxim. I. rudem & agreſtem ruſtici tunicam adpellare cenſuerit, multis quidem plicis & rugis horridam & deformem: valde nihilominus bonam, callidam ac commodam dicens.* Extant *epiſtolae Pighii* in codice manuſcripto bibliothecae Berolinenſis, vt lucem viderent, digniſſimae.

ropa (*). *Modo aequiſſimi principis animus pateretur, pretium eius pro arbitratu augere* (b). *De pactis* der Oſt-Indiſchen *Compagnie cum domo Auſtriaca ſuper eodem.* Salis *maxima Halae vbertas, & ſingularis praeparatio.* 1. *Effoditur;* 2. *aqua pura liqueſit;* 3. *igne demum iterum congelata, optimus pulcherrimusque efficitur* (c). Vinum *praeſtantiſſimum* der Traminer-Wein (*d*), *vt vulgaria praetereamus. Taceo omnia genera frumentorum* (e), *plantarum: metal-*

(*) Interdum quodam Dei dono plaga gaudet, quo orbis fere caret vniuerſus. Exemplum eſt mercurius Auſtriae, qui etiam nouo aduehitur orbi. auctor de veteris numiſmatis potentia & qualitate cap. 4. §. 5. p. 27.

(b) Quod hydrargyro opus ſit ad diſſoluenda metalla. Dahero Holland auf das Tiroliſche Queckſilber an das Hauß Oeſterreich auf zwantzig und mehr Jahre praenumeriret. Jedoch mit dem Beding, daß ihnen alles Queckſilber geliefert werden muß, auch der Preiß nicht geſteigert werden mag. Putant enim, Auſtriacam alias domum pretium argenti viui adaugere poſſe altero tanto. *Becker* von aufnehmen der Städte.

(c) Plene culteque PIGHIVS Halenſes ſalinas deſcripſit p. 228. ſq. *in Hercule prodicio.* Allwo man auf dem nächſten Gebürge die Saltz-Steine aushauet; folgends in Gruben mit ſüſſem Waſſer erweichet, ferner in höltzernen Tiſchlein in die Stadt Halle zu den eiſernen groſſen Saltz-Pfannen (deren eine 3000. fl. koſtet, und 10. Jahr hält) leitet, und allda das Saltz vollend auskocht. Es arbeiten täglich tauſend Menſchen an dieſem Saltzthum, und pflegt ſolches dennoch jährlich von 300. Jahren her, nach Abzug aller ſo groſſen Unkoſten, anderthalb Tonnen Goldes einzutragen. FVGGER lib. 3. cap. 8. §. 9. pag. 343. SCHOTTIVS in Itinerar. Ital. lib. 1. p. 66.

(d) In pago *Tramin*, qui epiſcopi eſt Tridentini. Zwiſchen Trident und Botzen, jenſeit der Etſch, lieget das groſſe Dorff Tramin, da am Gebürg ein herrlicher Wein wächſt. *Merianus* & *Nigrinus* in deſcriptionibus comitatus Tirolenſis ſub verbo *Tramin.* Et *Nigrinus* p. 20. Tirol iſt mit köſtlichen Weinen begabt, ſonderlich denen Etſch-Weinen (quos montes alluit fluuius Ateſia) und dem Traminer-Wein, welche ſehr weit verführet werden.

(e) Quae tamen incolarum Tirolenſium multitudini non reſpondent. Sed frumenta nauibus aduehuntur *Ateſi* & *Anaſi* ſ. Oene fluuiis. Quamuis primus ob celeres curſus & alueos anguſtos in pluribus locis nautis moleſtias adferat periculaque.

metallorum (f): lapidum (g): marmorum: armentorum, ferarum (h), volucrium: piſcium (i), quid enim optimae regioni deeſſet? Reditus C. ante duo iam ſecula aeſtimarunt IV. tonnas *(k) auri. Dicitur* maximus *comitatus vniuerſi orbis (l). Fluuii* Etſch *(m) &* Inn *regionibus nomina dant* Etſchland und Innthal.

N 5 †(2.)

(f) Ob gleich die Berge rauh ſind, reichen ſie doch an theils Orten 1) Gold, 2) ziemlich viel Silber, 3) ſehr viel Kupfer, 4) Bley, 5) Gallmey, 6) Eiſen die Menge.

(g) An etlichen Klüfften findet man Edelgeſteine, 1) Jaſpis, 2) Amethyſt, 3) Granaten, 4) Hiacinthen, 5) Chalcedonier, 6) eine beſondere Art Cryſtall, ſo in dem Glasſchneiden an ſtatt der Diamanten gebrauchet wird wegen der Härte, 7) Markeſiten.

(h) Inprimis *Rupicaprarum* (die Gemſen) venationes deſcripſit PIGHIVS p. 240. ſeqq. Herculis Prodicii. De Maximiliani I. periculis in venatione rupicaprarum conſulendus liber der Theuerdanck, *Nigrinus* p. 30. alii.

(i) PIGHIVS p. 238. *Hinc oſtenduntur in cliuis ac vallibus ſtagna, piſcinae, lacus & viuaria nobilium piſcium. Illinc vineae, pomaria, ſyluae, leporaria, ſaltus & ferarum viuaria.*

(k) Hodie opinantur, ſummam redituum Tirolenſium *ter* eſſe maiorem. Imo, aliquorum iudicio, quin Tirolenſes prouentus regnum aequent, fieri tantum imperitia & partium ſtudio corruptorum procuratorum.

(l) *Tirolenſis comitatus non ſolum ducatui, vt nunc principum dominia adpellant, verum etiam regno diuitiis poteſt aequiparari.* PIGHIVS p. 223. Vulgi quondam iudicio duo in orbe *comitatus* ſunt, qui *regnis* non cedant. Vnus *Flandria*; alter *Tirolum*.

(m) *Ateſis* fl. labitur verſus Italiam. Magni nominis *ducatus* inde nomen habet, qui aliquibus etiam ab vrbe *Merania* ſolet adpellari: Das Hertzogthum Meran oder auch das Hertzogthum an der Etſch. Nam *Ateſini tractus* domini neque Boioariae ducibus morem gerere voluerunt, a quibus etiam, vti ipſa Auſtria, an. 1180. caſu Henrici Leonis decretoque Friderici I. Caeſaris fuerant exemti, FVGGER *lib. 3. c. 8. p. 340.* inprimis poſtquam in *Vogtlandia* & *Burgundia* quoque latifundiorum auctus inuidendos feciſſent. Verum, *Meraniae* ſiue *Ateſiae* duce Ottone II. mortuo an. 1248. *Veneti, Tirolenſes, Herbipolitani, Bambergenſes, Burgundiae* & *Boioariae* duces in praedam venerunt, & ducatu ipſo extincto diſcerptoque, ſingulis ditiones ſingulares in praedam conceſſerunt. Fridericus enim, *Noribergenſis* Burggrauius, qui vltimi

†(2.) Emporium inſigne BOLZANI floret hodieque (Bozen) in Tirolenſi comitatu. Quo fine nundinatoribus multa priuilegia contulere imperatores Auſtriaci (*). Quae multis acceſſionibus adauxit nouiſſime imperator Carolus VI. an. 1719. (**)

(3.) *In Regimine*, quod *Insbrugis* eſt, non Tirolenſium tantum cauſae aguntur: ſed aliarum quoque prouinciarum, quae, in Sueuiae (***) ac Heluetiae limitibus ſitae, Auſtriaci iuris ſunt (n).

Nellen-

timi ducis Meraniae filiam Eliſabetham vxorem habuerat atque heredem, ſpoliatores conatus nequiuerat reprimere. Quo fine legi poteſt ADELZREITER *annal. Boioar. Part. I. lib. 24. p. 665.* FVGGER *lib. 3. c. 8. p. 340. 341.* Conferri poſſunt ſuperius dicta. Vt adeo certum ſit, potiſſimos auctus Tirolum ſumſiſſe ex ſpolio & laciniis ducatus ATESTINI vel MERANIENSIS. Alias enim portenti inſtar fuiſſet imperio, *comiti* tantorum redituum ditiones addictas eſſe.

(*) In nouiſſimi priuilegii prooemio 1719. mentio fit vetuſtioris temporis priuilegiorum & auguſtalium indulgentiarum. In quorum numeris primo loco habetur die 15. Sept. 1635. altero die 18. Octobr. 1648. tertio die 19. Iul. 1663. vltimo die 30. Aug. 1666.

(**) Inſcriptio opuſculi eſt haec: Diploma der Priuilegien Sr. Kayſ. Maj. Carolus VI. denen Bozner-Märckten ertheilet. Samt beſtättigten und vermehrten Capiteln, Reglen und Ordnungen, welchen nachzuleben, ed. Bozen ap. Mich. Gaſsmayr, Tridentiſchen und Stadt-Buchdruckern, 1719. 4t. cum verſione Italica. Inprimis illud loco praecipui habent ibi mercatores, ut peculiari gaudeant praetorio. Nam quotannis eligunt conſulem ſuum & duos adſeſſores altera parte Germanos, altera Italos. Sunt enim a praetore ordinario loci prorſus exemti.

(***) Quas enumerat BVRGERMEISTER vom Reichs-Archiv Herkommen.

(n) Vtpote Marchionatus 1) *Burgouiae*, de quo *Lazius* lib. 8. migr. gent. p. 407. *Cruſius* lib. 5. annal. Sueu. c. 3. part. 2. *Günzburg*, *Futenbach*, *Holz*, *Hohenberg*. 2) Sueuiae *Landuogtia*. 3) Dynaſtia Nellenburg, 4) *Bregenz*, 5) comitatus *Feldkirchen*, 6) *Conſtantia*, 7) comitatus *Montisfort*. 8) ciuitates ſilueſtres, *Waldshut*, *Lauffenburg*, *Seckingen*, *Rheinfelden*, in tutela Heluetiorum tempore belli Gallici, 9) Friburgum, 10) Briſacum cetera. Vide *Merianum*, *Nigrinum* p. 1. p. 703. *Kiefferum* claſſ. 3.

Nellenburg; Burgau; Sueuiae Landuogtiam; quatuor vrbes ſilueſtres intelligo. Dictum de harum exemtione tempore Maximil. I. An Landuogtia *certo loco affixa? an pro iudicis arbitrio mutabilis (o)? grauamina Statuum, exemtiones.*

(4.) Leges Tirolenſes promulgatae ſunt latore earum archiduce Ferdinando (p); quae certe patrii iuris plurimas nobis conſeruarunt reliquias (q). De Fev-

DIS

(o) Iuris enim intellectu mutabile iudicium exiſtimarunt illi, qui cauſas coram illo agere tenentur.

(p) Neu reformirte Landes-Ordnung der Fürſtlichen Grafſchafft Tirol an. 1573. in 4t. Eodem anno prodiit, die Reformirte Policey-Ordnung. Habeo in litteraria mea ſupellecti exemplum manu ſubſcriptum ipſius Ferdinandi & eius adminiſtratorum L. B. de Schneberg; Iacobi Holzapfel; H. Feuſtingeri. Ferdinandus, qui frater Maximiliani II. fuit, qui etiam leges haſce habuit ratas. Scriptas enim leges Tirolenſi prouinciae primus dederat Ferdinandus I. Imper. quas filius archidux Ferdinandus correxit ſuppleuitque ad ordinum prouincialium intereſſe. Doch nehmen Wir von dieſer Landes-Ordnung aus die Herrſchafften 1) Rotenberg, 2) Kuffſtein, 3) Kützbühel, die bißher, nach ihres Buchs ſag, und diejenen, ſo nach ihren vorgehabten Statuten gehandelt haben. Daß dieſelben, ſo ſie wollen, noch dabey bleiben ſollen.

(q) Formula homagii fit inter haec ſolennia: die Prälaten legen die Hände auf die Bruſt; die Edelleute in des Landes-Fürſten Hand; peregrinis habetur peculiare iudicium das Gaſt-Recht; formula fahrender Hab und anderes Gewehres; niemand ſolle vom Landes-Fürſten durch Frey- oder Wappen-Brief von denen ordentlichen Gerichten eximiret werden; die Pfändungen ſollen in ihrem alten Stand bleiben; unter dem Adel ſollen die Töchter ausgeſtattet, aber nicht mit den Söhnen zum Erbe gelaſſen werden; tutores audiant Gerhaben oder Anweſer; wenn ſich eine Tochter ohne deren Vorwiſſen verheyrathet, verliehret ſie den dritten Theil ihrer Haab; Wunn und waiden paſcua, prata Alben; die Land-Täge ſollen fleiſſig gehalten werden im Land an der Etſch zu Meran, im Innthal zu Insbruck, und ſonſt zu Stuzingen oder Brixen; keine güter aus zröden oder legen zu laſſen, oder zu zugütern zu machen; kein Paumann ſolle ſein Zinß-gut ohne des Grund-Herrn einwilligung theilen, über 10. Jahr vermiethen, verkauffen, andern bey Verwirckung des Gutes; den Vorkauff oder Wiedereinlöſung haben die Befreundte an ſolchen Gütern biß in den vierten Grad incluſiue; emphyteuſes dicuntur Panthäding oder Bauſtifften; laudemium Leutgeld,

dis Tirolenſibus parum nobis eſt proditum (r), in pleriſque tamen indolem habent iuris allodiorum.

§. IX. Hactenus deſcriptarum regionum omnes reditus conferre, rationibusque ſubductis ſummatim aeſtimare, ardui ac infiniti operis eſt. Verum ſiue amplitudinem, ſiue multitudinem, ſiue bonitatem prouinciarum praeſtantiamque cogites; ſiue aulae magnificentiam ac magnitudinem reſpicias (a); ſiue rerum geſtarum bello ac

geld, *confirmatio* Leut; Feld-Zinſen dicuntur Weyſaten; zwiſpillige Zinß; Robathen; Riffianer, die mit reiſen herum ziehen, nicht zu dulden; wer einen falſchen Eyd ſchwöret, oder ſich nur zu ſchwören erbiethet, dem ſolle die Zunge mit den Fingern, damit er geſchworen, abgehauen werden; der einen Brieff fälſchet, wäre er ein geſchworner Schreiber, ſolle er verbrannt, ein anderer aber mit dem Schwerdt gerichtet werden; in der leicherey oder falſcher Maaß und Gewicht ſolle der Thäter ertränckt werden; ein muthwilliger Schuldner ſolle Zeit Lebens oder böſer Bezahler ein gelbes Täfelein an ſeinem Rock tragen; der Ehebruch ſolle an männiglich das erſte und andermal mit Gefängnüß und Waſſer und Brod-Speiſe, das dritte mal aber mit Landes-Verweiſung geſtrafft werden; die Todtſchläger ſollen ohne Gunſt der Anverwandten des Entleibten nicht begnadet werden; freundlich Anbieten des Geſundheit-Truncks ſolle geſtattet, der Zwang aber geſtrafft werden; gemeine Leute ſollen nichts anders zur Kleidung tragen, als was im Lande gemacht und zubereitet wird; die Juden ſollen auf ihren Kleidern zur lincken Seiten an der Bruſt einen gelben Ring tragen, jedoch nur in Städten, und wenn ſie in der Herberge ſeyn, & quae ſunt eiusmodi.

(r) Deficiente allodio omnia debita ſunt feudalia Land-Ordn. lib. 2. tit. 76. p. 28. Lehen-Sachen ſollen von den Lehen-Herren und des Lehens-Genoſſen Mannen abgethan werden. Land-Ordn. lib. 2. tit. 17. p. 11. Auſſer Ritter- und Schild-Lehen ſollen die Freye und Affter-Lehen auf Sün und Döchter verliehen werden, doch ſollen die Töchter dem Lehen-Herrn einen Lehn-Trager ſtellen. Dafern keine Süne noch Töchter vorhanden, ſolle der Lehn-Herr die nechſten Erben, wenn ſich die in Jahr und Tage melden, vor andern mit dem Lehen bedencken; Und ihnen gegen ziemlicher Handreichung und Eerſchatzung die Lehen, als Haimkummene Lehen, verleihen. Land-Ordn. lib. 5. tit. 20. p. 70.

(a) Habet tamen hoc compendium aula Viennenſis; Quod eius adminiſtri homines plerumque ſint opulenti, qui ſuis impenſis

ac pace recolas memoriam: patebit vtique, Auſtriacam gentem potentia viriumque robore nulli regum aliquid conceſſuram.

Cur Gallici ſcriptores tot rationaria *edant ſui regis (b). Sed patria noſtra inter arcana aulae haec reponat? An* potentia *alicuius ſtatus aeſtimari debeat ex reditibus? Fallit regula ob plures cauſas. Sint Principi LX. tonnarum reditus ex regione, quae ſua metalla, ſuum cultum, victum, militem in viſceribus alit. Potentior is erit, ac alius, qui duplo maiores accipit, ſed ab exteris per commerciorum fortunas demum inſtabiles expectandos. Proportioni regionum Auſtr. aeſtimandae proderit notaſſe:* Wenn Oeſterreich unter der Ens zwey Tonnen Goldes verwilliget, ſo gibet Oeſterreich ober der Ens Eine: Steyermarck, Cärnthen, Crain Drey: Böhmen mit den incorporirten Landen zwölffe; davon Böhmen für ſich 4. 9tel, Schleſien 3. 9tel, Mähren 2. 9tel, und von dem Böhmiſchen quanto die Grafſchafft Glaz den 30. die Stadt Eger den 100. Theil. *Sed haec tamen ipſa pro temporum fortunarumque rationibus variant. Et magis* ordinarii *principum reditus; quos ſcrutari irreligioſum eſt, neque tamen aſſequare (c). Habeo inter cimelia mea* matriculas camerales *omnium prouinciarum Auſtriacarum (d). Sed alienum a moribus meis haec arcana in vulgus prodere. Dictum de Rationario Auſtriaco, quod exhibet* Lambecius *(e).*

CAPUT

impenſis vrbis ac aulae ſplendorem adaugent, muneribus vero Caeſaris gaudent ad conciliandum familiis ſuis maiorem dignitatem. Contra aliorum fere regum aeraria onerantur magnitudine ſalariorum.

(b) In quibus tamen ſtrenue ſolent pro patria mentiri.

(c) Qui ſenſus vel ſuos vel aliorum titillare geſtiunt, illi conſulere poſſunt anonymum der Relation von dem Wieneriſchen Hof, edit. 1705. in 8.

(d) Id mihi olim videbatur inſtar portenti, quod in plurimis praefecturis reditus principis ne reſpondeant quidem ſalariis adminiſtrorum, horumque impenſis, adeo, vt in rationario ſacri patrimonii formulae ſint multoties: dieſes Amt gehet auf; hat keinen Überſchuß; muß von andern Zubuß haben. Cauſas quaerant ponderentque oeconomi.

(e) In biblioth. Vindobon. lib. 2. cap. 8. Sed parum huc tempora vetuſtiora, in quibus illud verſatur.

CAPVT VI.

SCRIPTORES Auſtriacae gentis domeſtici.

§. I.

In eo fuimus dudum occupati, vt ſcriptorum de principibus Germaniae omnium nobis copia eſſet, ne aliena fide, ſed noſtro quemque iudicio laudaremus. Et in hoc adparatu numis, fortuna, intelligentia, commercioque litterario erat opus: vt ex tot Germaniae, imo variis Europae angulis producta volumina conquirerentur. Depromemus igitur ex noſtra ſupellectili, quotquot poſſidemus, ex inſtituto de Auſtriacis ſcripta hiſtoriae monumenta.

Puerilis labor eorum, qui auctorum *catalogos aliunde exſcribunt. Notae talium.*

§. II. Cum vero alii Auſtriacae gentis *ortui* ac originibus intenti ſint; aliorum opera maior in *hiſtoria* rebusque geſtis verſetur: nos in has claſſes auctores omnes diſtribuemus.

SCRIPTORES GENEALOGI.

a) A Perleonis.

I. Iob. SEIFRIDI, Abbat. Zwethalenſis, *Arbor Aniciana, ſ. Genealogiae Auſtriae domus principum ab Aniciana familia*, Viennae 1613. fol.

Non primus eſt; praecipuus tamen huius genealogiae adſertor, induſtrius etiam & elegans.

II. Gaſpar. SCIOPPII *Diſceptatiuncula de hac arbore Aniciana*, Conſtantiae 1651. 12.

Acri calamo credulitatem Seifridi perſtrinxit: non minori acrimonia a P. Lambecio *iterum ob eam cauſam reprehenſus. Iudicatum de hoc pari (a).*

III. Ar-

(a) Scioppium verbo notant *maledici Grammatici.* Quam notam etiam meruit. Cum vero maior illi notitia fuerit Latinatis

III. Arnoldi Wionis *Lignum vitae* (*b*), Venetiis 1595. *voll. duob.* 4.

Hic in deliciis eſt Seifrido, quem ſequitur & emendat quandoque, vt veriſimilior ſit, quam vterque profitetur, ſententia Anicio-Perleoniana.

IV. Henr. Gvndelfingii *Hiſtor. Auſtr. an.* 1476. Mſc. excerpſit *Lambecius* Lib. II. c. 6. Biblioth. Vind. Viennae 1669. fol.

Dictum de Lambecii inſtituto, Auſtriacos condendi annales: in quo tamen conatu fata eum praeuenerunt. Origo Perleonea ſatis antiqua, quam Sec. XIV. Vlric. Kriegius; *Alb.* Argentoratenſis; *Vlric.* Klingenbergius, *multi alii poſt, quos* Bucelinus *laudat, ſunt ſequuti.*

V. Cornel. Vitignano *Genealogia della proſapia d'Auſtria*, in Neapoli 1601.

Liber aliquot ſchedarum, Perleonius.

b) A Francorvm Regibvs.

VI. Ioh. Stabii *Genealogia domus Auſtriacae & epitome ortus Auſtriae* 1510.

Mihi non viſus; quanquam & huius & Iacobi Manlii; *Ladiſl.* Sundhemenſis; *ac Ioh.* Trithemii *deliramenta e Cuſpiniano, Lazio, Seifrido, Lambecio conſtent.*

VII. Hieron. Gebvileri *epitome ortus Car. V. & Comit. Habsburgenſium*, Louan. 1650. 8.

Hic pariter ſtemma Auſtriacum a Noa exorditur, quod Carol. V. dicauit.

VIII. Wolfg. Lazii *Commentarior. in Genealogiam Auſtr.* Baſil. 1564. fol.

Optimus

natis cultioris: quam aeui Latino-barbari: mirum non eſt, eius in hoc argumento libros ſatis indignos eſſe nomine Scioppiano. Turpiter ſe in ſimili cauſa dedit Freinshemius, qui criticus pariter extra oleas errauit in ſcriptis rerum Germanicarum. *Lambecius* in Latio domi erat, neque in patria hoſpes. Scripſit tamen hic ad ſenſus ſui nutritoris.

(b) Ita luſit titulo. Liber enim agit de origine ſucceſſuque ordinis S. Benedicti. (*)

(*) Inſcriptio libri plenior haec eſt: *Arn. Wion lignum vitae ſeu de ordine S. Benedicti libri V. acceſſit dilucidatio de principum Auſtriacorum origine ex Anicia familia, quae erat D. Benedicti.*

Optimus in hoc argumento auctor, qui, repetita induſtria, tabularia monaſteriorum in Helvetia Alſatiaque inſpexit (c).

IX. *Theodorici* PIESPORDII *Stemma Auſtriacum*, Bruxel. 1620. fol.

Opus valde rarum, XII. aeneis tabulis conſtat ampliſſimi ſpatii. (*)

† X. *Georg.* HAVBENREICH von Hirſchhorn Stamm-Baum (**) des Hauſes Oeſterreich von Clodouaeo bis auf Rudolfum II. Francofurti 1598. 4t. in 11. Bl.

c) A PRAEFECTIS HELVET. VINDONISSENS.

XI. *Franc.* GVILLIMANNI *Habsburgiaca* Lib. VII. aliquoties impreſſa Mediolan. 1605. 4t. Germanice Friburgi 1607. 4t. Ratisbonae nouiſſime 1696. 4t.

Doctus liber, vt cetera auctoris. Fingendi tamen in originibus libertate abutitur.

XII. *Gaſpar.* SCIOPPII *Stemma Auſtriaco-Habsburgicum*, Ticini 1619. 4t.

Sententiam Guillimanni vnica tab. exhibet.

d) AB ALSATIAE D. ATTICIS.

XIII. *Hieronymi* VIGNIERII *l'origine de la maiſon d'Auſtriche*, Pariſ. 1648. 8. (d).

An origo haec dubio careat? an Germanica induſtria dignum, ab homine extero Caeſari ſtirpem oſtendi?

XIV.

(c) Pertinet etiam huc eius *hiſtoria Viennenſis* & liber de *Republica Romana*. Ceterum Auſtriaca eius commentaria aliis eiusdem operibus ſunt rariora.

(*) Cum ſcriptum hoc in manus veniret *Peireſcii*, iam nunc editus, commouit huic atram bilem partim, quod fingeret PIESPORDIVS genealogias, femellas conuertendi in mares exemplo illius Ital.; partim, quod peſſimus ſcriptori finis, perſuadendi Auſtriacis, ſibi deberi Galliam, quam detinuerint adhuc & Carolingici & Capetingici reges. Meretur locus exſcribi ex Gaſſendi lib. II. vitae Peireſcii p. 100. 101. 102. ſq.

(**) Auctor Viennae egit bibliopolam. Quapropter in chronologicis ſui aeui plenior eſſe potuit & curatior. Cetera vulgaris & ideo tantum commendandus, quod ſcripſerit vernacula.

(d) Olim libellus erat rariſſimus. Sed ex quo Chifletius eumdem Latine reddidit illuſtrauitque adnotationibus, vix operae eſt pretium, eius copiam acquirere.

XIV. Ioh. Iacobi Chifletii *Stemma Auſtriacum*, Antwerp. 1650. fol.

Illuſtrat hic Vignerii ſententiam, aut, quae Blondelli opinio, inuoluit.

HISTORIAE AVSTRIACAE SCRIPT.

XV. Gerardi de Roo *Annales Auſtriaci an.* 1518. Oeniponti 1592. fol. extant etiam Germanice, Auguſtae 1621. fol. (e).

Prior editio rara; auctor mea laude maior.

XVI. Ioh. Iac. Fvggeri SPIEGEL DER EHREN des Ertzhauſes Oeſterreich, Norimberg. 1688. f.

Scripſerat librum tempore Caroli V. Fuggerus: ſed iterata cura, P. Lambecio cenſore, Sigiſm. de Birken *inſigni acceſſione auxit eundem, vt omnium pleniſſimus nunc extet (f). De ſtyli genere iudicatum (g) & ambagibus ſaepius aliunde conquiſitis.*

XVII. Ioh. Cvspiniani *Auſtria ad an.* 1518. Francofurti & ſaepe alias 1591. fol.

Euitatis ambagibus Auſtriaca tantum tractat, quod omnino laudandum.

† *XVIII.* Peziorvm fratrum, *Bern.* & *Hieron.* facienda eſt hic mentio rerum Auſtriacarum, ab illis editorum, fol.

† *XIX. Reliquiarum noſtrarum* tomus IV. habet Auſtriaca diplomata.

† *XX.*

(e) Olim mediae fuerat raritatis in vtroque idiomate; ſed poſt Halae recuſus eſt *an. 1709. in 4t. abſque mendis.* Sed mentitur typographus, qui ne quidem ſine mendis dimiſit praefationem.

(f) Sunt tamen, qui adfirmant, Fuggeri libros longe pleniores fuiſſe, quos ſine iudicio correxerit, contraxeritque Birkenius. (*)

(*) Dux Saxoniae Cizenſis redemit illud, duobus voluminibus abſoluitur, & fuſius magnum & inſignium adornatum eſt. Verum in Caeſarea bibliotheca exemplum extat his longe maius & amplius.

(g) Verba ſeſquipedalia illi in deliciis ſunt, vt bilem moueant cultiorum litterarum ſtudioſo.

† *XX. Abbatis Cottwicenſis* Annales Cottwicenſis coenobii pariter ſunt in claſſe Auſtriacorum.

† *XXI.* HERGOTTII *Habsburgica.* fol. in quibus multum ſalis ac olei, imo inſignium diplomatum adparatus.

XXII. STRADA *a Rosberg Genealogia Auſtr. Ducum*, Francof. 1629.

In numiſmatibus explicandis totus eſt, res S. R. I. potius, quam Auſtriacas, tractat (h).

XXIII. Pont. HEVTERI *Rer. Burgundico-Auſtriacarum libri*, Louan. 1646. fol.

Auſtriaca Lazio fere debet; in Belgicis ac Burgundicis plenior meliorque.

XXIV. Nicolai VERNVLAEI *hiſtoria Auſtriaca*, Louan. 1651.

Elegans epitome. Extant eiusdem Virtut. *G. Auſtriac.* ibid. 1640. 4. Apologia *gentis Auſtr. contra Gallos*, Louan. 1635. 4.

XXV. C. BEERII **der Ertzhertzogen zu Oeſterreich Groſzthaten**, Norimb. 1695. 4.

Speculo Fuggeriano ſua debet: in recentioribus etiam vtinam extera a domeſticis diſtingueret.

XXVI. Franc. Adam. S. R. I. Com. a BRANDIS *Fama Auſtriaca*, Balſani 1678. 8.

Prouectioribus non ſcripſit; ſed legi in Gynecaeo voluit. Libellus etiam 1675. *editus Germanice.*

XXVII. G. C. B. I. T. Phoſphorus Auſtriacus, Louan. 1665. 12.

Liber iunioribus prae aliis commendandus.

XXVIII. Ioh. GANSII *Arboretum Auſtriacum*, Colon. 1638. fol.

Hunc

(h) Et reſpicit potiſſimum gentis Auſtriacae imperatores. Recentiores Auſtriacorum Caeſarum numos exhibet deſcribitque *Ioh. Iac. Luckius* in ſylloge numiſmatum elegantiorum, *Argentinae 1620. fol.* incipit a Maximil. I. definit in Rudolfo II. an. 1600. Supplementa & continuationem operis ab heredibus redemiſſe dicitur Patinus in Galliamque extuliſſe. Vtrosque libros hosque in Auſtriacis imperatoribus expilauit exſcripſitque *Palatius* in aquila Auſtriaca, Venet. 1671. f.

Hunc librum adeat, qui foecundae gentis Auſtr. quaerit cognationes & affinitates. Eiusd. gynecaeum *de Auſtr. heroinis.*

XXIX. Abr. HOSMANNI *Genealog. Auſtr.* Lipſ. 1612. *eiusdem Chronica* von Oeſterreich, Leipzig 1612.

† *XXX. Ant. Guilielmi* ERTELII, ICti Bauari, *Auſtriana* (*) regina Arabiae, Aug. Vind. 1687. 8. in 12. ſch.

XXXI. Caſpar ENS *Fama Auſtriaca*, Colon. 1627. f. *Sed huius opera in bello tantum Bohemico verſatur. Eius generis ſunt* Betuleii & Wurſbaini *Laurus Auſtriaca, qui huc non pertinent.*

Sunt & alii forte quos, dum legerem Auſtriaca, laudatos reperi (32.) Nicol. *Clemens* de Regibus & Ducibus Auſtriae 1592. (33.) Wilh. *Rupius* Geneal. Auſtr. (34.) Richard. *Bardolinus* Auſtriadum libri 1500. (35.) Ioh. Frid. *Mateneſii* Sceptrum Regale dom. Auſtriacae (**). (36.) Ioh. Petr. *Dauberi* de orig. Auſtr. G. (37.) Paul. *Furſtii* Aquila Auſtr. (38.) *Palauicini* Sylloge Hiſtoriae Auſtriacae. (39.) *Valentini* Rothmaleri Carolidum libri cum epitome de ortu Auſtr. (40.) *Boppenhauſeri* Habsburg. Chron.

XLI. Ioach. MYNSINGERI *ICti Auſtriados libri II.* Baſil. 1540. 4.

Proſtant cum reliquis ICti huius operibus poeticis neque infeliciter ſcripti.

XLII. Hieron. MEGISERI (1) *Diarium Auſtriacum*, Augsburg 1614. 8.

(2.) Eiusd. Stemma Annae vx. Matthiae Imperat. 100. tabulis, *Linzii* 1618. 8.

O 2 *XLIII.*

(*) Sub hoc enim tegumento, neſcio, quas prodere voluit Auſtriacae domui cognatas veritates. Sed quis otium dederit diuinationibus ſcripturis, qui clarius loqui potuiſſet?

(**) Hunc libellum poſt naſti ſumus. Inſcriptio eius eſt: *Sceptrum regale & imperatorium Sereniſſimae & Catholicae domus Auſtriacae*, auctore R. D. *Ioh. Frid. MATENESIO*, SS. Theol. D. & P. P. edit. *Coloniae 1619. 8.* in 9. ſchedis. Sed vix operae pretium eſt, eundem conſulere. *Principio* enim deſcribit imperatores Auſtriacos ex monumentis vulgaribus: *poſt* non feliciori inſtituto prouincias recenſet, quae pareant domui Auſtriaco-Hiſpanae: *demum* ſceptri myſticas explicationes eruit, parum huc facientes.

XLIII. Franc. Chriſt. KHEVENHILLERI *(i) Annales Ferdinandei volumina* 8. *Germanice prodiere Ratiſponae* 1640. *fol. cum imaginibus hominum locorumque (k).*

XLIV. Anonymi **Hiſtoriſch-Genealogiſche Beſchreibung (l) des Ertzhauſes Oeſterreich,** Vlmae 1708. 8.

XLV. Galeatii GVALDI *Hiſtoria di Ferdinando (m) & Leopoldo (n)* quatuor *voluminibus*, Viennae 1670. & *ſequentibus, fol. Italiae cum imaginibus (o).*

XLVI.

(i) Illuſtris Carinthiae gens Kheuenhilleriana. Scriptor hic rerum ſub Ferdinando II. geſtarum auctor fuit actorque. Arcanorum fere omnium particeps, vt liber praecipuum mereatur locum in hiſtoria anecdota. Dici non poteſt, quam multa habeat ſingularia de Viennenſibus adminiſtris, horumque conſiliis, errationibus, ſtudio partium, vitiis criminibusque.

(k) Liber rariſſimus eſt, quem nuper quidam redemerunt trecentis imperialibus. Hiſtoria fert, duodecim tantum exempla impreſſa eſſe. His e prelo ſubductis, illico Kheuenhilleri procuratorem typos litterarum diſſoluiſſe & conturbaſſe, ne plura imprimi poſſent exempla. Incipit cum regimine Ferdinandi II. finiturque in anno 1620. *quatuor* voluminibus. Verum liber Caeſari eſſe dicitur manuſcriptus, qui claudat annum 1637.

(l) Auctor ſatis plenus eſt, ad Maximiliani I. hiſtoriam uſque ſequitur Fuggerum, cuius etiam exhibet tabulas genealogicas. Poſt ea tempora autem alios conſulit telamque pertexit ad annum vſque 1708. Vt commendari poſſit tyronibus, Miſcet tamen & ipſe paſſim aliena & Auſtriaca quandoque tractat nimis parce. Cum facilius longe ſit, in Caeſarum Auſtriacorum hiſtoria verſari, quam domeſticas res eruere Auſtriacarum prouinciarum.

(m) Telam orditur an. 1610. finitque eam an. 1666. Sunt etiam, qui extare aiunt volumen *quintum* ad annumvſque 1679. mihi non viſum.

(n) Quod enim cum Italica lingua, tum ſermone Gualdiano admodum caperetur Leopoldus, ſumtus feciſſe fertur ad *quatuor* haec volumina Viennae imprimenda. Ante enim ſparſim aliquid eorum prodierat in locis Italiae. Sed ita factum eſt, vt pauciſſima exempla eſſent in bibliopolarum tabernis eaque comparatu & difficilia eſſent & ſumtuoſa.

(o) Hominum, locorum, praeliorumque. Videtur auctor vltulo multoties araſſe *theatri Europaei.*

† *XLVI. Io. Ad.* Besneker album domus Habsburgo-Auſtriacae, continuam imperatorum ſucceſſionem repraeſentans, Pragae 1713. fol.

XLVII. Leonard. Wurfbain I. V. D. Ausführliche relatio hiſtorica Habsburgico-Auſtriaca, durch was Mittel das Hauß Oeſterreich zu denen noch heutiges Tages habenden Landen kommen, und was dem Reich für Provinzien von Francfreich entzogen worden. Noribergae 1636. (p) fol.

XLVIII. In bibliotheca *Berolinenſi* extat etiam *anonymus Auſtriae hiſtoricus*, ſi recte memini, paulo ante tempora Maximiliani I. Caeſaris ſcriptus Germanice. Picturis imaginibusque heroicis nitet liber, neque dum editus, quod parum dignitatis pretiique habeat, praeter vetuſtatem (q).

DE VIRTVTIBVS AVSTRIACIS.

XLIX. Ioh. Lud. Schoenleben *Annus Sanctus Habsburgo-Auſtriacus*, Salisburg. 1696. fol.

Quingentos ex vtroque ſexu Sanctos Auſtr. gentis magno religionis cultu deſcribit. Extant huius viri prolegomena *ſeu diſſertatio Polemica de orig. D. Habsburg. vbi variorum circa Auſtriacae G. ortum ſententias magna induſtria congeſſit: de* Carniola *etiam eius Labaci* 1682. *alibi.*

L. Didacus de Leqville *Pietas Auſtriaca*, Oeniponti 1660. f. vol. 1. 2.

Quamuis & hiſtoriam ortumque prolixe ſatis tractet auctor: eſt tamen ei propoſita pietas Auſtriacorum.

LI. Wenceſl. Adalberti Czerwenkae *Annales & Acta pietatis Habsburgo-Auſtriacae*, Pragae 1695. fol.

Monaſterior. fundationes & dotationes inſignes collegit; cetera Schoenlebio debet.

O 3 *LII.*

(p) Deſidero in auctore iudicium, genus ſcribendi, ſelectum, curatiorem Germaniae notitiam. Habet tamen aliqua non inutilia, vbi ſuos etiam laudat teſtes; errat graſſaturque inſtar hominis vagabundi.

(q) In tabulario codicum manuſcriptorum mihi eundem oſtendit erudiriſſimus Gallus, CROCIVS, inter primarios litterariae ſupellectilis praefectos regisque conſiliarius. Codex formam habet maiorem.

LII. Iac. von Weingarten Fürſten-Spiegel des Hauſes Oeſterreich, Pragae 1663. f. (r).

Virtutes Auſtriacorum imperatorum cum veteribus R. confert.

LIII. Ioh. WEBERI *Adamas Auſtriacus*, Francof. 1668. 8.

Ad minutias vſque adamantis cum Auſtriacis virtutibus ibi collatio.

LIV. Freder. ALBERMONTII *Symmetria Iuridico-Auſtriaca*, Bambergae 1674. 8.

Ludit hic in ſymbolis Auſtriacorum.

LV. Io. Georg. KIEFFERI *de domo Auſtriaca & eius praerogatiuis*, Friburgi 1672. 8.

Nihil hic noui reperi. In vulgaribus & peregrinis prolixus eſt: difficiliora obiter tractat aut omittit. E manibus tyronum eum non eriperem.

LVI. Chriſt. Philipp. RICHTERI *de iuribus ac eminentia Auſtr.* Ienae 1666. 4.

Hic argumento ſuo fere ſatisfacit. Defuerunt tamen aliqua praeſidia eius induſtriae.

LVII. P. W. von HOERNIGK (s) Hiſtoriſche Anzüge (t) von denen *priuilegiis* des Hauſes Oeſterreich, ſamt beyge-

(r) Hiſtoriam Auſtriaco-Bohemicam late tractat idque teſtibus adlegatis hiſtoricis.

(s) Illuſtre auctori nomen eſt, qui munus ſuſtinere dicitur legati in imperii comitiis. Id patet ex illius ſcriptis, quod reipublicae medii aeui ſit gnariſſimus, in deliciisque eidem hiſtoria pragmatica, quae vſum habet ciuilem, non otioſae rerum geſtarum narratiunculae.

(t) Principio enim fontem Auſtriacorum priuilegiorum aperit, pro quo habendus eſt largitor Fridericus I. imperator an. 1156. Ratiſponae. Ex quo enim ipſe Auſtriam a Boioariae ducatu, cui eouſque ſubdita fuerat, auulſit auxitque auulſam territorio ſupra anaſum plurimisque comitatibus aliis, Boioariae pariter ereptis, factum etiam eſt, vt nouus Auſtriae ducatus inuidendis priuilegiis muniretur, quo animum deponeret Boius, olim Auſtriaca recuperandi. Quae omnia cum longe interregnum anteceſſerint, illaque tempora, in quibus Auſtriaca domus ad imperii auctoritatem peruenit: merito iudicium is explodit Monzambani, quo Auſtriaca priuilegia ex hoc argumento impetit, quaſi in rem propriam illi fuerint auctores. Quas ineptias ſupra non minus dispulimus.

beygedrucktem Chur-Maynziſchen *vidimus* (*u*) gedachter *priuilegien*, Ratiſponae 1708. 8.

LVIII. Eiusdem (*x*) Oeſterreich über alles, wenn es nur will (*y*). Das iſt, wie mit der Landes-Oeconomie die Käyſerl. Erb-Lande in kurtzem über alle Staaten von Europa zu erheben, und von denen andern independent zu machen, Ratiſponae 1708. 8.

LIX. Anonymi Relation von dem Käyſerlichen Hof zu Wien, worinnen die Beſchreibung der Stadt Wien; der jetzige Staat des Hofes; die Beſchaffenheit des Lebens des Käyſers; der Zuſtand der Käyſerlichen Familie und des jetzigen Krieges, aufgeſetzet von einem (*z*) Reiſenden 1704. *editum in loco ficto*, Coloniae 1705. in 8.

(u) Elector enim Moguntinus codicem priuilegiorum Auſtriae *Friderici I. II. & V.* cum electorum omnium ſingularibus libellis, quibus an. 1442. Auſtriaca illi priuilegia rata habuerunt, fide ſua, qua eminet in imperio archiota, firmauit nouiſſime *1664. Ratiſponae d. 2. menſ. Maii.*

(x) Vt in priori ſcripto iurium patriae publicorum ſe peritiſſimum exhibuit: ita hic idem auctor oeconomum agit & opum parandarum maximum artificem.

(y) In libello ſeptendecim ſchedarum hunc ſibi finem proponit; Quod Auſtriacae genti ſubiectae regiones ſibi ſufficiant, neque indigae ſint rerum peregrinarum: deinde, quod neque vicini populi neque remotiſſimi quique carere queant rebus in terris Auſtriacis pronatis; Quapropter facile ad concludendum ſit, Auſtriacas opes victuras eſſe reditus quosque regnorum Europae; dummodo ſcite prudenterque adminiſtrarentur. Addit praeterea, apud alios imperii principes haec conſilia fere otioſa eſſe, cum Germania non pendeat a nutu vnius. Verum quando penes Auſtriacos ſumma imperii Germanici ſit, illis tantum occaſiones eſſe, emendare *Germaniae oeconomiam.* Cui inſtituto plurimi principes manus allaturi ſint auxiliatrices, dummodo ſua non deſit conſiliis auctoritate imperator.

(z) Plurima libellus iſte habet ſingularia & vere anecdota. Apud Gallos & Italos eius generis ſcripta multoties eduntur, de quibus ſupra, rarius apud Germanos, qui rerum olim nouarum tantopere non fuerunt ſtudioſi. Neque adeo leuia illis ingenia ſunt, vt tam audacter per arcana errent graſſenturque principum reique publicae adminiſtrorum. Neque tanta apud Germanos cura poſteritatis, vt hanc docere

LX. Oeſterreichiſche Policey, *latore (a) Leopoldo Caeſare an.* 1676. *extat in Diario Europaeo Tom.* 33. *ad an.* 1676.

LXI. Ex ſcriptis miſcellis ordinum Auſtriae, 1) dem räthlichen Bedencken, *vid. ſupra.* 2) der Nieder-Oeſterreichiſchen Stände Bittſchrifft zu denen Friedens-Mitteln, und die Lande mit Kriegs-Volck ferner nicht zu beſchwehren, 1619. 4*to.* 3) *eiusdem argumenti* fernere ausführliche Erklärung, 1619. 4*to.* 4) Zween *Diſcurs*, was die Evangel. Oeſterreichiſche Stände ob der Ens zu bedencken, und ob ſie in die Begehren, die von Hof aus an ſie ergangen, willigen ſollen, 1619. 4*to*; *aliisque multum (b) diſci poterit, in iuribus reditibusque Auſtriacis intelligendis.*

LXII. Nicol. AVANCINI *Tirolenſis Ieſuitae virtutes* Leopoldi Wilhelmi *archiducis Auſtriae*, Antwerp. 1665. 4t. (*c*).

† *LXIII. Amandi* HANAVERI *Cario*, villani (*) vera, ſolida & perſpicua relatio *hiſtoriae* triſtiſſimae *perſecutionis*, quae in *Styria* eiusque metropoli, Graezio, contra

cere velint cum periculo ſui. Addo, quod Germani quodcunque genus iniuriarum ferant grauiſſime, neſciantque, vel ſpernere illas, vel earum obliuiſci. Retrahit etiam ſcriptores Germanos ab hoc conatu regula iuris: quod ab iniuriarum actione non liberet exceptio veritatis.

(a) Quae conſtitutio plenae frugis eſt, & vera principia habet reipublicae chriſtianae, in cultu, victuque temperando ſubditorum. His praeterea regulis adſtringit patriae commercia, ne inuidae Galliae opes noſtras profundamus.

(b) Nam ſi vlli alii frontem oppoſuerunt ordines prouinciales ex ſuis archiducibus, id tempore Ferdinandi II. eſt factum, ne aris & focis ſpoliarentur. Primo enim ad patriae conſuetudines prouocare; tum etiam oſtendere Caeſari, fieri non poſſe, vt opes Auſtriae tanto bello pares ſint.

(c) Dum vitam archiducis deſcribit, paſſim etiam reuocat in memoriam virtutes atauorum maiorumque gentis Auſtriacae, ut optimo iure huc queat referri. Liber rarus eſt & bene ſcriptus.

(*) Haud dubie nomen fictum eſt. Sed libellus hic recenſeri meretur. Quod perſecutionis aduerſus Euangelicos ſacrorum cultores ſat memorabilem hiſtoriam deſcribat; Deinde omnia exigat ad fidem publicorum inſtrumentorum, & litterarum praeſertim archiducis Ferdinandi.

tra A. C. addictos furore Ieſuitarum (*) peracta eſt, edit, 1601. 4t.

LXIV. Les affaires de la France & d'Auſtriche, Hagae 1660. 4.

Similia ſcripta, Layritii *de bellis inter Auſtriacos & Gallos* 4. Wurſteiſenii *pacificationes vtriuſque* 4. *ad hiſtoriam* vniuerſalem *pertinent; cum & domeſtica vix attingant.*

§. III. Ad praeſidia etiam Auſtriacae hiſtoriae faciunt (1) *origines Murenſes* editae *Spirembergi* 1610. 4. (**) (2) St. *Trutberti*, (3) St. *Blaſii*, (4) St. *Petri*, (5) *Badenſis*, (6) *Wettingenſis*, (7) *Ebersheimenſis* monaſteriorum locorumque in Alſatia ac Heluetiis ſitorum. Quorſum *Stumpfius*, qui hic inprimis conſulendus; *Guillimannus*, & *Lazius* prouocant (d). *Tumuli* etiam ac conditoria Auſtriaca inſpicienda (1) *Melkae*, (2) *Lilienfeldae*, (3) *Neuburgi*, (4) *Koenigsfeldae*, (5) *Viennae* (e), alibi. *In bibliotheca* demum Auguſta plures Mſc. codices rer. Auſtriac. P. *Lambecio* teſte extant (f) innumeraque Auſtriacae hiſtoriae diplomata (g).

O 5 §. IV.

(*) Huic vicinum ſcriptum eſt *Ioannis Regii*, Poruſſi Styriae procerum gymnaſii Graecenſis olim, nunc Mulhuſanae ſcholae rectoris, diſputationum theologicar. liber unus, in quibus controuerſiae tractantur inter Orthodoxos & Ieſuitas Graecenſes ante perſecutionem in tribus prouinciis, *Styria*, *Carinthia*, *Carniola* ventilatae *1601. Francof. in 4t.*

(**) *Habetur in illis genealogia comitum de Habsburg. Scriptum debetur anno 1142. quod deinde continuatum ad an. 1240. edidit ſenator Lucernenſis GOTHOFRED* de praecedentia Auſtriaca c. 3. §. 15. p. 73.

(d) Chronicon *Auſtrale* in ſcriptoribus Freheri; *Reichersbergenſe* chronicon Geuoldi, editum Monachii 1611. 4to. *Hundii* metropolis Salisburgenſis; & Boici annales vniuerſim plurima etiam habent Auſtriaca. Quae legi merentur.

(e) De quibus ſigillatim agit Fuggerus, locis capitibusque diuerſis.

(f) Lib. 2. Bibl. Vindob. ſermone habeo alicuius, ipſius Lambecii Auſtriacam hiſtoriam in Auſtriaco tabulario cuſtodiri, quam neque abſoluerit, neque ſcriptis vltimam addiderit manum.

(g) Plerorumque librorum, qui Auſtriaca diplomata exhibent, fecimus mentionem ſupra. Miror *Lunigio* in tabulario imperii,

§. IV. Atque hic demum adparatus fuit, quo inſtructi ad *ſcribendam* hanc *Auſtriacae* gentis *notitiam* acceſſimus. Sed, ſi verum fateri licet, impediti magis fuimus, quam adiuti tanta turba ſcriptorum. Quae enim in tribus aut quatuor potioribus non reperimus: fruſtra quaeſiuimus apud alios, non ſine magna temporis iactura. Atque ſic pauca haec ſuo demum pretio is aeſtimabit, quem tot inania ſcriptorum nomina ſpecioſis titulis, quod nobis obtigit, fefellerunt.

CAPVT VII.

Inſignia Auſtriacarum prouinciarum *HERALDICA.*

§. I.

Auſtriaca domus, quod tanta obruitur regionum multitudine (a), non illarum omnium imagines inſcribit inſignibus (b). Plerumque enim tantum in ſigillis (c) locum dat prouinciis potioribus (d).

§. II.

perii, (dem Reichs-Archiu) non meliorem in Auſtriacis fuiſſe adparatum. Fugerunt collectorem haud dubie ſcriptores Auſtriaci notae praeſtantioris.

(a) Neque aliam allegare poſſum cauſam. Aliis enim principibus ſolenne eſt, vt vitulus inſignius, inſignia titulo exaſſe reſpondeant. Hoc ſi etiam imitari vellent Auſtriaci, vel ingens ſpatium requireretur ad pingendum ſingula ſigillatim euaderetque inſigne vel mole ſua portentoſum vel in minutiſſimis figuris, vt vix poſſet cognoſci. Migrant itaque mores Auſtriaci ſiſtuntque in ſuis inſigniis potiſſimarum tantum prouinciarum imagines.

(b) Quoties tamen praeter ſigilla oſtendi debent inſignia, vtpote in funebri *conductu*, in *torneamentis*, in ſolenniori *introitu*, toties ſingula etiam referunt ſigillatim.

(c) Neque in AVREIS BVLLIS vel alius vel maior inſignium eſt numerus. Qualem nuper manibus meis contrectaui in Berolinenſi tabulario, qua munitum fuerat noui Moerſenſis principatus diploma.

(d) Vtpote 1) *Hungariae*, 2) *Bohemiae*, 3) *Dalmatiae*, 4) *Croatiae*,

§. II. Noſtro inſtituto magis conuenit, vt ſingularum Auſtriae prouinciarum heraldicas imagines deſcribamus ſigillatim (e).

HVNGARIA.

§. III. Hvngariae quondam domini multiplices habuere inſignium imagines (f). Hodie illud regnum duas parmas adhibet. *Vna argento & minio octonis ductibus faſciatur* (g): altera *rubea* eſt, *in qua triplici colliculo viridi inſiſtit argentea crux archiepiſcopalis* (h). *Apex* eius eſt

tiae, 5) *Slauoniae*, 6) *Auſtriae*, 7) *Burgundiae*, 8) *Styriae*, 9) *Carniolae*, 10) *Tyroli*. Qui fiat, quare *Carinthia* omittatur & Sueuia, nequeo adſequi coniecturis.

(e) Scilicet pro numero prouinciarum, quas in titulo habuimus *cap.* 2. Neque enim nobis illa negotium faceſſent, ex quo hiſtoria illarum nobis conſtat e ſuperioribus.

(f) Attilae, magno Hungariae duci I. *aquilam* tribuunt. Neque immerito, cum hoc inſigne admodum in deliciis habuerint barbarae gentes, exemplo Germanorum & Venedorum. *Bonfinius Rer. Hung. dec. I. lib. 3. p.* 52. Ioan. de *Thurez* part. chron. Hung. c. 12. II. Alii narrant, apud vetuſtiores Hungaros in clypeo regni nituiſſe *equum cum ephippio & capiſtro*, de quo *Hoeping*. Part. 3. cap. 6. claſſ. 6. §. 2. p. 317. n. 533. III. Alii pro vetuſtiori Hungariae inſigni habent *duas aquilarum alas ingentes expanſasque vaſtis clypeis inhaerentes vel auratis galeis impoſitas*, teſte *Aldrouando* tom. 1. lib. 1. ornithol. p. 86. IV. Iterum alii *leone cum gladio*. V. *Braſſicae albae capitibus cum capra*. VI. *Coruo cum annulo*, gentilitia teſſera regis Matthiae Coruini, quod oſtendunt hodieque die Raben-Ducaten, generisque alius imaginibus ſcuta Hungarica colluſtrata fuiſſe adſerunt. *Hoeping. part.* 3. *cap.* 6. *n.* 535. 536. *ſeq.* Quod ſatis argumenti eſt, quondam inſignium imagines pependiſſe ab inſtabili regis cuiusque voluntate.

(g) Faſciis hiſce quatuor Hungariae flumina, vtpote 1) *Danubium*, 2) *Sauum*, 3) *Drauum*, 4) *Tibiſcum* ſ. *Teiſſam* denotari, communi fere ſcribunt concentu *Chaſſanaeus* part. 1. glor. mund. conſ. 38. concl. 17. *Varenne* R. des arm. part. 1. p. 95.

(h) Hanc putant crucem a Papa donatam eſſe Stephano regi, ſacris Chriſtianorum initiato an. 1000. in argumentum regni *apoſtolici*, quo titulo notum eſt Hungariam gauiſam eſſe, *Bonfinius* Rer. Hung. lib. 7. decad. 7. *Auentinus* lib. 5. annal. p. 402. Haud dubie haec papae liberalitas parum abfuit a fraude.

eſt *galeae coronatae inſiſtens ſtruthiocameli argenteus* (i). Habet etiam *diadema* regni ſingularem religionem (k). Quod patrona Hungariae ſit D. virgo (l), cuius imaginem adhibent in Hungariae monetis.

BOHEMIA.

§. IV. Bohemiae quondam regni inſigne fuerat AQVILA (m) ſiue *fuſca* (n), ſiue *nigra* (o) in *clypeo candido* (p). Haud dubie, quod hoc animal ſolenniſſimum eſſet

fraude. Notam enim hanc papa Hungariae inurere voluit clientelari a pontifice Romano. Qua de re ſupra *cap.* 2. (*)

(*) Quod magis eſt, negant hoc vtrumque Hungari; qui & CRVCEM & DIADEMA, imo APOSTOLICI verbum adiliciale vindicare inſtituunt imperatoribus Graecis & Graecae Eccleſiae *cap. IV. de initiis chriſtianae relig. in Hungaria SCHWARZIVS.* Vbi magno rerum teſtimoniorumque adparatu hoc argumentum tuetur aduerſus pontificios, *Inchoferum*, *Baronium* aliosque.

(i) Imaginem exhibet *Fuggerus* lib. 4. cap. 10. p. 477.

(k) Quoniam coronam Hungaris Sylueſter II. papa conſecrauit transmiſitque conſecratam Stephano regi an. 1000. quod eſt teſtatiſſimum THWROZ *part. I. c.* 13. SPONDANVS *ad an.* 1000. *n.* 2. *in epitome Baronii.* DILLICH. Hung. Chron. p. 109. Quid repoſuerint Papae argumento: *quicunque ab alio coram accipit, ille alterius eſt vaſallus*; ſupra dictum. Negant id, quod verbum corona ſit homonymum & vel *regnum* notet vel *aurum* coronarium. Non primum a papa eſſe; ſed alterum, LVDEWIG *de auſpicio regum* cap. 2. & 4. Ceterum cingi quandoque ſolet crux Heraldica Hungariae hoc diademate Stephanino.

(l) Quam ea propter hodieque in monetis referunt, ſociam S. Ladislai, Hungariae regis, qui habetur in parte transuerſa.

(m) Me iudice Slauorum moribus debetur hoc inſigne. *Aquilae* enim ſigno gaudent Poloni, Boruſſi, Moraui, Brandenburgici, Slauicae nationes omnes. Vt taceam myſtica, quae ſibi de hac aue perſuaſerunt populi Slauicae nationis.

(n) Einen braunſchwartzen Adler (vt eo propius ad naturam aquilae accederet) im weiſſen Feld. BORGK in vita Wenceſl. I. p. 48. DVBRAVIVS lib. 5. hiſt. Bohem. p. 48. PONTANVS in Bohemia pia lib. 2. p. 14.

(o) Ita HAGECIVS in Boleſlao I. an. 1159. p. 254.

(p) In hoc omnes conſentiunt, quorum ſententias & nomina congeſſit GOLDASTVS lib. 3. de regno Bohemiae c. 14. p. 391.

eſſet omnibus Venedis (q), vt adeo fabuloſis non opus ſit, vel Henrico aucupe (r), vel Ottone primo (s) vel ſecundo (t) largitoribus (u). A tempore autem Friderici I. imperatoris *Leone* vtuntur *rubeo* (x) cum *bifurcata cauda* (y) in *candido clypeo* (z). Quae alii de *aheno*

(q) Ob cauſas, quas expoſui in *littera m.* Quae enim gentes adſiduas atque ſtabiles imagines habuere, illae diuiſis etiam reipublicae rationibus auitorum inſignium fuere retinentiſſimi.

(r) *Henninges* Geneal. tom. I. Monarch. 4. part. ult. p. 250. *Dreſſerus* part. 2. Nullen 6. p. 3. 12. 18.

(s) Ita enim hiſtoria fert; *Wenceslaum* ſ. ducem Bohemiae decimum quartum ſerius iuſto acceſſiſſe comitia Wormatiae; Aegre tuliſſe hoc Caeſarem cum principibus adſeſſoribus; Verum Caeſarem ab angelis duobus admonitum eſſe, ne Bohemo eapropter ſuccenſeret; Moras enim traxiſſe eundem in audiendo miſſae ſacrifici; Sacro quodam horrore percitum hinc eſſe Caeſarem, vt Wenceslaum Bohemum *aquila imperiali*, quae tum ſimplex fuerat, donaret. Hanc narrant hiſtoriolam DVBRAVIVS lib. 5. p. 48. *Cromerus* lib. 3. Polon. p. 67. *Mechouius* Polon. lib. 3. c. 21.

(t) Ita enim Caeſarem nuptias Bohemi cum filia Iutha honeſtauiſſe, vt gener Caeſaris Biſetislaus *aquilam* geſtiret *imperialem*, ſcribunt CRANZIVS *lib. 4. Sax. c. 19. & lib. 2. Vandal. c. 25.* Aeneas SYLVIVS hiſt. Boh. c. 18. Vtrumque figmentum enarrat late HOEPING. *part. 3. cap. 6. p. 320.*

(u) Nam de Friderico I. Caeſare narrant, quod hoc inſigni Vladislaum donauerit, poſtquam in Mediolanenſi expeditione rerum fortiter geſtarum edidiſſet documenta, teſtibus TRITHEMIO *in Chron. Hirſaug. pag. 370.* add. SYLVIVS *Hiſt. Boh. c. 24.* BONFINIVS *Rer. Hung. part. 2. in fin.* Cauſam alii in eo quaerunt, quod Bohemia olim poſita ſub ſigno leonis ſit coeleſti, vnde Bohemi Leoniſtae Aſtrologis. *Goldaſt.* lib. 3. c. 14.

(x) Alii deſcribunt leonem album in rubeo clypeo, STVMPF. Chron. Helu. l. 2. c. 6. alii purpureum in aureo campo, CRVSIVS *lib. 2. annal. Sueu. part. 2. c. 14.* GOLDASTVS ex vtraque ſententia ſuggerit ſcriptores *lib. 3. c. 14.*

(y) Putauerim hos quondam luſus fuiſſe heraldici pictoris, qui leonem fibrantem cauda denotauerit biſulca. Sed alii fabulas etiam hic amant. Dicunt enim, Friderici I. pictorem artis tantopere ignarum fuiſſe, vt pictum alii leonem habuerint pro ſimia. Iuſſiſſe itaque Caeſarem, vt cauda in leone emineret eaque biſulca ad euitandum errorem. *Mich.* PICCART. *obſeru. hiſt. polit. decad. 6. s. 1.*

(z) Clypeum alios auro pingere, dixi *lit. x.*

heno flammeo (a) & *aureo calice* (b) adferunt, publica deſtituuntur auctoritate.

DALMATIA.

§. V. Sequuntur inſignia Dalmatiae tria *leonum* coronatorum capita aurea in clypeo coeruleo (c); Croatiae clypeus *teſſulatus* rubri & albi coloris (d); Slavoniae rubrum *bracchium* enſe armatum in aureo clypeo (e).

AVSTRIA.

§. VI. Avstriae inſignia diuerſis temporibus fuere diuerſiſſima (f). Principio tres geſtierunt *alaudas* (g); tum *albam aquilam* (h); porro *crucem* (i). Hodie

(a) Audacter *Goldaſtus* lib. 3. c. 14. n. 33. Ottonem I. Bohemico inſigni addidiſſe *abenum flammeum*, pro ſymbolo *archidapiferiae*. Tironibus hodie non eſt ignotum, archiofficia tum temporis non fuiſſe hereditaria.

(b) Eiusdem rei auctor eſt GOLDASTVS *lib. 3. c. 14.* Verum non video, archiofficii lemmate vſos eſſe Bohemiae reges in publicis ſigillis. Cauſam indicaui ſimilem archipalatino, quam reperire licet in *Formula Marchiae* §. 9. p. 17.

(c) Memini, me huius ſymboli originem legiſſe inter ſcriptores Dalmaticos a Lucio editos. Qui vero locus ſe quaerenti non offert. Forte quod Dalmatiae vno nomine tria quondam regna comprehenſa ſunt, vid. ſupra; tribus hiſce capitibus denotata.

(d) In numero teſſularum variant. De quouis genere nunc nouem iterumque vndecim numerare ſolent.

(e) Inſtituto effreni & ſatis barbaro. Reliquorum regnorum inſignia nunc euoluere atque ex antiquitate eruere, nec tempus, nec oleum eſt.

(f) Vti enim inſignia quondam cuique principi fuerunt arbitraria; ita Auſtriaci etiam archiduces ſaepius iterumque heraldicas imagines mutauerunt.

(g) Ita enim Romanos quoque legionem ſignificauiſſe, quam aluerint Viennae, putat *Lazius* lib. 5. de Republ. Rom. c. 17. p. 555. Ex quo alii deinceps exſcripſerunt interque illos Caſp. a *Lerch* (cui ab hac aue nomen eſt) part. 1. Reichs-Adl. Herkommen p. 9.

(h) Fide ſcilicet ſatis ſubleſta *Felicis* FABRI lib. 1. hiſt. Sueu. c. 13. Qui nugas nobis ſimiles vendidit ſuperius c. 4. §. 15. Putauerim ego, tres *aquilas* cum alaudis confudiſſe imperitos artis ſuae pictores. Quoniam *aquila* Slauonicae nationi, Auſtriae pariter incolis, fere inſigne fuit communiſſimum.

(i) Album crucem nigro in clypeo *Spenero* teſte lib. I. Herald. c. 9. n. 33. p. 53.

die *faſciam albam*, quae clypeum rubrum interſecat (k). In cuius myſterio explicando ſentiunt diuerſimode (l).

BVRGVNDIA.

§. VII. Bvrgvndiae vti nomen, ſic & inſignia (m) valde differunt pro temporum diuerſitate. Auſtriaca domus in Burgundicis inſignibus adhibet parmulam *ſexies auro & cyano oblique a dextra faſciatam, margine coccineo (n)*.

STYRIA.

§. VIII. Styria ſequitur in Heraldica imagine (o); quae

(k) A temporibus Friderici I. hoc inſigne deriuant, qui id Leopoldo, Auſtriae duci, in memoriam conceſſerit cruentae aduerſus Turcas in Palaeſtina victoriae. Sanguine enim tinctam fuiſſe ducis albam veſtem, media tantum parte ſaluam, vbi faſcia tecta fuerit, qua cinctus pugnauerit Leopoldus. Ita *Cuſpinianus* in Auſtria lib. 2. c. 7. p. 37. *Lipſius* cent. ad Germ. epiſt. 36. *Chriſtinaeus* in iurisprud. heroica art. 2. p. 144. Sed fabuloſam eſſe originem, plura docent. Primo enim in tempore variant; nam Felix Faber factum id eſſe dicit ſub Carolo M. Caeſare; deinde hiſtoriola eadem narratur de pluribus aliis poſt gentem Auſtriacam.

(l) Faſciam denotare putant alii Iſtrum fluuium, qui media parte Auſtriam tranſit *Hoeping.* cap. 6. part. 5. n. 636. Alii ſomniant, voluiſſe Auſtriacos duplici colore albo & rubro id docere, quod *arte & marte* valeant, *pace belloque.*

(m) Priſtina Burgundionum ſymbola heraldica ex domeſticis ſcriptoribus congeſſit HOEPINGIVS *cap. 6. part. 5. membr. 3. p. 334. 335.* vt opus non ſit, Burgundicos annales conſulere, *Gollutium, Paradinum, Cheſneum, Heuterum,* aliosque. Nunc enim 1) *ſerpentem* multis ſpinis ſinuoſum, iterum 2) tres *veſtes* rubeos, 3) mox tres *aureas trabes* in aureo clypeo, 4) alibi tres *coeleſtinas coronas*, 5) nonnunquam aureum *leonem* in ſcuto coeruleo, 6) quandoque *felim* nigrum, 7) vltimo *coronam* coeruleam resque alias geſſiſſe, narrant. Vnde nobis nouum rurſus argumentum eſt, olim inſignia cuique principi arbitraria fuiſſe.

(n) Cauſam ſymboli nouiſſimi myſticum non eruerunt doctores Heraldici. Inde vero a *decimo quarto* ſeculo haec inſignia Burgundiae ducibus perpetua fuiſſe, notant ſcriptores. Noſtra parum refert, haec plenius euoluiſſe.

(o) Neque animus eſt, per omnes Auſtriacae domus prouincias ire: verum ſubſiſtere in illis, quorum Auſtriaca domus mentionem facit in ſolennibus ſigillis.

quae in *viridi clypeo gryphum album*, *ignem rictu & auribus efflantem*, adhibet (p).

CARNIOLA.

§. IX. Carniola (q) ſymbolum habet in ſcuto *argenteo aquilam (r) coeruleam*, *corona*, *roſtro & cruribus coccineis*, quae pectore repraeſentat *lunulam creſcentem ducto gemino teſſelarum ex argento & minio variegatam.*

TIROLENSE.

§. X. Vltimum eſt in ſigillis Auſtriacis ſymbolum Tirolenſe (s). Refert hoc in clypeo *argenteo* aquilam *rubeam*, cuius *corona*, roſtrum, crura & ſemicirculi trifoliati alis impreſſi auro fulgent (t).

§. XI. In meditullio ſigilli, hactenus recenſiti (u) *Auſtriaca* inſignia reperiuntur cum *Caſtiliano* (x), quod loco eſſe debet Hiſpaniae vniuerſae, & quae huic innectuntur.

BRA-

(p) Myſticum ſymboli huius ſignificatum eo ponit FVGGERVS *lib.* 2. *ſpeciali Auſtr. c.* 3. *p.* 175. Quod Styria a tauro (einem Stier) nomen acceperit, vid. ſupra, ex MEGISERO lib. 7. c. 61. Tauri autem imaginem cum panthera vel *grypho* commutatum eſſe, idque imperitia pictorum.

(q) Miror, Carinthiae nullam fieri in ſigillis mentionem: quae ipſa Carniolam olim in ſuis complexa eſt limitibus, vid. ſupra. Quapropter facilius omitti atque comprehendi Carniola potuiſſet ſub Carinthia. Quo ipſo haud dubie deceptus eſt HOEPINGIVS *c.* 6. *part.* 5. *n.* 655. vt Carniolana inſignia habeat pro Carinthiacis.

(r) Nihil de aetate, nihil de cauſis reperi huius ſymboli. Aquila haud dubie Slauicae genti debetur, quod ſcripſimus in Bohemia.

(s) Operae enim pretium videbatur, principatibus etiam omiſſis, *Sueuia*, *Sileſia*, *Carinthiaque*, facere tamen in ſigillis mentionem foecundiſſimae & opibus tot inſtructae prouinciae Tirolenſis.

(t) Haud dubie origo aquilae, & ipſa debetur moribus Slauicae gentis, cui aquila fuerat in deliciis, quod hoc capite ſaepius eſt dictum doctumque.

(u) Nam de *aquila* ſiue bicipite, ſiue duplicata; de Caeſareo *diademate*; deque *lauro* aliiſque ſcribere, non huius eſt loci: ſed limites tangit iuris publici.

(x) Vt memoria conſeruetur Auſtriaci in Hiſpaniam iuris ſuccedendi. Quamuis hodie, in tanto litterarum cultu, vereri nemo poſſit tam illuſtris proſapiae obliuionem.



Digitized by Google

Digitized by Google

BRABANTINVM.

§. XII. Brabantiae clypeus *niger* eſt, *leo* (y) autem, ei inſcriptus, coloris *aurei*, lingua & falculis coccineis, inſtar minitantis.

LVZELBVRGENSE.

§. XIII. Lvzelbvrgicvm ſcutum quinis *taeniis* transuerſis argenteis & coeruleis diſtinguitur, quibus *leo* (z) imprimitur rubeus, corona, lingua, falculis ex auro.

CARINTHIACVM.

§. XIV. Carinthia deſignatur clypeo *bipertito*, vt vna parte areolam *rubeam faſcia* diuidat argentea (a): altera area aurea *tres* gradientes nigros *leones* (b) exhibeat.

SILESIACVM.

§. XV. Silesiae clypeus aureus eſt, cui inſcribitur *aquila* (c) nigra, pectori impreſſa ex argento lunula (d) cornibus ſurſum verſis, impoſita eiusdem metalli crucicula (e).

SVEVI-

(y) Leo enim commune quondam ſymbolum fuerat Francorum. Quo factum eſt, vt hodieque Belgii fere vtriusque prouinciae gerant leones. Vtpote *Hannonia*, *Hollandia*, *Selandia*, *Limpurgum*, *Luzelburgum*, *Geldria*, *Friſiaque*, quae omnes *leonis* habent inſigne, quem alio atque alio *colore*, *habitu*, *inceſſu*, *clypeo*, *numeroque* inuicem diſtinguunt.

(z) Cauſam dedimus in nota praecedenti lit. y.

(a) Habent aliqui hoc pro Auſtriacorum additamento; Quaſi illo ſignificatum ſit, *Carinthiam* eſſe *Auſtriacam*.

(b) Idem inſigne eſt Sueuiae ducum. Adiuuatur ita *Megiſerus lib. 7. Carinth. cap. 1. p. 676.* qui putat, Ottonem II. imperatorem an. 989. Carinthiam alicui conceſſiſſe, qui, cum Sueuia fuerit oriundus, Sueuicum inſigne adſciuerit **die drey ſchwartzen Löwen im güldenen Felde.**

(c) Vt Francis leones; ita Venedis aquilas in deliciis fuiſſe, clypeis, numis atque ſigillis inſcriptas, quod dictum eſt ſuperius. Inde eſt, quod Venedorum prouinciae pleraeque aquilam habeant pro ſymbolo. Illae ſcilicet, quae vetuſtiora inſignia non migrauerunt.

(d) Ineptiunt, qui arcanos hic ſenſus fingunt ſacrorum Chriſtianorum. Potius credendum eſt, pictorum inertia factum eſſe, vt materiam, per quam aues in portis adfiguntur, ne cuticulam animantis claui rumpant, cum lunula confunderent.

(e) Ex *aquila* Polonorum *alba* Sileſios *nigram* feciſſe, ex quo

SVEVICVM.

§. XVI. Sveviae (f) clypeus aureus eſt, cui inſerti ſunt *tres leones* gradientes nigri, lingua & falculis rubeis (g).

MARCHIONATVS ANTWERPENSIS.

§. XVII. S. R. I. Marchionatvs ſcutum *transuerſe* ſectum. Superior pars aurea *aquilam* imperialem (h) refert, cum pectori infixo ſcutulo Auſtriaco (i): inferior rubea *caſtrum* argenteum (k), tribus *turribus*, muro iunctis, & duabus *manibus* (l) obliquis (m).

BVRGOVIENSE.

§. XVIII. Bvrgovia ſcutum adhibet, *ſex* obliquis ſiniſtris *baltheis* argenteis & aureis exaratum (n) inducto parte intermedia palo aureo.

MORAVICVM.

§. XIX. Moraviae ſcutum coeruleum eſt, *aquila* (o) inſcriptum, argenteis & rubeis *teſſellis* variegata (p).

LVSA-

Polonis nuntium miſerint *an.* 1330. vid. ſupra, prodere ſolent annales Sileſiaci commemorati ſuperius.

(f) Quamuis enim Auſtriaci non ducatum Sueuiae poſſideant, ſed quaſdam tantum dynaſtias, quod dictum eſt ſupra, integris tamen Sueuiae ducum inſigniis vtuntur.

(g) Francos itemque Sueuos communiter *leones* geſſiſſe in clypeis, ſaepe iterumque dictum eſt.

(h) Quia marchionatus dicitur vniuerſi imperii, de quo ſupra.

(i) Additamentum haud dubie nouum eſt, ex quo Belgium obuenit Auſtriacis.

(k) Marggrauiatus enim limitis cuſtodiam vult, quae caſtro hic ſignificatur.

(l) Quaſi manus imperii fuerit hic marchionatus. Fabuloſa inde etymologia, Antwerpiam idem eſſe, quam Handwerf vel Handwurff. Quod veteres pugnauerint iaciendo globulos aut ſagittas. Merito hoc ridet *Spenerus* lib. 1. c. 38. p. 181.

(m) Imago equidem huius ſymboli exhibet FVGGERVS lib. 5. c. 27. ſed dubito, num authenticum ſit, an vero originem ingenio debeat ſcriptoris.

(n) Ita *Gerardus de* ROO, CHIFLETIVS & FVGGERVS lib. 3. c. 5. p. 312. In numero tamen & lateribus variant. Neque operae pretium eſt, plura conſulere monumenta.

(o) Slauicorum populorum inſigne communiſſimum, quod ſaepe ſcripſimus iterumque.

(p) Principio Morauiae inſigne idem fuit, quam Croatiae, quod

LVSATICVM.

§. XX. Lvsatiae argenteum ſcutum, cui *bos* (q) inſcriptus eſt rubeus ventre albicante (r).

HABSBVRGICVM.

§. XXI. Habsbvrgico comitatui ſcutum aureum, cui inſcriptus eſt *leo* (s) coccineus, corona, lingua, falculis coeruleis (t).

PFIRETANVM.

§. XXII. Pfiretarvm clypeus eſt *rubeus*, cui ex aduerſo ſibi oppoſiti *piſces* inſcripti ſunt (u) aurei.

P 2 KIBVR-

quod ſupra deſcripſimus. Ein Brettſpiel. Forte, quod hoc ludi genere Slauici populi admodum fuerint gauiſi. Quapropter hodieque in quodam marchiae Vendicae pago ſolenne eſt: *quod principem die, quo ſumitur homagium, quondam teſſulis ludere oportuit cum ruricolis.* Teſſulatae itaque tabulae additam eſſe aquilam putant, quae tamen eodem propterea tincta ſit colore. Verſus, quibus CZECHORODIVS deſcripſit hoc inſigne *lib. 1. cap. 5. p. 49.* hi ſunt:

Quod Moraui attulerant huc primi inſigne, clatrata *Coeruleo* in campo *rubra* tabella fuit.

Huic *aquila* alba dein ſuperaddita cincta corona. Regia - - -

(q) Ita pingit ſiſtitque imaginem *Fuggerus* lib. 4. cap. 12. p. 496. Atque ita hodieque Saxones in ſuis inſignibus. Qui forte praeter rem illa augent muro in pinnas adſurgente, quod ſymbolum eſt Budiſſinae vrbis ſingulare, vt fruſtra ſint, qui id pro ſymbolo habent Luſatiae ſuperioris. Cum *bos* complexus ſit Luſatiam vtramque.

(r) Quod boui eſt naturale, quemadmodum etiam color rubicundus. De Luſatia conſule poſt ſupra citatos ſcriptores *Adamum Erdmann* MIRI de rebus Luſatorum edit. *Budiſſinae* 1695. in 8. PEVCERI *idyllim de Luſatia*, quod vere hiſtoricum eſt, pariter prodiit Budiſſinae 1594. in 4t. Senſus *ſymboli*, vere myſticus, vel *obtuſa* Venedorum ingenia reſpicit, vel, quod eſt opinabilius, *agriculturam* & pecuariam aut regionis *foecunditatem*.

(s) Sueuicae & Francicae gentibus valde probatum ſymbolum, quod argumentum forte dat, inde repetendas eſſe Habsburgicas origines.

(t) Plene de his CHIFLETIVS in luminib. praerogatiuar. p. 330.

(u) Siue ſalmones, ſiue truttae, ſiue barbati mulli ſint, non adeo diſtinxit vetuſtas & pictorum imperitia. Haud dubie de illo genere piſcium interpretatio fieri debet, quo Pfiretarum orae & aquae potiſſimum abundant.

KYBVRGENSE.

§. XXIII. Kybvrgensis clypeus coccineus, quem *baltheus* permeat aureus (x) vtrinque comite *leone* (y) metalli eiusdem.

GOERITIANVM.

§. XXIV. Goeritiae comitatus parma *oblique ſecta* eſt ex angulo dextro: in areola *ſuperiori* coerulea *leo* (z) aureus conſpicitur: *inferior* autem (a) *baltheos* habet quatuor, duos argentei coloris, totidem coccinei.

ALSATICVM.

§. XXV. Alsatiae ſcutum *rubeum*, quod *baltheus* aureus extremitatum ornamentis (b) diuidit (c) a latere dextro (d); areolae ſuperiori tres *coronae* aureae totidemque inferiori inſcriptae ſunt (e).

§. XXVI.

(x) Siue dexter, ſiue ſiniſter ſit, eſt ambiguum, ſaepe enim latera confudit vetuſtas.

(y) Leo haud dubie eſt Habsburgicus, a qua linea Kyburgenſis ita voluit internoſci.

(z) Vti Carinthia, Styriaque regiones vicinae.


(a) Quandoque autem *balthei* ſuperiori loco pinguntur; inferiori leo. Vt neque hic ſtabilis ſit imaginum doctrina.

(b) Mitellam rubeam vtrinque praetextatam, ſcribit *Gelenius* lib. 2. Colon. ſ. 15. p. 164.

(c) Vtraque Alſatia hoc *baltheo* gaudet. Sed *inferior* tantum ornamenta habet in extremitatibus; quae deſiderantur in *ſuperiori*. Vbi vero *ſex coronae* ex vtraque parte conſpiciuntur, quas non habet Alſatia inferior. Fide ſcribo *Herzogii lib. 3. chron. Alſat. cap. 1.* Inde epiſcopus quoque Argentoratenſis epiſcopalibus inſigniis *baltheum Alſaticum* addit, ſine coronis.

(d) Superior Alſatia *baltheum* a *ſiniſtro*; inferior a *dextro* producit. Quod forte latuit *Spenerum lib. 1. c. 9. §. 63.* dum queritur de neglecto diſcrimine.

(e) Myſticum hic interpretem audiemus LAZIVM *lib. 1. commentarii Auſtr. c. 2. Coronae, quae Alſatiae ſymbolo acceſſere, poſteritati teſtificantur, tot regum Francorum maiores domus, penes quos praecipua gubernacula fuerant, principes in tractu illo egiſſe.* Quo vero haec ſcribat argumento, non prodit neque *Hoepingius cap. 6. part. 5. §. 15. n. 849. p. 367.* qui eundem exſcribit ſequiturque. Quemadmodum vero Auſtriaca quondam domus non vniuerſae Alſatiae domina fuit, ſed tantum *Landgrauiatus*, ſiue prouincialis iudicii in Alſatia, vid. ſupra; ita miror, eandem Alſatiae ipſius inſigne ſibimet adrogauiſſe.


Vinidorum Marchia.
Portus Naonis.
Salinarum

† §. XXVI. Illud ſermone accepi aliorum, quondam ciuium Alſatiae, quod Galliae rex, ex quo Alſatica occupauit, generali iuſſerit mandato, vt omnes tam nobiles, quam ciues producerent ſua inſignia coram Heroico iudicio, ad renouandum pro leuis pretii honorario: Addita poena, vt criminis falſi poenam incurreret neglectus. Quo ipſo fiſco regio multa millia acceſſerint.

VINIDORVM MARCHIAE.

§. XXVII. Scuto der Windiſch-Marck auro *pileus* inſcriptus eſt niger (f), oris & lôris minio tinctis (g).

PORTVS NAONIS.

§. XXVIII. Portenauiae *ſcutum* coccineum eſt (h), quod *portam* refert apertam (i).

SALINARVM.

§. XXIX. SALINARVM ſcuto *baltheus* a dextra impoſitus eſt (k) aureus (l).

P 3 §. XXX.

(f) Formae ſcilicet, quam pilei habuerunt apud veteres. Neque enim, quod *Spenerus* facit lib. 1. c. 9. §. 69. opus eſt, vt hunc pileum dicamus cardinalitium, a quo figura huius ſymboli *Fuggero* lib. 2. c. 3. p. 180. notata prorſus differt, quae ad imaginem accedit *campanae*, media parte faſcia redimitae, cum *nodis* ex vtroque latere. In ſupremo faſtigio *globulus* additur, in infima parte propendet annulus, inſtar *piſtilli* in campana.

(g) Ita *Spener.* l. 1. c. 9. p. 69. ſed dixi magnum eius deſcriptionis eſſe cum in Roo, tum in Fuggero diſcrimen. Myſticus me ſenſus latet. Si fingere licet, *pileo* Slauorum ſeu Venedorum *effrenem audaciam* ſignificari dixeris: qua cauſa idem quoque inſigne tribunnt *Slauoniae* vetuſtiori. *Campana* vero in marchia limitropha admonere potuit incolas ſolertiae & vigilantiae aduerſus irruptiones barbarorum.

(h) Plenius *Chiflet.* Potenau *deſignatur ſcuto coccineo argento transuerſe faſciato. Toti ſuper impoſita porta decumana aurea, triplici crepidine pinnata & viridi colle tricipiti ſuſtentata, foribus aueris apertis ferroque inſtructis.* Imaginem exhibet Rous.

(i) Delirant, qui portam habent pro *altari.* Quid enim apertus magis eſſe poteſt, quam reſpici hoc ſymbolo ad ſitum Portenauiae, id eſt, ad portum maris Adriatici, de quo ſupra.

(k) Inſigne deſcriptum eſt pauciſſimis. Exhibet tamen illud *Rous.* Laudant alii hic *leonem.*

(l) Me *iudice* pars eſt de Burgundiae inſignibus, quoniam ipſa *Salinarum* dynaſtia portio Burgundici territorii, quod ſupra, plenius eſt enarratum, de quo *Oliu.* VREDIVS *de ſigillis Flandr.* p. 61, 62. 179.

§. XXX. Olim etiam parmularios ſeu telamones adhibuerunt Auſtriacii (m), quos hodie fere ſolent omittere. Eorum loco illis mox *duos gryphos* (n), iterum ex vno latere *gryphum* ex altero *leonem* (o) veniſſe reperio. Habsburgicorum olim comitum parmularios fuiſſe duos accipitres, (p) eſt figmentum anile.

§. XXXI. Haec de inſignibus Auſtriacarum prouinciarum (q), ordine eo exhibitis deſcriptisque, quo ipſi principes in ſolennioribus titulis vtuntur. Equidem ſunt, qui horum imagines dant (r), expectat vero haec ſparta ſcriptorem, qui ſingula erueret ſigillatim pleneque deſcriberet, idque (s) ex idoneis ac plenae fidei medii aeui monumentis. Nos in hoc argumento vbique conſuluimus ſcriptores, cuique prouinciae domeſticos; nonnunquam, quando his etiam aqua haeſit, noſtris ipſimet vſi ſumus coniecturis. Cum vero doctrina haec imaginum ſit, quae oculis facilius accipitur firmiusque tenetnr, quam auribus (t): ipſa inſigniũ idola, aeri inciſa exhibemus ſigillatim (u).

(m) Zwey Schildhalter, quem morem populi fere omnes habent in vniuerſa Europa. Vt mirum ſit, negligi eosdem ab Auſtriacis, forte vt lucrifacerent ſpatium in ſigillis.

(n) His enim comitibus munita ſigilla magno numero exhibet *Oliuarius* VREDIVS in volumine Flandriae ſigillorum.

(o) Exempla & typos repetere itidem licet ex *Vredio*.

(p) Quod *Habsburgi* etymon repetunt ab Habichtsburg. Verum *Spenerus* lib. 1. c. 9. §. 76. neque huius rei documentum addidit, neque ſpeciem veri habet eius fabuloſa etymologia.

(q) Quorum enim Auſtriaci in *titulo* curiali nullam faciunt mentionem, illis neque nos locum facere, operae pretium fore exiſtimauimus.

(r) Gerardus de ROO omnia huius generis ſymbola exhibet aeri impreſſa. Verum abſunt notae colorum; abſunt quoque deſcriptiones. Quorum alterum etiam deſideratur in FVGGERO, cuius icones ſunt nitidiſſimi.

(s) *Hoepingius* enim non omnia exhibet, *Spenerus* in plurimis ipſe ambigit, qui etiam ſua fere hic debet *Chifletii* luminibus, & pauciſſima ad vmbilicum reuocauit, in plerisque leui brachio eſt verſatus.


(t) Nam oculorum ſenſus eſt acrior, quam aurium. Qui ergo id verbis exprimunt, quod cognoſci poteſt imaginibus, illi vtuntur ratione diſcendi admodum peruerſa. Contra qui id, quod aurium & verborum eſt, animo ingerere volunt, pulſu imaginum, qui error eſt vulgaris artis memoriae, illi animi vires omnes conſtringunt imaginibus.

(u) Vt ſingula cognoſci poſſent diſtinctius.

GERMANIAE PRINCIPIS
LIBER II.
NOTITIA
PROVINCIARVM
REGIS
PORVSSIAE.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

LIBER II. (a)

De regia gente PORVSSICA.

CAPVT I.

Hiſtoria & genealogia.

§. I.

Gentem, quam *Poruſſici* (b) *regni* nomine tituloque ſignamus (c), nullo violentiae impetu (d), ſed a modicis quondam initiis (e), ſenſim ac velut per gradus prouidentis numinis iuiſſe, donec ad ſumma mortalium faſtigia perueniret, certa annalium memoria conſtat. Hohenzollerae S. R. I. comi-

P 5

(a) Cauſas ordinis dedimus ſupra.

(b) Neque enim ſine aliqua ratione, aliis orthographiae generibus relictis, *Poruſſiam* ſcribimus; non *Pruſſiam*, neque *Boruſſiam*. Principio *Po* Venedis idem, quam bey *prope*: *deinde* vii dicimus *Pomerania*, pomerzii apud mare, *Polabraniam* albis fl. accolam; *Polake*, a Lecho; ita eodem more cauſaque Ruſſiae accolas *Poruſſos* adpellamus: *poſt* contractum etiam *Pruſſiae* verbum in vernacula eſt Preuſſen, non Breuſſen.

(c) Nunc etiam aures nomini huic adſuetas habet orbis vniuerſus, vt, quae domus ante decennium *Brandenburgica* audiit, nunc a digniori prouincia, quae regale diadema fert, *Poruſſica* adpelletur.

(d) Omnes fere prouincias *virtute* meruerunt, neque auctus ſuos vel *caſibus* fortuitis debent; vel iniquitati *armorum*.

(e) Nam ex poſteris *ſeptem* Germaniae *ducum*, quibus Germania, Carolingis extinctis, ceſſit, nemo hodie ſupereſt, ſi Boioariae forte duces excipias, qui ſe oriundos dicunt a vetuſtiſſimis Boioariae regibus Agilolfingis.

I. *comitatu* eius maiores in Germania primum inclaruerunt: Bvrggravii deinde *Norimbergenſes* facti, *principibus* S. R. I. coeperunt adſcribi: tandem Brandenbvrgico Marchionatv, virtute illorum acquiſito, *Septemuirorum* ordini, qui ſummus in imperio eſt, acceſſere (f): noſtra vero aetate an. 1701. factum eſt, vt princeps ſapientiſſimus, dignitatis vltimo demum culmine conſcenſo, Porvssici Regni diadema, inter communes gentium plauſus, non ſanguine, ſed virtute acquirerent.

Obſeru. Politicorum: imperia verſus Auſtrum protendi. Prouerbium Roman. Regnum virtute mereris.

§. II. Quondam argumentum antiquitatis habitum; origines neſciri. Migrauit morem temporum noſtrorum nimia diligentia. Quae monumentorum fide prodita non ſunt: ea coniecturis, ſaepe licenter, diuinat. In hac tamen curioſitatis nimietate hoc forte prae aliis habet Poruſſica gens, quod nullam huius immoderationis culpam domeſtici eius annales ſuſtineant: ſed exterorum (g) ſcriptorum placita ſint, quaecunque de vltima *Hohenzolleranorum origine* a diuerſis traduntur; vt adeo tot Germaniae Potentiſſimi Principes de R. *Poruſſica* gente, ſuae ſtirpi adſerenda, inuicem certaſſe videantur. (I.) Colvmnarvm (*), illuſtriſſimae hodieque in Italia familiae, glorioſum fuit, *Poruſſiae* Regem agnatione quadam attingere. Siue I. quod circa an. 1080. *Petrus* de *Colonna*, aut huius filius *Ferfridus*, aut etiam vtrique Hildebran-

(f) Quatuor itaque epochas habet gens Poruſſica. Primo accepit *Hohenzolleranam*; deinde *Noricam*; tum *Brandenburgicam*; demum *Poruſſicam*.

(g) Alii principes hiſtoriographos aluerunt ad effingendas magis, quam probandas gentis ſuae origines. A qua inanium ſpecie alieniſſimi ſemper fuere maiores gentis Poruſſiae.

(*) Facit huc epiſtola pontificis Romani, qua gratulatus eſt nuptias Poloniae regis filiae Hedwig cum Frid. II. Brandeburgico marchione. Vbi papa gaudet ideo de affinitate cum Poloniae R. contracta, quod Burggrauii Norimbergenſes ſint *Columneſii* eiusdem cum Italis ſtirpis. Litteras pontificis ex manuſcripto exhibuimus in diſſ. de conſenſu connubiali extra pat. diſſ. 5.

debrandrina tyrannide Italia exules facti, in Germaniam Sueuiamque migrauerint, meruerintque virtute ſua, vt Henr. IV. imperator eam hiſce adiutoribus ſuis regionem donaret, quae *Hohenzolleranus Comitatus* poſtea effectus ſit. Haecque communior Italorum traditio. Siue II. quod *Hohenzolleranorum*, antiquiſſimae ſtirpis, ramus e (h) Germania in Italiam ſe extenderit, condideritque ibidem familiam *de Colonna*, vt adeo non Hohenzollerani Columneſiis; ſed hi (i) iſtis ſuam debuiſſe originem videantur.

Argumenta huius opinionis ſunt: quod (1) *zagorollae praedium, Romae vicinum, ditionis ſit Columneſiorum;* (2) *ſceptri Brandenburgici aliqua cum figura columnae ſimilitudo;* (3) *Teſtatiſſima Columneſiorum in Germaniam emigratio;* (4) *Antiquitas,* (5) *auctoritas,* (6) *multitudo ita ſentientium,* (7) *Columneſiorum conſtans traditio. Singula ſub examen*

(h) *Rein. Reineccius* in originibus ſtirpis Brandenburgicae in ea eſt ſententia, Petrum Columnam ortum eſſe ab antiquiſſima & nobiliſſima Welforum proſapia, hoc eſt Bertholdi & Odonis poſteritate. Haec *Cernitius* confirmans ita ſcribit: *Guelphi autem origine Bauari fuerunt obtinueruntque Ludouico, Lotharii filio, imperante, primas in Sueuia ſedes, propterea quod is Ethiconis Guelphi filiam vxorem habebat.*

(i) Quod Hohenzolleranis Columneſii originem debeant, ipſe *Paulus Iouius* in vita Pompeii Columnae agnoſcit. Stemma patet ex ſequenti ſchemate Genealogico ex *Caſparis Scioppii* ſtemmate Sereniſſimae Familiae Zollerenſii deprompto:

Thaſſilo 801.

Danco, comes in *Zollern*, a quo reliqui Comites orti.	Gozbaldus, comes de *Buſſen*, Anno 830.
	Berchtoldus, comes in *Saulgow* & *Seulingen*, Anno 860. cuius vxor fuit filia & heres comitis de Saulgow, quod verbum ſignificat pagum Columnae.
	Conradus vulgo *Colin*, Conzelin Comes in *Saulgow*, condidit Dalongouen, a Zuendeboldo, Rege Lotharingiae, Arnolphi Imper. filio, pulſus, in Italiam conceſſit, cuius poſteri in memoriam comitatus *Saulgow* dicti eſſe creduntur *Columnae*. Fabula ſatis feſtiua.

men miſſa; quod vtinam ſuſtinerent (k). *De conatu illorum, qui ſtylum nunc vertunt, docendo, Columneſios ipſos ab Hohenzolleranis oriundos fuiſſe.*

§. III. Neque iniucundum fuit Guelphicae domui, vt, alia noſtris origine quaeſita, Poruſſiae R. agnatica fieret. Sunt enim, qui (II.) e GVELPHICA ſtirpe Hohenzolleranorum natales ortusque petendos eſſe exiſtimant. Siue quod *Iſenbardus* quidem an. 780. *Altorfi* in Sueuia *Comes Thaſſilonem* (l) genuiſſet, Hohenzolleranorum conditorem: ſiue quod *Bertholdus* an. 1024. pro eodem habendus eſſet, frater Guelphi II. Quo ipſo tamen iterum dubium remaneret, quo tandem Guelphicae origines eſſent inclinandae.

Occaſio placiti huius (m): *quod* (1) catuli *imaginem referant*

(k) *Albicius* in ſuis Principum ſtemmatibus teſtatur, ſe de hac re nihil certi inuenire. Hinc & *Henel. c. 6. Sileſiogr. ait:* Zolleriana familia non a Petro Columna, Romano illo Patricio, qui, Pontifice in ordinem & vincula a ſe coacto, in Germaniam ad Henricum IV. imperatorem profugit, ſed diu ante a Thaſſilone propagata per 470. annos vſque ad Eitelium Fridericum, Comitem in Hohenzollern, qui vixit anno ſalutis 1273. & ex ſorore Rudolfi Habsburgici Caeſaris filium reliquit cognominem Eitel. Fridericum II. primum huius familiae Burggrafium Norimbergenſem beneficio auunculi Caeſaris.

(l) *Heroldus* & ex eo *Iacobus Schrenc* in ſuo libro *Heroum* comites Zollerenſes deducit a quodam Thaſſilone, qui regnante Carolo M. A. C. 800. vixiſſe & Dux belli fuiſſe ſcribitur. In quorum ſententiam pedibus ego facile iuerim: nam reperio ſub Henrico I. Aucupe, qui Anno 920. ad imperium pervenit, Ottonem, comitem de Hohenzollern, primo haſtiludio Magdeburgi celebrato interfuiſſe. Ita *Iohann. Frid. Iüngler* in Orat. Funebr. Friderici, comitis Sylueſtris & Rheni.

(m) Guelphi *collaterales* ſunt Hohenzolleranorum. Nam *Welfum I.* a quo reliqui Guelphi & *Thaſſilonem* eodem patre *Iſenbardo*, Principe Alemanniae, comite in *Altorff* & *Rauensburg* genitos, teſtantur *Brombachius*, *Bucelinus*, *Kirchmaier*, *Wildeiſen*. Quaedam quoque documenta & picturas monaſterii *Steingadenſis* hoc arguere indicat *Pregitzerus*.

Iſenbard

Thaſſilo — Guelpho I.

a quo Guelphi reliqui.

rant inſignia Hobenzollerana (2) *Zwelfis, ſeu Guelphis, foecunda poſteritas* (3) *Hobenzollerae arcis vicinitas a Guelficis.* (4) *Bucelini confidentes adſertiones. Sentiendi audacia in ſingulis exprobrata. Fabula de* ſexies gemino *puerperio Irmentrudis ; & ſimilibus Querfurdii, & in Hollandia figmentis.*

§. IV. Probatur nobis eorum prae aliis opinio, qui Porvssiae genti (III.) eandem cum Habsbvrgo-Avstriacis (n) originem ortumque faciunt. Quam coniecturam & regionum vtriuſque olim gentis vicinitas; & mutua familiaritas inter vtramque; & matrimonia toties inuicem repetita; & comitum Habsburgicorum antiquiſſima traditio; fides tandem annalium Auſtriacorum non leuiter adiuuare firmareque videntur. Quamuis rerum peritiores non ita promptos fore exiſtimem, vt nominare certo audeant, qui demum e comitibus Habsburgicis conditor Zolleranorum extitiſſet.

Quae ergo ſtatuentium diuerſitas in Auſtriacis ſupra docta, eadem hic redibit in Poruſſicis. Quorum eapropter ſtirps vel a regibus Merouingis, *Francorum* Alſatiaeque *ducibus: vel* Perleonea *gente: vel* Heluetica *demum nobilitate praefectisque Vinidorum petenda relinquitur. Obſ. quod Auſtriaci annales (o), non noſtri, opinionis huius auctores ſint. De ordine dictum, quare Auſtriacam gentem Poruſſica ſtatim excipiat.*

§. V. Verum enim vero perſiſtant alii in glorioſo hoc originum *Brandeburgico-Poruſſicarum* certamine; ad decus dignitatemque principum noſtrorum ſatis eſt, *maiores* ſuos, de zolre dynaſtas, antiquiori memoria celebrari,

(n) Conf. *Kirchmaier* in Originibus Habsburg. Zollerenſibus & *Pregitzer* de ortu Zollerenſium ex regio Francorum ſtemmate, qui oſtendit multis in medium adductis documentis: *ab Erchinoaldo maiore domus & Ethicone Auſtriacos, a Pharamundo Principes Haſſiae & Zolleranos recta deſcendere, quem regium ortum Imp. Ferdinandus II. quoque agnouit in diplomate, quo Anno 1622. Ioh. Georg. Hobenzollerano dignitatem principalem reuocauit.* Add. *Heineccii* Diatribe Geneal. Dom. Brand.

(o) Ipſo imperatore Ferdinando II. teſte, qui in diplomate principali (dem Fürſten-Brief) Hohenzolleranos Habsburgicorum adpellauit gentiles.

lebrari, quam vllam gentem in vniuerſa Germania. *Carolingorum*, & clarius *Saxonicorum* imperatorum temporibus, *ſeculis* VIII. IX. X. & ſequentibus Comites de *Zolre* (1) THASSILO, (2) DANCO, (3) RVDOLFVS (p), (4) OTTO (q), (5) FRIDERICVS, (6) WOLFFGANGVS, (7) FRIDERICVS II. & (8) III. (9) BVRKHARDVS, quem alii pro filio habent *Petri Columneſii* (r), alii pro parente *Ferfridi* (s), (10) FRIDERICI IV. & (11) V. (12) RVDOLFVS 1153. (13) BVRKHARDVS, (14) FRIDERICVS VI. (15) CVNRADVS, & (16) EITEL. FRIDERICVS an. 1252. *Burggr. Norimberg.* in hiſtoria paſſim legi dicuntur.

Q. Q. An Thaſſilo filius Iſenbardi (t) & Irmentrudis, vnus e duodecim gemellis Guelphicis? In his certum vbique ſit, parentem filium excepiſſe? An hereditarii dentur comitatus ante Imp. Saxonicos? Cur anni & natiuitatis & mortis lateant? Matriculae torneamentariae, & capitulares quantum demonſtrent, ſi genuinae? Obſ. haec nomina apud exteros Bucellinum, Cruſium, Munſterum, Chronica Heluetica, Chifletium, Guillimannum, Scioppium, auctores in Auſtriacis laudatos, aliosque extare, vt omnis partium ſtudii abſit ſuſpicio.

§. VI. *Norimbergenſi* autem Burggrauiatu in gentem *Hohenzolleranam* poſtea translato, eandem exinde in duas lineas iuiſſe, conſtat. Quae inuicem auulſae, ſemel tales ſemper & deinceps manſerunt, vt *vna* HOHENZOLLERAE;

(p) Qui cum filio Ottone torneamento Magdeburgſco an. 933. interfuit. Modo fides eſſet torneamentorum matriculae.

(q) Qui alias quoque *Regulus Zollerenſis* dicitur.

(r) Quod *Pregitzer* fuſius refutauit, nec Petri Columnae mentio a Baſilio Heroldo in ſtemmate Hohenzollerano, qui hiſtoriographus imperatoris fuit, & multis fide dignis monumentis probat, Burchardum filium Friderici II. fuiſſe.

(s) De hoc vid. *Pregitzer* p. 90.

(t) E *Bucelino* in Geneal. Germ. & ex antiquis monumentis monaſterii Weingartenſis & Steingadenſis hoc certum eſt, Iſenbardum multos habuiſſe filios, nec de numero 12. Bucelinus dubitat: an vero vno partu ab vna coniuge editi, hoc putat, traditionem eſſe non ſimpliciter reiiciendam. Et inter filios Iſenbardi ſecundum antiqua monumenta monaſterii Steingadenſis Thaſſilo recte refertur, id quod *Pregitzer* p. 75. multis Hiſtoricorum teſtimoniis probat.

RAE; *altera* NORIMBERGAE, vtraque principum foecundiſſima floreſceret. Quo tempore, quibus cauſis, quo principe vtrumque contigerit, non eadem omnium eſt opinio. Nobis exterorum annalium fide conſtat, *Fridericum* (u) Hohenzolleranorum, qui aliis *Eitel* ſiue *Edel* audit, A. 1273. in Comitiis Aquisgranenſibus a Rudolfo I. Habsburg. imperat. Burggrauiatu Norimbergenſi ſolenniter, iure in poſteros continuando, donatum ornatumque fuiſſe: cum, qui ante haec tempora ex Hohenzolleranis Burggrauii Norimb. leguntur, nullam forte hereditariae ſucceſſionis fiduciam habuerint; quamuis tempore interregni ea Germaniae facies fuerit, vt filii dignitates ceſſarent morte parentum S. R. I. vacuefactas (x).

Controuerſia illuſtrata de tempore Burggrauiatus Hohenzolleranis conceſſi. Diſtinctio inter dignitates perſonae & familiae *datas: inter ſucceſſionem continuatam*, beneficio *Imperatoris*, & *iure* hereditatis. *Illa ratione ante* 1273. *Burggrauiatus Norimb. paruit Hohenzolleranis: non hac Qui eisdem, tempore Rudolfi I. obuenit. Conciliandos eſſe ad hanc mentem omnes illos exiſtimauerim; quotquot vel Cunradi III. vel Friderici I. vel II. Imperatorum temporibus in antiquis monumentis Burggrauios Norimb. ex Hohenzollerana gente nobis opponunt. Plura tamen in ſcriptoribus Rer. Germ. adhuc latent, quae in hac hiſtoria nondum euoluta ſunt.*

§. VII.

(u) *Wolfgangus Lazius* teſtatur, Martham, (quam alii Eliſabetham, alii Agnetem vocant,) Com. Habsb. Alberti filiam, ſororem imperatoris Rudolfi Friderici, huius fuiſſe coniugem. Et Imp. Rudolfus dignitatem Caeſaream maxima ex parte commendationi Eitelii Friderici debet, qui & electionem ipſi nomine principum indicauit. Quo officio Imp. gratiſſimo *inueſtituram principalis Burggrauiatus Norimbergenſis meruit.* Rudolfus etiam affini ſuo primum, quod imperio apertum fieret, feudum promiſit. Haec omnia ita refert *Encardus*, qui tempore Imp. Rudolfi Habsburgici vixit, in veteri *Chronico Argentoratenſi.*

(x) Quamuis enim *ducatus* Germaniae principio reipublicae noſtrae fuerint hereditarii ſub Cunrado I.; tamen de comitatibus id dici potuerat quam pauciſſimis.

§. VII. *Edelfriderico* duo filii fuerunt, inter quos ditionem parens diſtribuiſſe fertur; vt primogenito *Friderico* BVRGGRAVIATVM: alteri natu *Edelfriderico* HOHENZOLLERANVM comitatum relinqueret. *Inde duae lineae* Norimbergica: *&* Hohenzollerana. *Nos, hac relicta, illam deſcribere continuabimus. Interim qui auctores in tempore conceſſi Burggr. non conueniunt: illi neque ſibi in tempore partitionis conſtant. Hinc alii, A.* 1153. *integro & quod excedit, ſeculo ante factam dicunt, pro conditore* Burggr. *Cunradum* (y): *Fridericum* (z) *vero pro* Hohenzolleranae *lineae auctore habentes. Cauſae obſcuritatis* (1) *interregnum*, (2) *confuſiones tot Fridericorum*, (3) *neglectus curatioris notitiae comitatuum iſtius temporis*, (4) *Archiui Norimbergici clauſtra nondum aperta; quam rarus in hac*

(y) *Eitel. Fridericus Aquisgrani 1273.* cum Burggrauiatu Norimbergenſi inauguratus eſt: ſed cum in illa inueſtitura ſucceſſionis promiſcuae iura non ſatis confirmata eſſent: *illud ob filii eius Friderici III. grata, fidelia & laborioſa obſequia, ipſi ſaepe totique imperio fructuoſe impenſa*, prout literae inueſtiturae ſonant, in renouata inueſtitura & in literis de illa *Gemundae* publicatis, deficientibus maſculis ad *feminas* quoque extenſum eſt.

(z) Conradus, Rudolfi I. Comitis Zollerenſis filius, quidem, extincta Burggrauiorum Norimbergenſium e gente comitum *Voburgicorum* familia, in matrimonium ducta vltimi comitis Voburgici filia Burggrauius Norimbergenſis creatus eſt. An vero illo tempore circa annum 1180. diuiſio *in lineam* Comitum *Hohenzolleranorum* & Burggrauiorum *Norimbergenſium* iam facta ſit, vt ab Conrado hoc omnes Burggrauii & Marchiones Brandenburgici non interrupta ſerie deſcendant, quae *Rentſchii* & aliorum Hiſtoricorum ſententia eſt, illud maxime incertum. Excepit quidem patrem filius in Burggrauiatu Fridericus I. hunc Conradus II. quem vulgo Friderici III. patrem faciunt, ſed illorum ſententia, qui Conrad. II. improlem obiiſſe ſcribunt, veritati propius accedere videtur. 1. Enim conſtat, fratrem huius Conradi Fridericum II. ad Burggrauiatum perueniſſe, & Friderici II. filius Conradus III. patrem excipiens, 2.) pleraque bona ad pias cauſas legauit, & inter illa Virnsbergam a Conrado II. acquiſitam, quod ipſi conceſſum haud fuiſſet, ſi Conradus II. Fridericum III. tanta Imperatoris gratia florentem reliquiſſet. In Conrado ergo III. linea Norimbergenſis iterum extincta.

hac materia Wagenſeilius! (5) *licentia fingendi in rebus obſcuris. Vtinam vero, relictis vltimis illis originibus, operam ſuam in hoc tempus differrent, vt demum certo de re hactenus dubia conſtaret.*

§. VIII. Burggrauiatu Norimbergenſi ſemel cum hereditatis fiducia accepto, dixi vix poteſt, quantas regionum in Franconia ſitarum ab an. 1273. & 1418. *Fridericus*,& poſteri eius, fecerint acceſſiones. Emtionis, hereditatis, connubiorum iuribus; ipſa tandem Caeſarum in domum de S. R. I. bene merentem liberalitate, factum eſt, vt in iuſti ducatus magnitudinem ditio Burggrauiorum aucta fuerit, prolataque. In FRIDERICO, quem alii V. alii IV. alii III. nonnulli I. dicunt, Germaniae annales fidem, Habsburgicis praeſtitam, ita extollunt, vt hunc inter potiſſimas cauſas habeant, quare Rudolfus I. S. R. I. diadema ſit conſecutus. Caeſaris iterum magna in noſtrum beneuolentia fuit, quam variis donationibus (a) priuilegiisque comprobauit. Matrimonio cum Eliſabetha, Meraniae D. filia herede, quae accipere debuiſſet noſter, Lib. I. c. 2. ſcriptum eſt, mort. 1297.

Diſtinctio Burggrauiatus Norimb. a ditione ac iuribus Burggrauiorum. Cauſae diuerſae numerationis Fridericorum; a) *quod Edelfridericos alii a Fridericis diſtinguant*, b) *alii a Hohenzolleranis; alii a Burggrauiis numerent*, c) *alii omnes Burggrauios, alii hereditarios tantum. De intima familiaritate Rudolfi Imper. cum* Friderico. *Quare eum* conſanguineum *ſuum dicat? an ſoror Rudolfi mater fuerit noſtri? qua praerogatiua* S. R. I. Vicariatum *geſſerit noſter? De* Meraniana *(b) hereditate in Burgundicis*

(a) An. 1282. conceſſit ei Imperator *Lenckersheim*, *Marck-Erlebach*, *Brück & dominium directum in Wonſiedel.* Et cum Fridericus ſingularem Imperatori fortitudinem in praelio contra Ottocarum, Bohem. Reg., probaſſet, donauit illum Imp. dynaſtia *Seefeldenſi in Auſtria*, quam Marchio Chriſtianus Wilhelmus, teſte *Rentſchio*, poſt pacem Weſtphalicam adhuc tenuit.

(b) Ex Meraniana hereditate ſunt quoque *Bareuth*, *Cadolzburg* & *Langenzenn*, aliaque Franconiae loca.

cis (c); Franconia; Comitatu Tirolenſi.

§. IX. Sequuntur parentem filii, IOHANNES, &, hoc anno poſt 1298. mortuo, alter natu FRIDERICVS II. (d). Hic magnam Alberto; maiorem Henrico VII. maximam autem Ludouico Bauaro (e) imperatoribus operam, auxiliaque praeſtitit: a ſingulis iterum largiter remuneratus, m. 1332.

Inprimis a Caeſare Ludouico, cui Hoff, *S. R. I. quondam vrbem, debet. Victo Friderico Anticaeſare, quae feuda in Auſtriacis acceperit? quae eorum hodie ibi ratio? Ceterum an iuribus diuiſis, an communibus Burggrauiatum rexerint fratres?*

§. X. Excipiunt hunc filii, IOHANNES & ALBERTVS Pulcher, qui communi nomine ac iure regiones perpetuo adminiſtrarunt, raro *fraternae concordiae* exemplo. Maior natu *Iohannes* a Ludouico Bauaro Imp. 1346. Marchiae Brandeburgicae praefectus eſt; qua occaſione Burggrauii Norimbergenſes Marchiae incolis primum innotuerunt, vt, moribus inuicem bene cognitis aſſuetisque, diu poſt eorum imperio ſe eo libentius ſubmitterent, m. 1350. *Alberti* fratris tanta inter principes ſuae aetatis fama, atque exiſtimatio fuit, vt 1345. multorum ſuffragiis in S. R. I. IMPERATOREM fuerit electus. Sed,

(c) De dominiis Burgundicis ipſi controuerſiam mouerat Hugo de *Chalon*, qui etiam filiam e familia Meraniana vxorem duxerat. Controuerſia per tranſactionem an. 1256. ſublata dicitur, vi cuius Fridericus certam pecuniae ſummam accepit.

(d) Fridericus, qui multis vrbibus patrimonium ſuum in Franconia auxit, a Comite *Oettingenſi* quoque *Onoltzbach* emit.

(e) Fridericus II. quem alii IV. vocant, cum delecta manu Francorum & Rhenenſium Auſtriacos a tergo ita adortus eſt 1322, vt Fridericus Pulcher in proelio illo decretorio caperetur. Imperator igitur Ludouicus *nobiles ex* Auſtria captiuos pleroſque ipſi tradidit, quos omnes abſque lytro hac lege dimiſit, vt in perpetuum *praediorum ſuorum a Burggrauiis inueſtituram peterent.* Hodieque aula *Baruthina* Praepoſitum rerum feudalium (einen eigenen Lehn-Probſt) in Auſtria alat. Mentionem factam eſſe in *receſſu Executionis Norimbergenſi* an. 1654. in catalogo reſtituendorum, conſtat. Plura diximus in Auſtriacis lib. I. c. 3. §. 42.

Sed, qui, viuo Ludouico Bauaro, S. R. I. negotiis ſe immiſcere noluit: ſua iura, mortuo eodem, Carolo IV. Boh. R. fertur conceſſiſſe, m. 1361.

De amicitia Ludouici Bauari (f) cum Burggrauio Iohanne; **von der Statthalterſchafft in der Marck Brandenburg.** *Inde ſexennale vtriuſque fratris regimen (g) perpetuum factum. De Alberto Norimbergenſi Imperatore annales (h) Bohemici ac Boici.*

§. XI. Succeſſit Iohannis filius FRIDERICVS III. Huic Carolus IV. Imp. merita *parentis* & *patrui* large (*) repoſuit. Qua Caeſaris liberalitate patrimonium ipſe *Burggrauiorum*, maximis acceſſionibus factis, amplificauit, vt *Friderici Conqueſtoris* nomen iure mereri videatur. Ciues Norimbergenſes, qui *Burggrauiorum* auctoritatem contundere & excutere volebant, in ordinem redegit, in obſequioque continuit. m. 1398.

Conceſſit ei Carolus IV. (1) Schlüſſelburgenſia *feuda; Tangersruthum, Neuboff, Pühl, Schellenbach, aliaque Anno* 1355. (2) Cenſum *deinde Bambergenſium, Würzburgenſium, Eichſtadenſium monaſteriorum* 1362. (3) *Rhenanum*

(f) Vixit plerunque in Aula Imperatoris Iohannes noſter & Imper. Ludouicus ſaepiſſime eum quoque *Cadoltzburgi* viſitaſſe legitur, vbi Imp. ſecundum Rentſchium ſubita morte 1347. obiit in prato, quod inde *Caeſaris pratum* dicitur.

(g) Cum regiones vterque frater adminiſtraret nomine communi, a Comite *Orlamundenſi Culmbach* cum munita arce Plaſſenburg, Gold-Cronach, Berneck, Trebgaſt & alia loca acceperunt.

(h) Ita enim dixerant eum temporis iſtius ſcriptores, quaſi omnis imperii ius eſſet apud eundem.

(*) Huc inprimis facit diploma Caroli IV. apud *GOLDASTVM tom. 1. Conſtit. Imp. p. 371. 372. ſq.* in quo varia Burggrauiatui priuilegia conſtituta ſunt, idque conſenſu ordinum imperii in comitiis. Summae potiores ſunt: 1) Burggrauii Noribergenſes, vt iam olim principum S. R. I. dignitatem habuere, ita gaudeant & dein poſterum; 2) indigna illis ad duella prouocatio; 3) nequeunt illorum vaſalli & ſubditi euocari ad iudicia extranea; 4) adpellare his nefas ſit, niſi iuſtitia ſit denegata; 5) iure vti poſſunt metallorum generis cuiuscunque; 6) his aduerſa priuilegia irrita declarantur. Noribergae 1363.

num vectigal Selſ. 1366. (4) *In* Alſatiae *Landgrauiatus feuda quaeque aperta* expectatiuam. (5) Emit *ipſe Waſſertrüdingen, Gunzenhauſen, Münchberg, Feuchtwang, Uffenheim.* (i) *S. R. I.* vicarium *egit, abſente Imperatore Carolo IV. An ordinariis vicariatibus in abſentia Caeſaris locus? Burggrauiorum dignitas an tum demum* principum *S. R. I. nomine inſignis? Cauſa belli Norici, Burgi ſiue Caſtri ab vrbe, moenibus extructis, intercluſio. Mulcta Norimberg.* 5000. *flor. Transactio*, daß zwar die Mauer ſtehen möge; aber ein groſſes Thor durchgebrochen würde, ohne ſolches zu ſperren. *Singulare exemplum de ſponſalibus* naſcendorum *inter liberos noſtri & Regis Bohemiae Caroli IV.*

§. XII. Continuarunt amicitiam cum *Bohemicis imperatoribus* filii ſucceſſores IOHANNES III. (k) & FRIDERICVS I. Sed, *illo* A. 1410. mortuo, *hic* demum ad meſſem venit ſementis a ſe maioribusque ſuis factae. *Sigismundus* enim imperator ELECTORATVM BRANDENBVRGICVM A. 1417. in Comitiis *Conſtantienſibus* (l) felici auſpicio, procerumque imperii *conſenſu*, publice ac ſolenniter eidem eſt largitus. Bella hic princeps, illis non aeſtimatis, quae pro Caeſare geſſit, varia ſuſcepit finiuitque. A. 1398. cum Rotenburgicis de foſſa ac ſepimento, quo cinxerant ipſi regionem. A. 1420. pro SAXONIAE ELECTORATV, quod ſoror vltimi Electoris Alberti (m) in matrimonio eſſet filii ſui *Iohannis.* A. 1421.

(i) Schwabach, Kornburg, Cammerſtein, Schauenſtein, Hohen Eck & Bayersdorff. Anno 1373. denique poſſeſſionem etiam vrbis *Hoff*, cum qua auus iam inueſtitus erat, a Ruthenis in Weida accepit.

(k) Iohannis ſedes *Plaſſenburgum* fuit. Sigiſmundum Hungarorum Regem e manibus Turcarum infelici pugna ad Nicopolin eripuit, viuumque ſeruauit. Burggrauiatum auxit multis locis, inter quae referenda *Creilsheim*, *Erlangen* & *Brichſenſtad.* Imperator Wenceslaus an. 1330. ipſi octauam partem vrbis *Kitzingenſis* cum vectigalibus & iure conducendi in Ober. & *Unter-Bradth*, *Bibert* &c. conceſſit.

(l) Hinc plurima extant in actis *Conſtantienſis Concilii*, quae Dux Brunſuicenſis Rudolfus Auguſtus edidit, Marchiae monumenta. Quae *Gundelingius*, iunior, de hoc electore congeſſit, illa pariter ſub prelo eſſe dicuntur.

(m) Ita quidem *Cernitius*; ſed *Rein. Reineccius* corrigit errorem

A. 1421. contra Marchiae Nobilitatem rebellem: atque Pomeraniae duces, Marchiam Vckerianam violenter detinentes. Obiit 1440. Cadelsburgi.

Quae cauſae conceſſi Marchion. Brandeburgici. a) *nummi* 500000. *ducator.* b) *impenſae Friderici pro Sigiſm. Caeſare, in bellis Huſſiticis, Hungaricis, Marchicis, aliis.* c) *merita Burggrau. in Bohemiae RR. auita?* d) *quod toties praefecturam,* die Statthalterſchafft, *in Marchia geſſiſſent Burggrauii.* e) *nollet Sigiſmundus duos Electoratus & vota duo* (n) *habere.* f) *Marchiae ſaepius, abſente principe ſuo, rebellis pertaeſus imperator?* g) *Ordinum S. R. I. conſenſus quid fecerit?* h) *praemium fuerit nauatae operae, vt Sigiſmundus fieret imperator? Quas Marchiae partes acceperit? R.* Veterem & Mediam. *Sed non minora ei in* Vckermarckiam Nouamque *iura. Inde* Pomerani; *hinc Ordo* Teutonicus *poſt exacti ſunt. An cum iure reluendi, an absque eo Marchia vendita? An pretio nummi reſponderint? De iure cingendi regionem ſuam* mit einer Land-Wehr. *Iure ne, quo ceſſit poſt,* Saxoniae *Electoratum petierit? An qui regi ac femina nequeat; etiam per feminam nequeat transferri? Cauſa incultae quondam & faſtuoſae Marchicae nobilitatis: bella, abſentia principum, fines regionis. De cauſis venditi* Caſtelli *in vrbe Norimb. ſed manente Burggrauiatu A.* 1427. *an emtio Marchiae? quod falſum* (o). *De vxore* Eliſabetha,

Q 3

rem *in Orig. Stirp. Brand.* ſcribitque: *Iohannes vxorem duxit Barbaram, Rudolfi,* (Ill. ſcil.) *Electoris Saxoniae filiam.* Sed iuri controuerſo haec diſſidia nullum adferunt momentum.

(n) *Cernitius* proinde ita rem exprimit: *Cauſae, quae Caeſarem ad id commouerunt, ab ipſomet imperatore adduntur: Vt nimirum ea ratione, numerus Electorum, inter quos ipſe imperator vnum, Frater Wenceslaus, Rex Bohemiae, alterum locum habuerat, ſuppleatur, non autem nomen & dignitas Electoralis aut obſcuretur, aut penitus deleatur. Vt Fridericus bene meritorum & officiorum erga Caeſarem, laborum item ac ſumtuum, quos in pacandis ditionibus Marchicis proximo quadriennio exantlauerat, fructum & reſtitutionem ſentiat. Vt denique Marchia impoſterum ſub legitimi Electoris praeſentia tutior ſit, praeteritorum etiam malorum obliuiſci diſcat.*

(o) Hac de re ita differit Cernitius: *Atque hactenus quidem Electori infeſtus fuerat quidam Chriſtophorus Leiningerus, qui eo vſque*

tha, *pulcbritudinis fama principe celeberrima*, der ſchönen Elſen. *Cur principis ſedes extra Marchiam Onoldi? Arcem vix habebat Marchia (p) per aliquot ſecula nulli principi culta, quae capere principem potuiſſet.*

§. XIII. Teſtamento patris (q), aut potius natu maximi filii libera voluntate, ſecundo genitus FRIDERICVS II. *Ferrei* nomine inſignis, *Brandenburgici Electoratus* heres factus eſt; regionibus in *Franconia* primo & alteri fratrum, *Iohanni* (r) Alchimiſtae, & *Alberto* Achilli in

vſque etiam malitiae progreſſus, vt arcem Norimbergenſem Electori exureret. Ne itaque, quem prius minus caute parum timuerat hoſtem, dignitate & ſtatu ſcilicet inferiorem, nunc aut metuere aut curare videretur, eandem arcem vna cum quibusdam pagis quatuor molendinis & duobus ſaltibus vendidit, aureis ducentis quadraginta millibus Reip. Norimbergenſi, reſeruatis tamen ſibi ſuisque heredibus feudis & eccleſiaſticis & ſecularibus, iudicio prouinciali, Burggrauiatus, venationibus, conductu extra vrbem, vna cum aliis Regalibus, quae vocant, quam plurimis.

(p) Teſte enim *Reineccio in Orig. ſtirp. Brand.* Fridericus noſter arcem Colonienſem ad Sueuum fl. quae deinceps Electorum Brandenburgenſium ſedes fuit, *a fundamentis condidit.*

(q) Quod exhibet SPRINGSFELD *de apanagio c. 3. p. 45. & 58.* Teſtes laudant BVXTORFF *ad A. B. theſ. 85. lit. b.* FREHERVS *in repraeſentatione S. R. I.* p. 607.

(r) Hanc hiſtoriam praeclare expoſuit *Aeneas Syluius*, cuius verba hic addenda: *Fridericus, Marchio Brandenburgenſis, qui contra Boiemos ſub Iuliano Legato Apoſtolico fortem & numeroſum duxit exercitum, conditurus teſtamentum, quatuor ad ſe vocauit filios, Ioannem, Fridericum, Albertum & alterum Fridericum. Ioannemque, quod is natu maior eſſet, in hunc ferme modum allocutus fertur: Primus ego, vt noſti, dignitatem Electoralem imperii in noſtram familiam adduxi, cum eſſem Sigiſmundo Caeſari admodum familiaris. Nunc vocat me ſuprema neceſſitas: Curae mihi eſt, ne tantum decus in domo noſtra vileſcat. Tibi vt video, quietis & tranquillitatis eſt vnicum ſtudium, in Electoratu praeter curam & aſſiduum laborem nihil inuenies. Eam ob cauſam, ſi tua voluntate id poſſum, Marchionatum Brandenburgenſem cui ius eligendi Caeſarem eſt conceſſum Friderico, qui tibi aetate ſuccedit, quique & vigilantior & ad labores durior, quam tu videtur, teſtamento relinquam: Tibi Voitlandiam, Alberto quicquid Franconici iuris poſſideo,*

in diuiſione relictis. Quartus frater, *Fridericus*, cum noſtro eiusdem nominis principe in ſocietate Marchici regiminis eſſe debebat, quo tamen iure ſe lubens abdicauit. Adeo ſingulis Germanis ſuis dignus videbatur *Fridericus II.* vt virtuti eius locum facerent. Et vero non parum eſt, quod exterorum annales de rebus geſtis maximi principis concelebrant. Duo *Poloniae* (*) (s) *Bohemiaeque* (t) regna, quae, titulis parum forte, aut nihil iniqui, iniuſte certo nihil habentibus, oblata accipere poterat, magna animi moderatione pietateque declinauit. Turbas Berolini & Coloniae ciuitatum 1442. ſopiuit; cumque nondum quieſcerent, arbitris ſumtis (u) aliquot Germaniae principibus, licentiam rebellium caſtigauit, iuraque dominii, quae exoleuerant diuturna Marchionum abſentia, reuocauit inſtaurauitque (**).

 Refri-

poſſideo, & altero Friderico partem Marchiae. Cui Ioannes, exiſtimaui, Pater, ante hunc diem cariorem tibi multo quam me Fridericum eſſe, cum illi ſaepius blandire, neque id ferre non aegre potui. Nunc ſententiam muto & te, Pater amo coloque, qui mihi otium, illi negotium ſuprema voluntate dimittis.

(*) *Poloniae* ei regnum obtuliſſe, auctor eſt Aen. SYLVIVS papa in dictis Reform. p. 484. verba reſponſi fuerant habitis Caſimirum, quem ſucceſſio regem fecit. Qui ſi nolit regnare, ad me redito. Idem in Europa c. 25. p. 416.

(s) Vocauerant Fridericum II. ad faſces regni Bohemiae Ladislao mortuo 1440. 1.) ordines regni, 2.) papa. Coram quo ipſe defendit Podibratium aemulum. Late & plene GOLDASTVS *lib. 6. de regno Bohem. c. 10. p. 629.* & *Meſſina* CZECHORODIVS *in marte Morauico lib. 6. cap. 3. p. 750.*

(t) Extincto in Varnenſi clade Vladislao III. rege an. 144. Hac de re itidem GOLDASTVS *lib. 6. c. 10. p. 675.* Principem noſtrum tandem illo Senecae dicterio dimittit: *Habere regnum, caſus eſt, virtus dare.*

(u) Abſit, vt hoſce adpellemus nomine auſtregarum. Nam virtutis fuerat, non iuris: res ſubditorum arbitrorum iudicio ſubmiſiſſe.

(**) Illud in Friderico II. elect. non amittendum: quod in diſſidiis Germaniae cum papa Eugenio IV. 1446. principe loco fuerit, qui ordines imperii cum Imperatore eo adduxit, vt eierata NEVTRALITATE, agnoſcerent eum papam. Inde CONCORDATA NATIONIS Germanicae, in quo negotio pariter ſedulam praeſtitit operam: ad cuius auctoritatem vterque

Refricauit quoque Marchiae in *Luſatiam* iura, 1461. (x) ne obliuio iiſdem callum obduceret. *Nouam* Marchiam (y), recuperatorio iudicio inſtituto, 1455. recepit a *Teutonico* ordine. Reddidit tamen pretium, quo militibus olim oppignorata fuit. Mortuo 1464. Ottone III. Stettinenſi Duce, pacta *mutuae* ſucceſſionis cum Electoribus Brandeb. 1338. inita contra agnatos Pomeraniae Duces allegauit. Sed quamuis Caeſar cauſae noſtri admodum faueret; arma tamen ſenex poſuit, negotio ſucceſſoribus relicto, m. 1471.

An *primogenitus* a parente excludi poſſit in Electoratu? Quid LL. S. R. I. velint? Leues cauſae; alterum natu digniorem, pulchriorem, validum magis? Maiorne teſtamenti hic auctoritas, quam fratris aſſenſio? Ad *Friderici Ferrei* in Poloniam iura ſatis eſt, quod ad regnum electitium a proceribus eſſet vocatus. Sed qui genium nationis, educatus in Polonia, puer didicit, arcanas forte cauſas vidit, oblatum honorem ſapienter declinandi. In *Bohemiae* R. a) quod mortuo Ladislao regius ſanguis omnino defeciſſet, b) Podibratius iure tantum electionis niteretur, c) qualia & ipſe habebat noſter, d) Pontificis M. acceſſit auctoritas, per legatum de Lauante, noſtro declarata, e) religio etiam ſuadere pontificio principi videbatur, obiicere ſe electo in Regem B. principi haeretico. Berolinenſium priuilegia temperata; a) quod cunctis mulctari

vterque papa Eug. IV. & Nicol. V. an. 1445. 1446. 1447. 1448. ſerio ac ſaepius prouocarunt. Hinc eius cum *Aenea SYLVIO*, ſcriba & conſiliario imperatoris, contraxit amicitiam ſingularem. Quod Syluanae cum epiſtolae docent, tum opuſcula alia promulgata iunctim.

(x) Imo plurima Luſatiae loca, coenobia maxime a Friderico II. electore petierunt obtinueruntque inaugurationem, praeſtito Brandenburgicis ſacramento iuriſiurandi. Quod fide ſcio codicis diplomatici *Doberlucenſis*, quem *manuſcriptum* ſeruo in litteraria mea ſupellectili.

(y) Quod omne cum factum ſit poſt A. B. in qua omnes *electoratus* feuda eſſe iubentur *indiuiduo:* ſunt, qui exiſtimant, nouam Marchiam his legibus non adſtringi. Imo Brandenburgicam Marchiam plures complecti imperii principatus, necquicquam vnum.

mulctari poſſent ciues rebelles, b) pleraque vſurpaſſent magis, abſentibus Marchionibus, quam ab iisdem accepiſſent, c) ſubditorum iura ſuperare viderentur, d) ipſi in manus ea principis ſui conceſſiſſent. Iura Marchionum in Luſatiam Lib. 1. c. 2. docta ſunt, an *Cotbus* (z) ex iſtis reliquiis? Teutonico non tantum Magiſtro; ſed ordini vniuerſo (a) de Marchia noua ſatisfactum. De cauſa Pomeraniae alibi. Singularia de *Confeſſione* fidei Friderici II. quam illuſtrauit Weizendorfius.

§. XIV. Fratris gloriam ac hereditatem Albertus (b) *Achilles* excepit, auxitque. Cum reliqui germani improles deceſſiſſent, ipſe ſtirpis propagator vnicus, foecundiſſimus autem fuit. Fratre Electore ſuperſtite, in Franconia vixit, *Norimbergenſes* de iuribus poſtulauit, *Burggrauiatui* ſubtractis. Quo acrius illud bellum fuit, tot Germaniae annalibus deſcriptum; eo luculentius poſteritati documentum eſt, noſtros animum, per iniuriam amiſſa recuperandi, nunquam exuiſſe. Elector factus, nihil antiquius habuit, quam *Pomeranica* iura domui ſuae aſſerere. Sententiam Caeſaris, in fauorem cauſae Brandenburgicae latam, excitauit induſtria eius, vt titulo (c)

 hoc

(z) Cum anno 1461. bellum ob Luſatiam inferiorem, quam huiusque Marchiones vt feudum regni Polonici obtinuerant, inter Fridericum noſtrum & Gregorium Podiebratium Bohemiae Regem exortum proxime in ſequenti anno componeretur, Cotbuſium, Peicena, Feupizium & Beerenwalda in Electoris poteſtate manſerunt, reliqua vero Luſatia Regi Podiebratio conceſſa eſt.

(a) Hinc *Cernitius* ita hanc hiſtoriam illuſtrat: *Fridericus Nouam quoque Marchiam, quam Iuſtus Marchio Magiſtro Generali Ordinis Teutonici Pruſſico Ditleuio a Walden ante annos quaſi 57. oppignorauerat: ita Ludouico ab Erlichhauſen ordinis beatae Mariae Domus Teutonicorum Hieroſolymitan. Magiſtro itidem Generali cum conſenſu Officialium & totius ordinis 100000. aureis redemit, ſubditosque in ſuam fidem ac clientelam accepit.*

(b) In quem anno 1470. dignitatem Electoralem ob vires corporis fractas cum conſenſu Imp. Friderici III. transtulit, quo facto diem ſuum obiit 1471. d. 10. Febr.

(c) Obtinuit poteſtatem Pomeranis conferendi feudum anno 1471.

hoc nunc apertius vti poſſet. *Pactorum* cum Bohem. R. *Saxoniae Haſſiaeque* principibus A. 1474. initorum alibi ratio habebitur (d). Omnium autem fidiſſimus adiutor bello ac pace *Auſtriacis* extitit, conſiliorum Friderici IV. imperatoris conſcius ac particeps. Dixerunt tum aliqui, imperium per Caeſarem regi ab Alberto Brandenburgico. Sed ab hoc obtrectatorum elogio excelſi animi princeps ſemper abhorruit. Ingraueſcente aetate, Marchiam filio Iohanni adminiſtrandam dedit, decem annis poſt Francofurti mortuus, quorſum S. R. I. Septemuiri de Rege Rom. eligendo conuenerant 1486. aet. 72. *Albertus* nouendecim *liberorum parens. Nouas vires ſtirpem collegiſſe exiſtimauerim. Creuit, cum areſcere videretur. Inſignis Alberti laudator* Aeneas Syluius *(e) in Europa & in*

no 1471. Ipſeque ſibi vrbes & arces, quas eo tempore tenebat, titulum etiam & inſignia Pomeranica reſeruauit, quae omnia Fridericus Imp. confirmauit. Cum autem poſt illam compoſitionem Bogislaus filius Erici, Ducis Wolgaſti, nouam Marchiam armis inuadere mallet, quam homagium praeſtare, interuentu Ducum Megapolenſium lis ita compoſita eſt, vt Margaretha, Friderici II. Electoris filia, Bogislao nuberet. Marchionibus autem de ſucceſſione deficiente maſcula Ducum Pomeraniae linea Bogislai atque ordinum literis caueretur.

(d) Iuſſit quoque conſcribi leges fundamentales domus Brandenburgicae anni 1473.

(e) Refert enim, quam maſcule ſolus pugnauerit in conflictu cum Norinbergenſibus: *Steterunt vtrimque acies*, inquit, *medio trecentorum ferme paſſuum interuallo non ſine trepidatione. Tum Marchio cum duobus comitibus apprehenſa lancea in hoſtem aduoluat. Occurrunt totidem ipſi ex hoſtibus viri fortes. Marchio equitem eum, qui ſibi obuius ſit, medium transfodit ſternitque. At comitibus ſuis ab his, cum quibus congreſſi fuerant, proſtratis, ipſe in hoſtium turmam ſolus irrumpit, modo iſtum, modo illum conficit, ſtragemque non paruam efficit, donec ad ſigna peruadat. Illic centum in eum gladii nudantur, & cum punctim eum ferire circumuentum nequeant, ignari, quisnam tanta auderet, caeſim rem agunt. Ille amplexatus vtroque brachio vexillum nuſquam honeſtius, quam hic moriar, inquit. Dum ſolus haec agitat, reliquus exercitus ſuppetias occurrit, verſisque in fugam hoſtibus ſemi-animem Ducem apud vexillum comperit confractum quaſſatumque, hoſtes aut laeſi, aut capti, fuga admodum paucos eripuit.*

in Bohemicis. Qui niſi tam grauis teſtis eſſet, fidem ſuperare viderentur, quae tradit de rebus geſtis Herois noſtri. Teutonicus Achilles, Vlyſſes *Germanicus, non domeſtico aut priuato quodam aſſentantium ſtylo audiit; ſed duorum Pontificum Pauli II. & Pii II. publicis diplomatibus firmato elogio; quod Pontificiae tum auctoritatis opus eſſe videbatur. Cauſae belli* Norimbergici. a) *commune foedus principum contra ſuperbas ac immorigeras quasque ciuitates*, b) *violatio iurium Burggrauiatus in ciuitate & extra eam*, c) *fraudulenta interpretatio.* Burgo *vendito, cadere etiam iura* Burggrauiatus. *Exitus belli, mutuae clades.* Pomeraniae *ducibus contumaciae damnatis, ab aulico Caeſaris iudicio litigioſae regiones in feudum conceduntur Brandeburgicis. De bellis pro ſalute* Auſtriacorum *legantur Rous, Lazius, Cuſpinianus, Fuggerus. Aduerſione digniſſimum eſt. Alberti curis* Burgundicum *Maximiliani I. matrimonium promotum fuiſſe. Vt adeo & Auſtriaca & Burgundica, & quae fortuna hanc ſequuta eſt, fidei noſtrorum deberi videantur. Cur* reſidentiam *Onoldi habuerit, ſepulturam (f) Heilsbronnae?*

§. XV. IOHANNES I. qui parentis vices hactenus geſſerat, eidem pleno iure in Marchia ſucceſſit. *Franconiae* regionibus ad fratres Fridericum & Sigiſmundum delatis. Facundia eius mereri videbatur, vt CICERONIS Germanici nomen ferret. Principis diſerte ornateque dicentis oratio fuit, qua ferocem Matthiae Hungariae R. animum Poloniae (g), Bohemiaque Regibus praeter omnium ſpem conciliauit 1474. *Croſnenſem* ducatum, a marito Barbarae, ſorori ſuae, ab hac autem fratri legatum (h) poſtulauit iure obtinuitque 1482. *Veterem* Marchiam de

(f) Dicunt adhuc Heilsbrunni monſtrari Alberti caluariam, nullas habentem futuras, earumque ne veſtigia quidem apparere. Viſcera autem Francofurti ad Moenum in aede Praedicatorum repoſita.

(g) Caſimirus pater Poloniae & Vladislaus filius Bohemiae Reges & Sileſiam & Morauiam Matthiam, Hungariae Regem, Wratislauiae obſederunt.

(h) Henricus, Dux Glogouienſis & Croſnenſis, legauerat quidem coniugi Alberti filiae ducatum Croſnenſem; ſed Iohannes, Dux Saganenſis, patruelis Henrici iure cognationis Ducatum

de aequiſſimo tributi genere, *acciſas* vocant, per ignauiam ſe mouente 1488. in ordinem redegit. Priuilegia *Francofurtanae* Academiae ab Alex. VI. Papa 1498. vix acceperat noſter; cum corpore obeſus vitam finiret anno 1499. aet. 44.

Cur *primus* hic Electorum, qui & vixerit in *Marchia*, ibique ſepultus ſit? a) quod deliciis Franconiae alii illecti eſſent; b) noſter a patruo Friderico Marchiae praefectus fuiſſet; c) quorum moribus puer aſſueuerat; d) cum Franconica non cognouiſſet. Quae e) fratri ſuo Friderico ceſſerat. Vnde *Franconica* linea effloruit, anno demum 1603. prorſus iterum exareſcente. *Matthiae*, Hungariae; *Caſimiri*, Poloniae; *Vladislai*, Bohemiae RR. ſuper Sileſiacis controuerſias acerrimas ſua oratione compoſuit. De *Croſnenſi* D. inferius. Fratri ſuo *Friderico* in Franconicis locum fecit. Vnde haec linea ab Electorali auulſa diu poſt viguit. De iure tutelae in ciuitatem Luneburgenſem.

§. XVI. IOACHIMVS I. eloquentiae laude parentem imitatus, POLYGLOTTVS; *Os & Oraculum Imperii; ac ſui temporis Neſtor*, communi ſcriptorum elogio, celebratur. Adiit, *ſedecim* annos (i) natus, Electoratum, Humani-

catum petebat, hinc bellum eam ob cauſam exortum in ſextum vſque annum durauit, quod diſſidium mediantibus Electorum Saxonici & Brandenburgici legatis *Camenitii*, vt loquitur *Cernitius*, *ita compoſitum, vt Croſna, Zullichium, Sommerfelda & Bobersberga pro dotalitio Barbarae viduae, quod fuit quinquaginta millia aureorum, tanquam hypotheca maneret.* Atque ita haec oppida a Glogouienſi Ducatu auulſa in poſſeſſionem Marchionum Brandeburgicorum venerunt. Ioachimus II. enim & frater Iohannes ex transactione cum Ferdinando Imp. deinceps primum ſe Croſnae in Sileſia duces nominarunt.

(I) Cognatus Fridericus in Franconia, ad quem alias adminiſtratio Electoratus pertinuiſſet, auctor fuit Ioachimo, vt a nonnullis ex Imperii Principibus, quid hac in parte agendum, quaereret. Suaſu & conſilio igitur Electoris Moguntini ſucceſſit patri. Nam Moguntinus in ea fuit ſententia, quod ex mente Aureae Bullae is, qui 18. annis minor ab electione Regis Rom. quidem, non vero a ſucceſſione in Electoratu ſit excludendus.

Humanitatis ſtudia in deliciis habuit; promouit ea exercuitque. Condidit *Academiam* (k) *Francofurtanam* Anno 1506. d. 27. April. *Carolo V.* S. R. I diadema duorum fratrum eloquendi vim 1519. conciliaſſe, quod *Albertus* Moguntinus cum noſtro, *germano* ſuo, conſpiraret, exterorum annalium fide conſtat. *Lutherum* 1521. Wormatiae, aſſeclas eius 1530. Auguſtae incredibili orationis facultate, quam in duobus conuentibus S. R. I. nomine adhibuit, a ſacrorum mutatione auocaſſet (*): ſi humano magis, quam diuino conſilio coeptum fuiſſet inſtitutum. Wichmanno, vltimo *Rupinenſium* Comiti, 1524. iure vacui poſſeſſore feudi ſucceſſit. Pomeranica iura, quae conſequi non potuit, renouatis mutuae ſucceſſionis pactionibus, firmiora reddidit poſteriſque reliquit. Porro in *Nouam* Marchiam iuribus nuntium miſerunt ordines *Teutonici:* cum reluendi facultatem hactenus non ſuſtuliſſent. Mort. 1535. aet. 51. Corpus eius primo ſepultum in monaſterio Leninenſi, poſtea translatum in templum collegiatum Coloniae ad Spream.

Ioachimum ſibi glorioſum putaſſe, exterarum nationum quemque ſua lingua dicentem excipere, dimittereque de iure idiomatis. An Principi Germanico, qui Gallicam L. calleat, conſultum ſit, cum R. G. legato Gallice loqui? De maiorennitate Principum. An aetatem lex definiat? An veniae aetatis locus in damnum legitimae tutelae? Quidſi conſentiat legitimus? De *Rupinenſi*

(*k*) Cum fratre Alberto, Archiepiſcopo Moguntino & Magdeburgico, qui Cardinalitiam dein quoque conſecutus eſt dignitatem, impetratis Maximiliani I. priuilegiis & Iulii II. Pontificis confirmatione. Et ſub primo rectore D. Conrado Wimpina numerum ſtudioſorum millenarium iam attigiſſe ferunt.

(*) Cauſae fuerant ſingulares prorſus, quae Ioachimum I. a Lutheri conſiliis auerterunt. Principio a) inimicitiae cum Saxoniae electore, b) odia in Lutheri vehementiam, c) ne quid deproperaretur in ſacrorum negotio, d) vt in *comitiis* vel pleno concilio res tractaretur, non priuato Saxonum aut Lutheri inſtituto. Vid. oratio ſecularis de meritis Brandeburgicae domus & huius Ioachimi I. & fratris Alberti in ſacrorum repurgio.

Rupinenſi (l) C. & *cauſa Pomeranica* inferius. Quid de Hamburgenſium decennali tutela Principi noſtro oblata? Iudaeorum 38. ſupplicia? an ſanguine infantum noſtrorum illi opus habeant?

§. XVII. Filii ſequuntur, IOACHIMVS II. *Hector* cognomine, & IOHANNES, aliis *ſapiens*; aliis *Germaniae Oculus* dictus. Parentis enim voluntate factum eſſe ſcribunt, vt maior natu *Electoratum*: alter filius *nouam* Marchiam ducatumque *Croſnenſem*, diuiſis inuicem rationibus, adminiſtrandos acciperent. Vtriuſque memoria propter rerum geſtarum magnitudinem Germaniae annalibus celebratiſſima eſt. Adeo ſacer fuit vtrique Caeſaris cultus, vt, quamuis *purioribus* ſacris ambo circa 1538. in Marchia locum facerent, progredi tamen ad arma nollent contra imperatorem: Chriſtianis ſacris dignius eſſe rati, *fugere* quàm *fugare*; *perferre* bella, quam *inferre*. Nihil tamen in cultu diuino remiſſiores ceteris. Interceſſione, precibus, obteſtationibus, animique praeſentia, conſtantiaque cauſas, Saxonicam atque Haſſiacam, apud Caeſarem ſibi commendatas habuere. Neque 1540. perſuaderi noſtris vnquam potuit, vt, ſymbolo *interim* admiſſo, a tramite diuinae veritatis vel latum vnguem dimouerentur. Iohannes *Cüſtrini* (m) ſedem tenuit in arce, condita a ſe, firmiſſimoque munimento firmata. mort. aet. 58. Elector aliquot tantum diebus fratre longius ſuperſtes, *Spandauiae* munimentum *arcemque* Colonienſem condidit, ſedem principum noſtrorum. Militiae rerumque geſtarum gloria vicinis Polonici regni proceribus dignus eſt viſus, vt in ſocietatem *Poruſſici* (n) feudi agnatorum 1569. adſumeretur. mort. 1571. aet. 66.

Quo

(l) Deuoluta igitur ad Ioachimum I. tanquam feudi dominum ciuitas & comitatus Rupinenſis cum locis ad illum pertinentibus Granſee, Lindau, vnde & vltimus Comes Wichmannus, Comes Lindouienſis, dicitur & Wuſterhauſen. Expectatiuam quoque a Carolo V. in Ducatum Holſatiae extinctis ex hac familia ducibus obtinuit.

(m) Optime partem ſuam rexit eamque dynaſtiis Bieberſteinenſibus Beskau & Storkau auxit. Peiſcenam in inferiori Luſatia egregie muniuit.

(n) A Sigiſmundo Auguſto, Rege Poloniae, cuius ſororem vxorem

Quo iure *noua* Marchia a reliqua hic ſeiuncta? patientiane primogeniti? Cauſae mutatorum *ſacrorum* (o) in Marchia? (1) coniuncta vtriuſque fratris voluntas. (2) multitudo indulgentiarum; (3) I. Funccii inſtitutio; (4) Ter a principe abſoluta *vulgata* Bibliorum verſio; (5) Melanchthonis literae, ſcripta; (6) Lutheri conciones. Obſtare videbantur (1) Caeſaris amicitia, (2) Alberti Moguntini patri dehortatio, (3) Marchiae ordinum diſſenſio. Scommata maleſanorum, noſtros exercitui proteſtantium auxilia ſubtraxiſſe. Vexillum Iohannis: date *Caeſari*, quae ſunt Caeſaris. Egregia eiusdem confeſſio circa negotium *interimiſticum.* Conciliatio Landgrauii apud Caeſarem. Offenſio noſtri ex illuſione verborum Einig & Ewig. Quae inter cauſas belli declarati contra Carol. V. in ſocietate Mauritii. *Imperator* (p) S. R. I. in Turcico bello

vxorem duxerat, ſucceſſionem in Poruſſico ducatu obtinuit.

(o) Immutauit Elector ritus ſacrorum 1539. & primum die omnium Sanctorum Spandouiae, quae vrbs matris dotalitium erat, cum ſuis ad ſacram coenam acceſſit. Dominum altero die ſecuti ſunt Senatores Berolinenſes & Colonienſes. Sacram Synaxin adminiſtrauit Epiſcopus Brandenburgenſis Matthias Jagow.

(p) Cum expeditio illa non ex voto ſuccederet, *Paulus Iouius* culpam in optimum principem falſo reiecit, quem carmine elegantiſſimo refutauit *Sabinus* ſermone ſoluto. *Cernitius* & inprimis *Leutingerus* verbis his notatu maxime dignis: *Galliae Regis artibus fiebat, vt difficultates maximae Ioachimi II. virtutem exciperent, quibusdam militem non mittentibus, quibusdam pecuniam non conferentibus, neruis rerum gerendarum praeciſis, aliis tardius & non plene mittentibus, bellicis quoque inſtrumentis opportune non aduectis. Galliae enim Rex per legatum hanc in comitiis Spirenſibus expeditionem accurate diſſuaſerat, ne Caeſaris forſan & Ferdinandi potentia, quam alias ſibi ſuſpectam & inuiſam aegerrimo animo ferebat, acceſſione nimia non augeretur. Res itaque feliciter geri non potuit, & ab ipſa oppugnatione peſti re infecta diſcedendum fuit. Hinc factum, vt male adminiſtrati belli culpam in Ioachimum II. Elect. homines profani reiicerent. Inter quos nominis erant Italici. qui odio virtutis, religionis & imperii Germanorum egregios illos conatus vaniſſime ſugillando turpiter traduxerunt. Leut. p. 2. Hiſtor. Marchic. lib. 2.*

bello comitiorum ſuffragiis electus noſter. Ritus ac cauſa *cinguli* militaris principi iuuentutis dati a Carolo V. Foedus *Haſſo-Saxon.* 1555. repetitum, quo fine? Inſtauratio des Cammer-Gerichts Berol. Diuinationes noſtri ſingulares de morte plurium principum? praeſenſiones eius aliae? Vidit 4. Imperatores, 26. Electores. Lippoldi Iudaei (q) facinus, quo conſilio ſuſceptum? De vita eius Chriſtoph. *Meyerberg*, *Hildenſemius*, *Muſculus* ſigillatim.

§. XIIX. Iohannes Georgivs, patre patruoque Iohanne Cüſtrini ſine heredibus maſculis mortuis, A. 1571. omnem iterum Marchiam ſub poteſtatem ſolus accepit. *Oeconomum* adpellares principem redituum, atque ſumtuum prudentiſſimum moderatorem. Meruit, viuo patre, in bello Smalcaldico Carolo V. a quo *cingulo militari* decoratus eſt A. 1546. Deinde *Conſiliarii* munus ab Imperatore atque Hiſpaniae Rege accepit, quo ſub tribus Caeſaribus ſumma cum laude functus eſt. Elector factus maximam *amicitiam* cum *Auguſto*, *Saxoniae Electore*, coluit: foedere etiam mutuae ſucceſſionis 1587. cum eodem Naumburgi renouato. In ritibus *ſacrorum* a conſiliis *Auguſti*, Sax. Elect., noluit abire princeps, aliis maximi momenti curis occupatus. Succeſſionis ſpe in *Poruſſiae* ducatum nouo ſolennique ritu in Polonia confirmata, mort. 1598. aet. 73.

Alia notatu digna: quod 23. quondam liberorum procreator, *communis* Poruſſiae Reg. gentis (r) *pater* ſit, Fran-

(q) Cöpnicii a venatione aliquanto tardius reuerſus poſtquam peracta coena abſque omni malae affectionis indicio cubitum iuerat, non diu admodum quieſcens ob vehementiſſimum dolorem exclamauit, & ſubito interiit. Ad venenum autem in vino maluatico Electori cubitum ituro propinandum Iudaeos Lippoldus commotus, quia aerarii curam non ex fide geſſerat, poenam promeritam itaque effugere cupiens in maiorem incidit. In 4. enim partes corpus ipſius diſſectum omnesque Iudaei Marchia exire iuſſi. Ita patris mortem vindicauit Iohannes Georgius. *conf. Rentſch. & Cernitius.*

(r) Ab eo enim deſcendunt omnes Marchiones Brandenb. Filius vnicus ex primo coniugio Ioachimus Fridericus propagauit

Franconicae ac Poruſſicae linearum agnatis extinctis; quod *pronepotem* viderit. Cauſa eiectorum e Marchia *Iudaeorum*. *Pacificator* Sigiſmundi *Pol. R.* cum ciuitate Gedanenſi. Tutor pupillorum Principum Saxon. & Anhaltini. Henrico IV. (s) Rex. Gall. auxilia promiſit eorum ſacrorum, quorum noſtrae aetatis principes, exulibus receptis, patrocinium ſuſceperunt. Amicitia cum Aug. Sax. illud ſingulare habet: quod vterque Princeps alterius *imaginem* ſecum *condi* iuſſerit, vt mutui amoris neque in *tumulo* recordatio expiraret. Sermone illorum hoc habeo, quibus cura *loci ſepulchr.* Friburgi commiſſa eſt.

§. XIX. Ioachimvs Fridericvs Princeps quinquagenario maior, cum poſt mortem parentis ad Marchiae Electoratum ſucceſſionis ordine vocaretur. Interea 1553. *Hauelbergenſis;* 1555. *Lebuſienſis;* 1566. *Magdeburgicus* (t) antiſtes, more A. C. ſociis recepto, factus, multa

gauit lineam Electoralem, Chriſtianus lineam Culmbacenſem, Ioachimus Erneſtus lineam Onoldinam, quos ex tertia coniuge Eliſabetha, Ioachimi Erneſti, Principis Anhaltini filia ſuſceperat. Iohannes Georgius Elector obtinuit ab Imperatore Maximiliano II. Dominium Beſcouienſe & Storcouienſe iure hereditario, quae Marchio Iohannes patruus pignoris loco duntaxat tenuerat.

(s) Interfecto enim nefarie Henrico III. Valeſio, quem antea a Proceribus Poloniae Regem electum in regnum vſque comitatus, Henricus IV. Borbonius proximus heres, aſt reformatae religioni addictus auxilia ab Electoribus & Principibus Imperii in conuentu deſuper Torgae habito ſuaſu Electoris noſtri impetrauit contra iniuſtos regni inuaſores, copiisque praefectus eſt Chriſtianus, princeps Anhaltinus.

(t) Erat eo tempore in aula Imper. Maximiliani II. ſub cuius auſpiciis quoque in Hungaria militauit, poſtulationem igitur eius in locum extincti Archiepiſcopi Magdeburgenſis Sigiſmundi patrui Imperator peculiaribus literis ea de re ad capitulum ſcriptis approbauit. Ob initum poſtea matrimonium cum Catharina Cüſtrinenſi illum in archiepiſcopatu Magdeburgico nolebant ferre, manſit tamen per annos 30. & quod excurrit, in quieta poſſeſſione, & excepit Halae in arce archiepiſcopali an. 1574. Ducem Andium Henricum a Polonis

multa magnaque geſſit, quorum memoriam illi annales ſeruant. Electione rite facta *Ioh. Georgii*, filii ſecundogeniti in *Argentoratenſis Epiſc. Adminiſtratorem*, a Duce Lotharingico Cardinali ea impugnabatur, a cuius partibus non minus aliqui e capitulo ſtabant. Cauſa noſtri publicis ſcriptis acta aſſertaque, quae hodienum extant. Sed familiae commoda publicae quieti poſtpoſuit Elector, iuraque armis proſequi, deſtitit. Mortuo parente 1598. aliqua cum fratribus de *ſucceſſione* aemulatio ſuborta; quae 1603. *Franconia linea* exareſcente, facilius componi potuit: vt duo fratres ad ſocietatem *Franconicae* hereditatis admitterentur; *Chriſtiano* BARVTHANA: *Ioachimo Erneſto* ONOLDINA portionibus adſignatis. Quae lineae hodieque in foecunda poſteritate floreſcunt. Ad *Poruſſiae* curatelam, ob imbecillitatem *agnati* ducis *Alberti Friderici* vocatus eſt. Quae negotiorum multitudo mouit prudentiſſimum principem, vt *conſilium ſecretius* 1605. inſtitueret. Gymnaſii *Ioachimici* 1607. conditor (u), m. 1608. aet. 62.

Inſignia merita principis in *Primatum Magdeburgicum*; repurgatio ſacrorum, dignitas eius in comitiis adſerta. De *teſtamento* parentis dubitationes; an *noua Marchia* a reliqua ſeiungenda? *Noſtri* & Cardinalis *Lotharingici* in Epiſc. Argentorat. iura. Initia des Geheimbden Staats-Raths. Inſtituerat ante aliquod tempus tale conſiſtunt Elect. Saxon. Auguſtus. Nouo certe inter omnes Germaniae Principes exemplo. Abuſus ſanctioris nominis hodiernus; vbi tenuiſſimarum regionum

Polonis Regem deſignatum magna cum pompa, qui per aliquot dies amoenitate loci, humanitate & munificentia hoſpitis inprimis delectatus ibidem commoratus eſt. *Cernitius in Ioachimo Friderico.*

(u) An. 1595. Marchio Georgius Fridericus Ducatum Iägerndorffenſem, quem pater Georgius emerat, vtpote hereditarium in noſtrum, eiusque ſucceſſores, donatione mortis cauſa transtulit, & poſt mortem ipſius ſubditi quoque electori homagium praeſtiterunt. Sed 1606. ceſſit Ioh. Georgio filio ſecundo Ducatum hunc, qui eius conſilio Epiſcopatum Argentinenſem antea iam reſignauerat.

num redituumque principes ſibi hanc facultatem datam eſſe arbitrantur.

§. XX. Iohannes Sigismvndvs in felicia, *paternas* regiones augeſcendi, tempora incidit. Addit Ivliacam hereditatem vxoris nomine, quae *neptis* erat vltimi Ducis *Wilhelmi*, 1609. ſine maſcula ſobole mortui. *Socerum* vero Albertum Fridericum, Porvssiae ducem, *adgnationis* ac mutuae *inueſtiturae* iuribus, 1618. cum is nullos maſculos relinqueret, ſequutus eſt. Quamuis eum quoque fata mox ſuperuenerint 1619.

De cauſa Iuliacenſi *inferius agetur.* Sacrorum *ritibus* 1614. mutatis, *confeſſionem fidei promulgauit; nulla tamen inde ſubditis lege facta. Quam aeternam Principis laudem poſteris eius hereditariam fuiſſe, & patrum & noſtra aetate conſtat.* Seculum *Brandeburgicum Burggrauiorum ſtirpis anno* 1617. nomen *eius plene ſignauit Iohann sIgIsMVnD ChVrfVrſt.* Aſtra *& eius* natiuitatem *portendere &* obitum *notare videbantur. Natus* 1572. 8. *Nou. cum exortu* ſtellae *in* Caſſiopea; *denatum* cometa *ſequutus eſt. Brandenburgici hoc ſeculo incrementi futuri coeleſtes nuntios dixeris fuiſſe.*

§. XXI. Georgivs Wilhelmvs, viuo parente, electoratui ſurrogatus fuit, eundem cum ceteris regionibus inter ſaeuiſſimas duriſſimorum temporum procellas prudentiſſime adminiſtrauit rexitque. *Poruſſiae* ducatum amiſſum fuiſſe, plures tradunt, niſi vigilantia principis & illa in animis Polonorum fiducia excitata ſuis eundem ſeruaſſet, ſuſcepto beneficiario ritu 1621. Warſauiae. In *Bohemico* autem bello quamuis Friderici V. Palatini cauſam per affinitatis leges vix relinquere poſſet, multo minus armis eundem perſequi vellet: ſapienti nihilominus temperamento vtebatur, ne, quem adiuuare non poſſet, eidem nocere cogeretur. Cum *Suecis* fidam colere amicitiam non potuit. Quod hos Marchiae vicinisque Balthico mari regionibus inhiare praeſentiret. Mortuo 1637. vltimo *Pomeraniae* duce Bogislao XIV. pacta mutuae ſucceſſionis & noua & antiqua noſtrae genti ſucceſſionem deferebant. Aegre tulit, a Suecis haec loca tum praeſidio teneri: pactorum, quae

R 2 tempo-

temporum neceſſitas filio ſucceſſori extorſit prudentiſſimus diuinator, m. 1640. aet. 46.

Cliuia tum ab Hiſpano ac Belgico milite impetita; pacta Saxoni oblata; conuenta cum Neoburgico principe. De his alibi. Suecorum in Marchiis violentia. De Poruſſicis ac Pomeranicis iuribus inferius.

§. XXII. Friderici Wilhelmi Magni res pace belloque, domi ac foris pro S. R. I. ſalute, tranquillitate melioris Europae, ſuae etiam gentis gloria nullo tempore intermoritura, non per aliquot tantum luſtrorum lapſus; ſed longiſſimum dimidii ſeculi ſpatium, nouo vtique inter principes Germaniae exemplo geſtas, perilluſtris ſui temporis ſcriptor *Samuel Pufendorffius* iuſto volumine ex inſtituto, pro dignitateque operis complexus eſt. Neque etiam ita in obſcuro nunc verſantur res noſtrae, vt non e *Germaniae* quibusuis, *Galliae*, *Sueciae*, *Poloniaeque* ac *Belgii* annalibus peti ac deſcribi poſſint. Parente in limine pactionum *Weſtphalicarum* mortuo; eas ita tractauit finiuitque princeps noſter, vt, *citeriori Pomerania* Suecis relicta, multum vtilitati publicae 1648. videretur remiſiſſe. Sed repoſuit Deus hanc ipſi pietatem. *Magdeburgum* enim, *Halberſtadium*, *Mindam*, *Caminum*, quae electori in locum ceſſae Pomeraniae a S. R. I. tributa fuerant, diuini Numinis aequitate, praeter aduerſorum hoſtium ſpem, omnia non vno caſu, ſed diuerſis ac inferius ſignandis temporibus occupauit, ſuaeque genti intulit. *Cliuenſis* etiam hereditatis, quam habere vniuerſam debuerat, alteram partem 1666. accepit. *Polonica* bella 1655. coepta in *Suecico* foedere, ſed, hoc arma in *Daniam* vertente, Poloni noſtro reconciliati, *Poruſſiae poteſtatem ſupremam* in pactis Velauienſibus 1657. eidem conceſſerunt: omni beneficii nexu prorſus ſoluto. Exinde *Danorum* atque *Polonorum* cauſam egit, pace *Oliuenſi* 1660. procurata. *Monaſterienſia* cum *Belgicis* ordinibus diſſidia 1666. breuia fuerunt, mox per internuntios compoſita. Diuturnum ac peſtiferum magis A. 1672. *Belgicum* bellum; cui auxiliator contra Gallos adfuit Elector. Sed *Sueci* Marchiae inuaſores exercitum eius 1675. domum vocant.

Horum

Horum irruptiones quamuis egregie vindicaſſet, Pomerania occupata: inuidorum tamen conatus 1679. in pace *Nouiomagenſi* non quieuerunt, donec omnia hoſtibus reſtituiſſet. Quae conſilia 1681. prudentiſſimo principi de *recuperatoriis* Gall. R. iudiciis; in conuentu item 1682. cum Gall. Legatis; porro 1684. in vicennalibus induciis; alia occaſione docemus. A. 1688. nouum bellum meditatus eſt; ſed fatis praeuentus eodem anno obiit, rerum gerendarum gloria filio, tanti parentis digniſſimo heredi, relicta.

Cur parum hic dicatur de tanto principe?

§. XXIII. FRIDERICVS, PORVSSORVM REX, magnum parentem ſequitur. Hunc Principem, ſi quae Romani adagii ratio eſt, VIRTVTE *regnum meruiſſe*, non *ciuium* ſuorum, ſed communi *orbis* elogio, *re* denique ipſa, noſtrae aetati conſtat. PIETAS, quam *latentem* virtutem veteres dixerunt, tot luculentiſſimis exemplis prodita in principe noſtro, ut eam, viua is quadam imagine, referre videatur. Pertinent eo; *parentis ſtatim exequiae*, regali adparatu cultae: *receptacula* exulum, e *Galliis* Hugenottorum; ex *Italia* Waldenſium & Reformatorum, & Lutheranorum e *Palatinatu* Rhenano; *Heluetiorum* denique, quos fames coegerat, patrium ſolum vertere: noua deinde ſacris tractandis *templa* extructa & conſecrata Coloniae; Berolini; Regiomonti; Magdeburgi; Halae, alibi: vt *diuinum* ipſius *regis cultum* taceam, quo is ſubditis ſuis religioſiſſime praelucet. Animi FORTITVDINEM ac robur *plura* de principe noſtro teſtantur; Illae *Reinbergae; Kayſerswerthae; Bonnae* expugnationes, praeſente eo ac pugnante contra occupatores Gallos 1690. ille *quadraginta* millium exercitus, lectiſſimorum militum; qui vno tempore in *Brabantia; Rhenum* verſus; in *Italia; Hungariaque* victrices lauros in bellis nouiſſimis reportarunt: vrbium porro ſumtuoſae *munitiones*, Veſaliae, Magdeburgi, Berolini: *arti* denique *militari* prytaneum Berolini apertum, e quo *militiae* ſeminario magnus *Moſcouiae* monarcha & artifices nuper petiit accepitque. MAGNIFICENTIA regis noſtri oculis animiſque ſe exhibet.

Aulae pluſquam regius adparatus dignitasque: *palatiorum* ingenti ſumtu intra breue tempus extructorum ſtupenda multitudo: *pons*, *cataractae*, *ſtabulum*, *armamentarium*, *templum*, *academia*, *arx* denique ipſa, quae ſingula *Ancum Marcium* ſuum in principe noſtro venerantur. Maximos *hoſpites* taceo, *Zarum*, *Angliae*, *Daniae*, *Poloniaeque* Reges, qui Regem noſtrum in ſuis regionibus aliquoties inuiſerunt. *Legationum* ſplendor quotidianus eſt, cum aliis pluribus hic praetereundus. Ivstitia regi noſtro ita per omnem vitam commendata fuit, vt ſymbolo hodieque vtatur, *ſuum cuique*. Per omnes fere prouincias *leges emendatae*, ad aequitatemque, quantum in hac iuris humani vmbra fieri poteſt, reductae. Sua ſingulis prouinciis *regimina*: ſed neque per haec ſubditis via praecluſa, ad ſummum *iuſtitiae* tribunal. Sunt regiones, quae *priuilegio* ad S. R. I. iudicia *appellandi* carere volunt, quod *regem* habeant maximum aequitatis adſertorem. Indvstriam Regis in negotiorum multitudine *temperantia* alit vitaeque *ſobrietas*. Luſit nuper Poeta, *phoſphorum* ſtellam coelitibus conqueri, quod *rex Poruſſiae*, ſummo mane ſurgendo, ipſum anteuertat. Id illis conſtat, qui a latere *regis* ſunt, quod primo diluculo res maximi momenti a principe expediantur, ciuibus ſubditisque alta adhucdum requie ſepultis. Mvnificentia denique Regis noſtri virtus eſt, meliorum literarum cultoribus teſtatiſſima. Faciunt huc *Halenſis* Academiae ſplendida & ſumtuoſa 1694. inſtitutio; *regiae* ſcientiarum *ſocietatis* inſtauratio 1700: *pictorum*, *mechanicorum* collegia, Berolini priuilegiis impenſisque cohoneſtata: quid? quod ſtipatae librorum dedicationes, inſcriptionesque a viris eruditis non *Germaniae* ſolum, ſed *Belgii* etiam & *Angliae* regi noſtro factae, innocuae teſtes ſint, magni literatorum hominum in aula *Poruſſiae Regis* patrocinii. Fortvnam tandem, quam & meruit & comitem habuit princeps virtuoſiſſimus, in breuiſſimo *duodecim* annorum *regimine*, res & multae magnaeque ſignant. Regionibus alma ſemper *pax*. Neque *tributorum vlla tum nimietas*, cum maximis quoque exercitibus praefulgerent aquilae Brennonicae. *Prouinciae multis*

tis hominum myriadibus auctae per colonias ſuperius enumeratas. *Commerciorum* per easdem incredibilia *incrementa.* Marchiae quaedam *deſerta* agris ac vicis *exculta. Friſiae* Orientalis & *Limburgici* comitatus, poſito euentu, ſucceſſio. *Quedlenburgici; Petrini montis* & plurium, factae emtiones. Cauſae *Danicae*, *Holſaticae*, *Mecklenburgicae;* ipſa Magnae *Britanniae* monarchia aliaque multa noſtri principis conſiliis auxiliisque adiuta & procurata. Amicitia ſingularis cum ſacratiſſimis rerumpublicarum rectoribus contracta cultaque, Auguſto *imperatore;* Magnae *Britanniae* monarcha, iſto orbis ocello; ſummis *Belgii* ordinibus; *Saxoniae*, *Haſſiaeque* ac multis aliis principibus potentiſſimis. CONIVGEM taceam SOPHIAM CHARLOTTAM? *Coronam* ſuae aetatis dixeris. *Superat* animi dotibus *ſexum* ſuum: formae pulchritudine *excellit* in *eo.* Obſeruatio fuit non infimi in aula regia miniſtri domini de B. Friderico I. qui noſtrae genti *electoratum* acquiſiuit, pulcherrimam vxorem fuiſſe, vulgi etiam ſermone celebratam **die ſchöne Elſe.** Sic fauore quodam prouidentis Numinis factum, vt *Friderico* Poruſſici regni conditori pariter coniux eſſet, nulla non venuſtatis laude ornatiſſima. Ita enim Romani adagii hic rationem expleri: *regnum* ORE *mereris.* In regio tandem herede claudo.

FRIDERICVS WILHELMVS, (*) *vnigena*, in parua XII. annorum aetate magni ingenii clariſſima veſtigia reliquit, quae virtutum, ſtudiorumque in literis, arte militari, equeſtri, gladiatoria, exercitiis *iuuentutis principe* dignis, miro quodam curſu auget quotidie, vt, eum *retineri* magis, quam *impelli*, opus eſſe videatur. Gnauiter principis excellens ingenium ſupra laudatus miniſter in *numiſmate* retulit; quippe aquilae, radiis ſolaribus oculos adſueſcenti, verba adſcripſit: *Patrios iam*

R 4 Tabula

(*) FRIDERICVS WILHELMVS rex, rerum bellicarum & oeconomiae callentiſſimus, cum prima ſine vltimis nequeant conſiſtere, obiit die 31. Maii intra 1. & 2. meridianam Potsdami cIɔ Iɔ cc xl. Promulgationem obitus editam habes in Hallenſ. diurnis 1740. num. 23.

Tabula Genealogica

FRIDERICVS I. n. 1372. m. 1440. ex Norimberge

IOH. alchymiſta *n. 1401. † 1464.* FRIDERIC. II. ferreus *n. 1413. † 1471.* A
ceſſione primogeniti elector.

IOHANN. Cicero *n. 1455. m. 1499.*
conditor der Brandeb. Chur-Linie.

FRIDE
conditor

IOACH. I. Neſtor *n. 1484. m. 1535.*

Albertus archiep. Mog. Magd. Halb. n. 1490. † 1545.

Caſimir. Cul

Albert. *Al*
n. 1522. †

IOACH II. *n 1505. † 1569.* *Ioh.* oculus *Germaniae n. 1513. † 1571.*

IOH. GEORG. *n. 1525. † 1598.*
Chur-Linie.

Sigiſm † 1566. *Magd. epiſc.*

Frider † 1552. *Magd. epiſc.*

Bareuth-L.

IOACH. FRID. *n. 1561. † 1680.*
Hauelberg. & Magdeburg.
Epiſcopus, poſt Elector.

Chriſtian. Bareuth.
n. 1581. m. 1566.

Bareuth

Culmbach

IOH. SIGISM. *n. 1572. † 1619.*
uxor Anna
Cliu. *heres,*
Poruſſ. *cond.*

Ioh. Georg.
Jägernd.
ep. Argent.
† 1624.

Erneſt. † 1642.

Erneſt. † 1613.

Chriſt. Wilb. n. 1587
Magd. *adm. † 1665.*

Aug. † 1601.

Alb. Frid. † 1600.

Erdm. *n. 1615.*

Aug. *† 1651.*

Chriſtian.
Erneſt. *n. 1644.*

Georg. Wilh.
n. 1678.

Georg. *n. 1619.*

Alb. *† 1666*

Chriſt.
Henr.
n. 1661.

Ca
Au
n. 1

Carolus n 1688.

Georgius Ca.

n. 1689.

Alb. Wilh.

Aug. n. 1669.

Chriſtian.

GEORG. WILH.
n. 1595. † 1637.

Ioach. Sig. † 1625.

FRID. WILH.
magnus n. 1620.
† 1688.

Carol. Aem. † 1674.

Ludouicus † 1687.

FRIDERICVS *n. 1657.*
Conditor regni Poruſſiae.

Frid. Wilh. n. 1688.

Phil. Wilh n. 1669.

Alb. Frid. n. 1672.

Car. Phil. † 1695.

Chriſtian. Lud. n. 1677

Frid. Lud. † 1708.

Frid. Wilh. n. 1710.

Frider. n. 1712.

Aug. Wilh. n. 1722.

Frid. Henr. *n. 1726.*

Lud

ſi *Burggrauio elector* BRANDEBVRGICVS *an. 1417.*

ERTVS Achilles *n. 1414.* † *1486.* FRIDERIC. *Tangermundanus* † *1463.*
elector fratre mortuo.

CVS *n. 1460. m. 1536.* SIGISM. *n. 1468.* † *1495.*
der Fränckiſchen Linie.

n. 149. † *1527.* Georg. Anſp. *n. 1484.* † *1543.* Albert. Preuſſ. Teutſchm. *n. 1490. m. 1568.*

Gumbert. † *1528.* Ioh. Alb. † *1550.* Magd. & Halberſt. epiſc. Wilhelm. † *1563.* Rigenſ. epiſc. Frider. † *1536.* Iohan. † *1526.*

biades *57.* Georg. Frid. *n. 1539.* † *1603.*

Albert. Frid. *n. 1553.* † *1618.* *Vx. Maria Eleonora Cliuiae heres.*

Anſpach.

Ioach. Erneſtus Anſpach *n. 1583.* † *1626.*

Iob. Georg. † *1637.* Iohann. † *1627.* Sigiſm. † *1640.* Gubern. Cliu. Georg. Alb. † *1615.* Mag. Ioann. Frider. † *1611.* Mag. Ioann.

Anna *vx. electoris Br. Ioh. Sigiſmundi.*

Anſpach

Frid. *n. 1616.* † *1634.* Alb. *n. 1620.* † *1667.* Chriſt. † *1663.*

Georg. Alb. † *1703.*

3. Ioh. Frid. *n. 1654. m. 1686.* Alb. Em. † *1674.*

Chriſt. Alb. *n. 1675.* † *1692.* Georg. Frid. *n. 1678.* † *1703.* Wilh. Frid. *n. 1685.*

Aug. Ferd. *n. 1730.*

concipit ignes. Ita vouemus, vt in omni genere patriarum virtutum in ſeros annos perpetuo eﬄoreſcat.

CAPVT II.

TITVLI regionum regis Poruſſiae.

REX PORVSSIAE.) (*) Poruſſorum gens, quae *Ruſſis* nomen debet ortumque, *Weidewutbum* quondam *regem* habuit, aetatis originisque incertae. Neque tamen conſtans & perpetua ſic *Monarchiae* forma; quin, vt fieri in barbaris hominibus ſolet, interdum *populus*, ſaepius *procerum* factiones ſummam rerum ad ſe traherent raperentque. Sed de regione, literarum ignara, notauerunt pauciſſima hiſtorici; vt adeo fruſtra de *antiquis* Poruſſiae rebus labor inſtitui videatur. Certiori fide conſtat, A. 1010. Poloniae regem *Boleslaum*, Poruſſorum genti *bellum* intuliſſe: partim ad *inuaſiones* irruptionesque eorum cohibendas; partim ad *mortem* vindicandam Epiſcopi *Adalberti*, quem Chriſtianae religionis oratorem modo trucidauerant Poruſſi; partim denique, vt ad haec *ſacra*, quae paulo ante Poloni admiſſerant, vicinam quoque gentem, *gentiliſmi* eouſque tenacem, impellerent. Durauit bellum in ſucceſſoribus, mutua vtriuſque partis

(*) *Rex Poruſſiae.*) In vernacula fuerat olim hoc problema: utrum melius eſſet ſcribere

König von Preuſſen,
König zu Preuſſen.

Sed Poloni illud vrſerunt, vt Elector ſe diceret:

Hertzog in Preuſſen.

Regali dignitate accepta, plures auctores fuerunt electori, ut poneret in titulo

König der Preuſſen.
vel etiam König von Preuſſen.

Sed noluit rex offendere Polonos tituli inſolentia. Et re vera parum intereſt in his formulis, hanc vel illam adhibere. Germanice ipſe etiam Galliae rex ſe dicit: König in Franckreich; non von Franckreich.

tis clade. Poloni autem, quod ſe viribus, ſi non *impares*, non ſuperiores certe experirentur, vnde Poruſſici populi *potentia* aeſtimanda, in auxilium *Teutonicum Cruciferorum ordinem* 1220. vocarunt, iis quidem legibus; vt *auxiliaris ordo* bello captam regionem cum Polonis *diuideret*: hisque perpetuam defenſionem *fidemque iuraret*, quibus, aliqua parte, violatis, omni in Poruſſiam iure iterum excideret. Atque his demum bellis 1283. Poruſſi victi ſunt ſubiugatique. Vt vero *patientiores* eſſent Teutonici imperii, *religio* Chriſtianorum igne & ferro *introducta* atque aliquot millia *familiarum e Germania* in Poruſſiam *euocata*, partim vt vnus populus alterius *moribus* inſueſceret, partim ut *praeſidii* inſtar accolae eſſent, ſi quid per violentiam Poruſſi attentarent. Ex eo autem tempore Polonici annales *ordinem Teutonicum* perfidiae & *iniquitatis* ſaepius poſtulant; iure, an iniuria? nihil definiuerim. Querelarum ſummae fuerant: quod ereptam Poruſſis regionem nollent *cruciferi* milites cum Polonis *partiri*; *pactionibus*, principio initis, ſe non teneri licenter aſſererent; tandem ipſis *Polonorum regionibus* finibusque inhiarent. Atque haec *bellorum* praeliorumque perpetua inter vtrosque *materia* fuit: vt aliter ſibi demum *Teutonici ordines* conſulere neſcirent, quam e principibus *magiſtros* eligerent, qui viribus ac armis valerent. Sed *Polonorum* robori neque tum *pares*. Poruſſi tandem 1476. *imperata* facere coacti ſunt. Bella praeliaque, pacta pactorumque contrauentiones, quae ſequuta ſunt exinde, quis numerabit? Nam in hac rerum facie ALBERTO, nepoti *Alberti Achillis*, S. R. I. Electoris ac Marchionis Brandeburgici, ſummum *magiſtri Teutonici ordinis* munus 1511. fuit commiſſum. Is demum excellentis animi princeps, iugi huius impatiens, Polonis *bellum* intulit, exitu *calamitoſum*, quod *virtuti* eius ſperata a Germanis *auxilia* non reſponderent. Victor populus, Poloni has pacis leges an. 1512. dederunt: *vt ordo Cruciferorum in Poruſſia penitus extingueretur: Albertus magiſter eius portionem, quam nunc ducalem vocant, titulo ducis obtineret: ſupremo tamen dominio R. Polon. ſeruato.* Diſputant de *iuſtitia* horum *pactorum*. *Poloni* pro ſuo iure allegant: quod ordo Teutonicus iis pactio-

pactionibus ſupra in Poruſſiam a R. Pol. vocatus ſit, vt, ſi qua parte *falleret* promiſſa, omni iure ſtatim *excideret:* deinde intolerabilis fuerit ord. Teut. in occupata regione *crudelitas:* Teutonici porro milites ipſos Poloniae *limites inuaſerint*, regique infinitum ius fecerint, bello hanc iniuriam vindicandi: poſt etiam, religionis *in ſacrum Ordinem* obtentu, *nulla pacta* milites Teutonici *inuiolabilia* habuerint, vt adeo aliter ſibi conſulere non potuerit Polonia, quam ordine in vicinia prorſus euerſo: addunt denique alii, quo *iure* ordo Teut. Poruſſiam *occupauerit*, eo *iure* eandem iterum *amiſiſſe:* inprimis quod veterem S. Militiae morem inſtitutaque iam tum migrauerit, vt ipſe Papa R. religioni ſibi duxerit, praefecturas *commendasque* Italiae vſui militum Teut. diutius relinquere. Quicquid autem prudens rerum aeſtimator ſenſerit de ſingulis hisce Poruſſiae immutatae argumentis cauſisque: id certe quilibet, modo partium ſtudio liber atque de ſtatu iſtorum temporum probe ſufficienterque edoctus ſit, nobiscum fatebitur; nihil prorſus culpae *Alberto Brandeburgico* tribui vnquam potuiſſe. Egerat optimus princeps pro ſeruando Teut. ordine non *Poruſſiae* tantum; ſed *marchiae* etiam *Brandenb.* impenſis. Auxilium deinde e Germania eo tempore petiit, quo id praeſtare poterat S. R. imperium: nolebat autem propter aemulationem in ord. Teut. qui Germanici imperii pagus eſſe paulo ante declinarat. Tandem etiam vim vltimam neceſſitatemque expectauit noſter; qua demum coactus, leges victoris inuitus admiſit. Sed haec ex dignitate proſequi, alterius loci ſunt. Mortuo 1568. Alberto; *Albertus Fridericus* filius in *Poruſſiae* ducatu ſucceſſit. Sed linea in ipſo 1618. exareſcente: *agnationis* & ſimultaneae *inueſtiturae* iuribus Electores Brandeburgici *Poruſſiae ducatum* obtinuerunt, quem *Curatorio* nomine pridem adminiſtrauerant. Nexu *beneficiario*, quo hactenus *Poloniae R.* addicta fuerat *Poruſſia*, felici auſpicio, *Regis ordinumque conſenſu plauſuque*, An. 1657. per pacta *Velauienſia & Bydgoſtienſia* eandem ſoluit *Fridericus Wilhelmus* M. Quorum omnium fides in publicis Regni Pol. Comitiis 1658. repetita & confirmata eſt. Ceſſio etiam 1663. *Supremi* in Poruſſiam *iuris* ſecuta

cuta Regiomonti: ne tanta res ſolennitate carere videretur. Meruit autem virtus FRIDERICI Sapientis, qui Poruſſiam in meliorem ſtatum verteret, *regni diademate*, plaudente orbe & gratulabundo, A. 1701. d. 18. Ian. adſumto, nouoque *Poruſſiae regno, ſua, non aliena manu, conſtituto*. Nos nouo regi, votis repetitis, bene precamur.

Curſim QQ. explicatae: An Poruſſia olim regnum *fuerit? An vero libera Reſpublica? An conditum, an inſtauratum? Quo olim loco fuerit in titulo Electoris? De locis* Conringii *&* Boecleri. *An S. R. I. ſpontaneae derelictionis arguendum? Vnde conuinci poſſit ordo militaris?* Schüzii, Neugebaueri, Sleidani, Chytraei, Thuani, Koialowizii, Paſtorii, Hartknochii, *Polonicarum ac Lithuanorum annalium monumenta hic expenſa. Iudicatum de nuperrimo ſcripto O. T. vbi recentioris aeui ac pretii vulgaris auctores laudantur. De rationibus* regni Poruſſiae effecti *e diſputatione noſtra* de auſpicio regum *plura excerpta inter differendum. Theſis:* qui rex eſt, regem non habeat; *hypotheſis:* quod vno inferior ſummus. *Chronicon: & regIMonte a Deo baeC Corona. An* Poruſſorum; *an* Poruſſiae *Regnum? Quare Vandalorum, non Vandaliae, olim RR. dicti? a* gente *ſcilicet, non* regione. *Cauſae; quod illae gentes* ſolum mutarent *ſaepius: vt adeo tum praeſtaret*, gentis *regem eſſe, quam* regionis. (*) *An haec ratio hodie valeat?*

Marchionis Brandenburgici S. R. I. Archicamerarii & Electoris.) (**) MARCHIONIS voce principem notari, *limiti*

(*) Illud ſingulare eſt, quod marchiones, vti duces ac principes, ipſi ſe nominauerint, nunc a populo ſubiecto iterumque a ſede ac vrbe, in qua habitauerunt. Vnde multoties marchiones dicuntur LANDSBERGAE, SALZWEDELAE, cetera. Non quod haec loca marchionatus eſſent; ſed tantum ideo, quod marchio ibi reſideret.

Docuimus hoc plenius in vindiciis Anhaltinis pro iure in Saxolauenburgicum ducatum.

(**) Officiales marchici hereditarii
Suerin camerarii.
Puttlitz mareſchalli.
Schulenburg pincernae.
Houerbek dapiferi.

Graeben

limiti ſ. marchiae cuſtodiendae praefectum, certo ſatis conſtat. Fabulae enim ſunt, quas alii de *Marcomiro; Marcomannis;* Νομαρχία aliisque adferunt. BRANDENBVRGICI adpellatio non aeque expedita. Conueniunt *Brenni* ac *Brandeburgicorum* principum virtutes ac nomina, origo non item. *Brandonem* vera hiſtoria neſcit. *Brani Bor* (a) Slauis *ſiluae cuſtodia* eſt: *Brinn* autem in eadem L. *galeam* notat. *Buſta* Germani a verbo *brennen Brand* dicunt, vnde Thuringiae quidam vicus *Brandeburg* audit. Sed genti Slauicae Slauica etiam nomina ſunt: vt adeo in noſtra L. fruſtra requiri videantur. Ipſam vero regionem principio *Sueuos* (b), ac *Vandalos* (c), his Rhenum verſus in Hiſpaniam demum ac Africam migrantibus, *Slauos* ſeu *Venedos* incoluiſſe, certa annalium fide conſtat. (*)

Arguendi

Graeben venatores.

Schenken theſaurarii, quia hi olim litem mouerant Suerinenſibus ſuper cameranatis. Quod deciſum in dem Lehen-Brief Ottonis de Suerin den 3. Aug. 1672. auf Altlandsberg gerichtet.

(a) Plura etyma congeſſit *Thulemarius cap. 17. octou.* p. 216. Verius ex Slauicae linguae originibus eruit *Bohuſ. Balbinus* in Bohemicis.

(b) Inde Sueuus fl. hodieque.

(c) Qua cauſa *Crantzio* Vandalia dicitur. Qui tamen minime ignorauit, in horum loca *Venedos* ſucceſſiſſe.

(*) VETVS MARCHIA, der Altmarckiſche Creyß. Habet in complexu

1) Stendaliam, quae ſedes olim primaria, inde die Quartal-Gerichte daſelbſt. 2) Salzwedel. 3) Seehauſen. 4) Gardeleben. 5) Tangermünde. 6) Oſterburg. 7) Werben, Johanniter-Commenthurey. 8) Neuere Salzwedel. Subdiuiſio eſt quadripartita.

PRIGNITIA, vulgo nomen debetur denen Priſaner-Wenden. Pertinent eo 1) olim Daemiz & Garloſe, auulſa Meklenburgicis acceſſerunt. 2) Hauelberg. 3) Perleberg. 4) Prizwald. 5) Kyriz. 6) Lenzen. 7) Alt-Wittenberg. 8) Wittſtock. 9) Wilsnack. Huc refer die Puttliz, welche das Erbmarſchallamt haben.

Conferatur Caroli IV. Marckiſch Land-Buch.

MEDIA MARCHIA, Mittelmarck, Habet in ſuo complexu

1) Bran-

Arguendi ſunt erroris, qui, Druſum Romanum Marchiam contra irruptiones hoſtium conſtituiſſe, Clodione primo Marchione facto, affirmare audent. Eodem figmento Soltwedelam *deaſtro* Soli *a Romanis extructam, iidem aſſerunt. Hominum ignauorum ineptiae, confutandae inter diſſerendum.*

Quam igitur regionem a *Germania* Slauica gens, Venedi, ſeculo VI. *auulſerant:* eandem patriae noſtrae 920. *Henricus Auceps* iterum vindicauit, *Brennaburgo* fame, ferro, frigore potitus, ceteram regionem ſui iuris fecit, teſte *Wittekindo*, coaeuo ſcriptore. Praefecit victor, populo ſubiugato, Mathildae vxoris ſuae fratrem SIGFRIDVM de Ringelheim (d): vt adeo eidem *primi Marchionis* gloria deberi videatur.

Cauſae belli huius: irruptiones *Slauorum; recuperatio* Vandaliae, *iuris quondam Germanici. An* Vandalia *regnum fuerit? an libera Reſpublica? qui limites eius? An* ſuo, *an S. R. I.*

1) Brandenburg. 2) Berolinum. 3) Ratenau. 4) Nauen. 5) Treuenbriezen. 6) Behliz. 7) Spandau. 8) Pottsdam. 9) Neuſtadt. 10) Bernau. 11) Strausberg. 12) Briezen an der Oder. 13) Mittenwalde. 14) Trebbin. 15) Coepenik. 16) Freyenwalde. 17) Oderberg. 18) Botszau oder Uranienburg. 19) Franckfurt. 20) Münchberg. 21) Fürſtenberg. 22) Fürſtenwalde. 23) Zoſſen. 24) RVPPIN. 25) Lindau. 26) Lebus. 27) Granſee. 28) Wuſterhauſen.

VKERMARCHIA a flumine Vker denominata, olim Pomeraniae pars, verum bellis pactisque Pomeraniae ducatui ſubtracta. In circuitu habet 1) Prenslow. 2) Angermünda. 3) Templin. 4) Strasburg. 5) Lychem, qui locus olim Meklenburgicis ereptus; ſed lis an. 1442. compoſita.

NEOMARCHIA ab an. 1260. partim Polonis, partim Pomeraniae anteriori bellis pactisque erepta, & mediae Marchiae innexa. In complexu habet Neomarchia ſigillatim ſic dicta 1) Das Land-Sternberg. 2) Das Herrenmeiſterthum des Johanniter-Ordens zu Sonneburg. 3) Croſſen. Inde diuiditur in circulos, 1) den Landsberg- und Friedebergiſchen. 2) Soldiniſchen. 3) Sternbergiſchen oder Droßniſchen. 4) Dramburgiſchen. 5) Königsbergiſchen. 6) Arendswaldiſchen. 7) Schiefelbeniſchen. 8) Incorporirte Creyſe, als 1) Croſſen. 2) Cotbus. 3) Beskau. 4) Storkow.

(d) Quod tradunt vulgares annalium conditores domeſtici. Sigfridi mentionem facit DITMARVS lib. 2. p. 15. Quem Merſeburgenſem comitem dicit *Wittikindus* lib. 2. p. 16. 17.

S. R. I. nomine regionem occupauerit Henricus? Marchia *Brand. nunquam* feudum *fuit* Saxoniae. Vandaliae *nomen cum* Marchiae *voce commutatum? an* huic *ius fuerit in limites* illius? *Manifeſta* Vandalorum *&* Venedorum *confuſio, titulus in Germanico:* König der Wenden; *in Latino* Rex Venedorum; *non* Vandalorum *reddendus. An Sigfrido Marchia iure* hereditario *conceſſa? An is* Wittekindea *ſtirpe oriundus? An diuerſitas inter* Marchiam *(e) &* Marcam? Marchia *Brandeburgica an* plures *Marcas complexa? inter has an Soltwedelenſem? Quod Marchio Brand.* ius regni *habuerit in Germaniae Comitiis? Locum item in* principibus *S. R. I. Quare* Luſatiae *&* Miſniae *(f) marchiis non eadem facultas? Quare noſtri Marchiones nonnunquam Duces (g) audiant?*

Non filii *Sigfridum* ſequuntur; ſed principes ac comites libera populi & imperatorum electione e diuerſis ſemper familiis ſurrogati. Gero 945. Sigfridi cognatum excluſit, quod Caeſarea voluntas potior eſſet vinculo cognationis. Incertum, an is *Merſeburgi;* an *Altenburgi;* an *Luſatiae* comes. *Dux & Marchio* ſalutatur (h). Hunc 965. Brunico, aliis *Brunito*, ſequutus eſt, e Comitibus *Wettinenſium*, alii *Zoerbicenſium.* Hugo eundem excepit, dubia tamen fide, an eius filius fuerit? Nepos ex fratre Sighardo exiſtimatur Dietricus, qui 1010. maxima cum vicinis *Slauis* ſeu *Venedis* bella geſſit; ſed, eo cruenta clade victo, Marchia in praedam conceſſit Venedorum. Poſt aliquot annos Sigfridus ſufficitur Marchio *Stadenſis*, qui Marchionatus ab Henrico Aucupe Venedae genti pariter obiectus fuiſſe creditur, ita tamen, vt Brandenburgico ſubeſſet. Is princeps Venedos magna animi fortitudine rurſus e Marchia Brandeb.

(e) Fidem rei facit diploma Ottonis M. 5. Kal. Aug. 952. vbi mentio pagi *Sarmund*, quem filio Ludolfo dederit in proprietatem. Qui *tres marcas* cum ſuis appenditiis poſſedit.

(f) Haec enim compages eſt viginti vere *marcarum* & comitatuum generis alius.

(g) Hoc argumentum plene tractauit Philippus C. de *Arco* in formula Marchiae p. 45. ſeq.

(h) Teſtes habes in *formula ducatus Brandeb.* p. 41. 42. ſq.

deb. exegit eiecitque, tempore autem incerto. Id extra controuerſiam eſt, *Stadenſes* Marchiones Brandeburgicis regionibus vltra dimidium ſeculum ſub *Vdonibus*, *Henricis*, *Rudolfis*, aliisque nominibus, quorum tamen ratio neque dum a ſcriptoribus expedita, deinceps praefuiſſe. Vt adeo *hereditario* iidem iure ſucceſſiſſe videantur. Aſt vero diſſidiis, quae cum *Henricis* Imperatoribus in fauorem pontificum *Stadenſes* habuerunt, factum eſt, vt duos hoſtes contra hanc gentem imperatores excitarent. *Primislaus* Venedorum princeps, occupata per Caeſaris indulgentiam Marchia, REGEM BRANDEBVRGICVM (i) ſe ſcripſiſſe, legitur. Quo mortuo *Anhaltini* principes Marchiae dominati ſunt. Siue hoc factum fuerit imperatorum Cunradi II. Henrici III. IV. & V. repetita ſemper conceſſione, proſcriptis multatisque Marchia Stadenſibus: ſiue Primislai, Venedorum Regis, *teſtamento*: ſiue, quod OTTO *diues* Aſcanius ducis Saxoniae *Magni*, qui Marchiae partem occupauerat, filiam Eilcam (k) vxorem haberet: coaeuorum annalium fide nondum extra dubitationem poſitum eſt. ALBERTI *Vrſi*, (*) quem filium *Ottonis* habent, illuſtrior memoria, certiorque fides. Huic Cunradus III. imperator 1152. maiorum in *Marchiam Brandeb.* iura renouauit; eidemque *Saxoniae* (l) *ducatum* conceſſit; conſuetudinibus imperii aduerſari ratus, vt Henricus ſuperbus *duobus* Bauariae Saxoniaeque *ducatibus* ſimul praeeſſet; cum nihil impedire credi-

(i) *Chronographus Brandeburgenſis*, a Madero editus cc. an. 1151. *Huius*, inquit, *temporibus fuit in Brandeburg rex Henricus, qui Slauice dicebatur Pribizlaus. Qui chriſtianus factus idolum, quod in Brandeburg fuit Triglaucum tribus capitibus deſtruxit. Cum filium non haberet, Albertum Vrſum inſtituit heredem ſui principatus.*

(k) *Helmoldus* lib. 1. c. 35.

(*) *Vrſi* nomen ideo adoptaſſe dicunt, quoniam Henricus, eius hoſtis infenſiſſimus, ſe dixerit leonem. Quare etiam in nummulis vterque idolo vtitur huius animalis, vrſi & leonis. Exempla oculis ſubiecimus in Reliquiis medii aeui atque in Hallenſibus diurnis.

(l) *Helmoldus* lib. 1. c. 54. 56. Abbas *Stadenſis* ad an. 1139. *Kranz.* lib. 6. Sax. c. 8.

crediddiſſet, vt Marchiae Brandenburgicae Saxonia accederet. *Saxonia* vero Henrico Leoni is iterum ceſſit: quam tamen filius *Bernhardus* denuo accepit (m), ſiue imperatoris beneficio, ſiue auiae ſupra memoratae iure, quae ſoror fuerat auiae Henrici Leonis, vtraque filia ac heres Magni, D. Saxon. Mortuo autem 1170. Alberto parente alteri filio OTTONI Brandenburgica obuenerunt. Vt adeo ſtirps Anhaltina cum horum principum poſteritate in duas lineas SAXONICAM vnam; alteram BRANDENBVRGICAM abire videatur. De quo conſuli queunt ſcriptores Genealogici. Per ducentos fere continuos annos Marchiones Brandenburgici ex *Anhaltina* ſtirpe inuicem ſucceſſerunt: vſque dum in WOLODEMARO II. & IOHANNE IV. fratribus, A. 1322. genus eorum in Marchia extingueretur. Quae hiſtoria cum nihil difficultatis habeat; cuiusuis induſtriae a nobis relinquitur. Sed quo demum iure LVDOVICVS Bauarus imperator A. 1329. in conuentu Naumburgenſi Marchiam filio ſuo LVDOVICO conceſſerit, dignum inueſtigatione cenſemus. *Anhaltini* certe iura *agnationis* & *teſtamentum* Wolodemari pro ſucceſſione allegarunt. Repoſuerat Caeſar, *ibi* ſimultaneam inueſtituram neceſſariam; *hic* conſenſum requiri imperatoris. Quare ſibi integrum ſit, feuda S. R. I. aperta aliis pro arbitratu conferendi. Iacobi Rehbockii Pſeudo-Wolodemari (*) fraus dignum tanto crimine euentum habuit: in maximae fidei ſignum Prizenſibus nomen auctum der Treuen-Prißer. Sed noua dubitatio eſt; quo iure *Ludouicus maior* fratri ſuo *Ludouico*, Romae nato, Marchiam vendiderit (**), hic vero *Ottoni* fratri iterum reliquerit; atque is de-

(m) *Gobelinus* Coſmodr. aetat. *6.* c. 55. Abb. *Stad.* ad an. 1180. Chronicon *Bigaugienſe* ad an. 1180.

(*) Illud eſt dignum notatu, quod pſeudowolodemarum agnouerit Carolus IV. imperator, eumque *inaugurauerit marchionatu;* imo adhibuerit menſae ſuae in conuictu; adplauſerint Magdeburg. antiſtes; Saxoniae duces; principes Anhaltini, cetera.

(**) Nam Ludouici ſenioris filius MAINHARDVS, viuo etiam patre, impuber licet, ſe ſcripſit *Marchionem Brandeburgicum*,

is demum ipſe A. 1373. Carolo IV. Imperatori pro 200000. aureorum Vngaricorum vendiderit; pecunia cum meretrice, piſtoris vxore, ſtultiſſimo luxuriae genere conſumto. Sed facile ad credendum dicunt, Ludouicum Imp. omnibus filiis ſuis ſimultanea inueſtitura proſpexiſſe. *Carolus IV.* Marchiam filiis reliquit, *Wenceslao* & *Sigiſmundo*. Hic eandem Morauiae Marchionibus venum dedit: ſed mox iterum reluit ab iisdem, atque felici auſpicio euentuque A. 1417. in Fridericum, Burggrauium Norimbergenſem, quam hiſtoriam ſupra tractauimus, ſolenniſſime transtulit. In qua Sereniſſima gente aquila Brandeburgica vaga hucuſque & errans conſtanter, perpetuo, feliciterque egit; vt regiam auem noſtris principibus ſecundiſſimam proſperrimamque liceat ſalutare.

Sermo vulgi factus: mutauit dominos Marchia ſaepe ſuos. De cauſis venditae Marchiae Carolo IV. An violenter a Bohemis extorta? Bauariae ducum conſenſu fuerit opus? Iudicium Bauari: **die Böhmen hätten ſeinem Vetter, dem Marckgrafen, nicht die Seiler an den Glocken bezahlet.** *Auentini, Adelzreiteri, Bruneri ſcommata.*

Dvx Magdebvrgi.) Carolingorum iam temporibus locus *Magatbaburg* ſeu *Magadeburg* in capitularibus, a *Baluzio* editis, celebratur. Dubium tamen, an *vrbs* fuerit, quales tum non habuit Germania: an vero Albi fl. adiectum *caſtellum*. Adpellationem Germanicam *virginis* nomen **Magd** dedit; quod & ſynonymum *Parthenopolis* antiquiſſimum; & inſignia comprobant ciuitatis. *Veneris* imaginem cum triga *Charitum* picturae veterum exhibent. Neque difficile ad credendum, *Deam* ibi cultam fuiſſe. Modo non Caeſari aut Druſo (*) Romanis idolum tribuatur: cum falſis numinibus neque Germa-

 nia

gicum, S. R. I. *ſupremum Camerarium* an. 1359. decem annos natus. Vti, diplomate teſte, hoc ſcimus *reliquiar.* tom. IV. p. 291.

(*) Eſt tamen illud extra dubium: quod Romani ad Albim vſque plura loca inſtruxerint milite praeſidiario, quod VELLEIVS *Paterc. lib. II.* teſtatur. Vt adeo facile fieri potuerit, incolis paganis illudi quoque numinibus Latii.

nia caruerit (*), quod in ſchediaſmate de *Idolis Slauorum* olim oſtendimus. *Editbae*, vxoris ſuae, quae loci amoenitate capta fuit, precibus OTTONEM *Magnum Imp. Rom.* excitatum eſſe, vt 939. & *vrbem* caſtro addere inciperet; & in vrbe *eccleſiam* inſtitueret *Petro* Apoſtolo, & martyribus, *Mauritio* & *Innocentio*, ſacram, publica documentorum fide conſtat (n).

Cauſae inſtituti (1) *celebritas* commerciorum *in Albi fl.* (2) *preces* reginae *filiae Ethmundi R. Anglor.* (3) *vt ſeminarium doctorum eſſet, qui Slauorum vicinam gentem ad ſacra Chriſti adducerent.* (4) *votum Caeſaris in praelio Italico. Errant, qui docent, Carolum M.* Schierae *in Lippienſi C. Epiſcopatum inſtituiſſe; inde* Agariam; *hinc* Vallersleben; *poſt* Froſam, *loca huius regionis, denique* Magdeburgum *translatum. Sunt enim a) recentiorum ſcriptorum placita; b) nullum inter tot diplomata Otton. M. vllum veſtigium; c) bulla Pontificis non de translato, ſed inſtituto Epiſcopatu loquitur; d) cum quo literae Otton. conſentiunt; e) Froſa anno* 937. *f)* Vallersleben 938. *donatione imperatoris Eccleſiae Magdeburgicae acceſſerunt. Vt adeo non inſtauratae, ſed inſtitutae ſedis ad Caeſarem gloria pertinere videatur.*

Inſigni autem regionum praediorumque acceſſione ab A. 936. ex quo pium hoc conſilium cepit, donauit auxitque imperator eccleſiam: quod nullum fere per totam vitam annum abire paſſus fuerit, quo non huius liberalitatis publica documenta reperiamus. Quod vero anno demum 960. *cathedrali dignitate* eccleſiam Magdeburgenſem cohoneſtauerit: *Bernhardus, Halberſtadienſis* epiſcopus, in cauſa fuit, qui minis, precibus, poenis, nullo remedio adduci potuit, vt Magdeburgum dioeceſi ſua, cui hactenus ſubfuerat, eximi pateretur. Sed huius ſucceſſor *Hildebardus*, intellecto Caeſaris conſilio, eidem poſt non difficulter aſſenſit. ADELBERTVS igitur, Treuirenſis coenobita, primus *archiepiſcopus* Magdeburgenſis eligitur, decreto Caeſaris, auctoritateque. Pontifex

(*) Potius coluerunt etiam Germani plures deas & propheticſas, auctore *Tacito*.

(n) Vid. *Sagittarii* diplomata de condito archiep. Magdeburgenſi prolata. Itemque *Meibomius*.

tifex etiam R. nihil omiſit, quod ad ornandum decorandumque Archiepiſcopatum facere videbatur. *Cizenſis*, *Merſeburgenſis*, *Brandenburgenſis*, *Hauelbergenſis*, *Miſnenſis*, & ſi qui in vniuerſa Slauonia inſtituerentur Epiſcopatus, ſuffraganei effecti ſunt. PRIMATVS (o) porro in vniuerſam Germaniam ei tributus, cui *Bremenſis*, *Salisburgenſis*, *Rigenſis*, & *Pragenſis* Archiepiſcopi parere debebant. Vt adeo in primis initiis ad ſupremum ſacrae dignitatis culmen Eccleſia haec euecta fuiſſe videatur.

Piarum donationum diplomata Ottonis M. exhibent Leuberus, *Meibomius*, *Sagittarius*. *Illud notatu dignum*; quod vrbem Giuikanſtein (*Giebichenſtein*) cum ſalſugine eius, *eccleſiae huic donatam fuiſſe*, *diploma nos doceat*; *Certo argumento*, Halenſes ſalinas *hic intelligi*: *vrbe Halarum poſt demum condita*. *Latet hic arcanum*. *De* PRIMATV *clariſſima fides a*) *diploma Ioh. XIII. Papae*, *vbi verba*: *in omni eccleſiaſtico ordine Magdeburg. Archiepiſc. per vniuerſam Germaniam* primatum *habere volumus*. *b*) *Excipiuntur ab eo Moguntinus*, *Treuirenſis*, & *Colonienſis Antiſtites*; *c*) *in aliquo diplomate Magdeburgicus Colonienſi*, *ordine praefertur*; *d*) *alibi* primus *in Germania* patriarcha *dicitur*. *Cauſae Eccleſiaſticae a Pragenſi Eccleſia Magdeburgico transmiſſae*. *An vſus huius praerogatiuae*; *ſi quando* conſiſtorium *vniuerſale inſtituere vellent proteſtantes*? (*p*) Salisburgenſis *controuerſia recentior eſt*: *ex eo enim tempore ſubtrahere noſtris auctoritatem voluit*, *quo ſedis Apoſtolicae* Legatus natus *effectus eſt*, *quod ſeculo demum XI. contigit*. *Quae ratio priuilegiorum in praeiudicium tertii*? *Hodie aiunt*, *pontificem in iure* primatus *Germaniae Salisburgenſem prorſus tueri*.

Intellecta Archiepiſcopatus origine, facile nunc eſt, Archiepiſcoporum catalogos ac vitas e *Pomario*, & *Anonymo* a Meibomio edito, Chronicis Magdeburgicis manuſcriptis (q) haurire. Id noſtro inſtituto praecipue inſeruit:

(o) Legatur hic *Habenerus* de primatu S. R. I. Magdeburgico archiepiſcopatui adſerto aduerſus Salisburgenſem.

(p) Iudicio ipſius *Lutheri*, qui ad hoc tribunal alendum principibus Euangelicis commendauit annatas. Conferatur ex inſtituto diſſertatio; *de iure annatarum principum Euangelicorum*.

(q) Quorum fere innumera ſolent circumferri. Quae tamen tabulis ſunt refertiſſima.

inſeruit: quod ab an. 1513. ad an. 1630. Magdeburgici antiſtites e gente tantum Brandeburgica electi ſint. Qua occaſione inuidi homines ac maleuoli calumniati ſunt, Magdeburgicum archiepiſcopatum hereditarium factum fuiſſe. ALBERTVS, filius *Ioh. Ciceronis*, Electoris Brandenburg. Archiepiſcoporum Magdeburg. XLII. an. 1513. ſacri collegii ſuffragio *Erneſto*, Saxoniae Duci, ſuffectus eſt; mox etiam *Moguntina* ſede & dignitate *cardinalitia* auctus. Quamuis eruditus ac prudens Antiſtes *Romanam religionem* conſtanter defenderet: ab illorum tamen conſiliis abhorruit, qui *proteſtantes* ferro ac igne reducendos ſuaſerunt. Factum eſt moderatione principis, vt, habita 1524. a Luthero Magdeburgi concione ſacra, dogmata eius mox ciuitas vniuerſa amplecteretur. Quam aliae deinceps in tractu Magdeburgico ſequutae ſunt, mort. 1544.

Per hunc multos magnosque archiepiſcopatus theſauros Moguntiam translatos eſſe, non incerta traditio.

Agnatum ſequitur IOHANNES ALBERTVS, Alberti Achillis nepos. In huius tempora inſolentia ciuitatis Magdeburgicae incidit, contra archiepiſcopum, & capitulum, aliosque plures, qui a ſacris Lutheranorum eſſe nolebant, excitata. Proſcriptio vrbis & executio Mauritio, Saxoniae Electori, a Caeſare fuit commiſſa, oppugnatio ſatis diuturna alibi docetur. m. 1550. FRIDERICI, *filii Ioachimi II.* Elect. Brandeb. breue regimen. m. 1551. SIGISMVNDVS eius frater primus fuit, qui A. 1566. *Auguſtanae confeſſioni* ſolenniter ac publice ſe addixit; cuius exemplum reliqui fere ſubditi ſequuti ſunt. m. 1566. IOACHIMVS FRIDERICVS, ante quam in Brandeburgico Electoratu ſuccederet (r), Magdeburgici archiepiſcopatus *adminiſtrator* factus eſt: cui dignitati cum magna laude praefuit, *Aug. Confeſſ.* vbique fere introducta, m. 1608. CHRISTIANVS WILHELMVS filius eius, parente ad Electoratum Brandeburgicum vocato 1598. *adminiſtrator* declaratur, inauguratione ad an. 1608. dilata. Hic in duriſſima *belli tricennalis* tempora incidit.

(r) Inde *Buxtorffius* ad tit. 7. A. B. concludit, poſſe archiepiſcopum euangelicum ſuccedere in electoratu.

cidit, in quibus, vt regiones religionemque ſeruaret, *Dano*, mox *Suecis*, operam addixit: ſed ita perdidit vtrasque. Expugnata 1639. de qua alibi, Magdeburgica ciuitate ipſe a Caeſareis Viennam captiuus abducitur. Mutato ibi ſacrorum ritu, amiſſoque archiepiſcopatu *Zinnam* reuerſus, e cuius coenobii reditibus viuere debebat, m. 1665. Magnae autem interim ſuper archiepiſcopatu Magdeburgico inter *caeſarem* Ferdinandum II. qui filium *Leopoldum Wilhelmum* eo promouere volebat, & *Iohannem Georgium*, Sax. Elect., qui pro nato AVGVSTO pariter laborabat, concertationes. *Capitulum* huic fauebat; & Auſtriaci A. 1635. in pace Pragenſi poſtulato ſuo renunciarunt, omni iure in *Auguſtum* translato. Ceterum *pace Weſtphalica*, cum aliter damna, e citerioris Pomeraniae ceſſione *Brandeburgicae* genti inflicta, reponi ac reſarciri non poſſent, *Magdeburgicus archiepiſcopatus* noſtris conceſſus, poſt mortem *Auguſti* demum poſſidendus. Longa certe huic vita ad annum vſque 1680. producta. Sed volente, certo caſu, *Auguſto* factum fuerat, vt 1666. elector Brandeburgicus *Magdeburgum* metropolin milite *praeſidiario* inſtrueret; quam ſtationem nunquam deinceps noſtri deſeruerunt; ne manifeſtum ius vel a ciuibus, vel a vicino principe elideretur. Metropoli ergo occupata, mortuo 1680. adminiſtratore, omnis *archiepiſcopatus*, cum dignitate *ducatus* in poteſtatem ditionemque electoris conceſſit.

Explicata formula pacis *Artic. XI.* §. 6-11. *Capita praecipua* (1) *ceſſio Archiepiſcopatus cum omnibus* regalibus & iuribus, (2) *iuramentum fidelitatis in euentum praeſtandum*, (3) *dubitatio de priuilegiis Ciuitat. Magd.* (4) *De quatuor praefecturis* Querfurt; Jüterbock; Dahme; Burg. *De quibus* 1687. *ita conuentum: a) cederet Elector iurisdictione territoriali, b) acciperet idem* Borch oder Burg, *c) cum expectatiua in tres reliquas*, (5) *Eglenſis praefecturae & quartae partis canonicatuum adſignatio*, (6) *Archiepiſcopi cum titulo* ducis *commutatio. De controuerſo olim in comitiis loco*, der Querbanck?

CLIVIAE.) Regioni vrbs nomen dedit, *cliuoſo* colli adſita, vnde *Cliuiae* adpellatio. Qui antiquitatem eius e quadrata arcis *turri*: hanc vero ex *inſcriptione* eius, quae

his verbis legitur: *Anno ab vrbe DCXCVIII. C. Iulius dictator his partibus ſubactis, arcem Cliuenſem fundauit*, aeſtimare volunt: aut etiam ex vrbis vetuſtate *comitatus* ortum metiri: illi in re mihi verſari videntur, multis dubitationibus expoſita. *Eumenii* Rhetoris Sec. III. memoria *Cliuiae* celebratur, vbi artem is oratoriam profeſſus eſſe dicitur. Cuius panegyricae orationes hodieque extant. Sed quamuis facile ad credendum ſit, vrbem *Cliuenſem* a Romanis conditam, praeſidioque inſtructam fuiſſe: non tamen inde euictum eſſe puto, *comitatum* etiam Cliuenſem tantae aetatis eſſe. Non mihi incognita ſunt, quae *Teſchenmacherus; Erichius; Pigbius; Hoppius*, hiſtorici Cliuenſes ſcribunt: ſed limam curatiorem admodum deſidero in rebus vetuſtate ſepultis. Numerant hi in *praefectis* Romanis THEODORICVM quendam, ex Vrſinorum illuſtri Italiae gente oriundum, quem *Cliuiae dynaſtam* ſalutant. Superſtitem parenti filiam vnigenam fuiſſe produnt, Beatricem A. 700. Cuius amori heroem quendam, ignotae gentis ac patriae, HELIAM GRALLIVM nomine, ſe inſinuaſſe; e quo matrimonio filius THEODORICVS A. 730. procreatus ſit, qui *Cliuiae Comitem* ſe ſcripſerit, extiteritque conditor ſtirpis & propagator. Vnde ordinem Cliuenſium Comitum, ſerie deinceps nunquam interrupta, continuant omnes genealogi.

In Cliuiae originibus docendis caſtrum *diſtinguatur ab vrbe:* vrbs *a* comitatu, *qui haud dubie recentior. An* C. Caeſaris inſcriptio *genuina; an iuniorem ſapiat aetatem?* Eumenii *Rhetoris* imago *portae adſcripta;* libri; vita *apud Pighium. Traditiones portentoſae de Helia? An Aelius Gracilis? Angelus de* Clavenna *Helueticus Eques? Nauigationis; Symboli, quod cygnus; mortis hiſtoria e Gerb. de* Schuiren.

Theodorico, praeter *Cliuiae* regiones *Teiſterbantiae* comitatum, propinquitatis iure, obueniſſe, aſſerunt. Huic 772. f. REINOLDVM; ei CVNONEM f. 767. IOHANNEM deinde 778; ROBERTVM poſt 798. fratremque huius BALDVINVM, qui *Tuentem* ditionem ab Imp. acceperit, aiunt ſucceſſiſſe.

De limitibus Teiſterbantiae *Comitatus: qui* Bommeln; Heusden;

den; Altena; Buren; Vianen; Arkel; *praefecturas complexus fuiſſe, dicitur. Nomen aliis tantum ac* Weſterland: *aliis a Germanico* Heiſter. *Q. An nulla in haec Cliuenſium iura?* Teiſterbantia *inter Hollandos; Geldros; Vltraiectinos diuiſa.*

BALDVINO 830. mortuo, eius filius primogenitus EBERHARDVS lineam CLIVENSEM: alter natu ROBERTVS TEISTERBANTINAM propagaſſe leguntur. *Illa* indiuiſa manſit: *hanc Robertus* in tres filios iterum partitus eſt, LVDOVICO primogenito *Triſterbantiae* potiſſima parte; ROBERTO ſecundo natu *Heusda;* THEODORICO *Altenaenſi* dynaſtia tributis. *Teiſterbantina* linea in abnepote Ludouici ANFREDO A. 1000. extincta eſt: reliquae duae cum *Cliuenſi*, multis ſeculis poſt, per connubia iterum coniunctae ſunt.

Cur Teiſterbantiae nomen A. 1000. *ceſſauerit? R. Quod a parente in tres filios diuiſa: primogenito tantum titulo eius relicto: reliqui duo fratres a partibus Teiſterbantiae nominarentur: primogeniti ramus extinctus fuerit; regiones eius cum Traiectenſi Epiſcopo inter fratres diuiſae.*

Durauit *Cliuenſis* linea ab *Eberhardo*, m. 844. per quinque ſecula in ſucceſſionibus maſculis: ſed 1325. in THEODORICO X. extincta eſt. Is enim, *Margaritha*, filia vnigena, relicta, deceſſit; Quam ADOLFVS IX. *Altenaenſis*, agnaticae, vt modo dictum, lineae, Comes An. 1326. in matrimonium duxit, *Cliuia* cum vxore in poſteros ſuos translata.

Dictum de Cliuiae augmentis intra hoc tempus: de Feudis in iſto S. R. I. interregno oblatis; Veſalia etiam, Neomago, aliisque.

Nepos huius ADOLFVS A. 1417. a Sigismundo Imp. in ſolenni Conſtantienſi Concilio DVCIS titulo dignitateque ornatus eſt.

Dictum de numero ducatuum priſtino in Germania (s). *Quo ſeculo*

S 5

(s) Olim enim *ſeptem* tantum Germaniae prouinciae & populi, neque ducum numerus maior; verum, ſciſſis ducatibus in partes & comitibus territorii iure inſtructis, his quoque datus eſt nomen ducis.

ſeculo coeperint augeri hae dignitates? Quae cauſae euecti Adolfi?

Adolfum Ducem IOHANNES I. filius ſequitur, m. 1481. Hunc iterum filius excipit IOHANNES II. m. 1521. Cui IOHANNES III. ſuccedit *pacificus* princeps, ſed felix. Henrico Naſſauio ius maternum in *Cattimeliboci* C. acceptis 50000. aureorum ceſſit. IVLIACENSEM & BERGENSEM ducatus cum vxore acquiſiuit *Maria*, vnigena Wilhelmi ducis & herede. m. 1539. WILHELMVS, tanta patris hereditate auctus, & procerum voluntatibus & ſanguinis iure, & vltimi ducis *Caroli* teſtamento vniuerſae GELDRIAE & ZVTPHANIENSIS Comitatus heres ac poſſeſſor factus eſt. Sed principem, rerum geſtarum gloria inſignem, vicit Carolus V. imperator, ducatuque Geldriae eum priuauit. m. 1592.

Expectatiua *Saxon. Elect. in* Iuliac *&* Bergenſ. 1483. *cum hac clauſula:* **Wenn alle Ehelíche Leibes-Erben bey Wilhelm mit Tod abgehen würden.** *Quod factum non eſt. Iura Cl. expenſa in* Geldriae *ducatum, antiqua, recentiora. Signa eius, quae Cliuiae extent?*

Succeſſor *Wilhelmi* filius fuit CAROLVS FRIDERICVS, atque, hoc laudatiſſimo principe Romae 1575. obeunte (t), frater eius IOHANNES WILHELMVS cum 1609. d. 25. Martii *improlis* decederet: non tam dubia ſucceſſionis iura reliquit; quam diuerſorum cupiditates excitauit in opimam Cliuenſium ceterarumque regionum hereditatem. Quid enim quaeſo eſſe poteſt manifeſtum magis, quam in *femineis* & *primogeniturae* iure inſtructis regionibus, inter ſorores, *primogenitam* aut eius filiam plene ſuffici? Sed talis erat Mariae Eleonorae, ſororis Iohannis Wilhelmi, primogenitae, filia ANNA, *Iohanni Sigiſmundo*, electori Brandenburgico, nupta, vnde omnis gens Brandeburgica hodieque deſcendit.

Singula argumenta curſim perſtricta contra quosuis alios impugnatores. Pacta etiam dotalia facta in fauorem Brandeburgici.

Sed

(t) Cuius iter mortemque deſcripſit Vinandus *Pighius* in Hercule prodicio.

Sed maluit tandem optimus princeps diuidere hereditatem cum Neoburgico, quam funeſtas clades in S.R.I. excitari. Poſt multa igitur bella, certamina, congreſſus, tandem 1666. Düſſeldorfi pactis ita conuentum inter vtrosque, vt *Palatinus* Iuliaci atque Montani ducatuum particeps fieret: *Brandeburgica* gens Cliuiam acciperet, Marcam & Rauensbergam. Quem rerum ordinem regiones hactenus ſeruant.

Quare Cliuiae *ducatus ceteris praeferatur in titulo Regis Poruſſiae; alibi vero* Iuliacenſi *D. poſtponatur? An diuiſioni regionum aequalitas reſpondeat? In iure directorii & archiui in Circulo Weſtphalico vtriuſque communio. Pacta mutuae ſucceſſionis inter domum vtramque. Plene rem explicat Pufendorfius.*

Ivliaci.) Neque huius ducatus certior, atque aliorum, origo. Gerardvm Comitem, *Iuliaco* nomine ſignatum, in caſtris *Henrici* aucupis regis Germaniae pugnaſſe ſcribunt: incertum, cuius beneficio debuerit comitatum (*). Numerant ab hoc genus Iuliacenſium plerique genealogi: quos tamen incertae traditionis arguit magna eorum diſcrepantia. A. 1329. Gvilielmvs, Iuliacenſis comes, a *Ludouico Bauaro* imp. in Marchionem euectus eſt, cui Dvcis dignitatem mox addidit imp. Carolus IV. 1356. Idem quoque, mortuo *Eduardo*, *Geldriae* duce, quod ſororem eius germanam haberet vxorem, Geldriae ducatum occupauit. m. 1360. Eius filio Reinaldo 1423. extincto, comes *Bergenſis* Adolphvs, neſcio, quo iure, aliqui agnationem allegant, ſucceſſit, m. 1434. Eius deinde ex fratre nepos ſequutus eſt Gerardvs, hunc filius excepit Wilhelmvs, m. 1511. Cuius filia vnigena *Maria* Iuliacenſem

(*) Iuliacenſes duces ſunt

ADVOCATI AQVISGRAN.

Brabantiae duces ab imperatoribus habuerunt aduocatiam armatam tutelarem & togatam iurisdictionem, die Schulterie oder das Schulzenamt in der Stadt. Ab his Iuliacenſis redempta aduocatia aere. Confirmauit contractum imperator Carolus IV. maxime.

Bek in deſcriptione Aquisgranenſi habet diplomata, huc facientia.

ſem & Bergenſem ducatus marito attulit Ioh. III. Cliviae Duci, quod modo ſupra ſcripſimus (u).

Fata eius poſtea cum Cliuenſi ditione ſub eodem principe eadem fuerunt; in Cliuiae *titulo a nobis deſcripta.*

Montivm.) Ortus originesque huius *ducatus* in obſcuro verſantur. *Henrico* aucupi eius natales quidam tribuunt: quod Rheni limitibus cuſtodiendis iſtum principem operam adhibuiſſe ſciant. Sed vnde comitum *Bergenſium* prima ſtirps petenda ſit; magis incertum eſt. *Teiſterbantinam* gentem aliqui hic poſtulant, dubito, an recte. Si autem vera eſt coniectura; Bergenſis *comitatus* a Cliuenſibus comitibus conditus: poſt aliquot ſeculorum interualla ad eosdem connubii felici euentu rediit. Scribunt, Theodorici Altenaensis, qui A. 860. vixerit, atnepotem Engelbertvm, comitem Bergenſem fuiſſe; in cuius filia Sec. XI. *Gerardo*, C. Ivliacensi, nato ſuo, Bergenſis Com. obuenerit. Huius trinepotem Wilhelmvm A. 1389. Wenceslaus Imp. e *Comite* Bergenſi *Ducem* fecit. Abnepos eius Wilhelmvs A. 1511. vnigenam Mariam reliquit, quam Ioh. III. Duci Clivensi, Bergenſia (vid. ſupra) ſcripſimus attuliſſe (x).

Dolendum, quod in tot Germaniae principatibus inſtitutionis Caeſareae *diplomata deſint. An nulla eorum in S. R. I. archiuo ſpes ſit? An domeſtica tabularia excuſſa? An reperiantur in S. R. I.* Berggrafen. *Fata comitatus Bergenſis antiquiora curſim illuſtrata. Iuniora ex iis, quae in* Cliuiae *duc. allata ſunt, conſtant.* Iuliacenſia & Bergenſia *Palatinus poſſidet* facta transactione 1666. *noſtris tamen principibus, ob mutuae ſucceſſionis pacta, titulo conueniente.*

Stettini.) Pomeraniae quondam regio a *Sueuis* potiſſimum habitata: his inde emigrantibus, occupata a *Venedis*. Principum *Venedorum* latiora quondam dominia, quam *Pomeraniae* nunc limites ſunt.

Nomini occaſionem ſitus dedit. Pomerzi *enim Venedis loca* maritima *notant. Alias enim etymologias* Bey Meer; Bommarſer *taceo. Fines veteris* Pomeraniae *in Poloniam, Marchiam, Meklenburgenſem ditionem quam latiſſime olim*

(u) Commentarii inſtar etiam hic eſſe poteſt *Teſchenmacherus.*
(x) Etiam de Montium ducatu ſigillatim *Teſchenmacherus.*

olim protenſi; poſt bellorum duritie a vicinis gentibus in baſce anguſtias redacti ſunt. Hinc Dantiſcum vrbem Pomeranicae ditionis fuiſſe, ſuo loco prolixius demonſtrabimus. Stettino *vrbi a* Sedinis *adpellatio: populo veteribus R. celebrato.*

Svantiborvm vniuerſae *latioris* Pomeraniae dominum primum fuiſſe, tradunt, qui A. 1107. in filios ſuos regimen omne diuiſerit. Wratislo primogenito *citeriori* Pomerania, quam *Stettini* etiam nomine ſignarunt: Bogeslao, vt reliquos fratres mox extinctos praeteream, *vlteriori* relicta, e cuius ſucceſſoribus aliqui ſe *Pomerellorum; Venedorum; Caſſubiorum* principes ſcripſerunt. Filius *Stettinenſis* ducis *Bogeslaus* S. R. I. fidem primum addixit; regionibus *Friderico I.* Imperatori in *feudum* oblatis iterumque acceptis ab eodem. Qua etiam occaſione ſacra *Chriſtianorum* in Pomerania plene recepta ſunt, religione paganorum a ſubditis eierata. Quorum exempla *vlterioris* etiam Pomeraniae incolae ſequuti ſunt. *Stettini* ducibus magna deinde cum Marchionibus Brandenburgicis certamina, bella, clades deſcribuntur, finiumque regundorum perpetua diſſidia (y). His vt finem afferret *Ludouicus Bauarus* imperator: inter filium ſuum Lvdovicvm ſeniorem, Marchionem *Brandeburgicum*, & Barnimvm III. ducem Pomeraniae *Stettinenſis* A. 1330. haec pacta procurauit, *vt, deficientibus maſculis heredibus in ducatu* Stettinenſi, Marchiones *Brandenburgenſes ſuccederent.* Euenit fors in eius atnepote Ottone III. duce Stettinenſi, qui A. 1464. improlis deceſſit. Hinc grauiſſimae *Brandeburgicorum* cum *Pomeraniae vlterioris* ducibus lites ſuper iuſta in *Stettinenſi* ducatu ſucceſſione (*).

Vlteriores Pomerani ius agnationis *allegabant: Francofurtenſi etiam pactione impugnata, in quam ipſi non conſenſiſſent.* *Bran-*

(y) In quorum etiam aliquando ſe contulerunt clientelam. Videatur Philippi, comitis ab *Arco*, *diſſert. de formula Marchiae* p. 72.

(*) Pomeraniae cauſam clientelarem, fide archiui electoralis, tuti ſumus in Conſ. Hallenſ. tom. II. lib. 2. ſub fin. atque in Hallenſibus diurnis.

Brandeburgenſes pactione *nitebantur, quam & Caeſaris auctoritas confirmaſſet; & iniiſſent duces Stettinenſes, neque vlla proteſtationis formula ſua iura ſibi agnati eorum ſeruaſſent. Cui accedat, quod titulo oneroſo pepigerint; relinquendo ſcilicet praefecturas in manibus Stettinenſium, quas bellis interim recuperare potuiſſent. Qua ratione* Boii *hoc ius ſibi arrogauerint in pace Monaſterienſi? R. nulla prorſus; cum certum ſit, pacta* regioni *affixa fuiſſe.*

Cum vero neque ſic perpetuis bellis digladiari vellent Brandeburgici Marchiones, 1499. *hereditario foedere* iterum cum *Pomeraniae* ducibus renouato, ab armis deſtiterunt (z). Repoſuit eis hanc moderationem Deus 1637. Hoc enim anno *Boleslaum* vltimum Pomeraniae ducem mortuum eſſe, omni in *ducatum* iure in gentem Brandeburgicam, vi *mutuae ſucceſſionis* translato, ſupra memorauimus. Expoſitum ibi etiam de *Suecico* tum milite in Pomerania. Atque hac deinde cum *Regina Suec.* anno 1648. Artic. X. §. 1. 2. diuiſa, *vt* citerior *omnis cum Inſula* Rugia, *atque ex vlteriori* Stettinum, Garz, Damm, Golnau, *& inſula* Wollin *vna cum interlabente Odera & mari*, **der friſche Haff**, Suecis concederetur. Anno autem 1679. in *pace St. Germani art.* 7. Pomerania, ex qua inuaſores Suecos 1675. exegerat fortiſſime Elector, his partibus eis reſtituta eſt: *vt praeter citeriorem* Damm & Golnau *tantum acciperent Sueci;* cetera in manibus Electoris permanerent.

De ſucceſſionis pacto cum Suecis. An finium lites hodienum perdurent? Stettinum *vrbs, in qua parte Pomeraniae? Dubiae ac diſcrepantes Pomeraniae diuiſiones Geographicae.*

Ceterum *Stettini* ducatus, qui maior ceteris ac potior fuit, illis propterea merito praeferendus, complexus quondam fuiſſe deſcribitur: **Alles, was zwiſchen der Peene und Jhne belegen, unter welchem die Städte Alten-Stettin, Anclam, Demmin, Paſewald, Pyriz, Garz, Greiffenhagen, Damm, Treptow an der Tollenſee, Uckermünde, die Juſel Jrdum, die Abteyen Colniz, Podigla und Stolpe.**

Cur

(z) Foedus hoc vnilaterale *Carpzou.* in h. Reg. c. 6. ſect. 7. n. 4.

Cur non Pomerania, *vt totum, partes* Stettini *&c. ducatus praecedat? An huius aliquid noſtra gens poſſideat?*

Pomeraniae.) Fata ac hiſtoriam modo dedimus; quae eius lineae principes habuerunt. Limites *Pomeraniae*, ſpeciatim ſic dictae reſtant. Comprehendebant autem, was zwiſchen Rügen und der Peene liegt, als Greifswald, Wolgaſt. Das Land über die Schwinſee.

Sed tamen magna inter Cramerum, Micraelium, Fridebornium *hic differentia. Quod variis temporibus tribuo, vbi vnius aut alterius lineae princeps vel augmenta ſumſit, vel ſenſit decrementa.*

Cassvbiae.) Etiam huic regioni *peculiaris linea* Pomeraniae ducum nomen peculiare fecit. Continebat autem das Stifft Camin; die beyden Aemter Belgard und Neuen-Stettin. Von den Städten aber Colberg, Cößlin, Belgard, Daber und die Abtey Belburg.

Caſſubiorum adbuc hodie diuerſa a ceteris incolis viuendi ratio. A veſtium plicis *Caſſubiz dictos eſſe, quidam ſcribunt.*

Venedorvm.) Latiſſimum Venedorum nomen: ſed in Pomerania his finibus clauſum. Es begriffe Stolpen, Rügenwalde, Slage und die Abtey Buckow.

Cur Vandalorum *communi errore cum* Venedorum *nomine hic confundatur? In Germanico tamen:* Fürſt der Wenden, *non* der Wandeler. *Q. cur non & cetera Pomeraniae regionum genera bic recitentur:* Rugiae *principatus;* Güzkouiae *Comitatus; praefecturae* Wolgaſt. *Qui tituli ditionum praeter recenſitos inueniuntur. Quid de* Pomerellia? Dantiſco? *vnde Pomeraniae quondam duces ſe non minus ſcripſerunt. Annon ſola nunc* Pomeraniae *vox ſufficeret;* lineis, *in quas olim regio* diuerſis *biſce* nominibus *diuiſa, pridem extinctis?*

In Silesia Crosnae.) (*) Huic ducatui, vt ceteris

(*) Sunt, qui perhibent, Regem Bohemiae maluiſſe, Sileſiae nullam mentionem fieri: ſed Croſnenſis ducatus tantum. Ratio adducta: quoniam Croſnenſis tractus haberi debeat pro exemto, ne porro onera Sileſiae aut commoda in prouincialibus comitiis ſuffragiorum haberet. Verum renuiſſe electorem ideo; quoniam, *Sileſia* commemorata, ſimul reſpiciatur ad iura in alios Sileſiae principatus

1) lägern-

ceteris Sileſiae principatibus, ab vrbe *Croſna* nomen eſt. Poſſederant eum *Glogouienſes* principes, atque inter hos HENRICVS XI. an. 1467. Duxerat is in vxorem *Barbaram*, filiam Alberti *Achillis*, Marchionis *Brandeburgici*, an. 1472. Praematura autem morte praeuentus, teſtamento condito, *Croſnenſem* ipſe ditionem *viduae* reliquit legauitque. Sed RR. Bohemiae *ſummi dominii* iura: *Iohannes*, patruelis frater, *agnationis* vinculum pro obtinendo *ducatu* allegarunt. Quamuis autem varia inde bella ſecuta ſint; vicit tamen iuſta Brandeburgicorum cauſa, quibus Barbara ius ſuum *conceſſerat*. Qua *ducatus poſſeſſione* A. 1528. ab ipſo quoque Bohemiae Rege adprobata, titulo eius noſtri principes demum vti ceperunt. Nouiſſimus annalium Sileſiae ſcriptor, *Croſnenſia* exemta eſſe ſcribit ditione Sileſiorum: quem *Anonymus* ſub nomine *Curioſi Sileſii* in animaduerſionibus ſuis eapropter caſtigauit. Id fatentur omnes, Brandeburgicos in *prouincialibus ordinum* conuentibus nunquam comparuiſſe (*).

Reno-

1) Iägerndorffium.
2) Oppolienſem.
3) Ratiborienſem.
4) Lignicenſem.
5) Briegenſem.

Quorum nolit elector memoriam extingui. Die V. Dec. 1740. vocatus ſum a rege Berolinum ad haec iura deducenda. Praeſtiti hoc intra menſtruum ſpatium editumque fuit opuſculum: Rechtsgegründetes Eigenthum des Königl. Chur-Hauſes Preuſſen und Brandenburg. Reſcripſit rex e caſtris Sileſiae: Danckte vor die wohlgerathene Schrifft, und werden Königl. Majeſtät mir und den Meinigen bey aller Gelegenheit Gnade erweiſen.

(*) Illud alii maximopere vrgebant; quod ſine ordinum Sileſiae conſenſu nequeat Croſna Sileſiae ſubduci & eximi. Ita enim pacta maiorum velle, vt Sileſia in vno corpore coaleſceret permaneretque in hoc connexu aeternum. Verum exempla varia ſuperſunt, vbi, rupto hoc ſyſtemate, alia atque alia Polonis acceſſerunt, auulſa penitus.

Luſatiae pars.
- Cotbus 100. Dörfer, 60. von Adel.
- Peiz 14. Dörfer, 26. von Adel.
- Bernewald 7. Dörfer.
- Schenkenland, Teupiz, 8. Dörfer.
- Beskau, Storkau, Zoſſen.

An

Renouant tamen *beneficium* a RR. *Bohemiae ;* quo munere legatus dignitatis illuſtris perfungi debet.

De nomine Croſnae, *a fimbriae voce Graecorum. Iura Brandeburgicorum in Croſnenſem ducatum*, (1) *quod vrbem bypothecam baberent aliquot millium aureorum creditores ;* (2) *pacta dotalitia, ſi qua ſors euenerit, ſucceſſionem pollicerentur ;* (3) *teſtamento viduae, ſororis ſuae, ipſi niterentur.* (4) Saganenſis *dux Iobannes, agnatus defuncti Henrici XI. ius ſuum eis cederet ;* (5) *confirmaret ceſſa* 1528. *R. Ferdin. vi dominii directi ;* (6) *vniuerſa Glogouio-Croſnenſium ſtirpe in filio Iobannis Saganenſis* Iohanne *mox penitus extincta. Cur in reg. Cüſtrinenſi ?* (*)

BVRGGRAVIVS NORIMBERGENSIS.) Cum inter auctores neque vrbis, neque Burggrauiatus initia conſtent

An conſultum ſit, haec omnia in vno coagulo poſſidere pace Bohemiae R. ſub titulo DVCATVS, dann weil dieſe Stücke zur Lauſitz gehören, ſo fehlt es gleichwol 1) am Titel, 2) Wappen von dieſen Stücken.

(*) Intuitu huius lineae notari debent die Schaneckiſche,
Haller- und Wallerſteniſche,
Reichs- und Böhmiſche Lehen:
Die Dörfer Friedmannsdorf und Bucheck, etliche Güter zu Martin Laeniz Perlaß und Seulwitz.

Acquiſiuit illa ſub Ferdinando I. Marchio Georgius Franconiae lineae mit aller Gerechtigkeit, die vom Kayſer und Königen in Böhmen zu Lehen rühren ; welche auch am Kayſerl. Hof ſo wohl von dem Reichs-Hof-Rath als feuda minora ; als auch von der Böhmiſchen Lehens-Canzeley zu Lehen genommen werden. Und hat Churfürſt Frid. Wilh. 1642. die geſamte Hand von der Böhmiſchen Lehens-Canzeley erhalten. Wie dann auch An. 1663. von dem Reichs-Hof-Rath dieſerhalben einen beſondern Lehens-Brief erhalten.

Chur-Brandenburgiſch-Böhmiſche Lehen ſind: 1) Croſſen das Fürſtenthum in Schleſien mit ſeinen Herrſchafften Züllichau, dem Weichbild, Bobersberg, und Sommerfeld. 2) Die Herrſchafft Cotbus, Peiz ; das Schenckenländgen oder Herrſchafft Teupiz, Bernewalda, der Hof zu Groſſenliebrann. 3) Die Herrſchafft Beskau und Storckau. An. 1538. conuentum, daß dieſe Lehen zwar nicht in Perſon, dannoch durch einen Grafen oder Baron zu Lehen genommen werden ſollen. Acceſſit, daß die geſamte Hand dabey nicht vonnöthen.

conſtent (a); non mirum eſt, primum quoque Burggrauium neſciri. *Vorenbacenſium*, *Naſſouiorum*, *Vobburgenſium* diuerſas familias Norimbergenſibus *Comites* dediſſe, monumenta nos docent: ſed *hereditario* demum iure 1273. *Hohenzolleranis* comitatum obueniſſe, ſupra ſcripſimus.

Vrbem ſub Babenbergenſibus *Comitibus fuiſſe; poſt a Cunrado II. S. R. I. libertate ac iuribus auctam, tradunt. Vices imperatoris Burggrauiis deinde commiſſas ſcribunt; ſiue Cunrado II. aut III. ſiue Henrico IV. auctoribus. Chronica Germanica manuſcripta, quorum nos duo poſſidemus, admodum in originibus hiſce fabulantur; excuſſit ea Wagenſeilius.*

Serie indirupta in I. capite hiſtoriam dedimus tempore ſupra ſignato, vbi ab *Electorali* linea Burggrauiatus iterum ſeiunctus diuiſusque. Barvthanam hac aetate Christianvs Ernestvs n. 1644. moderatur. Princeps, maximarum peregrinationum cauſa, *Vlyſſes*: rerum, in diuerſis Germaniae Hungariaeque bellis geſtarum, gloria *Hercules* aut *Arminius* dicendus ac ſalutandus eſt.

Vita Principis recenſita inter differendum. Ex hoc ramus Culmbacenſis *effloruit. Sed nulla inde regionum facta diuiſio. In ſingulis enim lineis viget ius* primogeniturae.

Onolzbacensi ſ. Onoldinae praeeſt Georgivs Fridericvs n. an. 1678. princeps iuuentutis ſenili prudentia inſtructus. Paucis dicam, ad maiora natus, quam vt intra patriae limites poſſit contineri. An. 1703. acceſſit ergo ad gubernacula reip. Wilhelmus Fridericus n. 1685.

Obſeruant quidam, pulcherrimos *ſemper Germaniae vniuerſae principes in hac linea floruiſſe.*

Non ergo R. *Poruſſiae in Burggrauiatum* hodie iura ſunt; cunctis in *Franconia* rebus in agnatos translatis.

Memoriam tamen agnationis iuriumque, ſi ſors tulerit, tituli vſu, merito recolunt. De pactis *diuiſarum regionum ex* Rentſchio

(a) Mereretur haec ſparta idoneum ſcriptorem. *Wagenſeilius* enim & *chronographi* Germani rem leui tractant brachio. Gaſp. *Sagittar.* hiſtoriam antiquam ſcripſit ciuitatis Norimbergenſis 1679. in 4to editam; ſed de eodem argumento magnum volumen congeſſit, quod Noribergenſes ineditum aere dicuntur ab heredibus redemiſſe.

Rentſchio *QQ. Cur* Burggrauiorum *mentio hic fiat ante titulos* principum? *Cum deinde non omnia, quae in Franconia poſſident noſtri, ad Burggrauiatum pertineant: cur eius* tantum *memoria hic extet, nulla vero ceterorum?*

Princeps Halberstadii.) *Vrbs* huic quondam *Epiſcopatui* nomen dedit; ſiue ab *Albis* & *Orae* confluentia *Alborſtad*, ſiue ab *Alberto*, conditore, *Albertſtad*; ſiue denique, quod partem vix *dimidiam* abſoluta, *Halbſtad* nominari coepiſſet.

Sed arguunt erroris primam *ſententiam, quod in loco ab vrbe* remotiſſimo *Ora ſe in Albim fl. exoneret: alteram, quod nullus* eius nominis *principio Epiſcopus celebretur: tertiam vero adiuuat ſynonymum* Hemipolis.

Conditorem Epiſcopatus *Carolum M.* (*) habent An. 780. (*alii* 777.) Sed qui multis acceſſionibus auxerit eundem, hanc gloriam filio eius relinquunt *Ludouico Pio* Imperatori.

Scribunt vulgo, Oſterwici, *cui loco* Salingſtadii *antea nomen fuerit, conditum Epiſcopatum: qui demum an.* 809. Halberſtadium *translatus ſit. Cauſae inſtituti Epiſcopatus:* a) *honor* Chriſti *ac protomartyris S. Stephani, cui Eccleſia dicata.* b) *ſeminarium doctorum, per quos Slaui ac Saxones ad Chriſti fidem adducerentur. Latiſſimos eius quondam* fines *deſcripſit* Guil. Budaeus. *Sunt hi Magdeburg, Naumburg, Braunſchweig, Pfalz, Sachſen, vtraque Marchia, Anhalt, Mansfeld, Stolberg, Blankenburg, Reinſtein, Quedlinburg, Wernigeroda, Querfurt & ceteri. Q. an hi fines* redituum *& decimarum? an* iurisdictionis; *an* auctoritatis? (**)

T 2 Epiſco-

(*) Sed vulgo id creditur. Nam plurima ſunt, quae iubent dubitare de hiſtoriae veritate. Primus dubitauit *Conitius*, poſt *Meinders*, demum *Eiblardus.*

(**) Tenuis olim tractus epiſcopis adſignatus; poſtea tamen nimium quantum auctus fuit acceſſione plurium comitatuum & dynaſtiarum.

Hohenſtein.
Regenſtein.
Groeningenſi dynaſtia.
ASCANIENSI comitatu, Aſchersleben.

De quo cum Anhaltinis diu multumque fuit dubitatum. Nam vidua Anhaltina an. 1323. legauit dotalitium hoc Halberſta-

Epiſcopus principio HILDEGRINVS fuit, m. 827. Hunc THIAGRINVS excepit, m. 840. quem ſequutus eſt HAIMO, vir ſanctus, doctus, ac induſtrius; Scriptis etiam ſuo tempore per omnem Chriſtianum orbem clariſſimus. m. 887.

Recenſita opera Haimonis, *typis impreſſa. Curſim quaeſitum, an L. Barones de* Hoym *inde oriundi? Pagus* Hoym *extat hodienum, Quedlinburgo vicinus.*

Inde facile eſt ad numerandum reliquos Epiſcopos, *a Budaeo, Winnigſtadio,* (b) *Cranzio, Sagittario* aliisque paſſim deſcriptos. Vltimae duae Epiſcopatus mutationes noſtrum inſtitutum propius attingunt. Confeſſores *puriorum* ſacrorum ab an. 1521. vrbs habuit, viros dogmatum Lutheri valde amantes. Sed hi duriſſima quaeque perpeſſi ſunt ab illis, quorum fidei Cardinalis ALBERTVS, Magdeburg. etiam Archiepiſc. de quo ſupra, Halberſtadienſia commiſerat. Anno autem 1540. quod ſubditos placitorum Lutheri tenaciſſimos aduerteret, *liberum* & ipſe *Auguſt. Conf. vſum doctrinamque* ea lege permiſit, vt tamen Collegia *Canonicorum*, & coenobia quaeque, priſtinos ſacrorum ritus tenerent ſeruarentque. Manſit fere in hoc rerum ſtatu ſub *Brandeburgicis* principibus, ſupra recenſitis, vſque ad HENRICVM IVLIVM (*), ducem Brunſuicenſem, Epiſcopum el. 1567. Qui an. 1591. *Aug. Confeſſionem* in vniuerſo Epiſcopatu omnino introduxit; vixitque primus omnium Epiſcoporum in matrimonio.

berſtadienſibus epiſcopis; principibus Anhaltinis contradicentibus. Sed an. 1683. decreto imperiali lis compoſita, hoc quidem tenore, vt Aſchersleben permaneret Halberſtadienſi principatui; ſed domui Anhaltinae remiſſa onera imperii per annos 24. & ſi occaſio eſſet; domui Anhaltinae cederet feudum imperio apertum in ſatisfactionem.

Princeps Anhaltinus etiam nuntium miſit eo tempore, quo nexus feudalis remiſſus Anhaltinis, qui antea obſtricti fuerant archiepiſcopatui Magdeburgico.

(b) Quem ineditum ſeruo in codice manuſcripto, cum alius viri additamentis.

(*) Electus eſt bimulus, vt reditus ſufficerent ad aes alienum extinguendum, quod contraxerant epiſcopi. Nam infanti mille tantum imperiales numerati quotannis.

monio. Poſt, *Hohenſteinenſi* & *Regenſteinenſi* comitatibus, morte vltimorum Comitum auctus eſt; conditor arcis *Groeninganae.* m. 1613. Tres eum filii fratres ſequuntur HENRICVS CAROLVS primum, m. 1615. deinde RVDOLPHVS, m. 1616. poſt CHRISTIANVS. In duriſſimis temporibus magna animi conſtantia Epiſcopatui hic praefuit. Cauſam egit *Palatini* contra Caeſarem: *Aug. Confeſſ.* contra Pontificios tutus eſt; quam etiam, altera manu amiſſa, ſtrenue defendit. m. 1626. Caeſaris auctoritate Ferdinandi II. filius LEOPOLDVS WILHELMVS in Epiſcopum eligitur, vid. ſupra. Inde calamitoſiſſima harum regionum facies. Nunc enim *Caeſareani* A. C. ſociis graues ſunt: mox hanc iniuriam *Sueci* in Catholicis Canonicis vindicant: vtroque ſane caſu ſubditis miſere afflictis. Quorum diſſidiorum finis non fuit; vſque dum in Pace *Oſnabrugenſi* Art. XI. §. 1. *Brandeburgico* Electori 1648. ad iura ceſſae Pomeraniae reponenda vniuerſus Epiſcopatus traditus eſt, breuique poſt ab eodem occupatus. Sacro Epiſcopi nomine cum ciuili principis voce commutato.

Aug. Confeſſio qua cauſa ab Alberto *hic tolerata?* (1) *preces* patrui; (2) ſubditorum *in purioribus ſacris* conſtantia; (3) *ingens* pecuniae *ſumma, quam pro redimenda hac libertate regio dicitur conceſſiſſe. Coniunctio, toties iterata, Halberſtadienſis Epiſc. cum Magdeburgico* ſub vno *antiſtite cur dirupta?* Henrici Iulii *cauſae, quibus ipſis* canonicis *&* coenobitis *vſum ſacrorum A. C. conceſſit? R.* (1) *literae ſupplices Canonicorum;* (2) *foetidi concubinatus eorundem;* (3) *vxoris Saxonicae preces apud maritum adhibitae;* (4) *verſatiſſimus principis animus in religione.* Chriſtiani *filii conſilia, fortitudo, robur. Thaleri eo auctore:* Gottes Freund, der Pfaffen Feind. *De* chirotheca *pileo impoſita hoc vinculo: ſe non citius eam remoturum, quam Palatino in ſolium reſtituto. Cauſae electi* Leopoldi Wilh. *iniuria facta Chriſtiano Wilh. Marcb. Brand. coadiutori? Miſcentur canonici ex vtraque religione: hinc materia infinita diſſidiorum. Notanda in ceſſione, facta Brandeburgicis:* (1) *Eſt etiam Franconicae lineae ſucceſſio;* (2) *cum S. R. I. conſenſu facta;* (3) *cum omnibus iuribus, priuilegiis, regalibus*

ſecularibus & eccleſiaſticis ; (4) *ſtatim, pace ſubſcripta, in poſſeſſionem mittitur Elector ;* (5) *hereditario prorſus iure ;* (6) *quarta Canonicorum pars extincta, Electori cedat ;* (7) *ex* Epiſcopatu *fiat* principatus.

MINDAE.) Epiſcopatum hunc auctoritate *Caroli M.* liberalitate (*) *Wittekindi* Sax. D. An. 780. inſtitutum fuiſſe, cura eius principio HERINBERTO commiſſa, literis annotant.

Cauſae inſtitutionis (1) *Wittekindi Duc. voluntas, vt antiſtitem is haberet, cuius ductu in ſacris Chriſtianorum proficere poſſet ;* (2) *pronus Caeſaris aſſenſus. Vrbis etymon in particulis Min & din quaerunt ; in rationibus allegandis diuerſi.*

Succeſſus Epiſcoporum e *Cranzio*, *Cruſio*, *anonymo* apud Meibomium repeti poſſunt. Noſtri inſtituti eſt, quod circa an. 1529. puriora ſacra vehementi impetu *ciues* introduxerint, capitulo ex vrbe propterea emigrante. Delata cauſa ad Cameram S. R. I. eius ſententia ciuitas an. 1547. proſcripta eſt ; FRANCISCO, Com. Waldeccio, m. 1553. tum Epiſcopo. Sed Cameram partium ſtudii arguunt foederati Principes. Hinc diffidia inter vtroſque religionis ſocios perpetua fuerunt ; *Suecis* in tricennali bello *ciuitatis* cauſam contra *Epiſcopos* ſtrenue agentibus. FRANCISCVS WILHELMVS, Comes de Wartenberg, *Bauaricae ſtirpis*, vltimus Epiſcopus factus eſt 1626. Cui dignitati praefuit, vſque dum *Epiſcopatus*

in

(*) Principio dicendum, falſa dogmata & monumenta eorum, qui ex ſuppoſititio diplomate eluere nolunt, Carolum M. primo epiſcopo ſtatim dediſſe latifundia & territorialem poteſtatem. Gerrae ſunt. Nam primo, qui enumerauerit regiones, qua cauſa & tempore acceſſerint epiſcopatui, facile arguet intelligetque, Mindenſem, vti alios Germaniae epiſcopatus, centones fuiſſe, conſutos & congelatos diuerſis temporibus & caſibus, hac quidem occaſione, quod ipſi ſaepe comites & comitum filii ſacri collegae aut antiſtites fuerint ; quibus ſucceſſio delata vel contracto cum eccleſia familiari nexu, vt adeo per legata aut teſtamenta proficeret epiſcopatus. Quid quod ? ſi ipſa Mindenſis ciuitas ſui quondam iuris ; qui fieri potuiſſet, territorialem acquiri ſuperioritatem, meditullio extra territorium conſtituto. Taceo, quod documenta illa minus genuina alia plura ſint in Weſtphaliae tractu.

in *Oſnabrug. Pac. artic. XI. §.* 4. vt de ceſſa eis Pomerania ſatisfieret, a S. R. I. Brandeburgicis conceſſus eſt; quem etiam, Suecico milite educto, 1648. illi occuparunt.

In dogmatibus A. C. proponendis Cragii *vehementia; quam exceperant turbae; has emigratio canonicorum; quam proſcriptio vrbis ſecuta eſt. An* Franciſci *Epiſc. hic incuſanda indulgentia? Epiſcopus tamen etiam vltimus ſacris pontificiorum addictus fuit.* Brunſuicenſium *in Pac. Oſn. cupiditas Mindam noſtris praeripiendi* (1) *quod tot ex ſua gente Epiſcopos dediſſent*, (2) *vicini eſſent*, (3) *Aduocatiam vrbis*, (4) *dominium Viſurgis poſtularent. Singula ſub examen miſſa. Suecorum in eadem cauſa tergiuerſationes; munimentum ab Epiſcopatu auellerent. Nodos in ſcirpo quaerebant, qui dubitare volebant in* Pacificatoria Formula, *an* quarta *Canonicatuum pars Electori cedat? A. a) dicitur enim* pari ratione *Mindenſia conceſſa, quam Halberſtadienſia, b) paucitas redituum, c) praefecturis maxime Schaumburgenſibus auulſis. Epiſcopatus in* principatum *verſus.* Seſſio & votum *in Comitiis aliaque non diuerſa ſunt ab iis, quae ſupra diximus.*

Idem tentarunt Haſſi Caſellani.

CAMINI.) Inſtituit hunc Epiſcopatum *Iulini* Pomeraniae Dux *Vratislaus* an. 1124. auxiliatrices manus in pio opere *Ottone*, Bambergenſi Epiſcopo, praebente, qui, linguae Henetae gnarus, ducem modo cum filiis ac ſubditis ad ritus Chriſtianorum adduxerat. Principio Epiſcopatui ALBERTVS Francus, qui Ottoni comes fuerat, in Pomeraniae conuerſione, praefectus eſt.

Cauſae inſtituti: (1) *auctoritas atque conſilium Epiſcopi Bambergenſis*, (2) *ducis Pomeraniae, paulo ante ad Chriſtum conuerſi, gratus animus*, (3) *memoria Adelberti a vicina gente, Poruſſis, trucidati, cui ſacer erat Epiſcopatus.*

Iulino autem propter Danorum inuaſiones ab incolis deſerta, Epiſcopatus an. 1145. inde *Caminum* translatus eſt a Pomeraniae *ducibus*, ea lege, nouo hinc beneficio adiecta, vt Epiſcopi, *illorum* nonniſi *conſenſu* impetrato, ſufficerentur.

Singulare hoc pactum ipſius Pontificis decreto confirmatum eſt.

Inter Epiſcopos, quorum catalogi apud *Chytraeum*, *Cramerum*, *Bucelinum* aliosque exhibentur, an. 1520. ERASMVS *Manteuffel* floruit, qui *Lutheri* dogmata adprobauit, quae ſucceſſor eius 1545. (nam *Ioh. Bugenbagius* recuſauit honorem) *Bartholomaeus Suanenius*, vxore ducta, amplexus eſt. *Ioh.* WEIERVS ei ſuccedit: ſed hoc an. 1556. mortuo, Epiſcopatus Pomeraniae duci IOHANNI FRIDERICO confertur 1560. nouis Epiſcopatui legibus datis, quae cum *puriorum ſacrorum* ritibus conuenirent. Exinde Praeſules Caminenſes ſemper e Pomeraniae ducibus electi ſunt: donec ſtirps eorum 1637. extingueretur. Elegerunt quidem poſt ſacri collegii aſſeſſores ERNESTVM BOGESLAVM *Croyae* ducem *Areſchottanum*: ſed *Pace Oſnabrug.* artic. XI. §. 35. Caminenſi Epiſcopatu Brandeburgicis conceſſo, eodem ipſe quoque excidit.

Pacta Capituli de non aliis, quam e Pomeraniae ducum ſtirpe eligendis, an ad nouos ſucceſſores, Electores noſtros, tum fuerint extendenda? Quod omnino affirmatum. Quare nulla Areſchottano, *pacificatoria formula excluſo, iniuria facta? Cum eadem hic, quae in Halb. Ep. iura Electori data ſint, id tantum notari meretur, integrum eidem praeterea relictum,* Canonicis extinctis *Epiſcopatum Caminenſem prorſus tollere, atque regiones eius innectere dominio Pomeraniae. Q. cur non* Brandeburgi, Hauelbergi, Lebus. *Epiſcopatuum tituli, quod in pacificatione Caeſarei voluerant, faciuntque Mecklenburgici in ſuis Praeſulatibus hodienum, hic exprimantur? An declinanda ſic fuerint onera S. R. imperii?*

COMES HOHENZOLLERAE.) Quae de *Hohenzollerana* gente ſcribi potuerunt, ſupra habentur. Vbi etiam ſeculum XIII. ſignatum, quo *vnica* ſtirps in *duas* lineas abiit, *Norimbergenſem* & *Hohenzolleranam*. Huic autem quamuis fortuna non fauerit, vt agnatis *Noricis*, regionum acceſſiones facere: virtute tamen meruerunt principes eius, vt eodem cum illis *genitore* eſſent oriundi. Sane a *Maximiliani I.* Imp. temporibus de Imperio Romano optime meriti ſunt, vt eis ſumma iudiciorum *Caeſarei* ac *Camerae* Imperialis *praeſidia* aliquoties committerentur. An. 1623. *Ferdinandus II.* Comites ad principum dignitatem euexit, quem locum 1641. in ipſis etiam S. R.

I. co-

I. comitiis egregie exornarunt. Hodie in *duabus* lineis florent, HECHINGENSI, quae arcem *Hohenzollern*, Tubingae vicinam,poſſidet: & SIGMARINGENSI,cuius ditio *Sigmaringen*, *Veringen*, *Haigerloch*, *Wberſtein*. In *illa* faſces rerum tenet FRIDERICVS WILHELMVS (c): in *hac* MAINRARDVS (*). Ceterum *Brandeburgica* gens anno demum 1684. titulum hunc ſuo inſerere coepit: cuius inſignia pridem geſſerat. Maluit tamen Elector antiquum *Comitis* nomen, quam recens additamentum **eines gefürſteten Grafen.**

Cauſae omiſſi *quondam tituli.* (1) *quatuor ſeculorum cum dimidio interuallum, ex quo vtraque linea vnum habuit parentem;* (2) *quondam S. R. I. conſuetudo, potiori tantum nomine dignitatis vti,* (3) *multo minus ab aliis, quae non poſſideas, adpellari,* (4) *animi etiam diuerſo religionis ſtudio aliquantum diſtracti. Cauſae adſciti tituli;* (1) *vt ſucceſſionis iura clariora eſſent;* (2) *ne morem aliorum principum migrarent, a Maxim. I. temporibus receptum;* (3) *vt inſignibus tituli reſponderent. Abſtinebatur a* principis *voce;* (1) *quod Electorali dignitate ornato principi nihil inde honoris accedere poſſet;* (2) *ſumtus nouos res non mereri videretur;* (3) *antiqua magis probarentur;* (4) *principis dignitate primogenitus tantum vtatur inter Zolleranos* (*).

MARCAE.) In obſcuro verſantur conditores ampliſſimi huius per vniuerſam Weſtphaliam Comitatus. Memorauimus ſupra aliquos ſcriptores Genealogos ſtemma

(c) m. 1701. ſummae igitur rerum iam praeeſt FRIDERICVS LVDOVICVS n. 1688.

(*) Eſt etiam illud ſingulare, quod 1695. pacta confraternitatis inita ſint inter domum Brandenburgicam & Hohenzolleranam, quae confirmavit 1697. imperater eo modo, vt ſucceſſio in principatu eo firmior.

Licet igitur allodialis credatur hic principatus, vel in litteris inueſtiturae habetur **ein allodiales Fürſtenthum und Erb-Grafſchafft**: tamen ob gentilitia fideicommiſſa ceſſat ius alienandi.

(**) Hiſtoriam adoptionis tituli & inueſtiturae deſcribi PVFENDORF ad an. 1684. lib. XIIX. c. 138. p. 1516. Neque aliquid de neglecta tot annis inueſtitura ſimultanea eſt obmotum.

ma hoc a *Teiſterbantiae* Comitibus exordiri. *Northouius* in originib. Markanis tradit, *Ottoni III.* Imp. fratres duos ex *Vrſinorum* Italiae gente admodum dilectos fuiſſe; quos ſecum ipſe in Germaniam adduxerit, traditisque Weſtphaliae regionibus quibusdam, inuitauerit eos; vt *vnus* Montani; alter *Markae* (olim *Altena* dictae) Comitatuum fierent conditores. Verum is non ſolum nomina eorum prodere neſcit: ſed etiam ipſe fatetur, ſibi ab *Ottone III.* Imp. vſque ad Caeſarem *Lotharium*, annum 1126. nihil de *Marcana* ſtirpe cognitum fuiſſe, quantum etiam ſtudii in hac opera adhibuerit. Eo autem tempore *Adolfi* & *Eberhardi* Comitum *Markae* nomina profert: vnde vulgares etiam genealogi ſtemma Marcanum indirupta deinceps ſerie proſequuntur.

Merito Vrſinos *ex Weſtphalia explodit* Meibomius *in notis; cum ob alias cauſas, tum propterea maxime: quod biſce familiis veteris Saxoniae nobilitas ſufficere videatur. Olim* Altenaenſem *dictum Comitatum fuiſſe tradunt; quod* Arenbergenſes *Comites de nimia eius vicinitate* allzu nah *fuerint proteſtati. Poſtea* Marcae *nomen additum, non* Marchiae. *Hae voces aliis admodum diuerſae.* Illa *praedium quodcunque notat, limiti adiectum;* haec *comitatu aut principatu coboneſtatam regionem:* Illius *poſſeſſor nullo exinde bonoris titulo mactatur;* huius *vero dominus* Marchio *audit: illud nomen adpellatiuum;* hoc *proprium eſt. Complectitur plures* Markas *titulus vnius* Marchionatus. *Curſim dictum, an differentia inter* Marchiam *&* Marchionatum; *vt* hic *demum ad principum S. R. I. claſſem pertinere videatur, quaſi* ein Grântz-Hertzog. *Expectamus eruditiſſimi* Schilteri *Gloſſarium, cuius aliquot ſchedas nuper Argentorato accepimus.*

Ceterum an. 1325. *Cliuenſi* ſtirpe maſcula extincta cum vxore herede *Cliuenſia* Altenaenſibus ſ. *Marcanis* obueniſſe, ſupra ſcripſimus. Vnde eadem *Markae* cum Cliuenſ. D. poſtea fata: quae, ſignato loco, explicauimus.

Poſſidet Markae *Comitatum Rex Poruſſiae, transactione* 1666. *ſuper Cliuenſi bereditate cum Neoburgicis inita. Quod alibi doctum.*

RAVENS-

RAVENSBERGAE.) Notiſſimus in Weſtphalia Comitatus, quem Rex Poruſſiae *Cliuenſi* pariter hereditati acceptum fert; ſed quo tempore, qua cauſa, quo principe, quo Imperatore conditus is atque inſtitutus ſit, hoc tantis dubitationibus implicitum reperi, vt certiorem fidem hic deſiderem. Illorum hic operam implorauerim, quorum curis ſacra principum ſcrinia patent, vt *Rauensbergenſium* Comitum catalogos ad ſupplendam huius tituli lacunam publicae luci ſiſtant. Ceterum an. 1530. *Rauensbergi* Comitatus *Gerardo Bergenſi* C. acceſſiſſe dicitur, parenti *Guilielmi*, qui 1389. primus e Comite *Bergenſi* dux effectus eſt. Ex iſto autem tempore iidem *Rauensbergi* Com. qui duces *Bergenſes* fuerunt, quos ſupra deſcripſimus. Vt adeo, iure Cliuenſis hereditatis, Poruſſiae Regi hodie pareat Rauensbergum.

An coruus *nomini cauſam dederit, meliori quodam augurio? an vero Bauariae Rauensburgum? Quo iure* Bergenſi *C. obuenerit, an matrimoniali, an decreto ac beneficio Imperatoris? Cliuenſium rerum ac Weſtphaliae annalium fides.*

DYNASTA RAVENSTEINI.) Brabantiae contermina dynaſtia ad ſiniſtram Moſae ripam varios poſſeſſores habuit, qui in Belgicis annalibus occurrunt. *Adolpho I.* Cliuenſium *duci* an. 1396. in bellis, *lytri* cauſa captorum hoſtium, tradunt obueniſſe. Exinde eadem iterum *Rauenſteini;* quae Cliuiae fortuna. In qua hereditate nouiſſimis pactis *Palatino* regio acceſſit, cuius ditionis adhucdum eſt. Patrocinium eius in vltimo bello ordines Belgici ſuſceperunt, ita tamen, vt nihil ſupremis iuribus decederet *Palatini.*

Hornios, Falcenburgios, Salmenſes, Vornburgios Rauenſteinii quondam dynaſtas reperio, indirupta ſerie nondum, quod ſciam, deſcriptos. Quo iure Cliuenſibus acceſſerit? an vt lytrum? an vero, vt Pontanus *habet, matrimonii iure materterae Brab. D. Ioannae? An feudum Brabantiae? an ſummi hodie iuris? Hinc* reguli *audiunt dynaſtae. Olim inſigne munimentum fuit: ſed muri poſt ex pacto cum Carolo V. disiecti.*

LAVENBVRGI & BVTOVIAE.) Latioris quondam *Pomeraniae* haec dominia fuerant: inde a *Teutonico Ord.*

Ord. 1310. violenter & iniuſte auulſa. Equite crucifero a *Polonis* ſubacto 1460. ad priſtinos *Pomeraniae* duces redierunt. Hi vt inuidum vicinum placarent, paſſi ſunt, vt, dominio *vtili* ſibi relicto, directum Poloniae Regi cederet. Extincta igitur 1637. Pomeraniae ducum ſtirpe; *Poloni* dynaſtias iure *vacui* ſibi vindicarunt. Sed merito repoſuerunt Electores Brandenburgici, regiones nullo iure vacuas haberi, quae *legitimo* gaudeant ſucceſſore. Qua rei aequitate Poloni permoti ſunt, vt 1657. in pactis *Brombergenſibus* Brand. Electori, iuſto Pomeraniae heredi, vtrasque praefecturas reſtituerent.

Dictum de controuerſiis ſuper modo *feudi a Polonis renouandi, diſceptationeque an.* 1670. *e Puſendorſio. Promiſſione, an iureiurando, an neutro opus? An linea* Franconica *incluſa? Cur peculiaris* dynaſtiarum *hic mentio, cum Pomeraniae tamen partes fuerint?*

CAPVT III.

PRAETENSIONES

Iuraque controuerſa Gent. Br. Poruſſicae.

Hiſtorici opera in hoc capite defungemur, *recenſituri* tantum controuerſias, procul habita priuati iudicii diſceptationisque proteruitate. Iuſtam enim aut iniuſtam hic cauſam habere, *ſanctioris* inſtituti eſt, illorum curis omnino relinquendum, qui imperii clauum tenent, aut gubernacula tractant reipublicae. Propterea nemo vitio nobis vertet, quod antiqua hic nouis; atque obſoleta iis miſceamus, quae hodienum moueri ſolent. Quippe qui id tantum quaerimus, vt illuſtrium natalium ſelectique ingenii iuuenes curis noſtris adiuuentur, atque lumen aliquod habeant, quo in lectione monumentorum facilius verſari, atque remoras e medio tollere poſſint, quae tyronibus harum literarum, ex male intellectis harum

harum controuerſiarum argumentis, iniici aſſolent. (*) (**)

§. I. Iura Bvrggraviatvs Norimbergenſis contra eiusdem nominis ciuitatem.

Antiquiſſimae controuerſiae cauſa eo redire videtur: an Burggrauiatus *iura* arcis *tantum cuſtodiam olim voluerint, quod fruſtra dicunt Norimbergici: an vero ius* territoriale *in omni Norimbergenſium ditione? Poſterius affirmatur* (1) *ex literis* inueſtiturae *Rudolfi Caeſaris* a) *quibus* Comitiam *contulit Friderico* 1273. *quae non ſine* comitatu, *neque hic ſine* regione, b) *verba, &* praeſidebit iudiciis *in ciuitate Nurmberg*, c) *cum Sculteto, qui certe non iudicat extra vrbem,* (2) *quod*

(*) Olim ſuper praecedentia inter Culmbach & Anſpach lites die 13. Oct. 1663. compoſitae ſunt eo modo, vt Culmbach in comitiis & circularibus conuentibus praecederet; extra hos conuentus obtineret ſenium.

(**) Etiam Fridericus V. Imperator Burggrauiis & Brandenburgicis Marchionibus indulſi plura de Alſatiae Landuogtia ſpemque dedi, in feudis aperiendis ibidem.

De quo pag. 305. ex archiuo Blaſſenburgenſi remiſit ad Berolinenſe Reichenbachius.

1. In caſtrum & dynaſtiam DOEMIZ & Lenzen Gorloſen an. 1337. a Marchione Brandenb. Duci Mecklenburg. Suerinenſi oppignoratum pro $6\frac{1}{2}$. tauſend Marck Brandenb. Silbers, thut 28000. Rthlr.

Mareſchalcus Thunus in Henel. hiſt. das Original dieſer Pfand-Verſchreibung wird geſuchet in Mecklenburg-Schwerin.

An. 1352. extinguitur linea Suerinenſis, & acceſſit pignus Mecklenburgicis, ſed a Brandenburgicis vrgetur reluitio an. 1427. & pactis eam agnoſcunt Mecklenburgici.

Davon das Original in dem Archiu lieget.

2. In GARTOVIAE dynaſtiam aduerſus Luneburgicos duces. *Gartouiae* altera pars donata 1360. a Ludou. Romano ordini Ioannitico. Sed Luneburgici an. 1370. alteram partem, quam ſibi vindicauerant, donarunt pariter ordini eidem. Inde contentio inter Brandenburg & Lüneburg de ſuperioritate. Alienauit ordo an. 1438. Gartouiam Biloniis, qui Brandeb. Electorem agnoſcunt dominum; contradicentibus Luneburgicis.

Cauſa alienationis 1) die nicht bezahlte reſpons-Gelder nach Rhodus, 2) die Koſten, das Pallium zu löſen.

3. Super

quod hi Burggrauii non Comitum,*vt Kirchberg*, *Stromberg*, *aliique ; ſed* Principum *S. R. I. ordini dignitatique fuerint adſcripti ; indigno certe inſtituto, ſi arcis tantum cuſtodes fuiſſent ;* (3) *quod ne ſcrupulum quidem noſtris mouerit ciuitas* Norimb. *antequam potens facta opulentaque ;* (4) *vicarii imperatoris audiunt in multis diplomatibus Burggrauii , nomine iterum vulgarem arcis cuſtodiam excedente. Conſtat igitur, & habuiſſe & exercuiſſe Burggrauios territorialem* iurisdictionem *in ditione* Norimbergenſi. *Iam vero, annon* Fridericus I. *Elect. Brand. vendiderit eandem ciuitati* 1427. *de quo ſupra quaerendum. Duo hic vrgent Norimbergici.* (1) *aiunt , Burggrauiatum intra vrbem ſibi venditum, deinde* (2) *ſiluam cum imperio mero & mixto. Vtrumque autem merito, & publicorum diplomatum fide , negatur.* Illud, *quod praeter* caſtellum *in vrbe* das Hauß oder Schloß *nihil venditum ſit , ſaluo inprimis* Burggrauiatu *intra & extra vrbem. Verba codicilli ſunt :* daß Wir mit gutem Rath und Wiſſen verkauffen unſere Burg mit Thürmen, allen Gemäuren und Bäuen : nehmen Uns aber aus Unſere Herrſchafft des Burggrafthums, ꝛc. *Siluae etiam venditio hac eadem cautione facta :* verkauffen den Wald bey Nürnberg, ausgenommen aber Unſer Wildbahn, Lehen, Geleite, Rechte. *Vnde iterum videtur, de iuribus Burggrau. nihil hic dici ; vt adeo fruſtra aliorum poſtulata hic eſſe videantur. Hiſtoria huius controuerſiae enarrata, & triſtes fere quotannis caſus plorati. De induſtria Wagenſeilii.*

§. II. Iisdem Burggrauiis de CASTRO, VRBE, & PRAEFECTVRA KIZINGENSI, in eaque ſito COENOBIO cum Würzburgenſi Epiſcopo magna diſceptatio.

Plures olim Kizingenſi *oppido ac praefecturae , in Franconia ſitis , domini fuerunt. His vero partim extinctis ; partim ſua*

3. Super limitibus regundis cum Luneburgicis in diſtrict der Böckling genannt, ſuper territoriali ſuperioritate.
Wegen des Elbwerders zur Iſnachenburg mit Läneburg, vbi quaeſtio, an ius vectigalium eſſe poſſit in alieno territorio.

4. WOLFFSBVRG Bartenlebiorum in Caroli IV. Land-Buch, accenſetur marchiae Brandenburgicae.

5. LVCHOVIAE comitatus oppignoratus eſt a Brandenburgicis Luneburgicae domui, Caroli IV. Land-Buch.

ſua alienantibus, *factum eſt ; vt*, Kizingana *ditione in* octo *partes diſtributa*, quinque *earum* Würzburgenſis *Epiſcopus: tres vero* Burggrauii *Norimbergenſes tenerent A.*1400. beneficio *partim Caeſaris ; partim rite a priſtinis poſſeſſoribus facta emtione.* Würzburgenſes *autem & ipſi vendiderunt ſua* 1443. (*pretio* 39100. *fl. ſoluto*) Burggrauiis: *ita, vt hi exinde ſoli* Kitzingenſia *ad an.* 1626. *manifeſto iure poſſiderent. Sed tum tricennali forte bello* Catholicis *fauente*, *contigit*, *vt ditione* Kitzingenſi *Burggrauiis violenter erepta*, Würzburgenſes *eam occuparent*, *ſibique aſſererent. Ex quo ſcriptis quidem publicis haec cauſa acta ; ſed bellorum temporumque duritie impedita eſt. Teſtabantur Brandeburgici* (1) *Octopartitae Kitzingae* tres *portiones ſibi deberi Caeſaris beneficio* 1390. *Brunecciis extinctis ipſis collatas*, (2) quinque *tantum eis venditas a Würzburgicis ; vnde ius reluendi docendum*, (3) *monaſterio*, *quod Würzburgenſes pariter arripuerant, nihil cum Kitzinganis commune eſſe ; ſed alio prorſus titulo Burggrauiis ſubiici. Res in* Pace Oſnab. 1648. *ventilata eſt* : *ſed* artic. IV. §. 23. *ad alios* tractatus *remiſſa*, *intra* biennium *terminandos*, *ſub poena perdendae praetenſionis imponenda tergiuerſanti. Clarum videbatur Brandeburgicis*, fatalium *ex eo tempore principium petendum*, *quo ſumma Germaniae iudicia ex vtraque religione aſſeſſores accepiſſent*, in Formula Oſnabrugenſi *definitos. Verum enimuero Moguntini Archiepiſcopi*, *qui tum* Würzburgenſis *etiam antiſtes erat*, *interceſſione* 1651. *factum eſt*, *vt* neglectorum fatalium *Brandeburgici*, *praeter meritum ac culpam*, *a iudicio aulico ſe damnatos fuiſſe*, *neque auditos hactenus maxime conquerantur. Legatur* (1) **wohlgegründete Ableinung der von dem Stifft Würtzburg dem Hauß Brandenburg zur Ungebühr beygemeſſenen** tergiuerſation. An. 1652. fol. (2) Articulirte **Klage des Brandenburgiſchen Anwalds**, fol. 1662. (3) Manuductio **für das Hauß Brandenburg wider die Nebenwege der Würtzburger in der Kitzingiſchen Pfandlöſung** 1650. f. (4) *Vindiciae Herbipolenſes ſententiae Caeſareae.* Würzburgi 1654. fol. (*)

§. III.

(*) Cum LEODIENSI epiſcopo ſuper dynaſtia HERSTALLEENSI, quae eſt Leodio contigua. Nam poſſedit illam domus

§. III. In MERANIAE ducis *Ottonis* m. 1249. relictam HEREDITATEM.

Huius enim filia Eliſabetha *m.* 1272. *vxor fuit* Friderici, *Burggrauii Norimbergenſis, quod p.* 241. *& lib.* 1. *ſcripſimus.* Tirolenſem *exinde* Burgundiaeque *Comitatus maritum poſtulaſſe in* Auſtriacis *&* Burgundicis *annalibus reperio: an ſatisfactum eius ſucceſſoribus poſtea fuerit? non definio.* (*)

§. IV. In omnia vniuerſae ALSATIAE feuda, quae S. R. I. *vacui* iure obuentura ſint. *Fridericum* Burggrauium a Carolo IV. Imperatore EXPECTATIVAM accepiſſe an. 1365. lego.

Qui priuilegio Caeſareo ſucceſſus fuerint: illud non traditum reperi.

§. V.

mus Auriaca: ſed epiſcopus viciniae cauſa incolas mouit paſſim ad defectionem. Cumque dynaſtia in meditullio epiſcopatus ſita: eo fuit epiſcopus inſolentior. Sed rex Poruſſiae Fridericus Wilhelmus ſemel iterumque epiſcopum monuit, abſtineret ab his conſiliis, aut pretio redimeret *Heriſtallium.* Neutrum placuit epiſcopo; igitur an. 1740. menſe Octobr. rex Poruſſiae Fridericus repreſſaliis vſus eſt in Hornianae dynaſtiae inuaſione. Mittit igitur epiſcopus ad rem pace componendam legatum ad regem; qui epiſcopi mandato pretium obtulit 200000. eo quidem ſucceſſu, vt eo accepto rex Poruſſiae transtulerit iura ſua epiſcopata ſuisque nuntium miſerit.

(*) Vtrum ſucceſſor teneatur, aes alienum ſoluere ab anteceſſore contractum (**) diſputatum eſt in domo Brandeburgica in vtramque partem. Hodie liberant ſucceſſorem pacta Geranenſia.

(**) Conſilium de hoc iure ſatis prolixum habet *WEHNERVS Conſ. 101. toto.* Vbi caſus an. 1557. recenſetur, quo Marchio Brandeburgicus eo conſilio ſucceſſit in principatu Noribergenſi, vt hoc feudi iure fieret, abſtinendo ab anteceſſoris hereditate. Et quamuis nonnulli creditores ipſi oppoſuerint, quod tamen etiam plura allodia contineret principatus, **wären viele Aemter oberhalb Gebürges eigen, und keine Reichs-Lehen, wie auch die Gefälle von denen Cloſter-Gütern:** cum tamen etiam haec territorii indiuidui acceſſoria ſint, & plerique Germaniae principatus fideicommiſſorum familiae iura ſequantur: ideo non auditi ſunt creditores.

§. V. In aliquot AVSTRIACI Archiducatus feuda *Ludouicum* Bauarum Imperatorem *Norimbergenſibus* Burggrauiis iura feciſſe, Boicorum annalium fide conſtat.

Verba Auentini ſunt: *proceres Auſtriaci* (in bello cum Friderico Imperatore) *Friderico vrbis Norimbergae addicuntur, qui ſeruati & vita donati, ſeſe in clientelam ſeruitutemque perpetuo Norimbergenſi praeſidi dicarunt, adeo, vt etiam in verba eius iurent.* (*)

§. VI. Magnum olim in SAXONIAE Electoratum *Iohannis* Alchymiſtae poſtulatum fuiſſe, ſupra attigimus. Qui, ſi non ob aliam cauſam, quam ne pater & filius Electores fierent, nuntium an. 1424. huic iuri dedit; publicae eum tranquillitatis, quam commodi domus ſuae maiorem rationem habuiſſe, extra dubitationem eſt.

Certe Wittebergam, *metropolin Electoratus, iam in* poſſeſſione *eundem habuiſſe, ſcimus. Et precibus magis, quam imperio Caeſaris locus eſſe relictus videtur. Aliud enim eſt, feminam Electoratum regere: aliud Electoratum per feminam ad maſculos transferri.* Bodini *ſimilis explicatio in Galliae regno maſculino.*

§. VII. In VNIVERSAM CLIVIAE HEREDITATEM, a nobis in proximo capite deſcriptam.

Fundamentum poſtulati ſupra oſtenſum. Argumentorum ſummae erant; (1) *ius* primogeniturae *filiae primogenitae, maſculis extinctis, ſucceſſionem deferebat;* (**) (2) poſſeſſio *a Ioh. Sigiſm.*

(*) Qua Mindenſi principi quondam in Schaumburgenſem comitatum an. 1645. acerrimae lites fuerunt; ſed illas compoſuit pax Weſtphalica.

Scripta collegi in volumine rerum Schaumburgenſium. Alia enim edidit comitiſſa: alia iterum ab epiſcopo.

(**) Intuitu ſucceſſionis, extincta vna linea in Franconiae partibus, Bareuth & Anſpach, an ſibi inuicem ſuccedant; an vero ſimul ius recidat ad primogenitam lineam regiam & electoralem? pro Franconiae principibus fundamentum eſſe videtur die nähere geſamte Hand bey den Kayſerl. Beleihungen, & quod electoralis acquieſcat mit weiteren Hand. Sed crediderim: reſpiri hic ad vnionem prouinciae; nequicquam ad ſucceſſionem.

Sigiſm. Elect. Brand. curatorio vxoris nomine ſumta; (3) *pacta* dotalia *Mariae Eleonorae*, *Porufſicae*, *ſucceſſionis iura confirmabant, robore maiori* a) *quod Caeſar Maximil. II. in ea conſenſiſſet*, b) *agnati deinde omnes*, c) *cognati etiam, ſororesque.* (4) *exemplis pluribus conſtet, omnes Cliuenſis hereditatis regiones feminas admittere ad ſucceſſionem.* (5) *ipſa pacta vnionis inter diuerſos hereditatis principatus idem loquantur. Inter plurima manifeſti iuris ſcripta, quorum pleraque, ſi non omnia, poſſidemus, potiſſimum pleniſſimumque laudabimus*, Synopſin vniuerſalis ſucceſſionis Electoris Brandeburgici in ducatus *Cliuiae, Iuliae, Montium, Markae, Rauensbergae: vna cum* 1) Saxonicae, 2) Neoburgicae, 3) Bipontinae, 4) Manderſcheid & Buillon, 5) Niuerſiae *cauſarum confutatione*, edit. Berolini 1655. fol. alphab. 4. (*) (**)

§. IIX. In GELDRIAE ducatum & comitatum ZVTPHANIENSEM manifeſta quondam iura *Ducum Cliuenſium.*

Agnationis *iure*, *Reinaldo*, Iuliaci & Geldriae *duce, mortuo, ipſaque vltimi defuncti voluntate* 1429. Bergenſes *duces Geldriam poſtularunt. Sed hac a ſororis* Reinaldi, *vltimi ducis, marito, dynaſta de* Arkel, *noſtris praerepta: cum filiaque eius Maria poſt ad* Egmondanos *translata; in eius tamen pronepote* Carolo, *vltimo ſuae ſtirpis an.* 1537. *veteri iuri nouum rurſus acceſſit. Wilhelmus enim ab eodem* heres *ſcriptus ipſam quoque* Geldriam *ac* Zutphen *occupauit rexitque: ſed infelici bello cum Carolo V. Imperatore, aduerſario nimis*

(*) In Stargardiam & Fridlandiam Mecklenburgicae nunc ditionis; olim pars MEDIAE MARCHIAE, quam Marchiones Anhaltinae ſtirpis Vandalis Mecklenburgicis pacis cauſa adſignarunt ſeculo XIII. Quod Poloni illorum fines admodum infeſtarent.

(**) Priuilegia Brandenburgici electoratus ſuper immunitate a STAPVLA HAMBVRGENSI in Albi, (a) & STETTINENSI (b) in Odera fluminibus impetita ab vtraque vrbe.

(a) Priuilegium Maximiliani I. adſeruatur in archiuo.

(b) Priuilegium Sigiſmundi Imperatoris an. 1412. Brandeburgico electoratui indultum praeſertim Francofurti ad Oderam, varie ventilatum & in contradictorio obtentum in camera imperiali an. 1623. die 23. Iulii.

nimis valido, vtroque iterum excidit. Legatur ex inſtituto ſcriptum: Aſſertio iuris, quod Imperat. Maieſt. ad *Geldriam & Zutphan.* habere praetendit in Comit. Ratisbon. 1541. exhibita, cum *ſcholiis*, quibus dux *Iuliacenſis* contra hanc aſſertionem defenditur *Saligniaci* 1543. fol.

§. IX. In Teisterbantiae comitatum, a *Cliuiae* olim ducibus poſſeſſum.

Rationem eius ſupra habuimus, vnde priſtini eius limites repetendi ſunt.

§. X. Sunt loca *Neus; Liom; Twente; Oldenzeel; Neumagen; Dorſton; Camp; Neuers; Rhetel; Auxerre; Biland; Millingen; Anlakerwerth; Beek; Pannerden;* & alia forte, quae Cliuiae duces partim in Gallia, partim in Belgio poſſediſſe leguntur.

Cum poſſeſſionis *titulos nondum in expedito habeamus; neque nobis de tempore ac cauſa* alienationis *conſtet: nolumus hic quidquam aſſerere.*

§. XI. Lusatiae quondam vniuerſae regiones Archiepiſcopatui *Magdeburgico* in feudum a *Bohemiae Regibus*, pietatis cauſa, oblatas acceptasque fuiſſe, in Bohemicis annalibus lego. (***)

V 2 *Diploma*

(*) Super oppido Plauen inter Magdeburgicum & Brandeburgicum ducatus. Elector Iohannes Sigiſmundus illud donauit aulico Mareſchallo ſuo de Arnheim. Is vendidit Plauen Chriſtiano Wilh. Magdeb. Archiepiſcopo pro ſumma 42000. & 373. thaleris. Quae ſumma cum ſolui nequiuerit, Arnheim vendidit illud dominis de Gœren.
Vid. repertorium in archiuo.

(**) Qua Mindenſi principi in *Schaumburgenſem* comitatum epiſcopo olim clientelarem. Hinc mortuo an. 1640. vltimo C. Ottone, feudi aperti iure epiſcopus ſibi eundem ſibi credidit apertum. Verum pacta ſucceſſoria vrſerunt Caſſellani & Lippienſes comites. Hinc in Weſtphalica pace facta eſt diuiſio; neque tamen dubitationibus omnibus ſublatis.

(***) Luſatia inferior Marchiae pars a Lud. Rom. ceſſa regi Bohem. Ioanni Lützelburg. conſenſu Magdeburg. archiep. domini feudi. An. 1415. reddidit Vladiſl. R. Boh. Luſatiam Brandenburgico El. ſed Georg. Podibratius eum deſtituit iterum, Luſatia Bohemiae innexa (1462.) Cauſa deſtitutionis: quod Frider. II. nollet conſentire in Georgii regis ambi-

Diploma Balbinus *habet; de quo etiam ſupra in lib.* 1. *aliquid memorauimus.*

§. XII. DANTISCANAM ciuitatem ditionemque Pomeraniae limitibus comprehenſam fuiſſe, neque Polonici annales diffitentur. (*)

Quorun-

ambitum Caeſareae dignitatis, qui Imperatori Auſtriaco fuerat fidiſſimus Friderico V. Eo autem acerbior fuit Georgius; quod cum votum haberet 1) ſuum Bohemicum, 2) Moguntinum, 3) Palatinum ei vnum Brandenburgici electoris deeſſet.

Luſatia

inferior,	ſuperior.
quae ſub Miſnenſi dioeceſi, adeoque archidioeceſi Magdeburgica.	Hanc an. 1461. promiſerat Brandenb. Elect. Georgius, ſi ei ſuffragio ſuo accederet in ambitu Caeſareae dignitatis.

Pleniori igitur iure vtraque Luſatia olim Marchiae Brandeburgicae vindicanda. De quo ſcriptores rer. Luſatic. Hoffmanni teſtantur.

LVSATIA vtraque fuerat Marchiae Brandeburgenſi innexa. Superiorem Ottocarus, Bohemiae rex, 1254. donauit aut reddidit Brandeburgico Marchioni; ſimiliter Marchio obtinuit inferiorem an. 1296. Vtramque autem poſt Woldemarum Bohemi iterum Marchiones ſubduxerunt ſub Iohanne, Bohemiae rege. Titulum tamen retinuerunt boiae ſtirpis marchiones. Inferiorem Luſatiam denuo recepit Fridericus II. an. 1441. ſed a Georgio Podebratio iterum ereptam.

Verba ſunt p. 206. An. 1462. Georgius Podebratius coegit Frid. II. marchionem cedere Luſatia inferiori, quam obtinuerat a Ladislao rege. Garcaeus.

Ex inſtituto *GARCAEVS lib. II. p.* 85. cui addendi ſunt Luſatici ſcriptores iunctim editi, & Carpzouius in deſcriptione Luſatiae ſigillatim. Vt adeo duplex fundamentum eius poſtulati. Vnum marchiae intuitu; alterum Magdeburgici ducatus. Vtriuſque memoriam conſeruari intereſt domus electoralis regiae.

(*) Eſt enim teſtatiſſimum hoc; quod Pomeraniae fines prolati quondam in ipſam Pomerelliam. Sed hoc eſt valde notandum, quod an. 1657. die 4. Ian. inter Poloniae Regem & Electorem Brandenburgicum ſcripti ſint tractatus, in quibus Polonia cedere debuit Pomerellia vniuerſa, Dantiſcana tantummodo vrbe excepta: contra autem Brandenburgica

gens

Quorundam candor hic laudatus: res ipſa luculenter expoſita, fide limitum veteris Pomeraniae.

§. XIII. Super CARNOVIAE ſeu *Iägerndorfenſi*, Sileſiae principatu cum *Regibus* quondam Bohemiae.

Extinctis in Schellenbergiorum *ſtirpe Carnouiae ducibus: iure* vacui *Regibus Boh. acceſſit: ſed eundem Rex Boh. Ludouicus II. an.* 1524. *in Georgium* Onoldinum *contulit: partim* cognationis; *partim bene adminiſtratae* tutelae *ergo. Confirmauit* donationem *breui poſt* 1527. (**) *Ferdinandus I. Mortuo* 1543. Georgio, *parenti filius ſucceſſit*

V 3

gens renunciare debuerat iuribus in Lithuaniam, quaeſitis ex vltimae heredis matrimonio.

Verum ex hoc matrimonio non ſupereſt poſteritas feminea, adeoque requirenda eſſent ſucceſſoria iura a Brunſuicenſibus & aliunde, wohin ſich die deſcendirende Prinzeſſin verheyrathet.

(*) In Friſiam orientalem, qua feudum imperii maſculinum. Fuerat enim expectatiua indulta electori Brandenburgico, ob iniurias, imperii cauſa, paſſas a Suecis 1675. Idque & codicillo Caeſaris & comitiali decreto.

Menſe Maio 1740. ſcriptum accepimus pro iure in Friſiam Poruſſiae regis, cum mandato, ſolches in der Stille hier drucken zu laſſen. Cardines rei ſunt: quod allodiales Friſiae principum heredes putent, feudum eſſe femineum; deinde maximam territorii partem eſſe allodialem. Ex parte imperii contradicunt aliqui ordines; quaſi imperatoris non ſit, indulgere expectatiuas; Neque promiſſum in comitiis generale facere queat ſpeciale Friſiae principatus.

(**) Tob. Pauermeiſter lib. II. c. 9. p. 830. excepto tractu in ducatu TROPAVIENSI & altero in OPOLIENSI, quos a Ludouico rege impetrauit *Georgius*, Marchio Brandeburgenſis: qui regi adoleſcenti tanquam pater adiunctus optime de toto regno meritus fuit. Cuius filii *Georgii Friderici* morte ad illuſtr. AGNATOS BEROLINENSIS LINEAE peruenerunt. Qui & CROSNAM & ZVLICHIAM, olim ducatus *Glogouienſis* partes ante centum & plures annos ex transactione in poſſeſſionem acceperunt. *SCHICKFVS lib. II. c. 39.* von Jägerndorf ex inſtituto.

(***) In *Glogouienſem* ducatum ob pacta ſucceſſoria an. 1472. inita cum Alberto elect. Brandenburgenſi. Tandem Barbara, princeps Brandenburgica, in auxiliis a patre & ſorore acceptis 50000. aureos oblatus pro renuntiatione Glogouienſi conſentit accipere: Sed ſolutum eſſe nihil, fama fert.

ſit Georgius Fridericus. *Sine liberis* 1603. *obeuntem agnatus excepit* Ioach. Frid. elector Brand. qui ducatum Iägerndorfenſem in filium ſecundo genitum transtulit, in Iohannem Georgium. *Is vero a Ferdinando II. proſcriptus ducatuque multatus eſt ; quod Palatini cauſam tueri videretur. Iure tamen repetierunt Carnouiam Brandenburgici: a) quod de* culpae *grauitate Ioh. Georg. admodum dubitarent, b) & ſi concederent hanc,* collateralibus *in ſucceſſione damno eſſe ea tamen non poſſet, c) praeſertim cum* fideicommiſſi *naturam haberet Carnouia. Parum tamen aut nihil auditi ſunt noſtrates: vſque dum poſt tot annorum interualla Caeſar tandem* 1686. Suibuſenſ. circulum *ducatus Glogouienſ. eius loco ipſis concederet. Sed redditus Imperatori* 1695. *hic etiam fuit: controuerſia aliunde compoſita.* (*) (**)

§. XIV. In Lignicensem Sileſiae principatum. (***)

Propter pacta mutuae ſucceſſionis, *quae* 1549. *Vratislauiae* Dux Lignicenſis *Fridericus cum Ioachimo iniit Electore* Brandeburgico. *Sed Ferdinandus Rex pacta reſcidit: & principatus vacui iure* Coronae 1675. *creditus eſt obueniſſe.*

§. XV.

(*) Cum nobilitate equeſtri oberhalb Gebürges, quae voluit iurisdictioni Baruthini principis ſe ſubducere. Summa cum iniuria.

Vindicauimus iura Marchionatus Baruthini in Hallenſium conſilior. tom. II. lib. 2. ſub fin.

(**) Super iure reluendi Herbipolitani epiſcopi vectigalium in Franconia paſſim.

Fuiſſe pridem Onoldinam domum praeſcriptione tutam, oſtendimus conſilio peculiari Hallenſ. tom. II. lib. 2.

(***) Cum enim dux Lignicenſis & Briegenſis cum Brandenburgica domo amicitiam colerent integerrimam, ageretque dux FRIDERICVS II. diu Berolini apud electorem Ioachimum 1540. pepigerunt inuicem pacta mutuae ſucceſſionis 1549. Defendit illa LVCAE in den Schleſiſchen Denckwürdigkeiten part. II. p. 1291. & 1573. confutatque HENELIVM in Sileſiographia p. 69. vbi illa impetit verbis: *Tuetur cauſam exemplo anno 1278. de quo nemo dubitauerit vnquam.*

§. XV. In OPELENSEM & RATIBORENSEM pariter Sileſiae principatus. (*)

Iohannes Opelenſis, *&* *Valentinus* Ratiborenſis *duces*, *cum* Georgio *Brandeburgico-Iägerndorfenſi* 1520. *pacta fecerunt mutuae ſucceſſionis, ab ipſo Bohem. Rege* Ludou. 1524. *confirmata. Sed Ferdinando has acceſſiones Iägerndorfenſium aegre ferente; Georgius* 1531. *ab eodem ſibi perſuaderi paſſus eſt, vt regiones baſce cum* 130000. *fl. commutaret. Q. vtrum agnati conſenſerint? pretium ſolutum?*

§. XVI. Comitatus HOHENSTEINENSIS Halberſtadienſi principatui ſubeſt.

Pignoris iure beneficioque Brandeburgici *Electoris* 1648. *obuenit* Iohanni, *Com. Wittgenſteinenſi, in* Oſnabrug. *pacificatione Legato Electorali. Redemtio eiusdem iure facta. Legatur* Abdruck des Schreibens, betreffend die Einziehung der Graſſchafft Hohenſtein, *Colon.* 1699. *fol.*

§. XVII. Comitatus WERNINGRODANVS Marchiae Brandenburgicae feudum eſt. (**)

Super vſu dominii directi Comes ſe hactenus fruſtra mouit.

§. XVIII. HEREFORDIAE, in Weſtphalia oppido, & *Abbatiſſa* & *ciuitas*, diſtinctis tamen diuerſisque conatibus, iurium libertatumque terminos plus iuſto proferre voluerant 1650.

(*) HENNELIVS in Sileſiographia cap. II. §. 27. p. 176. notis Fibigeri. Vnde conſtat, quod acquiſitio fuerit oneroſa aliquot tonnarum argenti. Suibuſſenſis alienatio minus legitima 1) quia princeps hereditarius ante regimen hoc promiſerat, 2) alienatio fieri nequeat ſecundum Gerauienſia pacta domus, 3) adminiſtrum corruptum fuiſſe, fama eſt, 4) audienda pacta, num concepta ſint in omnes vtriuſque ſexus deſcendentes, 5) quid ſentiendum de ſanctione pragmatica.

(**) Hic comitatus principio Magdeburgico archiepiſcopo feudalis idque ab an. 1381. cum comes eſſet deuictus. Verum an. 1449. iungunt ſe Marchioni Brandeburgico nexu eodem clientelari. Suſcipit illos March. Brandenb. Inde nuntium mittit Magdeburgicus antiſtes dominio directo bona pace. Hinc marchionibus clientelaria iura & ſupremorum regalium vſus hodieque. Effectus 1) Beqnartiren, 2) Collecten, 3) Kirchengebeth, 4) ſtehen unter dem Cammergericht. Bergwercker haben die Fürſten, wann die Graſen nicht bauen wollen.

Sed Electorali iure ſcriptis publicis manifeſte oſtenſo propugnatoquè, vna pars cauſam reliquit, altera ſibi temperat in eadem. Acta publica laudata.

§. XIX. In QVEDLENBVRGENSI ADVOCATIA plura concurrunt.

Habet alia iura Elector, qua Comes Regenſteinenſis : *alia, qua* Halberſtadii *princeps : quibus nouiſſime alia emtionis titulo a* Saxoniae *Elect. acceſſerunt. Plura ſcripta in vtramque partem extant, quae ſingula nos poſſidemus, recenſita inter differendum.* (*)

§. XX. Super REGENSTEINENSI Comitatu in Principatu Halberſtadienſi. (**)

Iob. Eraſmo Tettenbachio 1670. *perfidiae criminis damnato, princeps Halberſtadii Comitatum crimine amiſſum occupauit, Brunſuicenſes poſtulant pagos quosdam, ſiluas, decimas, arcem ipſam Regenſtein; partim vt feuda Brunſuicenſia, partim vt Blanckenburgenſia. Errores eximit ſcriptum* coniectio cauſae ſuper *Comitatum Reinſteinenſem* 1670. 4t.

§. XXI. In TREMONIAM ciuitatem olim Marcanis comitibus ius fuit.

Cranzii fide haec ſcribo; loco, quem etiam laudat Gryphiander.

§. XXII. Veterem STARGARDIAM Marchiae quondam *Brandeb.* paruiſſe, e Pomeraniae annalibus conſtat.

Lites olim ſuper hac vrbe inter Brandeb. *Elect. & Duces* Pomer. *Angeli, Fridebornii fide.* (***) (****)

§. XXIII.

(*) Croſnenſem ducatum Brandenburgenſibus delatum eſſe ob aes alienum, omnes largiuntur Schikfuſius; Curaeus; Hennelius, aliique. Sed illud in dubium vocant; num e corpore Sileſiae ſit ille auulſus. Putant enim, hoc iniuria factum eſſe ideo, quod exemtio ab oneribus Sileſiae fieri non potuerit, ſine ordinum Sileſiae conſenſu; conniuente licet & indulgente Bohemiae rege.

(**) Formulam inueſtiturae habet *SCHOPPIVS theſ. feud. cap. 1. ſect. 9. p. 144.* & alia huc facientia *ſect. 10. obſeru. 1. p. 176. 177.*

(***) De pactitio auſtregarum iure inter Bohemiae regem & Brandenburgicum electorem egit Schrader part. X. iur. feud. ſect. 15. n. 43. p. 435.

(****) Pacta confraternitatis & ſucceſſoria, inita cum rege Succiae, intuitu Pomeraniae, cum euentuali homagio praeſtito

§. XXIII. Elbingensem ciuitatem *pignoris* loco an. 1657. Poloniae Rempubl. Brandeburgico Electori promiſiſſe, conſtat. Verum Suecico praeſidio, *Oliu. pace* facta, ex vrbe educto, promiſſa Poloni feſellerunt. Occupauit autem priſtino hoc iure ſuo munimentum Elector, 1699. quod deinde, ſpe ſolutionis ſibi facta, Polonis reſtituit.

Cauſa haec peregregio ſcripto Germanico propugnata, **die Elbingiſche Streit-Sache betreffend**, *4t.*

§. XXIV. Cauſam *Hobenzolleranam* cum Auſtriacis ſuper Haigerlochia dynaſtia Lib. I. attigimus.

Prolixe de controuerſia Rudingerus. Pregizerianum *inſtitutum hiſtoriae Zolleranae commendatum.* (*) (**) (***)

ſtito Sueciae legatis die 5. Octobr. 1699. intuitu Neomarchiae & Sternbergenſis dynaſtiae.

Q. num caſu ſic eueniente hoc fieri poſſit in electoratu indiuiduo ex neceſſitate legis Aureae Bullae.

(*) Sed in LVNIGO leges pacta, vbi electores Brandeburgici cum *Hobenzolleranis* non ſolum aucta inſtaurarunt: ſed caſu eueniente definiuerunt quaeuis principatus acceſſoria.

(**) Inter marchiones Brandeburgicos & Brunſuicenſes duces olim praecedentiae lites fuiſſe, conſtat. In quibus tamen primos vincere oportuit omni ratione.

GOLDASTVS tom. 3. conſtit. imp. p. 509. Vnde etiam repetit illas *PARTHENIVS litigioſus lib. 1. c. 1. n. 29.* Quod familiae electoralis dignitas proedriam concilieт genti vniuerſae.

(***) In magnum LITHVANIAE ducatum, lege connubiali cum Hedwige.

Ipſe Pufendorfius haec recenſet inter Brandenburgicae domus praetenſiones.

CAPVT IV.

EMINENTIA
Gentis Brandenburgicae; Priuilegia & varii generis praerogatiuae.

§. I.

Facimus hic, quantum poſſumus. Cum enim idoneo ſcriptore careat haſtenus gens potentiſſima: non mirum eſt, pauca literis hic quoque tradita fuiſſe.

§. II. REGALEM dignitatem an. 1701. virtute *Friderici* ſapientis familiae illatam fuiſſe, ſupra memorauimus.

Meruit habuitque conſilium hoc Regum, Principumque in orbe vniuerſo plauſum, (1) *quod* Poruſſia *regio* ſummi *iuris ſit;* (2) *olim haec quoque aluerit* reges; (3) *ſolium regale praepotenti robore adparatuque firmaret tanta maximorum Germaniae principatuum copia ac multitudo;* (4) *virtus denique conditoris regnum mereri videretur.* (*) (**) (***)

§. III. OMINA praeſenſionesque, fore, vt gens haec ad *regalem* dignitatem eueheretur, habent, quae aduerti merentur.

(1) *Ioachimi I. an.* 1500. *facta diuinatio:* die Geſtirne verheiſſen dem Brandenburgiſchen Adler eine Königes-Krone; (2) *an.* 1100. *Primislaus ſe ſcripſit* Regem Brandeburgicum; (3) *Fridericus Rex conditor, natus* Regiomonti;

(*) Quod ab imperio nobilitateque non agnoſcatur elector, niſi cauſas ei reddiderint honoris requiſiti & obtenti. Addunt enumerantque cauſas 1) natalium, 2) virtutis, 3) opum & diuitiarum. *CVLPISIVS ad Monzamb. c. 5. §. 27. BRVNNEMANN in iure publ. cap. II. §. 4.*

(**) Ius legitimandi exercet elector exemplo Ioach. II. cum effectu extra territorium. *SCHEPLITIVS* teſtatur *part. 4. tit. 12. HERTIVS de ſuperiorit. §. 6. COCCEII* in *iure publ. c. 23. ſect. 1. n. 9.*

(***) Feuda acquirere praeſertim in Pomerania, licet tantum nobilibus.

monti; (4) *vates in cunis vagienti puero cecinit:* Rex Fridericus erit; (5) *annus eius natalis* DELICIVM; (6) *eodem anno natus, quo, nexu feudali ſoluto,* ſummi *iuris Poruſſiam fecit parens;* (7) *vterque ſupremi iuris Princeps erat,* S. Eltern beyde *Souverain.*

§. IV. Dvces Brandenburgicos legimus, qui nunc audiunt *Marchiones.*

In tumulo Geronis *p.* 538. *is titulus bodieque reperitur.* (*)

§. V. Electoratvs & Archicamerarii iura alibi exponuntur, obuia ſatis.

Cur ſceptrum *bodie? Reſp. in argumentum regiminis. Cur vero olim* clauem *praetulerit? An* cubiculi? *an* fiſci *Imp. quae mea opinio; an vero vtriuſque ad eum cura? Hohenzollerani an.* 1512. *qua cauſa Subcamerarii facti?* Wagenſeilii *bic prae aliis induſtria commendata.*

§. VI. In *quatuor* imperii circulis eadem gens ius condirectorii habet.

In ſuperiori Saxonia, qua Elector: *in inferiori, qua Dux* Magdeburgi: *in Weſtphalico, qua Dux* Cliuenſis. *Ita tamen vt in altero cum Duce* Bremenſi: *in tertio cum Iuliacenſi* Palatino *vices mutet. Franconicos conuentus cum Bambergenſibus* ſenior *Franconicae lineae, bodie Barutbanus, dirigit.* (**) (***)

§. VII.

(*) Quod parum eſſet, niſi Caeſarum diplomata & principum Germaniae litterae ſupereſſens, in quibus maiores adpellati ſunt duces Brandeburgenſes.

Vidimus atque enarrauimus illa in *Formula Marchiae Brandeburgicae.* Nouum diploma exhibet reliq. tom. IX. lib. II.

Ita Georgius Ioannes in libello, wie ein Fürſtlich Hauß zu erhalten, Herzog von Brandenburg ſeel. Quod exhibet BESOLDVS lib. 1. diſſert. nomico-politica 5. p. 79.

(**) Illud eſt ſingulare, quod Bambergenſis perpetuo praeſideat in circulo & iure gaudeat priuatiue proponendi argumenta: ſed tamen falſum, ideo noſtros tantummodo eſſe ausſchreibende Fürſten. Nam praecipuum ius in proponendo non negat *condirectorem* in ceteris iuribus marchioni in Franconia.

(***) *Venatores imperii* audiuere olim principes *Rugiae.* Quibus extinctis, idem ius poſtularunt Brandenburgici, obtinueruntque

§. VII. Ius DIRECTORII inter proteſtantes Saxonici ICti tribuerunt Electori Brandeburgico.

Zieglerus & Bechmannus, ſummi in foris Saxoniae viri, ſcribunt; Electorem Saxoniae non alia cauſa hac praerogatiua gaudere, quam quod ſit primarius inter proteſtantes Princeps. Hunc ordinem Brandeburgico Electori quis hodie negauerit, ritibus ſacrorum a Saxoniae D. mutatis? (*)

§. VIII. S. R. I. VICARIOS vna & altera vice egerunt Principes huius Gentis.

Regibus Bohemiae Imperii clauum tenentibus. Et ſane bulla *Sigismundi Imper.* 1418. *notatu digniſſima habet:* **ertheilen Ihm auch volle Gewalt und Macht zu ſchaffen, als der Käyſer ſelber in groſſen und kleinen des Reichs Sachen gemeiniglich und beſonders.** *Dictum de diſtinctione inter* Vicariatum *Imperatoris* abſentis *&* mortui. *Q. annon ille etiam ordinarius?*

§. IX. POLONIAE BOHEMIAEQVE regna, omni iure oblata, ſingulari moderationis exemplo, declinarunt Principes Brandeburgici.

Hiſtoria e pag. 242. *repeti poteſt. Leg. Syluius.*

§. X.

runtque in litteris clientelaribus imperii. Sed contradixere Sueci in an. 1661. Ratio fuerat haec: Quoniam Rugenſis Inſula Suecis eſſet adſignata ſine vlla Brandenburgicae gentis ſpe. Verum inſuper habita proteſtatione continuatum ita eſt in codicillis imperialibus deinceps ad hodiernam vſque diem.

Quid enim prohibet, quo minus duos habeat ſtatuatque Imperator in imperio venatores.

(*) Ceterum curam poſt Taxios & Baarios primus an. 1650. in Germania habuit coluitque Fridericus Guilielmus; non ſolum Berolino in vtramque & orientalem & occidentalem plagas excurrentibus veredariis & equitibus ad perferendum homines resque a Cliuia ad Poruſſiam vſque ſpatio CC. milliarium, Germanicae menſurae (a): ſed etiam in Saxonia & Miſnia ab an. 1658. ad an. 1692. Quo tempore ipſi Saxones celerum curam ordinarunt. L. B. de Hoym diribitore, noſtrique ex Saxonicis & Miſnenſibus prouinciis fuere excluſi (b); Cum iniuria quidem ob pacta 30. annorum vſu corroborata.

(a) De quo in *miſcell. tom.* 1. *lib.* 2. *opuſculo* 5.

(b) De quo in Hallenſibus diurnis 1732. num. 45.

§. X. Ipſam Caesaream dignitatem pacis publicae ergo 1345. arduo competitori magno excelſoque animo reliquit eiusdem gentis princeps.

Pag. 242. hac de re ſcripſimus, & plura reſtant, non e domeſticis, ſed communibus rerum Germanicarum ſcriptoribus eruenda.

§. XI. Friderici nomen huic genti fauſtum prae ceteris fortunatumque fuit.

Omina incrementorum auſpicia ſub Fridericis *facta eſſe, facile ad enumerandum eſt. De Burggrauiatu p.* 234. *de Franconiae ducatu, de Electoratu, p.* 243. *& ſeq. de regali faſtigio p.* 261. *conſulantur, ſingulis biſce per Fridericos genti illatis.*

§. XII. Sola virtvte; non fortunae, non violentiae aliquo impetu gentem hanc in tanta augmenta effloruiſſe, peregrinis ſcriptoribus teſtatum eſt.

Vix inuenias familiam in vniuerſa Germania, vbi tot maximarum virtutum ab aliquot tantum ſeculis nomina Achillis; Neſtoris; Oris Imperii Romani; Hectoris; Vlyſſis; Ciceronis; Magni, *item ac* Sapientis *non priuatis aſſentatorum; ſed publicis Caeſarum, Regum, Pontificumque elogiis celebrantur.*

§. XIII. Burggrauiis Norimbergenſibus Dvcis Franconiae titulum publica documentorum fide datum eſſe, reperio.

De iuſtitia elogii & contentione cum Würzburgenſi Epiſcopo curſim dictum. (*)

§. XIV.

(*) De quo plene in praefat. ad ſcript. Würzburg. §. 18. vbi dictum: quod 1459. hoc titulo vſus ſit Albertus Achilles; dubium qua cauſa? Num Papa Pius II. Mantuae eius auctor honoris gratia, ob auxilia aduerſus Turcas praeſtita. Leonh. de *Paubolz* in contin. Andr. Presbyt. p. 65. *Hoepingk* de inſignib. part. 1. c. 6. §. 3. *Speidelius* voc. Würzburg; *Limn.* tom. I. contin. add. lib. 3. c. 3. n. 10.

Ceterum licet epiſcopus Gunradus Thungen an. 1521. conſecutus ſit titulum ducis Franconiae a Carolo V. proteſtatio tamen facta in comitiis von Maynß, Bamberg, Sachſen, Brandenburg, Henneberg, quod nullum eius, niſi commentitium fundamentum Pipini Largitoris, und wird ſolcher Titel von Brandenburg nicht gegeben.

Cauſa

§. XIV. *Hamburgenſem* & *Luneburgenſem* quondam ciuitates in TVTELA der Schutz-Gerechtigkeit Electoris Brandeburg. fuiſſe, ſcriptis traditum accepi.

An temporaria, an perpetua fuerit? non definio.

§. XV. Vexilliferos S. R. I. A. 1461. egiſſe Marchiones Brandeb. in Auſtriacis annalibus lego.

Annon & ipſi in contentionis ſocietatem über der Reichs-Fahne *venire poſſint? aliorum iudiciis relinquo.*

§. XVI. Iure INDIGENATVS in *regno Poloniae* gaudent.

Momenta cauſae huius apud Pufendorfium occurrunt. (*)

§. XVII. EXPECTATIVAS in *Mecklenburgicum; Holſatiae* (**); *Brunſuicenſem* ac *Luneburgicum* ducatus (***); principatus deinde *Anhaltinum* & *Friſiae* (****) Orientalis; & *Limburgenſem* denique Comitatum habent; Caeſareorum diplomatum fide.

In his aliqui principes cum Brandenburgicis etiam pacta ſucceſſionis *fecerunt, vt manifeſta iura duplici vinculo ſtrictius connecterentur. Q. de conatu* Fridlandi *in Mecklenburgicis.*

§. XVIII.

Cauſae ſingulares etiam hae: quod Burggrauii heredes fuerint ducatus Meranenſis ober- und unterhalb Gebürges. Quod docui in Hallenſium ICt. conſil. tom. II. lib. 2.

(*) Iura indigenatus habent Poruſſi in Gallia. Occaſionem leges de iure albinagii, in 8.

(**) An. 1517. Maximilianus I. conceſſit Ioachimo I. expectatiuam idque ex cauſis diuerſis, 1) ad petitionem Dan. R. cuius filiam duxerat 2) ex poteſtate libera Imperatoris, tum nondum adſtricti ad conſenſum impetrandum electorum aut imperii ordinum. Hinc fruſtra vrgeri ſolet conſenſus ex lege poſteriori neceſſarius.

(***) Idque iure optimo. Nam 1574. expectatiuam acceperunt in Grubenhagenſem principatum; hic cum an. 1596. extinctus eſſet; bona pace Brunſuicenſium factum eſt, vt reſignaret expectatiuam Grubenhagen contra obtineret nouam expectatiuam in Brunſuic. & Luneburg. vniuerſos.

Interim Sax. Elect. Ioh. Georg. in bello tricennali accepit eandem expectatiuam a Ferd. II. & III. ſed proteſtati ſunt Brandenburgici. Vnde acceperunt ab Imperatore Leopoldo decretum ſaluatorium de non praeiudicando.

(****) Laudatur hanc in rem Nordiſches Accord-Buch in bibliotheca Berolinenſi.

§. XVIII. Libera de quibusque *ditionibus* ſuis DISPONENDI; permutandi; transferendi IVRA ab Imperatoribus acceperunt. (*)

Priuilegium Friderico *Imp. debent. an.* 1476. *conceſſum.*

§. XIX. Ius VECTIGALIVM ita habent, vt noua inſtituere; vetera augere; ac permutare poſſint, absque vllius hominis interceſſu. (**)

Eidem

(*) Ita LIMNAEVS in addit. ad lib. V. c. 7. n. 137. p. 946. Das Hauß Brandenburg hat ein priuilegium von Kayſer Friderico V. an. 1473. erhalten, daß die Chur- und Fürſten dieſes Hauſes eine freye Hand haben ſollen, von Ihren Lehen, Schlöſſern und Städten zu diſponiren, und ſolche einander zu übergeben. Idem SPRENGER in lucerna cap. 2. p. 108. Brandenburgica domus immunitatem obtinuit ex Frid. IV. conceſſione de feudis ſuis tanquam de allodio diſponendi. Idem ITTER de feud. imp. p. 984. Idem CRVGER de Nouemuiratu part. gen. diſcurſ. 2. §. 5. p. 56. idque ex priuilegio Friderici an. 1476. vti ipſe exiſtimat. Idem LYNKER de libertat. Stat. ſect. 3. memb. 2. §. 5. p. 79. qui tamen putat, priuilegium obtentum eſſe an. 1473. vti Limnaeus. Idem LVDOLF de primogenit. part. ſpec. §. 13. n. 7. p. 107. Qui tamen fruſtra citat in contrarium *BRVNNEMANN. conſ. 1. n. 132.* quoniam iſte reſpicit ad regulas ordinarias. Neque SCHOPIVS cap. 2. ſect. 10. p. 420. huc facit, qui tantum agit de pacti ſucceſſorii confirmatione.

(**) Recitant illud laudantque *SCHEPLIZ part. 4. tit. 5. §. 3. SPRENGER in Lucerna c. 2. p. 108. CRVGER part. ſpec. membr. 2. diſc. 8. p. 281.* Neque eſt, quod illud ex LL. impetatur. Nam 1) eſt priuilegium, 2) ante huic principi conceſſum, quam in capitul. Caroli V. art. 18. hoc genus priuilegii fuit ad conſenſum principum, electorum adſtrictum; 3) Brandeburgicis cum Auſtriaca domo commune; 4) magis conſeruatio priſtini iuris, quam noui collatio.

Verum contra ſe mouerunt in Franconia ſtatus vicini, & ex cauſis ſequentibus 1) Fridericum IV. hoc indulſiſſe an. 1456. facilitate parum legitima. Reſp. repugnare formulam *cum conſenſu* principum & procerum, deinde, confirmaſſe Maxim. I. an. 1518. orig. in archiu. 2) reſpici tantum Franconiae principatum. Reſp. Electores eo tempore reſpexiſſe ad marchiam; 3) formulam inuſitatam: auf alle zukünfftig regierende Lande Pommern, Cleve. Reſp. vbi pacta prouincialia aliud velint, exceptum eſſe de iure tertii. 4) Eſſe priuilegium hoc enorme. Reſp. Brandeburgicos electores lineae Anhaltinae & Bohemicae

Eidem Auſtriaco Imperatori 1456. *hoc acceptum ferunt. Qua tamen libertate tanta moderatione vſi ſunt, vt de vectigalium nulla nimietate conqueri liceat.*

§. XX. MOLENDINA pro lubitu inſtituere in fluuiis quibuscunque poſſunt.

Q. an hoc inter priuilegia principis S. R. I. hodienum numerari poſſit? Illuſtriſſimi Domini de Rhez *merita in his congerendis commendata.*

§. XXI. Ius PRIMARIARVM PRECVM in ſuis regionibus exercet. (*)

An Inſtr. Oſnabr. Artic. V. §. 18. *locus? N. Fundamentum rationis in* Scheplizio. *De analogis iuribus*, annatarum; *menſium* Papalium *aliisque dictum.*

§. XXII. Ordinis IOHANNITICI in Marchiae, Saxoniae, Vandaliae, & Pomeraniae commendis ſupremus dominus ac patronus eſt Marchio Brandeburgicus.

An huius olim etiam iuris fundamentum? Artic. XI. §. 14. Inſtr. Pac. Oſn. *notiſſimus.* Magiſtrum *Ordinis, beneficio Poruſſiae Regis hoc tempore frater eius* Albertus *Frid. agit.* Becmanni, *viri in vario literarum genere excellentis, liber commendatus* vom Johanniter-Orden.

§. XXIII. Analogi aliquid iuris *Wildfangiatus* mancipiorum Slauonicorum *Marchiones Brandeb.* habere, memini, me legiſſe.

Dictum

hemicae telonia ſuo arbitratu conſtituiſſe, & electores etiam Aurea Bulla ideo ſecuros. Ceterum Max. Carol. V. aliique ſingularia priuilegia indulſerunt in dem Wein-Zoll, Getraide-Zoll, marchiae.

(*) De *primariis precibus* in *marchia Brandeburgica* dubitat nemo, quod illius *epiſcopatus* ſint prouinciales. Sed quid in *Magdeburgico* & aliis epiſcopatibus, regi ſubiectis? Contendunt hic cum *Imperatore* & *Vicariis imperii.* Primo apponunt, quod hi epiſcopatus verſi ſint in ducatus & principatus ſeculares; adeoque vti in marchia; ſic etiam ibi hoc ius regi accreuerit. Nam territorialis iuriſdictio fruſtra adlegatur; cum hoc ius ei non ſit annexum. *Vicariis* autem primarias preces & ipſe Imperator negat; neque ante tempora Leopoldi quicquam de illis eſt auditum. Quod locus Aureae Bullae ſit intelligendus de iure patronatus eccleſiaſtici in vacantibus beneficiis, ex inſtituto legi poteſt *CORTREIVS* ad *concordata vol. 1.* & opuſculum de *precibus primariis* exemplis codicillorum ſubiectis paſſim.

Dictum de cauſis huius priuilegii ; de natura item der Slaviſch- und Wendiſchen Leibeigenſchafft.

§. XXIV. Inter QVATVOR COMITES der Vier Grafen des H. R. Reichs *Cliuenſes* olim fuiſſe ſcribunt.

De veritate hiſtoriae ; Fritſchii & Eybenii *argumenta expenſa.*

§. XXV. Vectigalia Rhenana, den Rhein-Zoll, antiquiſſimo Rudolfi Imperatoris priuilegio habent Cliuenſes.

Eo quoque tempore libera noſtris haec iura fuerunt ; cum Imperatores ſibi hanc Spartam vindicarent. (*) (**)

§. XXVI. Quatuor ACADEMIAS magnis ſumtibus alit Rex Poruſſiae, (1) FRIDERICIANAM Halae d. 1. Iulii 1694. (2) DVISBVRGENSEM 1655. d. 14. Octobr. (3) KOENIGSBERGENSEM 1544. d. 7. Aug. (4) FRANCOFVRTANAM 1506. d. 27. April. liberaliſſimis conditoribus inſtitutas.

Dictum de ſingulis. Inprimis de Pontificio diplomate 1530. *Halenſi dato : item de Cliuenſium priuilegio a Pio Papa* 1562. *& Maximil. II. Imp.* 1566. *de Academia pro arbitratu condenda.*

§. XXVII. PRIVILEGIA contra omnia alia PRIVILEGIA *Fridericus* Imp. 1453. conceſſit Burggrauiis. (***)

Locus diplomatis laudatus , & res ipſa expoſita.

§. XXVIII.

(*) A telonio Lauenburgico, an. 1653. inſtituto, immunes ſunt Brandeburgici electoris adminiſtri & officiales.

Teſte *CRVGERO in Septemuir. part. ſpec. membr. 2. diſc. 8. §. 4.*

Anno enim 1653. in has leges conuenit dux Saxo-Lauenburgicus cum Brandeburgico electore, daß die Zoll Erhöhung auf der Elbe zu Lauenburg, Ertlenburg und Eißlingen Sr. Chur-Fürſtl. Gnaden zu Brandenburg Güter, Dero Räthe, Unterthanen, Diener und Zugenannte mit ihrer Haab, Waaren und Gütern, wie die Nahmen haben mögen, durchaus exemt und in keinerley Weiſe beſchwehret ſeyn.

(**) A ſtapula Hamburgenſi priuilegio Maxim. I. an. 1518. die 7. Septembr. elector cum ſubditis frey in die See zu ſchiffen, ohne die Waaren auszuladen, und den Hamburgern anzubieten. Confirmarunt idem omnes imperatores & nouiſſime Leopoldus 1661.

(***) Confirmauit Carolus V. & nouiſſime Leopoldus 1661.

§. XXVIII. Iudicium PROVINCIALE, das Käyſerliche Land-Gericht, quod *Onoldi* etiamnunc celebratur, magnae auctoritatis & ampliſſimae iurisdictionis eſt.

De Origine eius. An pars Burggrauiatus ſit? Inſignia eius priuilegia Friderici V. Imperatoris, quae edidit Boeclerus.

§. XXIX. Pacta MVTVAE SVCCESSIONIS cum *Haſſiae* Landgrauiis, & *Saxoniae* Ducibus & Electoribus facta Principibus *Brandeburgicis.* (*) (**)

Mit gnädigſtem *Conſens* und Bekräfftigung der Römiſchen Käyſer und Könige, *vt verba habent diplomatis Naumburgici* 1614. *QQ. quae proportio ſit?* In Haſſiacis duas *tertias Saxoni;* vnam *Brandeb. in* Saxonicis duas *Haſſo;* vnam *Br.* Lymnei *querela. Origo & hiſtoria pactorum tradita a* Carpzouio; Ehrenbergio; Rittero; Schiltero, *aliis.* (***)

§. XXX.

(*) Pollicitus ſum marchioni Baruthiono an. 1731. opuſculum: de iure clauſi territorii Noribergenſis Burggrauiatus principatuum (†). Primas lineas duxi in reſponſo iuris pro landſaſſiatu nobilitatis auf dem Gebürge, fruſtra vrgentis iurium cum S. R. I. immediata nobilitate corpus (††).

(†) Interprete conſiliario intimo de Lauterbach, cum mihi aureum nummum nomine principis ſui obtuliſſet, ſpe facta praemii maioris.

(††) Nomine ordinis ICtorum 1731. opuſculum abſoluit ſchedas centum.

(**) Priuilegium, Erbämter in Pommern und Dero Landen pro lubitu zu ſetzen, an. 1661. largitore Leopoldo.

Hinc facile intelligitur, quod hoc neque ex iure comitum, neque principum fluxerit.

(***) Intuitu Cliuiae eſt, ex indulgentia papae Eugenii IV. an. 1444. papa in ſuo territorio, (1) in illis, quae ordinis ſunt, aduocato vicario epiſcopo, einen Weihbiſchoff; (2) qui exerceat ſua iura duce iubente (3).

(1) Diplomate & bulla papali confirmatum, qua eccleſiae Cliuenſes Colonienſi & Monaſterienſi diœceſi ſunt exemtae, atque diœceſana poteſtas delata duci, exceptis tantum iis, quae ſunt ordinis. Exhibet libellos ipſos LEIBNITIVS in *cod. iuris gent.* vol. II. p. 168. num. 34.

(2) Mandatur enim in bulla TRAIECTENSI epiſcopo, dem Herzog einen Weihbiſchoff zu ſenden, qui iuſſu ducis expediat ea, quae ordinis & ſacerdotii.

(3) Imo

§. XXX. Feſtiuos etiam ORDINES inſtituerunt, partem adhucdum colunt huius gentis principes.

(1) *Celebris, qui in Heliae Grallii, de quo ſupra dictum, quod is* cygnum *inſigne habuerit, inſtitutus eſt* der Schwanen-Orden, *quem deſcribit* Fauinus. (2) *A.* 1393. *Adolphus*, Cliuiae *Comes, ſtirpis Markanae*, duorum *ſimul auctor fuit:* ciuilis *vnius, quem cultoribus equeſtris certaminis* den Roßkampf *inſcripſit; alterius* ſacri, Roſea cruce *a ſociis in collo appenſa;* (3) *Friderico Burggrauio* 1460. *tribuitur inſtitutio* des Kettenträger-Ordens *S. Mariae;* (4) *Beatrici, Friderici Burggr. filiae, vxori* Alberti *Auſtriaci, ſocietas cum* trica *debetur* die Zopffgeſellſchafft 1380. *in* Auſtriacis, *ſupra nobis memorata;* (5) *Noſtrae aetatis R. plurium conditor eſt: An.* 1692. amicitiae *cum Saxoniae Electore ſacrum coluit: vbi iunctis manibus verba adſcripta;* ſincere amitié; (6) *Celſi ac generoſi animi cultores hoc vinculo ſociauit* la Generoſité; (7) *in regali inauguratione a noui regni conditore nouus Ordo inſtitutus* 1701. *d.* 17. *Ian. Inſignia eius* (1) *crux aurea, encauſtico opere, coeruleo colore diſtincta, in cuius centro nomen conditoris duabus literis F. R. ſignatur; in angulis extremis aquila Poruſſica.* (2) *faſcia, orangei coloris, vnde a ſiniſtro humero ad dextram pectoris crux, deſcripta, propendebat.* (3) *praeterea ſtellam, togae adſutam, in ſiniſtra pectoris gerunt: in cuius centro aquila Poruſſica, ſceptro & pomo inſtructa; in capite ſymbolum conditoris legitur:* SVVM CVIQVE. Nomen vom ſchwartzen oder dem Preuſſiſchen Adler.

§. XXXI. Pacta VNIONIS ſucceſſionisque *Geraienſia*, an. 1603. condita, genti huic obſeruantur. (*)

X 2 *De*

(3) Imo 1445. abſoluit papa omnes eccleſias a nexu epiſcoporum Colonienſis & Monaſterienſis. Cauſa fuerat, quoniam hi epiſcopi iunxerant ſe FELICI papae, & concilio Baſileenſi contra hunc Eugenium IV. alii ſtuduerant *neutralitati*, id eſt, neutri papae adducti.

(*) Licet igitur Fridericus Wilhelmus M. teſtamento ſuis filiis etiam poſtea natis prouincias adſignauerit, & teſtamentum obtulerit imperatori: poſt mortem tamen eius facile agnouerunt fratres electoris Frid. III. fieri id per iura pactitia domus nullo modo potuiſſe. Ideo nuntium miſerunt iuri teſtamentario, & ipſe Imperator Leopoldus conſenſit transactioni fraternae, atque teſtamentum electori reddidit.

De iure primogeniturae, idoneo vere remedio familiam extollendi. (*)

§. XXXII. Vota in vtroque S. R. I. Ordinum collegio *ſeptem* habent: plura habituri, ſi omnia in expedito poſita eſſent.

Recenſiti principatus, quorum cauſa haec facultas noſtris toties *competit. Quid conuentum de Pomerania. Cliuiae quis hic locus?*

§. XXXIII. Princeps Halberſtadii etiam Cliuiae ducatus inter deputatos ordinarios eſt S. R. I.

Laudatus Fritſchii *tractatus de deputatione Imperii.*

§. XXXIV. Priuilegium de non adpellando (**) in iure publico explicatur.

Quoniam

(*) Intuitu apanagii; vidualitii; & dotis varie mutatum. Nam cauſa mutationis fuerat: quoniam ex diuerſis prouinciis etiam diuerſa requirebant horum iura. Sed regeſſere electores, fieri hoc non poſſe; ſed tamen aliqua incrementa ſe indulturum eſſe.

(**) An. 1568. Rudolf. II. imperator priuilegium de non adpellando confirmauit Iohanni Georgio electori, quod diploma exhibet *Ioh. Theobald. SCHOENWETTER* p. 533. ſqq. vbi quam plurima occurrunt notatu digniſſima. Principio habetur in eodem 1) quod nullo vnquam tempore adpellationes luſitatae fuerint a ſententiis per Brandeburgicos duces latis; 2) ipſi vaſalli landſaſſii iuramenti formula ſe obſtringant electoribus, ne alium iudicem quaerant praeter dominum ſuum electorem, daß ſie ihre Lehen nirgends anderswo verrichten wollten; 3) A. B. tit. 11. ſemper in vigore fuerit penes Brandeburgicos; 4) Brandeb. elector iudicia inferiora alat quam plurima Land- Hof- und Quartal-Gerichte, a quibus ad ſuperius das Cammer-Gericht, atque inde iterum ad ipſum primum den geheimen Rath queant adpellare. Imo in vltima adpellatione hac non elector aut eius miniſtri ipſi decidant, verum transmiſſionem facere ſoleant actorum vel ad academiam Viadrinam, vel etiam ad extraneam; 5) in hoc iure Brandeburgicos etiam diplomate iunxerit Carolus V. an. 1555. ad extremum; 6) non ſolum factam adpellationem irritam facit imperator, verum etiam in transgreſſores ſtatuit poenam 100. marcarum auri, als lieb ihr jeden ſey, Unſer und des Reichs ſchwehre Ungnad, und darzu eine Poen von hundert Marck löthiges Goldes zu vermeiden, die ein jeder, ſo offt er dawider handelt, halb in Unſer und des Reichs Cammer, und den andern halben Theil dem Churfür-

ſten

Quoniam cum ceteris Electoribus eis commune eſt, ſed qui differat; explicatum. In Heigii *&* Beſoldi *errores aduertit* Carpzouius.

§. XXXV. Fidei ac tutelae Marchionum Brand. Imperator ſubiecit die Zunfft und Geſellſchafft aller Keßler.
Cum Electore Palatino ſimile priuilegium ab Imperatore Rudolfo II. 1582. *per* orientales *plagas vniuerſae Germaniae.*

§. XXXVI. Sub nulla vnquam TVTELA fuerunt Marchiones Brandeburgici.
Quin potius ſingulare in Ioachimo I. *p.* 252. *& ſeq. & in* Iohanne Georgio *p.* 256. *& ſeq. exemplum babuimus, qui & filio, & nepote, & pronepote ſuperſtitibus, vixit. Benefici Numinis vox: vt ſis longaeuus ſuper terram.*(*)(**)(***)

X 3 §. XXXVII.

ſten zu Brandenburg verfallen ſeyn ſolle, zu bezahlen. Gegeben in Unſerm Schloß zu Prag 1568. den 14. Iulii. Errant igitur toto coelo, qui perhibent, priuilegium, noua anaſtaſi, ideo erogatum fuiſſe, quoniam Brandenburgici Carolinum amiſerint nonuſu.

(*) Nam Ioan. Georg. n. 1525. † 1598.
Ioachim. Frid. n. 1546. † 1608.
Ioan. Sigiſmund. n. 1572. † 1619.
Georg. Wilhelm. n. 1595. † 1640.
In Hallenſibus diurnis 1740. num. 23. p. 365. eius fortunae mentio eſt facta ſingularis. Quod nunquam gens Brandeburgica ſubfuerit tutoribus. Narrat Zwanzig an. 1704. menſe Aug. decreuiſſe Fridericum I. Regem, vt an. 16. principes Poruſſiae ſint maiorennes, idque ſub eius aetatis ingreſſum, da der Churfürſt Frid. Wilh. in ſein 16. Jahr 1704. gegangen, an ſeinem Geburts-Tag.

(**) Eſt hoc admodum ſingulare, quod Ioach. I. electoratum ſuſceperit XVI. aetatis anno (a). Deinde iudicium Moguntini electoris fuerit: electoratus quidem regi poſſe eo anno: ſed ius ſuffragii ſuſpendendum ad 18. aetatis annum (b).
(a) Supra mentio eius aetatis facta.
(b) Agnatus in Franconia declinauit legitimam tutelam ideo, quod parum intereſſet ſpatii inter annum 16. & 18. ſed elector Moguntinus interpretem egit Aureae Bullae ſingularem; quaſi *tit. VII.* principes electorales ſuccedere, & regere quidem poſſet vti reliquas prouincias; ſic etiam electoratum: ſed prohibeatur tamen, in eligendo Caeſare exercere ſuffragium.

(***) Fridericum Wilhelmum dicunt aluiſſe militem 30000. Fridericum I. 40000. milites; Fridericum Wilhelmum 80000.

§. XXXVII. A Caeſare facultatem quoque habent, caſtella ac vrbes praedonibus quibusque; ſiue nobiles illi ſint, ſiue etiam principes, per vniuerſam Germaniam eripiendi ſibique vindicandi.

Teſtatur hoc priuilegium, quantam fidem in candore, fortitudine, robore, conſtantiaque principum horum poſuerint Imperatores. Omnes ergo praedatoriae arces, alle Raub-Schlöſſer, *cadunt in eorum poteſtatem.*

§. XXXVIII. Exercitus Brandeburgicos *praeſtantiſſimis* militibus inſtructos eſſe, vniuerſae Europae conſtat.

Conringii *aduerſio eſt, Elect. Brand. illis regionibus dominari, quae optimos vniuerſae Germaniae milites alant. Weſtphaliam ſcilicet; Pomeraniam; Marchiamque vult.*

§. XXXIX. Iure *praecipui* id etiam in Elect. Brand. peregrini celebrant, quod vno tempore *nouem* S. R. I. Principes adminiſtros ſuos habuerit Fridericus Wilhelmus.

Celſiſſimis Holſatiae, Saxoniae, Haſſiae, Anhalti, Croiae, Naſſauiaeque ſtirpibus fuerant oriundi.

§. XL. *Maritimum* in orbe alieno commercium inter omnes Germaniae principes *ſolus* An. 1681. inſtituit colitque hodienum Elector Brandeburgicus. (*)

In

80000. Multitudinem incolarum aeſtimant ex matricula mortuorum an. 1699.
Geſtorben 44801. gebohren 65398.

(*) Hiſtoriam expeditionis recenſet Benedictus de *Pratis* in diſceptatione forenſi de ſtellionibus maritimis 1690. 8. Amſt. quod additum Feltmanno de acceſſionibus memorabilibus: Cauſa mouens tamen erat I.) quod Wallenſtein auctor fuerit Imperatori ad dominium maris Baltici adſerendum; 2) titulum ſibi tribuentium Kayſerl. Reichs-Admirals. II.) Suecorum depulſio ex Pomerania & ſpes retinendi Stettin, Rügen &c. III.) Hiſpanorum debita an 18. Tonnen Goldes. Inde princeps de Ruik miſſus eſt in Hiſpaniam, ſed parum profecit, als daß er auf die Silber-Flotte Adſignation erhalten, die aber nicht reſpectiret worden. Inde elector 1680. rüſtet aus 80. Fregatten und 1. Brander, nimmt vor Oſtende ein Spaniſches Kauffardey-Schiff weg; führet ſolches pace von Dänemarck durch den Sund nach Königsberg; läßt die Waaren verkauffen, daraus etwa 120000. gelöſet worden.

Weil

In Africae oris ad littora Guineae *vno milliari verſus occidentem a promontorio* Capo tros punctas *regionem ab incolis emerunt, vbi* Grot-Frederichsburg *poſtea* 1683. *extructum eſt. Pacta etiam mutuae defenſionis cum barbaris inita,* Accadam, Taccararyam *&* Antam *incolentibus. Ceterum* Emdae *naues noſtrae adpellunt adhuc dum, vbi etiam praeſes* concilii naualis, die *Admiralität* des Königes in Preuſſen. *Quod ipſum Friſiae ciuitati cum ob rerum commercia, tum quod in tuto locata ſit, non poteſt non eſſe gratiſſimum.*

X 4 §. XLI.

Weil nun die Fregatten einmal da waren, wurden die von Groeben nach Africa und Guinea geſchicket; Er fande daſelbſten die Schwartzen frey und ohne Schutz: dieſe verhieſſen ihm, ſich unterthänig zu machen in dem Capo tres punctos. Der Churfürſt ſchickte Ingenieurs nach Africa dahin, die legen Friedrichsburg an; die Mohren werden darüber jaloux, und verheeren alles. Der Churfürſt thut eine neue Expedition, und iſt glücklich, noch mehrere Schwartzen zu gewinnen, 1684. 1685. Darauf tretten viele Holländiſche Kauffleute in Compagnie, und Emden nimmt die Churfürſtliche Schiffe und Admiralität ein, theils aus Schutz wider ihren Grafen, theils gute Nahrung zu haben. Der Kayſer cediret ihme 1686. die Liechtenſteiniſche Forderung an Eſſen und Wittem. Idque doloſe, weil ſie wohl vorſahen, daß es Liechtenſteiniſches Fideicommiſs war. Der proiectirte Character als Reichs-Admiral macht Auſſehen. Inde plures diſſuadent nauigationem, die gar durch die Compagnie auch nach America angeleget war. Rationes 1) weil die Pommeriſche Lande wieder an Schweden abgegeben; 2) die Liechtenſteiniſche Forderung wegfiele; 3) die Emder ſich mit ihrem Grafen ſetzten; 4) der Kayſerliche Hof daraus ein Geſpötte machte; 5) die Compagnie, da der Churfürſt Director und Participante war, in Schulden geriethe; 6) der Churfürſt ſturbe, und der neue Churfürſt 1689. die Unmöglichkeit und mächtigen Schaden ſahe, da die Marin-Caſſen und Preuſſiſche Zölle zum Schaden nicht zureichten: ſo wurde 1690. die Compagnie auseinander geſetzet, und bliebe nur die Admiralität in Emden. (†)

(†) Priuilegium de alienandis regionibus Marchiones Brandeburgicos ſine Caeſaris quidem conſenſu a Friderico V. an. 1471. accepiſſe, ſcribit Schoppius (a): Verum in Ratisponenſibus pactis ipſi marchiones ſtatuerunt, quod nequeat alienari ſiue vendi aliquid zur nothat, nothatlich, irreuocabiliter (b); deinde quod ceteroquin in obligationibus & ſucceſſore

§. XLI. A vectigalibus in vniuerſa *Boioaria* Marchiae *Brand.* incolas prorſus immunes redditos fuiſſe, accepi.

Ratio huius priuilegii & occaſio. Similes caſus notati Goslariae, vrbis maximae, cuius ciues ab his oneribus per vniuerſam Germaniam liberati eſſe, exiſtimantur. Differentia inter ea, quae Imperator *quondam, & quae dominus conceſſit* territorialis.

§. XLII. Aduerſio eſt exterorum, *Brandeburgici* electoris magna inter principes orbis *auctoritate* a dimidio ſeculo effectum eſſe, vt nunc demum ipſo opere *Electoralis* dignitas cum *regali* prorſus atque omnino contendi queat.

Exemplis hoc illuſtratum. (1) Frater is *a regibus dictus*, (2) *ab iisdem* Serenitatis *voce*, (3) *imo a Moſcouiae & Perſiae Monarchis nomine etiam* maieſtatis *coboneſtatus*, (4) *Legatos primi ordinis accepit miſitque*, (5) *quorum & in Oliuenſi & Nouiomagenſi ac Riſwicenſi munerum pro arbitratu auxit*, (6) *Liberae orbis Reipublicae in praecedentiae iure remiſerunt;*

ceſſore agnoſcendis debeat iudicium ferri ex aliis nuperis conſuetudinibus (c); poſt in ipſa marchia ſigillatim ordinum prouincialium requiritur conſenſus (d); demum in Franconiae caſus fuere, quibus anteceſſores ad aeris alieni ſolutionem non potuere obligare (e).

(a) In theſ. feud. c. 2. ſect. 10. Vnde LVDOLPH de iure primogen. part. ſpec. §. 13. n. 8.

(b) Ita reſpondimus in conſilio an. 1716. menſe Iulio num. XI.

(c) Idem in conſilio manuſcripto eodem. Verum de his iam ſupra dictum.

(d) Teſte BRVNNEMANNO conſ. 1. n. 132.

(e) Teſte WEHNERO in conſilio Franconico ſingulari. Quorſum forte reſpicit Georgius Ioannes Palatinus in conſilio, wie ein Fürſtlich Hauß zu erhalten, vbi ait: Die Exempel des Hertzogs in Bayern und Hertzogs zu Brandenburg ſel. wären vorhanden, die ihre Lande in viel Tonnen Goldes Schulden geſetzet. Exhibet BESOLDVS in Nomico-politica diſſert. 5. p. 79.

runt ; & quae ſunt generis eiusdem. (*) (**)

§. XLIII. Ceterum pleraque haec genera praerogatiuarum noſtri Principes partim *Auſtriacis* Imperatoribus Rudolfo I. Alberto I. & Friderico V. partim *Bohemicis* Carolo IV. & Sigiſmundo, partim etiam Ludouico *Bauaro* accepta referunt.

Habsburgo-Auſtriacos *eis* conſanguinitas *conciliauit:* Bohemicos *conceſſum Carolo IV. ius in* Caeſaream *dignitatem p.* 242. *ſq.* Bauarum *vero auxilia praeſtita contra aemulum S. R. I. p.* 242. (***) (****) (*****) (******)

(*) Praetenſio wegen des gezogenen Grabens in 5. Weil Wegs, welches Schleſien mit zu gute kommen. Und ob gleich der Kayſer, als König in Böhmen, einen erklecklichen Beytrag mit verheiſſen, und ſolches bey der Schwibußiſchen Ubergab verheiſſen worden: ſo iſt doch bey der Ubergabe Schwibuß nicht mit renunciirt worden, vt adeo certum ſit, quod haec praetenſio duret adhucdum, beſonders da ſchon 1558. und 1575. dergleichen von der Cron Böhmen dem Chur-Hauſe Brandenburg ſtipuliret worden, da Chur-Brandenburg etliche 100000. Rthlr. allein angewendet, den Graben zwiſchen der Spree und Oder zum Stand zu bringen, und auch zum Stand gebracht.

(**) In *Lockum ; Diepena ; Steigerberg* cum domo *Brunſuicenſi* hodieque. Plura edita ſunt eius rei cauſa ſcripta. Hoiae comites praetenderunt: ſed cum hi obtulerint comitatum in feudum Luneburgicis; hi polliciti ſunt Mindenſi epiſcopo, extincta Hoienſi ſtirpe, reſtituere. Quod licet falſum eſſet, fefellerunt promiſſa. Lis in camera imperiali acta, neque tamen compoſita vnquam fuit.

(***) Marchio Brandeburgicus non vltimus elector eo tempore, quo nullus inter electores ordo praecedentiae, niſi ob rationem aetatis. Etiam A. B. definit non extra collegium προεδρίαν. Anno 1359. Mainhardus, marchio Brandeburgicus, ordine praelatus fuit Saxoniae electori. Vti conſtat ex diplomate tom. IV. reliq. lib. V. p. 292.

(****) Expectatiuam in Saxoniae ducatum electoralem.
Tom. II. reliq.

(*****) In ditiones Poloniae regni, imperio clientelares.
Tom. II. reliq.

(******) Ducatus Pomeraniae Brandeburgico marchionatui clientelaris.
Tom. IV. reliq.

CAPVT V.

DESCRIPTIO

politica regionum Regis Poruſſiae.

§. I.

PORVSSORVM REGIS latiſſime patent REGIONES, quae *orientalem* Germaniae plagam cum *occidentali*, vinculo indirupto, continent, & vtramque amice connectunt; ſpatio *ducentorum* milliarium Germanicorum protenſae.

Hinc perſonati Itali *teſtimonium, Electorem Brandeb. vltra* 800. patriae *menſurae milliaria iter facere poſſe, in quo non apud alium, quam ſubditum ſuum, prandium capiat.*

§. II. Cum ergo non una tantum gens *Poruſſiae diadema* veneretur; ſed ſubditi Regis vnius diuerſo coelo incaleſcant: ſeiungendae etiam nobis rationes ſunt, vt ſingulas prouincias, eidem ſceptro parentes, plene deſcribamus.

An ſcite rationes ineant, qui prouincias Poruſſiae R. hac cauſa cum late diſiectis Hiſpaniae regionibus contendunt?

§. III. (1) A PORVSSIA ſeriem hanc auſpicabimur. Diuiditur haec in *orientalem* & *occidentalem*. Illa tantum huius loci eſt.

Sic enim Poloni *cum* Cruciferis *an.* 1466. *poſt diuturna bella pepigerunt, vt* Polonis *Culmenſia; Michalouienſia; Pomerellia; Mariaeburg; Stuma; Chriſtburg; Elbinga; Tolkemita, cum ſex pagis, qui ad arcem Hollandiam pertinebant, concederentur: reliqua omnis* Teutonico *Ordini remaneret, ea tamen lege, vt in clientela eſſet R. Poloniae.* (*)

§. IV. (2) Praepotens regio Poruſſia. Cuius vires plura argumenta produnt.

(1) *Cen-*

(*) Cum tot bonis domanialibus gauiſa ſit Poruſſia, exularunt olim ordinaria tributa. Quia exulauit miles mercenarius. Loco eius fuerat die Land-Miliz, welche der Land-Obriſte zu beſorgen; das Aufgeboth des Adels cum ordinum conſenſu.

(1) *Centum oppida muris clauſa;* 22000. *pagos ac arces olim iam numerarunt;* (2) *octoginta millia militum cruciferos Polonis A.* 1452. *obieciſſe, plerique annales teſtantur;* (3) *incolarum numerus myriades creditur ſuperare. Vnde, altera parte ſubducta, reliqua facile aeſtimari poteſt.*

(3) Potiſſimi Poruſſiae REDITVS ſunt: mel; cera; cinis; piſces; ligna; frumenta varii generis; butyrum; boues, inprimis die Auer-Ochſen, qui non alibi in hoc robore capiuntur. (*)

Haleces *ingenti etiam copia quondam habuit Poruſſia,* einen reichen Heeringsfang. *Sed an.* 1313. *expirarunt hi reditus, fortuna hac aliorſum translata. Dictum de* migratione halecum *a Liuonia in Poruſſiam; inde in Pomeraniam; hinc in Daniam; poſt in Norwegiam; demum in Britanniam, cuius regni incolae permittunt, vt homines alienigenae Belgae his bonis fruantur.* Lacus *numerant* 2037. *vnde piſcium varia genera.* Apum *examina in ſiluis alunt. De* alce *in Poruſſia Ioh. Wigandus in hiſtoria alcis; vt cetera animalia, vrſos, lupos, marten, multaque alia taceam, quae in aliis etiam locis reperiuntur. Commerciorum porro magnus vſus, inprimis* der reiche Kornhandel, *Regiomonti ex vniuerſa fere Polonia.* (**) (***) (****)

(4) Pre-

(*) Praeſtantiſſimi etiam hic educuntur equi, und hat Preuſſen 14. Stuttereyen, welche Königl. Majeſt. Frid. Wilh. an. 1735. in eine gezogen; Sollen aber einen zimlichen Abfall deßwegen leiden.

(**) Poruſſiae incolae gaudent iure indigenatus in Polonia & in Gallia (a): neque tamen ideo vel Polonis, vel Gallis ille indulgetur in Poruſſia (b).

(a) De quo ſingularia plura in opuſculo: de iure Albinagii.

(b) Eo maioris fieri debet hoc ius indigenatus: quod nulli officiales ibi locum habeant, niſi indigenae & ſi officiis adhibeantur, ante illis indigenatus indulgendus eſt.

(***) Regni officiales primarum quatuor,
1) Land-Hofmeiſter.
2) Ober-Burggraf.
3) Der Cantzler.
4) Der Ober-Marſchall.

(****) Solennes etiam in Poruſſiae regno ſunt conuentus prouin-

(4) Pretioſiſſimus SVCCINI theſaurus eſt, qui monopolium Regi dat in vniuerſo orbe.

Rationes Phyſicae habitae des Agt = oder Bernſteins, *an ab Aeſtis, Poruſſiae populo, nomen? Effoditur atque in maritimo littore colligitur inter* Billauium & Fiſchuſium. *Quare Romanis ſuccinum adeo in deliciis fuerit, vt ob hanc ſolam cauſam cum incolis harum regionum commercia inſtituerint. Haec omnium ſententia, quod ſuccinum in Poruſſia prae cunctis aliis regionibus praeſtet. Scriptores laudati Wigandus; Concius; Thilo; Goebelvis; & nouiſſime Hartmannus.* (*) (**)

(5) SALE ac VINO caret Poruſſia. Sed vtrumque abunde ex aliis regnis aduehitur, vt parui conſtet.

Sal e Polonia ipſaque Hiſpania: vinum ex Gallia maxime; quamuis neque alia nobiliora Poruſſis deſint.

(6) INCOLARVM quondam mores auſteri admodum, animi feroces & imperii cuiusuis impatientes; Sed migrarunt fere haec vitia cum religione. Tot etiam Germanis cum ordine crucifero in Poruſſiam migrantibus: eorum fere naturam induerunt, vt ciues eius nihil fere ab illis differre videantur.

De plebe in pagis alia ratio eſt, quae noſtram culturam neque dum admiſit. Priſtina arma fuſtes *fuerunt; nullus ferri vſus.* Pedites *egregios habuit Poruſſia; ſecus in vicina Polonia. Ceterum plerique Poruſſi hodie* ſagaces *ac* ſolertes *ſunt: qua laude multas gentes alias ſuperant.* (***)

7) LE-

prouinciales, die Land = oder Reichs = Tage (a): nouiſſime confirmati a Rege Friderico II. 1740.

(a) Problema eſſe ſolet: num expediat haec comitia indici. Qui negant; putant, impenſis eſſe parcendum. Contra affirmantium rationes ſunt; intereſſe regni, vt eius libertas & priuilegia conſeruentur, niſi re ipſa, memoria tamen.

(*) Iura domanialia in Poruſſiae regno ampliſſima ſunt. Abſoluere olim dicebantur V. tonnas imperialium thalerorum (a).

(a) Nam ſigillatim duces proſpexerunt prohibitione alienandi bona, ſemel duci adſignata.

(**) Inter Poruſſiae ordines nulla inter nobiles, barones ac dominos differentia. Quia eodem in comitiis loco & iure habentur.

(***) Auſtregis locus, ſi lis ſit inter electorem & ordines; hoc

quidem

(7) Leges in Poruſſia variae fuerunt: iura autem *Magdeburgica* tenuerunt principatum.

Haec iura, das Magdeburgiſche Weichbild, *ex eo ſtatim tempore accepit Poruſſia*, *ex quo Chriſtianorum ſacris fuit initiata: cum antea non-ſcriptis conſuetudinibus vſa fuiſſet. In caſibus dubiis Scabinos conſuluerunt Magdeburgicos; vnde volumen hodienum in Poruſſia* die Magdeburgiſche Rechts-fragen. *Iuxta haec tamen in mercatura* a) *ius etiam Lubecenſe*, b) *in agricultura Flandricum*, das Flämiſche Recht, c) *in metallicis Friburgenſe in Miſnia adhibuerunt. An ius Culmenſe differat a Saxonico? Cauſae admiſſi iuris Magdeburgici* a) *celebritas eius*, b) *vicinarum gentium exempla*, c) *Archiepiſcopatus Magdeb. per omnem Slauoniam iurisdictio*, d) *quod Magiſtri ac fratres Ord. Teut. his iuribus fuerint aſſueti*, e) *aequitas eius.* Riccius *inprimis in tractatu Rapſodico de Iuris ciu. quantitate & qualitate; tum* Hartknochius, Okelius, Conringius, Hoppius *hic laudati:* Culmenſi *autem iure, quo nomine Magdeb. ſalutant, quod* *Culmenſes*

quidem modo. Elector eligit 6. totidemque auſtregas ordines, omnes Poruſſos. Vtriuſque placito eligitur director atque iudicio horum XIII. ſuffragatorum ſententia publicetur in vim iudicati. (a)

(a) Iura feudorum Poruſſiae multiplicia valde. Albert. I. 1542. conſtituit; ne feuda poſſiderent, niſi indigenae. Quod ſi alii inter ordines, niſi indigenatu accepto, non recipiantur. An. 1746. magiſter ordinis Teut. de Seichtenberg legem edidit: daß, wann im Samländiſchen ein Manns-Lehen ausſtirbet, die nächſte Tochter oder Schweſter bemannet, und die Lehensfolge derſelben zugeſtanden werden; Jedoch daß die Bemannung mit des Lehens-Herrn Conſens geſchehe. Quod confirmauit R. Pol. Caſimir. 1477. Feuda alienabilia ſunt ſecundum ius Magdeb. ſed domino competit ius protoemtionis; modo non ſit valetudinarius, nec ſpecimen edere ſciat valetudinis rectae.

Wann ein Vaſall ohne Manns-Erben ſtirbt, und eine Tochter hinterläſſet, ſolle der nächſte Schwerdmagen ſolche heyrathen, und das Lehen beſetzen, die nachherige Tochter aber ausſtatten.

So ſind auch in Preuſſen weder Lehensmuthung, noch inueſtiturae gewöhnlich, verum ſufficit, wanns eines Schild, und Helms, und Geſchlechts iſt.

Culmenſes id primum acceperint & emendauerint, vſi ſunt Poruſſi vſque ad 1620. *vbi peculiaris* codex *ab Elect. Ioh. Sigiſmundo editus eſt*, Land-Recht des Hertzogthums Preuſſen: *quem nouiſſime correxit promulgauitque Fridericus Wilhelmus* 1680. *f. vt ſuis nunc legibus viuere queant.*

§. V. Marchiae partes omnes quatuor ſunt. *Vetus* ad Albim fl. vſque ſe protendit: *media* Albim ac Oderam interiacet: *noua* trans Oderam ſita: *Vkerana* demum in finibus citerioris Pomeraniae. (*)

Tempora acquiſitae ſenſim regionis ſic diſtinguuntur, vt in Caſtilia, regno Hiſpaniae. Non vna quatuor omnium natura eſt: vetus *veracior caeteris, frumentique ferax;* media *ſolum valde arenoſum habet, quod, niſi pluuiis irrigetur, frumenta difficulter reddit;* noua, *vetere aliquantum melior; quam etiam fere naturam habet* Vkerana.

(2) Vniuerſim Marchia *ſiluas* plures, quam *agros* habet: *fera* magis, quam *manſueta* animalia. Piſces tamen optimi variique generis, & cancros aliaque vicinis & longiſſime diſſitis regionibus vendit.

Lanificia; mellificia; ligna; piſces; tobacum etiam a 20. *annis non infimi Marchiae reditus ſunt.*

(3) Commerciorum flore a paucis annis aliam eamque meliorem longe rerum faciem Marchiae regiones acceperunt.

Cauſae; a) *Oderae* (**) *cum Sprea coniunctio a Friderico Wilhelmo ſtupendi operis* 1662. *conditore*, b) *Colonis, Gallis, Heluetiisque ab* 1685. *in Marchiam ſe conferentibus, quorum illi*

(*) Matricula an. 1618. prodit, quod marchionatus habent in ſua ditione oppida maiora & medii generis 73. infimi 38.
Pagi, Dörfer, 4612.
Contribuable Höfe 119260½.
Sed numerus per nouellata valde eſt adauctus poſt.

(**) Zu dieſem Graben, der ſich auf 3. Meilen durch Nieder-Schleſien erſtrecket, hat Böhmen einen Beytrag verheiſſen, der Churfürſt aber ſolchen allein errichtet, den ſtipulirten Beytrag aber ſich vorbehalten. Ob nun wohl Chur-Brandenburg 1686. in dem Satisfactions-Tractat ſolche Prætenſion renunciret, ſo iſt doch, nachdem Schwibuß 1695. wieder abgetretten worden, der vorige Anſpruch geblieben, weil darauf nicht renunciret worden.

illi commercia promouerunt; hi agriculturam. c) *pax diuturna, in qua colligere ſpiritus viresque poterat, in bello tricennali miſere lacerata,* d) *perpetua principum ibi reſidentia; quod ab* 1322. *factum non fuerat,* e) *tributi aequiſſimum genus, acciſa.*

(4) Sale autem ac vino opus habet Marchia. Quoniam illo prorſus caret; hoc palato eius minus arridet.

Q. an Soltwedelae *quondam ſalinae fuerint? Olim* ſal *a Luneburgenſibus; nunc ab* Hallenſibus *accipiunt. Vitis tamen ferax omnino Marchia, Francofurti praecipue, vbi plurimae vineae reperiuntur. Vites* 1170. *cum incolis Rhenanis in Marchiam.*

(5) Incolarvm non eadem omni tempore laus, natura, origo. Qui olim Marchiam coluerant: illi ad *rixas* iurgiaque procliues habiti ſunt, rerum etiam nouarum admodum ſtudioſi. Sed, tot gentibus ex *Rhenanis* prouinciis ſub Anhaltinis: e *Boioaria* ſub Bauaris Marchionibus: e *Franconia* denique cum Hohenzolleranis in has regiones commigrantibus, factum eſt, vt priſtinos mores plerique exuerint, literis atque artibus poſtea egregie exculti.

Praeſtantium militum hodie quoque famam habent. Inde dicterium: Martialis Marchia. *Nobilitatis & vrbium quarundam aduerſa olim in principes ſtudia; in ordinem poſt redacta ſunt, vt nihil pernicioſi porro machinentur.*

(6) Legibvs fere non ſcriptis (*) Marchia vtitur; Certis tamen vſuque definitis (**).

Scheplizii

(*) Conſtitutiones Marchiae iuri communi aduerſas edidiſſe electores Brandeburgicos, ſine conſenſu Caeſaris, ſcribunt tuenturque *PAVRMEISTER lib.* 1. *de iurisdict. c.* 6. *n.* 11. *PARTHENIVS litigioſ. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 32.

(**) Quae vbi deſiderantur, Marchia Brandeburgica ſequitur ius Romanum ciuile (a), quod magnae ibi auctoritatis ab an. 1527. ſublato iure Saxonico.

(a) Memorabilem de hoc argumento locum habet *SCHRADERVS part.* 2. *feud. part.* 9. *ſect.* 3. *n.* 100. *p.* 539. In illo enim principio enarrat, quod an. 1527. Brandeburgicus elector Ioachimus, omnes conſuetudines, iuri Romano aduerſas, ſolenni ordinum prouincialium accedente

Scheplizii conſuetudines neque publica auctoritate ſcriptae ſunt: neque mendis carent. Illuſtris Rhetzii; Brunnemanni; Strykii potiora volumina ſunt. Noui tamen Aduocati de rei difficultate conqueruntur. Quare ius Saxonicum hic exulet?

§. VI. MAGDEBVRGICI ducatus fertiliſſimum ſolum. Omni vere rerum copia abundat, quae ad victum cultumque pertinent.

Frumenti *copia alias quasque Germaniae vniuerſae prouincias ſuperat;* Lanificio *quoque pluribus regionibus inſeruit.* Tobaci *ea praeſtantia, vt Hamburgi pro illo venum exponatur, qui ex nouo orbe aduehi aſſolet.* Hala; Salza; Staſsfurt (*) *ſalis feraciſſima* (**) *oppida ſunt; quod Luſatis, Miſnenſibus, Saxoniae, Thuringiae ac Marchiae Brand. vendunt.*

(2) Accedit vſus *Commerciorum:* in Albi ius ſtapulae Magdeburgenſium; in Sala fl. ſeptem cataractae: manuaria opera Gallorum in plerisque oppidis ducatus.

Leuberi ius ſtapulae laudatum. Numerus cataractarum (1) *proxime ab vrbe Halenſi,* (2) *Trotteni,* (3) *Wettini,* (4) *Alslebii,* (5) *Rothenburgi,* (6) *Kalbi,* (7) *Gimmerici A.* 1694. *& ſeq. Salam nauigab. reddidit.* (***) (****)

(3) Li-

dente conſenſu ſuſtulerit; quod idem etiam extendi debeat ad feudalia inſtituta; quod idem etiam dictum ſit regionibus Marchiae extra limites addictis; quod idem obliget ipſos Marchiones, cetera. Prolixiſſimus eſt in huius edicti explicatione auctor: ſed pleraque, ſi hiſtoriam exceperis, falſa eſſe, cum generatim conſtat ex formula Marchiae, tum ſigillatim ex huius aeui vſu forenſi. Imo ſuperſunt plures conſtitutiones aduerſus ius Romanum in voluminibus Seiderianis in noſtro manuſcript. adparatu.

(*) Suldorff; Schoenbek; olim etiam Wanzlebii.

(**) De ſalinis Giebichenſteinenſibus de nouis fontibus Halae.

(***) Abſoluitur Magdeburgicus ducatus *quatuor* circulis, vier Reiſe oder Creyſe. In quibus 30. fere oppida florent. Sigillatim autem in circulo Salano, dem Saalcreyß, pagi 150.

Holtzcreyß, ſiluestri,	166.
Ierichouienſi	115.
Iuterbocenſi	43.
	454.

In SCHARTOVIAE pago delirat gloſſa Weichbildica art. 16. quaſi meruerit olim titulum ducatus. Contra notiſſimum eſt;

(3) LIGNA maiori pretio conſtant: non quod natura haec neget, ſed quod hominum auaritia omne ſolum, ſiluis excilis, in agrum verterit.

Temperant tamen hos ſumtus a) *carbones foſſiles Wettini & Halae ab* 1693. b) *ligna aliunde aduecta, quibus vicini noſtri Anhaltini & Thuringi abundant.*

(4) MANSFELDENSIS etiam Comitatus altera pars iuris eſt Magdeburgici.

Dominio directo ſequeſtratio *acceſſit. Aes enim alienum, quod ſeculo XVI. contraxerant profuderantque Comites, pretium Comitatus aliquoties ſuperauit. Vt omnino intereſſe domini directi videretur, feudum ſequeſtratione ab interitu vindicare. Eruditiſſimo pleniſſimoque tractatu Vir illuſtris & Exc. Carolus a* Dieskau *haec iura Regi ſuo nouiſſime aſſeruit. Quod volumen intimos receſſus publicorum Germaniae iurium habet, digniſſimum, vt in manus etiam veniat hominum literatorum.*

(5) INCOLAE frugales ſunt: plebs luxuriae quondam dedita.

Exterorum elogia ſunt (1) *Magdeburgicos hoſpitales eſſe,* (2) *Halae ſummam vernaculae elegantiam*, in Halle werde das beſte Teutſch geredet. *Priſtina vitia duorum ſeculorum XVI. & XVII. duriſſima bella correxiſſe videntur.*

(6) Suis LEGIBVS vixerunt ſemper Magdeburgi. Cum Athenarum Republica eapropter contuleris *ucatum*, qui plerisque Germaniae, Poloniae, Bohemiae c Poruſſiae populis iura dedit.

De Weichbildi *Magdeburgici celebritate: duobus* Scabinatibus, *vno Halae, altero Magdeburgi: cur ille hodienum ſuperſit, hoc pridem extinčto. Viri ampliſſimi,* Ockelii, *tractatus huius argumenti.*

§. VII.

eſt, quod Saxoniae pars fuerit, vti alii pagi plures. Quid deceperit gloſſatorem, non dixerim, niſi dux militaris forte illum tractum tenuerit. Acceſſit 969. archiepiſcopatui.
(****) Intuitu quatuor dynaſtarum, Iüterbok, Querfurt, Dam & Burg an. 1687. die 14. lun. conuentum: cedat iuribus dominii directi elector, ſed retenta dynaſtia Burg & expectatiua in tres reliquas dynaſtias, Albertina linea extincta.

§. VII. Halberstadii principatus, vti Magdeburgico is ducatui vicinus eſt; ſic ab eodem, ſiue *regionis* fertilitatem; ſiue *incolarum* naturam reſpicias, non adeo multum differt. (*)

Cedit tamen vtrobique aliquo ſpatio rebus Magdeburgicis. Plus abſunt incolae eius a cultura. Habet e praeſtantiſſimo cereuiſiae genere non ſpernendos reditus: inprimis quod Brunſuicenſium Hercyniae is vicinus ſit, vbi pro numerata pecunia fruges omnes venduntur. Hohenſtein & Reinſtein *Comitatus eidem parent, quorum rationes ſupra babuimus. Quedlenburgum nouiſſime acceſſit; vbi magna frugum; ligni; lanae;* **des Korn-Brandtenweins** *commercia ſunt: quae ciues reddiderunt admodum opulentos.* (**) (***) (****)

§. VIII. Mindensis (*****) principatus & comitatus Ravensbergensis vicinae inuicem regiones ſunt, neque etiam vtriuſque magna diuerſitas. Habet

(*) Quibus nunc adde ſalinas Aſcherslebienſes ad inuidiam & decrementum vſque Halenſium ſalinarum ab an. 1702. excultas. Olim an. 1549. Aſchersleblam ciuitatem cum ſalinis *Batenſtedenſibus* inaugurauit epiſcopus, de quo plenius *Schoppius theſ. feud. cap. 2. ſect. 3. p. 218. 219.* Sed nunc ſalinae ſunt deſertae; Quod pretium ſalis non reſpondeat ligni & operarum impenſis.

(**) De Halberſtadienſi principatu Barones de Haim monaſterio Carthuſiano, Cunradsburg; & Aſcherslebienſis auctus coenobio S. Annae inaugurati ſunt (a).

(a) *Schoppius* id exponit *ſect. 8. cap. 1. p. 142. theſ. feud.* dicitque, illa bona fuiſſe de menſa epiſcopi.

(***) Leges Halberſtadienſes non habent (a), quam Romanas, quoniam interdicti ſunt iure Saxonico (b).

(a) Habent tamen codicillum curialem, **eine Canzley-Ordnung.** Sed fere nihil ibi definitum, quam forenſis modus procedendi.

(b) Interim plurimae iuris Saxonici reliquiae ſeruantur conſuetudine. Hanc vero probare tenetur ille, qui illis nititur, ad eamque prouocat.

Incolae durae ceruicis, & moribus ſubruſticis.

(****) Anno clↃ Ↄ cc deliberatum de regimine Halberſtadienſi addendo Magdeburgico tribunali. Sed res caruit ſucceſſu.

(*****) Mindenſis pragmatica ſanctio inter electorem & ordines Mindenſes condita eſt an. 1650. vbi pleraeque controuerſiae ſunt definitae.

bet Weſtphalia ſuos amatores: habet etiam, qui ab eadem abhorrent.

Cuius palato atrior panis der Bombernickel; *aut perna fumoſa ſimilesque cibi arrident: is Gueſtphalam patriam difficulter reliquerit. Plebs lana vere & tela victum quaerit: & decorum hic eſt, viros ad fuſum & colum ſedere. Lintea Bilfeldenſia*, die Bielfeldiſche Leinwand, *in Angliam vſque transuehuntur. Siluis deinde glandiferis carnem ſuillam debent; quam exteris quoque vendunt.* Homines *inferioris ſortis ſtupidi ſunt, deſides, languidi; quae vitia plures naturae ciborum, quibus veſcuntur, tribuunt: ſed ſemel exculta eorum ingenia aſſiduitate; conſtantia; iudiciique bonitate pleraſque Germaniae regiones ſuperant. Quot ſacrae curiae miniſtros intra breue tempus Weſtphalia dederit, dictum doctumque. De ſcommatibus* Lipſii & *ſtrenuis Weſtphaliae defenſoribus actum. Valde iucundum eſt, ſcriptores de eadem re diuerſos legere: quorum alter odii, alter amoris frena laxat.* (*) (**) (***) (****)

§. IX. Markanvm comitatum multis elogiis proſequuntur Meibomius & Teſchenmacherus.

Solum in hoc Comitatu frugum fructuumque eſt feraciſſimum, piſcoſisque fluminibus Lippia, Rura, Lena, aliisque irrigatum.

(*) Mindenſium ordines prouinciales quatuor generum, 1) Dom-Capitel, 2) Prälaten, 3) nobilitas, 4) ciuitates. Quae claſſes, iuribus diſtinctis inſtructae, in prouincialibus comitiis 1650. zu Petershagen errichtet. In iure feudali feuda aperta conferantur nonniſi indigenis. Aus dieſen ſollen auch die Land-Aemter, Droſſen, Jägermeiſter, Land-Räthe beſetzet werden; hat nur 5. Droſſeyen oder Aemter.

Petershagen.	Rheinenburg.
Bergen.	Raden.
Schlüſſelburg.	

Quamuis reditus non adeo magni; ſed vectigalia ibi excreſcunt ad grandem ſummam.

(**) Legibus ſuis viuunt MINDENSES, quas commentario illuſtrauit CRVSIVS. Agricolae ibi glebae adſcripti, als eigen behörige. In quo ſtatuto von den Eigenbehörigen plures latent veteris Germaniae reliquiae.

(***) Regimini an. clↄ Iↄ cc xix. additum tribunal Rauensbergenſe.

(****) Incolae omni ratione Weſtphalicos referunt mores.

tum. Inuenias ibi fontes *limpidiſſimos*, ſiluas *amoeniſſimas*, paſcua *& prata florida, vt ſumen Weſtphaliae merito dici, nomenque ipſum a* medulla *promanaſſe, credi poſſit.* Salinae *etiam Suſati.*

§. X. CLIVIAE regio *foecundiſſima* eſt, Belgis vicina: ſed eius *incolae* ab induſtria ac laborioſa hac gente nimium, ſuo quidem damno, abeſſe creduntur. Paſcua & *prata* florididiſſima habent: *armentorum* gregibus plena. Agri *frugum* quoque feraces ſunt. Vtroque commercia vicinorum ad ſe inuitant. Modo *ſolertiam* ciues ſibi commendatam haberent, otio vitato, quae deſideria illorum ſunt, qui bene cupiunt optimae regioni. Carent *vino* & *ſale.* Sed *illud* Rhenanae prouinciae: *hoc* Belgae aliunde eis largiuntur.

Nimia regentium facilitate *factum eſt, vt praedia atque reditus, vitae ac aulae principum dicati, in manus venirent priuatorum e nobilitate. Qua cauſa peropus fuerat,* DOMANII *tandem iura vindicare, vt priſtinam Ducatus faciem recuperaret. Molem huius negotii ab* 1692. *ad* 1695. *Vir Illuſtris ac Excellentiſſimus de Stoeſſer ſuſtinuit. Quamuis iam ante duo ſecula Cliuiae Principes idem in animo habuiſſe reperiantur.* (*) (**) (***)

§. XI. In POMERANIA, vt ad Marchiae fines reuertamur, *piſcium* varia genera; *lanae* copia; *ſalis* abundantia; *frumenti* autem, quantum fere habitatoribus ſufficit.

Septuaginta piſcium *genera ibidem numerant, his etiam ac* pernis *magna pars hominum victum quaerit:* ſiluae *glandiferae porcorum armenta alunt.* Venatores *S. R. I. Caeſarum priuilegio Principes audiunt.* Siluis *quippe abundant: vt ligna varii generis Belgis vendere poſſint, ad naues conſtruen-*

(*) Leges habent Cliuenſes proprias (a): vbi plura ſingularia praeſertim in feudis & bonis adſcriptitiis der Laten und Curmeden (b).

(a) Legi meretur in hoc argumento *Feltmannus*, *Voetius.*

(b) De quibus nos in diſſertatione de curmediis bonis.

(**) Incolae Cliuiae ſunt adfabiles & frugales: ſed cedunt Belgis labore.

(***) Regimen tractat Cliuiae die Landes-Sachen, das Hof-Gericht, die Iuſtiz-Sachen.

ſtruendas. Equos *praeterea plures alunt*, haben ſchöne Stutereyen, *quos exteris caro vendunt.* Sal *non minus in Colbergenſe vrbe, vbi alia quoque commercia florent, in alia regna effertur.*

(2) INCOLAE eius boni *milites* habentur; frigoris ac inediae patientes: moribus aliquantum *auſteri*, grauesque.

Virtuti an vitio haec des, valde ambiguum? in maximis laboribus firmos *& conſtantes ſe praeſtant Pomerani, neque, ſi bene educti ſunt, ab* humanitate *elegantiaque abhorrent.*

(3) *Iure* fere SAXONICO vtitur Pomerania; ſed in multis diuerſisque cauſis *peculiares leges* habet, quas ſequitur.

In Parthenio *litigioſo aliqua annotata ſunt; quae abeunt a Saxonicis* (*). *Habent etiam* ihre Hof-Gerichts-Ordnung. *Dictum de Gripho Pomeranico, id eſt, de iure domaniorum, quae ante aliquod luſtra,* iudiciis recuperatoriis *inſtitutis, vindicata ſunt.*

§. XII. Quod ſi igitur tot Europae prouinciarum, quae Poruſſiae Regem dominum habent, contuleris rationes: non aliquid in his deeſſe inuenies, quod vel neceſſarium vitae vel Reipublicae vtile ac fructuoſum ſit, vt potentiſſimum hunc principem ſibi in quibusque potius ſatis eſſe ac ſufficere, prorſus videamus.

Sed metalla *forte exceperis; quibus alia quoque Regna ac Respublicae plures carent. Verum neque hoc dici poterit, cum Halberſtadienſia; Mindenſia; & Markana dominia aliam ſpem partim faciant, partim etiam alant expleantque. Et ſufficit, quod aliquae prouinciae* metalli fodinis *ita vicinae ſint, vt frugibus noſtris carere nequeant metallurgi; quin paratiſſima pecunia eas redimant.*

§. XIII. Nunc, vt ADMINISTRATIONEM tot prouinciarum vel e longinquo intueamur, ordo exigit.

(*) Imo Parthenii lib. 1. c. 11. n. 20. haec verba ſunt: *Pomerania eſt in circulo Saxonico, nec tamen obſeruat ius Saxonicum.* Vti falſo putarunt *Ingolſtadienſes conſ. Germ. tom. 3. conſ. 22. n. 54.* quod aduertit *GOEDIEVS vol. 3. concil. 32. n. 185.* qui diſerte cautum eſſe dicit in dicaſterio ordinatione, ne ius Saxonicum iudicia ſequantur.

Eſt autem *ſummi imperii procuratio* BEROLINI. Meretur enim haec vrbs, *regia ſedes* eſſe, in qua nouum ORBI LVMEN & literarum arcana ratio pollicetur, & res ipſa manifeſto comprobat ſiſtitque.

(I.) Inter ſtupendi operis aedificia, *quae noſtrae aetatis* Principem *vnicum fere conditorem habent*, a) arx, *ante triennium ingenti ſumtu inſtaurata, vt Rege habitatore digniſſima omnino ſit.* b) armamentarium, *tormentis primae magnitudinis ſpiſſum.* c) Bibliotheca *& nitore librorum & copia delectat*, d) nummorum *ſelectiſſimorum theſaurus oculos animosque paſcit*, e) rariorum *cuſtodiae*, die Raritåt- und Kunſt-Kammern, *eruditos ſpectatores volunt*, f) Academiae *Pictorum*, *Mechanicorum*, *Sculptorum magnae demum ſunt in oculis artificum*, g) ſtabulum *inferiori loco* equos *ex omni Europa ſelectos adductosque; ſuperiori* arma *ceteraque ad aulae nitorem & elegantiam pertinentia oculis intuentium ſiſtit*, h) pons *ex vtroque latere ſtatuas habet cum artificioſiſſimis conferendas*, i) *in* cataractis *ſumtuoſiſſima opera latent*, l) vrbis *vniuerſum ſyſtema quinque oppidis abſoluitur, omni ratione inuicem diſtinctis*, m) *templa, curias praetereo*, n) palatia *plura a priuatis habitantur, quae principes capere poſſent*, o) plateae *aequales & ſpatioſae ſunt; quas incolarum concurſus, vltro citroque agentium, fere anguſtas reddit;* p) Itali, Galli, Belgae, Heluetii, *neque horum tantum nationum ciues;* q) ſilua, *vbi ferae ſepimento cinctae ſunt, ipſam vrbem attingit inaeſtimabili amoenitate, vt hortos plures praeteream;* r) *ſub* vmbris arborum *intra vrbem quoque ire, vebique poteris*, die *tours a la mode;* s) *naues in* Sueuo *amne & ſoluere videas & appellere* in dem Pack-Hauß; t) *publicos item curſores nuntiosque & ire & redire. Sed qui finire non poſſum orationem, abrumpo eandem.*

(II.) Extra vrbem in vicinis praediis palatia habet Rex; vbi clementiori tempeſtate animum diuertere ſolet. Praecipua eorum a) Vranienburgum, b) Potsdamum, c) Coepenick, d) Schoenhuſium, e) Luzelburgum, quod iam vocatur Charlottenburg, f) Friderichsfelda. *Inter Regis fratres vnus* Suedi, *alter* Sonnenburgi, *tertius* Guilizii.

§. XIII.

. XIV. Gvbernationes imperii Poruſſici ſunt. (I.) Berolini a) ſenatus ſanctior, **der** **nbeſte Staats⸗Rath**, de cuius inſtitutione vid. ſu- Hic duplex iterum; vnus, vbi res pacis; alter, :llica negotia tractantur, ipſo Rege praeſide, b) rae iudicium, quorſum adpellationes e Marchia .eburgica.

tum etiam **von der Geheimden Cammer, Commiſſa⸗ t, Jagd, Cantzeley, Renthey, u. ſ. w.**

(II.) Cuilibet etiam prouinciae peculiari regimi- quod dicunt, proſpectum eſt. a) In *Poruſſiae* regno *gsbergae;* vbi praeſidet **der Königliche Burggrafe** b) *'arcbia* Berolini, & *Cüſtrini*, vbi res *Nouae Marcbiae*, tus *Croſnenſis*, & quae Brand. ditionis in *Luſatia* in- ·ri, tractantur. c) *Cliuiae* D. & *Markani* Comitatus ne- ı *Cliuiae* expediuntur, d) *Pomeranica* adminiſtrantur *;ardiae*, e) *Magdeburgica* autem *Halae*, f) *Halberſtadii ? Mindae*, principatus horum nominum reguntur, h) *ensbergenſibus* quondam idem ac *Cliuiae* iudicium fuit; ante aliquot annos precibus eorum locus datus eſt, ›eculiare forum haberent Berolini. Locum vero ſu- mum in iſta regione *praefectus* tenet **der Land⸗Droſt zu** ·**arenberg.**

Nunc aeſtimet ſecum aliquis, quam nullis ſumtibus *parcat Rex Poruſſiae in rebus, quae ad expeditam iuſtitiae aequita- isque rationem facere poſſunt.* Cameralia, *vbi tributorum ·edituumque rationes habentur, &* Conſiſtoria *praetereo, a ſingulis bis iudiciis vbique iterum diſtincta.*

§. XV. Armis etiam decoratum eſt Poruſſici re- i ſyſtema. Hinc firmiſſima munimenta numerare li- t. In Porvssia ſub extremitate lacus curonici (1) *emela*, arx munitiſſima, & capaciſſimus portus, (2) *Pil- ıa*, quae aditum claudit cuſtoditque e Balthico mari **das friſche Haf**, (3) *Regiomontum*, quamuis amplitudo aximae vrbis munitiones non patiatur.

In Marchia veteri, *Werbena* quondam: in media *atenau*, *Spandau*, in confluentia Hauelae ac Spreae lo- ɔ paluſtri ſita & valde munita, ac *Berolinum:* in noua, *'uſtrinum* 37. pontibus clauſum, *Drieſena*, Polonis obie-

 ctum

ctum munimentum ; *Peiz* virginitatis nondum expugnatae laudem fert. In POMERANIA *Stargardia & Colberga.* In MAGDEBVRGICO ducatu vrbs eiusdem nominis caſtello munita, **dem neuen Citadell**: In HALBERSTADIENSI principatu *Regenſtein*: in MINDENSI Minden *& Lipſtadium*: in CLIVENSI ducatu *Weſalia*: in RAVENSBERGENNSI *C. Sparenbergum*, & quae ſunt generis eiusdem.

In transcurſu ſingulorum rationes habitae ſunt, oſtenſis commoditatibus, quas hinc inde disiectis regionibus haec munimenta praeſtant.

§.XVI. Ad *praeſidia* tot munimentorum magnus militum numerus *domi* requiritur. Hinc non leue potentiae Poruſſorum Regis argumentum eſt, quod is in *exteris* regionibus ad *quadraginta millia* militum aluerit, qui in nouiſſimo bello egregiam Belgis operam praeſtiterunt.

Et enim facile ad aeſtimandum erit, reditus e tot ampliſſimis prouinciis regali diademate digniſſimos eſſe. Summatim; fruitur REX *noſter fortuna, quam patres noſtri coelo exorarunt; noſtris autem votis id vnice relictum eſſe videtur, vt praepotens Numen futuris etiam ſeculis addat PERPETVITATEM.* (*) (**)

CA-

(*) De Luſatia inferiori maxime.

§. I. Principio Luſatia, vti alii plures marchionatus, Miſnenſibus fuit addicta, a Venedis tamen poſſeſſa, quorum lingua vtuntur incolae hodieque.

§. II. Marchiones Brandeburgici, in ſocietate archiepiſcopi Magdeburgici, Luſatiam inferiorem belli iure occuparunt, deſtitueruntque ea Fridericum admorſum ſec. 13.

Fabricii Saxon. El. 6. p. 599.
Schurzfl. Zwanzig.

§. III. Exinde Luſatia innexa fuit Brandenburgici, adeo, vt etiam Boiici marchiones titulo Luſatiae vterentur. Lundorp. tom. I. p. 809.

§. IV. Verum, quod Bohemi Luſatiam ſuperiorem poſſiderent, etiam inferiorem adfectarunt, adeoque Iohanni Luzenburgico Luſatia ceſſa fuerat cum a Marchionibus Brandeburgicis, tum ab archiepiſcopo Magdeburgico feudi domino.

§. V. In bellis Bohemicis ob auxilia praeſtita rex Vladislaus 1443. Friderico II. ceſſit Luſatiam inferiorem vniuerſam.

Dubrauius, Boregk, Cerintius.

§. VI.

CAPVT VI.

SCRIPTORES

D(meſtici Prouinciarum Regis Poruſſiae.

Principio huius ſectionis grauiſſima nobis querela habenda eſt, quod *gens* haec multitudine rerum geſtarum illuſtriſſima, dominiorum numero potens, quae amplitudine etiam ſua pleroſque Germaniae principes

§.VI. Verum Georgius Podibratius bello inuaſit Frid. II. par-:im odio contracto, quoniam Huſſos petiit bello; partim quod 1ollet ei ſuffragium dare, vt fieret rex Romanorum. Hinc eſt ·ridericus II. marchia Luſatiae iterum priuatus. Inde pacis ta-)ulae 1462.

1) reſtituatur Luſatia Bohemis.
2) remaneant Brandenburgicis Cothus, Zoſſen, Peiz, Teupiz; welcherwegen aber noch jetzo kein Titel noch Wappen im Brandenburgiſchen zu finden.

Grosburg dynaſtia in Sileſia, ſed non de Sileſia. Nam poſderunt *epiſcopi Lebuſenſes* eamdem cum ſummo imperio. Adeo-1e, epiſcopatu verſo in formam ſecularem, baronibus de Caniz feudum conceſſa: quo nexu tenetur etiam nunc. Sed tamen Ieſiae ordines, das Ober-Amt, praetendit die Mitladenſchafft, & risdictionem; contradicit autem Brandenburg, weil der Churfürſt Groſsburg die völlige Souverainität, auch in ſacris das ius epi-)pale, wie Lebus, habe. Henelius cap. II. §. 40. 41.

(**) De Auriacis Principatibus & Dynaſtiis.

Orenge principatus.
Comitatus Lingen.
Graffſchafft Buren, Herrſchafft Leerdam, Land Iſelſtein, Inſel ;amartensdyk.
Marggraffſchafft Vera, Vliſſingen, Demburg, der Provinz See-1nd, cum titulo premier-noble.
Reichs-Herrſchafft Breda, im Holländiſchen Brabant gelegen.
Graffſchafft Graue mit dem Ländgen Cuik an der Maaß.
Die reiche Graffſchafft Vianden, mit der Herrſchafft S. Vit, Daes-erg, Buttenbach.
Willemſtad mit der kleinen Inſel im Brabantiſchen Holland.
;ertruidenberg in Holland, ſo das Oraniſche Wittum.

cipes aut regionum vicinitate aut ſanguinis cognatione attingit; praeterea tot principes eruditos habuit, quam Germania vniuerſa; imo literatos homines gratia fouit aluitque beneficiis; &, quod magis eſt, exteris rerum Germanicarum annalibus exquiſite diligenterque etiam atque etiam laudata deſcriptaque: domeſtico tamen nullo ſcriptore gaudeat, qui plene, dextre, docte, ſcienterque ab ortu progreſſuque Brandeburgicos annales condiderit, dignos, vt in illorum numero haberentur, ad quos tuto poteris prouocare.

Dictum de cauſis neglecti argumenti (1) *quod Baruthanum & Onoldinum* Franconica archiua, *cum* Marchico *iungi hic debeant: quare omnino neceſſarium, vt ex vtraque parte manus auxiliatrices ſcriptori porrigantur;* (2) *quod Hohenzollerana e* Sueuiae *clauſtris ſint producenda, & exterorum ſubſidia imploranda;* (3) *Marchia ipſa diplomatum detrimenta ceperit in bellis, dominisque toties ibi permutatis;* (4) *poſt tot prouinciarum acceſſiones opus hoc contextu difficile, varium, longe lateque patens ac prope infinitum videtur;* (5) *ſcriptorem deſideraret hoc inſtitutum non in patriae tantum monumentis verſatum; ſed rerum Belgicarum, Weſtphalicarum, Saxonicarum, Polonicarum, Poruſſicarum, Bohemicarum, Vandalicarum, Franconicarum, Sueuicarum gnariſſimum, cum ampliſſimae Poruſſiae Regis ditiones haſce regiones omnes vicinitate, iuribus, cauſisque plurimis quam proxime tangant. Vnde intelligi etiam poteſt, quam non ſolum gloriae Regis Poruſſorum; ſed eruditi etiam orbis interſit, vt ſcrinia publicorum monumentorum, quantum e re eſt, ad aliorum populorum*

10) Die Herſchafften in den vereinigten Niederlanden Drumerkon, Masprech, Stanthuſen, Almonde, Debdmonde, Twintrich.

11) Moeurs in Cleve.

12) Monfort, die Graffſchafft an der Maaß, und Herſchafft Lööe und Velue.

13) Graffſchafft Antwerpen, nebſt einigen dabey gelegenen Herſchafften und Burggraffſchafften von dem Herzog von Cleve an die von Naſſau kommen.

14) Ponthieure, Graffſchafft in klein Bretaigne Piſe.

15) Torniere, Graffſchafft in Burgund. Rocol. tom. 2. l'Etat de l'Europe.

16) Charny im Lützenburgiſchen.

pulorum exempla, hic quoque referantur. Et vero in haec tempora forte arduum negotium gloriaeque plenum quadam fatorum prouidentia reſeruatum, vt, honoris, qui inter mortales eſt, ſupremum ac regale faſtigium GENTI *accederet, ne perfecti operis argumentum futuro ſcriptori deeſſet.*

§. II. Recenſebimus nos, quantum in hac penuria licet, ſingularum tamen prouinciarum rationes ſeorſim habituri.

DE PORVSSIA.

I. *M. Caſpar* SCHVZII, Secretarii Reip. Dantiſc. Hiſtoria Rerum Poruſſicarum 1525. edita (1) *Serueſtae* 1592. fol. (2) cum continuatione Dau. *Chytraei* ad an. 1599. *Lipſiae* 1599. fol.

Prior editio nitida magis, praeterea Magiſtrorum ordinis inſignia refert: poſterior continuatione aucta. Mortuus eſt Schuzius 1594. *d.* 18. *Sept. quod manu adſcriptum eſt editioni meae. Auctor patria Islebienſis, ab eruditione, candore, luculentia commendandus: pleniſſimus in hoc argumento. Laudat in principio operis omnia Chronica Poruſſiae edita & manuſcripta. Ceterum X. tantum libri ſuperſunt: vndecimus inter libros prohibitos: nimis enim animi habuit pro veritate.*

II. *Petri de* DVSBVRG Chronicon Poruſſiae ab an. 1266. ad an. 1336. cum incerti auctoris continuatione ad an. 1435. cum animaduerſionibus Chriſt. Hartknochii, *Francof.* 1679. 4t.

Latine ſcripſit auctor, qua etiam lingua editus eſt: ſed verſionem in manibus habui, Germanice redditam, vetuſtiſſimi vero idiomatis 1340. *Nicolai Ieroſchini. Editionem eius procurare audio Dn. de* Seidel, *virum in omni literarum genere excellentiſſimum.*

III. *M. Chriſtoph.* HARTKNOCHII, Prof. Gymn. Thorun. Alt- und neues Preuſſen, *Francof.* 1684. fol.

Habes hic (1) *deſcriptionem ordinis Teuton. Magiſtrorum;* (2) *de veteri lingua;* (3) *moribus;* (4) *religione;* (5) *republica diſceptationes;* (6) *vrbiumque ſingularum hiſtorias. Quamuis pleraque ex animaduerſionibus eiusdem, in Dusburgenſi laudatis, petita verſaque ſint; de omnibus tamen id verum non eſt; vt adeo neutro libro carere poſſimus.*

IV.

IV. *Eraſmi* STELLAE Antiquitates Poruſſiae, *Baſil.* 1518.

Vixit auctor an. 1510. Medicin. D. & Conſul Zwickau. Intra origines Poruſſiae vetuſtiſſimas auctor ſubſiſtit, & vix aduentum attingit Cruciferorum. Defendit gloriam regni *Poruſſici; poſterior enim liber agit de antiquis Regibus, eorumque ſucceſſione in Poruſſia. Extat etiam Tom. I. Rer. Polon. f. 7.*

V. *Caſpar* HENNENBERGERI, Paſtor. Erklärung der Land-Tafel von Preuſſen, *Regiom.* 1595 fol.

Ad Geographiam Poruſſiae plurimum contulit hic auctor, quem omnes hodie ſequuntur. Nobilium etiam familiarum genealogias texuit. Harum plurimas, quod obiter addo, Simon Okolsky *deſcripſit in* Orbe Polono, *Cracou.* 1641. *f. vel ob raritatem laudando.*

VI. *Bartholomaei* PABROZKY Chronicon Poruſſiae e Polonica lingua in vernaculam translatum a Georgio *Friderici* MSC. in bibl. mea extat.

Memorandum hic eſſe cenſui, quod nullam eius neque Schuzius, *neque* Hartknochius fecerint mentionem. *Schurzfleiſchii* Res Poruſſicae in volumine diſſertat. extant. Cetera minoris pretii omitto. (*)

DE MARCHIA BRANDEBVRGICA.

VII. *Ioh.* CERNITII, Archiuarii Electoris, X. e familia Burggrauiorum Norimb. Electorum Brandeburgicorum icones & res geſtae cum genealogiis, *Berolini* 1628. fol.

Vtinam plura huius viri in hoc argumento extarent. Fides, induſtria, elegantiaque dicendi opuſculum commendant.

VIII. *M. Andreae* ANGELI Annales Marchiae Brandeburgicae Germanice ab an. 416. ad an. 1596. *Francof.* 1598. fol.

Theologi

(*) *Zachariae ZWANZIGK* incrementa domus regalis & electoralis Brandenburgicae in vernacula ſcript. ab an. 1691. ad ann. 1704. Volumina habet grandia ſat octo; latent in ſecretiori archiuo; fide vtitur auctor in rebus medii & recentioris aeui publica tabularii regalis; ſed in vetuſtioribus rebus ſequitur vulgares ſcriptores. Scatet etiam mendis imperiti ſcribae plurimis.

Theologi opus eſt. Errores infinitos habet, partim ignorantiae auctoris in hoc ſtudii genere, partim credulitati ac ſuperſtitioni tribuendos. Neque tamen prorſus ſpernendus in illis eſt, quae carent dubitatione.

IX. *M. Chriſtoph.* ENZELT, Paſt. Oſterburg. Chronicon, oder einfältige Verzeichnüß, wer die alte Marck ſeit der Sündfluth bis auf das Jahr 1597. bewohnet, *Magdeburg.* 1597. 4t.

Priori longe deterior: anilium fabularum ineptiarumque puerilis aſſertor. (*) (**) (***)

X. *Nicol.* LEVTINGERI, Poetae & Hiſt. Brandeburg., Commentar. LVI. Libri de Marchia Brandeburg. 1562. 1601. 1605. &c. *Vitenbergae, Oſterburgi* alibi edit. 8.

Ego omnia auctoris volumina ſimul non vidi, quae etiam in principum bibliothecis fruſtra quaeſiui. Ceterum de auctore ita iudico: (1) *quod eleganter ſcribat;* (2) *ſatis animi habeat pro veritate;* (3) *induſtriam quoque* (4) *& exquiſitam doctrinam probet;* (5) *deinde vſui rerum;* (6) *familiaritati cum primariis aulae adminiſtris;* (7) *peregrinationi etiam frequenti multum debeat. Vitiis tamen* (****) *pariter notandus eſt,* (1) *quod maleuolus ſit;* (2) *biloſus ac mordax, qui omnes audaciſſime reprehendat, nutritore ſuo inde non excepto;* (3) *nullo fere ordine incedat;* (4) *commiſceat domeſticis multa aliena;* (5) *calamitatum ſuarum perpetuus ac moleſtus praeco.*

(*) Hiſtoricorum Palaeo-Marchicorum collectio I. II. III. Salzwedel. 1726. 8.

(**) Dieterichs Berliniſche Cloſter- und Schul-Hiſtorie, 8.

(***) Ceremoniale Brandenburgicum, 1699. 8.

(****) Acerbiſſimum de Leutingero iudicium reperies in *PARTHENII litigioſi lib. 1. c. 1. n. 26.* vbi inquit eius auctor: *Audi*, Leutingere, *ignoſce, & cognoſce, Ioh. Matheſ. te tuique ſimiles alloquentem. Nec te ipſum laudes ſuperbe:* nec pungas allos acerbe: nec ſis Therſites in regentes: aut debaccheris in abſentes: non ſcurra leuis aut moroſus: nec hyperbolice clamoſus: nec ſophiſta maledicus: nec ſis ſemper contrarius: non trilinguis diſputator: ſtultis ſtulta fatur. Caueas ergo lector; quia citius corniculas in Africa, quam aliquid ſolidae veritatis in iis reperies, vt inquit *Durodi PASCOLO in aul. pol. th. 132.* de nugis *Trunkeri, Eizingeri, Gallico-Belgici, Leutingeri*, & ſimilium.

praeco. Non ergo cauſae ſunt, vt opuſcula haec, quod ſibi nuper aliquis propoſuerat, recuderentur.

XI. *Reineri* REINECCII origines ſeu hiſtoricae expoſitiones Welfforum proſapiae & Commentarius de Marchionum & Elect. Brandeb. & Burggr. Norimberg. *addit. in fine* Hiſtoria de vita Hugonis & Theodori, March. Brandeb. *Francof.* 1581. fol.

Praeclarus auctor, exterus tamen. Cui vero plus debemus, quam domeſticis.

XII. *Ioh. Wolffg.* RENTSCH, Concionat. aulici apud Baruth. Brandeburgiſcher Ceder-Häyn, *Bareuth* 1682. 8.

Non poenitendam operam auctor praeſtitit. Patuit ei archiuum Baruthanum: vnde aliqua ſumſit, quae alibi non legas. Imaginibus etiam principum liber ornatus eſt. Sed deſideria eruditorum effugere, exquiſitam magis notitiam hiſtoricorum monumentorum poſtulat, quae expectari nequit ab homine Theologo. Neque tali auctor ſim, vt ſanctioribus ſtudiis tempus ſubtrahat.

XIII. Derer die Marck zu Brandenburg betreffende Sachen erſter Entwurf, *Berolini*, 1682. 8.

Auctor libri Chriſtophorus Heinrici, *Bibliothecarius Regius, vir ſummae induſtriae ac multae variaeque eruditionis. Prodromus maioris operis, cuius etiam partes omnes explet. Oppida ibi vniuerſae Marchiae inprimis curate deſcripta ſunt. Vtinam* annales Marchiae *eodem tandem auctore prodirent, vt vel in vna Regis prouincia fauſtum hiſtoriae initium fieret.*

XIV. *Melchior* WILDEISEN, Brandeburgiſch-Genealogiſcher Luſtwald, *Onoldi*, 1682. fol.

Cognationes cum Caeſaribus, Regibus ac Principibus Europae potiſſimis familiae Brandeburgicae exinde diſci poſſunt, laborioſo opere conquiſitae.

XV. *Georg. Chriſtoph.* RENSCHELII a Camerae Conſil. Baruth. Stammbaum des Chur- und Fürſtlichen Hauſes Brandenburg, *Berol.* 1668. 8.

Non ſpernendus auctor in genealogiis: quas tamen recenſet, non demonſtrat.

XVI. *Chriſt. Theod.* SCHOSSERS Beſchreibung der Churfürſtlichen Marck zu Brandenburg, *Magdeburg.* 1617. 4t.

Deſcriptio-

Deſcriptionem Politico-Geographicam hic habet Iohannis & Chriſtiani Thomae Schofferorum *carmina de Marchia Brandeb. cum hoc volumine non confundenda.*

XVII. *Balthaſ.* Mencii Hiſtorie des Churfürſtlich-Brandeburgiſchen Hauſes, *Vitembergae*, 1598. 8.

Habet aliqua in vitis principum ſuae aetatis diligenter annotata.

XVIII. *M. Andreae* Engelii Rerum Marchicarum Breuiarium, kurtze Beſchreibung der Geſchichten, ſo ſich vor und nach Chriſti Geburt begeben, ad an. 1593. *Wittenberg.* 1593. 4t.

Enzelium, cuius vitulo is arat, corrigit quandoque & auget. In fabulis tamen & crudelitate nimia ei non poſtponendus.

XIX. *Laur.* Peccensteinii, Hiſtoriographi Saxonici, Enarratio hiſtorica Marchion. Brandeburg. ſtirpe Burggrau. Norimberg. ad an. 1590. *Ienae*, 1597.

Eruditus ſcriptor, qui res noſtras ex archiuo Saxonico aliquantum adauxit. Breuis tamen. Cuius volumina raro inueniuntur. (*)

XX. *Ioh.* Limnei libri Vti caput VII. hiſtoriam reſque Brandeburgicas tractat.

Iudicium de auctore in hoc argumento in Bibliotheca Scriptorum dedimus. Sed cum is primarium aulae Brandeburgicae adminiſtrum egerit: in domeſticis rebus ſingularia plura habet, quae nullibi reperiuntur. Itaque hic loci non paruo nobis elogio is dignus eſſe videtur.

XXI.

(*) Martini PRAETORII Sileſii Marchiados libri duo, inde a Friderico I. an. 1414. vſque ad Iohannem Sigiſmundum 1580. 4t. Argentorati (a).

(a) Cauſam libri auctor habet in dedicatione. Scilicet eum datum eſſe inſtitutioni marchionis *Ioh. Georgii*, adminiſtratoris poſtulati epiſcopatus Argentoratenſis. Hunc ad virtutem incitaſſe, propoſitis exemplis heroum Latii & Graeciae. In quibus cum profecerit, addere ſe nunc exempla domi nata in familia Brandeburgica, quae ideo inſtituerit carmine celebrare. Liber ideo Argentorati prodiit, vt intelligant iſtius epiſcopatus ſacri collegae, quem habeant antiſtitem adminiſtratorem; principem bene eductum & litteris imbutum, atque e familia virtutis & gloriae celeberrima.

XXI. *Caſpar.* SAGITTARII Hiſtoria Marchionum ac Electorum Brandeburgenſium, ab origine ad an. 1680. Ienae 1684. in 4to. Eiusdem *Hiſtoria Marchiae Soltwedelenſis*, Ienae 1685. in 4to.

Praeter domeſticos ſcriptores, etiam communes rerum Germanicarum annales in quouis principe diligenter hic videas collatos.

XXII. *Gregorius* LETI Hiſtoria della Caſa Elettorale di Brandeburgo, *Amſtelodami* 1682. 4to. Eiusdem Abregé de l'hiſtoire de Brandebourg, *Amſtelod.* 1687. 12.

Recentiora quaedam habet, quae alius non ſcripſerit. Multi virum credulitatis arguunt: ſed aliquid condonandum peregrinis.

XXIII. *M. Petri* HAFFTITII Microchronicon Marchicum ab an. 388. ad 1590. codicem poſſideo MSC. in 4t. 1597.

Duarum ſcholarum Berolini & Coloniae is Rector fuit: ſed exquiſitam hiſtoriarum notitiam in libro hoc deſidero. In antiquis rebus figmentis indulget; vt alii plerique. (*)

XXIV. *Iohann.* FRIDERICI, Paſtoris in Vkermarchia, Chronicon Neomarchiae MSC.

Liber Hafftitio laudatus, plerisque ignotus eſt.

XXV. *Samuel. Lib. Bar. de* PVFENDORF, Res geſtae Friderici Wilhelmi M. Elector. Brandeburg. *Berolini*, 1695. in fol.

Prudentiae ciuilis ſtudioſo inaeſtimabilis hic theſaurus eſt; modo quis literarum praeſidio inſtructus ad lectionem ſcripti, vere pragmatici, acceſſerit. Quaedam tamen multi in illo deleta mallent. (**) (***)

DE

(*) *Henrici SEBALDI*, inſpectoris Beelizenſis, Breuiarium hiſtoricum, edit. Wittenbergae 1655. in 4t. (a)

(a) Id inprimis agit auctor, vt res marchicas omnis aeui exponat, ſacras & ciuiles, praeſertim vero Marchicis proprias. Vt adeo plurima habeat, quae nequeunt alibi inueniri.

(**) Huc pertinet Magdeburgicum TABVLARIVM. Illud cuſtoditum olim in caſtro Giebichenſteinenſi, deinde translatum in caſtrum S. Mauritii; porro exinde in curiam prouincialem, contiguam templo der Dom-Kirchen; demum Magdeburgum.

(***) In feudorum tabnlario inprimis magni facienda volumina ſequentia: Ertz Biſchoffs *Petri* Lehen-Regiſtratur 1376. Alberti 1383. Guntheri 1420. Friderici 1446.

DE MAGDEBVRGICO DVCATV.

XXVI. *M. Ioh.* Pomarii, Paſt. Magd., Summariſcher Begriff der Magdeburgiſchen Stadt-Chronicken, ad an. 1580. *Magdeburgi* 1587. 4t.

Auctor fere in vulgaribus tantum verſatur. Saepe etiam genuinae hiſtoriae ignorantia ei imponit.

XXVII. *Andreae* Werneri Chronica des Ertz-Primat-Stifftes Magdeburg, ab an. 900. ad an. 1580. *Magdeburg.* 1584. 4t.

Liber non alio fere elogio, quam prior, dignus.

XXVIII. *Caſp.* Sagittarii antiquitates Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, *Ienae* 1684. in 4to. *Eiusdem* Hiſtoria Archiepiſcopat. Magdeburgenſis MSC.

In priori libro centum fere diplomatum Caeſaris Ottonis M. ſyllabus habetur, quae Olearius *cum ſcriptore communicauerat ex archiuo Halenſi. Dubium, an* Lambecii *quondam inſtitutum is occupauerit? qui e bibliotheca Vienneſi centum diplomata Magdeburgica publico promiſit; quae tamen non expleuit promiſſa.*

XXIX. *Anonymi* Chronicon Magdeburgic. ab origine vrbis ad ann. 1580. MSC.

Incipit liber: GOtt zu Lobe, und meinen Herren Schöffen der Stadt Magdeburg zu Liebe, etc. *In fine additi ſunt* faſti *Conſulares Magd. & catalogus torneamentorum. Volumen bibliotheca mea poſſidet.* (*)

XXX. *Anonymi* Chronicon Archiepiſcopatus Magdeburgenſis a Frehero quondam Meibomio donatum, & tandem emiſſum eſt, *Helmſtadii* 1688. in fol.

Reperies etiam diplomata quaedam Magdeburgica in Tomis Meibomianis.

XXXI. *D. Beniamini* Levberi diſquiſitio plenaria ſtapulae Saxonicae aduerſus Magdeburgenſium conſilium Borcholtinum Germanice, *Budiſſin.* 1658. 4to.

Occaſio ſcripti poſtulatum Magdeburgenſium 1) ſtapulae *generalis per vniuerſam Saxoniam in Albi fl.* 2) *ſummum S. R. I. iudicium in orientali Germania. Cui ſe* Leuberus, *Saxoniae*

(*) Laudatur quoque chronicon inſitum, quod lateat in bibliotheca Berolinenſi, a Zwanzigio.

Saxoniae Electori addictus, oppoſuit. Praeter cauſam auctor in hiſtoriam Magdeburgicam nimis ſubinde excurrit.

XXXII. *Ioh. Chryſoſtomi* STERREI Vita S. Nortberti Patriarchae Magdeburgici, *Antv.* 1656. 4t.

Multa ſingularia habet, huc omnino referenda. Cur exteri in rebus noſtris conſulendi? Reſp. Romae curtas *omnes Epiſcopatuum curatius deſcriptas, quam in ipſis Germaniae archiuis. Chronicon* Bergenſe, *quod Helmſtadii prodiit,* Olearii *Halygraphiam; Anonymi* Häylliſche Heiligthümer; Spangenbergii *Chronicon Mansfeldenſe;* Cellarii *Wettinum; Chronicon Montis Petrini; plurima, quae de obſidione Magdeburgica lucem viderunt, laudare hic poſſem: niſi animus eſſet, intra potiores ſubſiſtere.*

DE CLIVENSI DVCATV.

XXXIII. *M. Wernheri* TESCHENMACHERI *Montani* Cliuia; Iulia; Montia; Rauensbergia, antiquae & modernae, *Arnhemiae* 1638. fol.

Liber rarus; ſed plenus in hac materia. Quod & hiſtoriae & geographiae habeat rationem.

XXXIV. *Adelarii* ERICHII Gülchiſche Chronick, ſeptem libris abſoluta, *Lipſiae* 1611. fol.

A priori ſaepius emendatus correctusque. Non ſpernendus tamen ob nobilium familiarum deſcriptiones.

XXXV. *Stephani Vinandi* PIGHII Hercules Prodicius, *Antverpiae* 1587. in 8. (*)

Inſtitutor is fuit Caroli Friderici, Ducis Cliuenſ., quem in Italiam peregrinantem, comitatus eſt. Sed, principe hoc ſuo 1575. *praematura morte Romae ſublato, id defuncti memoriae honorique dedit, vt principis iuuentutis peregrinationem deſcriberet. Liber inſigni doctrina ac rerum varietate ſcriptus eſt. Inuenies in eodem Auſtriaca; Tirolenſia; Salisburgenſia; Italica cum accurata Cliuenſis hiſtoriae epitome.*

XXXVI. Anonymi Stammbuch der berühmten Grafen und Hertzogen in Cleven, *Arnhemii* apud Ioh. Fried. Hagen, 1679. fol.

Praeter imagines omnium principum, quae libro exhibentur, parum eſt, quod laudari poſſit.

XXXVII.

(*) Epiſtolae Pighii ad diuerſos de rebus grauiſſimis ſcriptae inſitae cuſtodiuntur in bibliotheca Berolinenſi.

XXXVII. *Egberti* Hoppii, Aduocati Cliuenſis, kurtze Beſchreibung der Grafen und Hertzogen von Cleven, *Cliuiae* 1655. 8.

Plura didici ex hoc libello. Ordinum prouincialium diligentem rationem habet.

XXXVIII. Nominauit mihi duos libros Lib. Bar. de *Steperoth.* Quorum vnus der Clevische Bettler-Mantel (*), alter der Cölnische Thummermuth inſcripti ſint.

Vtrumque librum ſe vidiſſe, ſed quemlibet centum aureis redemptum, Syndicus Colonienſis confirmabat, cum 1697. *in pacificatione Riſuicenſi hac de re colloquium haberemus. Materiam quoque libri diſſerebat, quae valde arcana. Alterum etiam ab Hermete laudari poſtea reperi. Quae in* Cliuenſi *hereditate ſcripta edita ſint, ſedulo congeſſit Lippenius. Sunt mihi, praeterea, deductiones nondum euulgatae MSC.*

XXXIX. *Lewoldi* Northovii Chronicon Comitum de Marka & Altena cum notis Meibomii, *Hanou.* 1613. in fol.

Idem etiam liber Tom. II. Rer. Germ. Meibom. inſertus eſt, a nobis ſupra laudatus.

DE POMERANIAE DVCATV. (**)

XL. *Ioh.* Micraelii Chronicon Pomeraniae veterem aeque ac recentiorem hiſtoriam complexum. *Stettin* 1640. in 4to.

Egregius auctor, in vernacula editus, palmam reliquis Pomeraniae ſcriptoribus fere praeripuit. Neque vbiuis obuius. (***)

(*) Neque a vero hoc alienum eſt; Cum coaluerint ducatus hi ex pluribus dynaſtiis: quarum ibi fere ſunt innumerae, cognitae medio aeuo. Interim egerunt ordines prouinciales, vt pactis & priuilegiis alteris hi ducatus cohaererent in vno coagulo, iure indiuiſibilitatis.

(**) Archiuum Wolgaſtenſe Pomeraniae an. 1715. offendit B. Ludewigius in Stettinenſi palatio. Hoc autem poſtea translatum eſt Berolinum, vbi perluſtrauit illud d. 7. Ian. 1741. Antiquiſſimum eſt diploma Friderici II. anno 1285.

(***) Eſt magna inter viros litteratos contentio, cum de Pomeraniae nominibus, tum etiam eorundem inſignibus multiplicibus; praeſertim cum *octo* gryphes pingant, ſintque tantum prouinciae Pomeraniae ſeptem. Verum quod primum concernit, illud eſt imis ſenſibus notandum: quod in mores iuerit

XLI. *Dan.* CRAMERI Pommeriſche Kirchen-Chronicke, *Stettin.* 1628. fol.

Epiſcoporum Caminenſium ex hoc catalogos ac deſcriptiones petes: in hiſtoria reformationis nouiſſimae etiam admodum operoſus.

XLII. Wolffgang Jobſtens Geburts-Linie der Fürſten und Hertzoge in Pommern, *Francof.* 1573. 4to.

In ſtirpe deſcribenda opera eius inprimis verſatur: cum quo Andr. Hildebrandi *iungenda genealogia Ducum Pomeraniae,* Stettin. 1623. fol.

XLIII. *Pauli* FRIDEBORNII, Secret. Stettin., Beſchreibung der Stadt Stettin, mit dem Leben der Hertzoge, *Stettin.* 1613. 4.

Plus praeſtat, quam promittit, auctor. Non enim in vrbis deſcriptione ſubſiſtit; ſed vniuerſae Pomeraniae ducum 1) *genealogias,* 2) *vitas,* 3) *tabulas aliaque tractat, augetque ex archiuis.*

XLIV. *Georgii Friderici* SASSII Diſputatio de Pomerania, *Francof.* 1684. 4t.

In Geographicis auctoris inſtitutum verſatur. Oſtendit vero magis, quam ſupplet, defectus.

XLV. C. S. SCHVRZFLEISCHII Origines Pomeraniae, Witteberg. 1673. 4to. & in volumine Hiſtorico Politico p. 470.

Vel ob eam cauſam hic laudandus, quod principio opuſculi, ſcriptoribus nominatis, praeſidio ad res Pomeranicas lectorem vtiliter ac copioſe inſtruat.

DE BVRGGRAVIATV NORIMBERGENSI.

XLVI. *Ioh. Georg.* LAYRIZIVS de Burggrauiatu Norimbergenſi, *Baruthi* 1676. 4t.

Limnaei *hic induſtria omnino commendanda, qui Noricam cauſam pro ſuorum principum iure egregie expediuit.* Wagenſeilius *etiam in hiſtoria Norimbergenſi plura de Burggrauiatu habet; ſed quis alienum a ciuitate iudicium expetet a Profeſſore Altorfino?*

DE

rit populorum iſtius aeui, vt duces ſe dixerint a loco, vbi domicilium habuerant; vel etiam a populi, cuius domini fuerant, aliqua cohorte. Atque hoc idem tenendum eſt in gryphibus plurimis diſtinctis tantummodo coloribus, vnius populi teſſera. Interim octaui numeri gryphes pertinere videtur ad Lauenburg & Butau &c.

DE HALBERSTADII PRINCIPATV.

XLVII. *Caſpar* Sagittarii Hiſtoria Halberſtadienſis per ſingulos Epiſcopos, *Ienae* 1675. 4t.

Solus, qui ab origine ad finem deſcripſit hiſtoriam hanc, meretur commendari.

XLVIII. *Guil.* Bvdaevs, Archiater Epiſcopi Halberſtadienſis, vom Leben und Thaten Herzogs Alberti zu Braunſchweig, des 29ſten Biſchoffs zu Halberſtadt, *Halberſtadii* 1624. 4t.

Liber rarus, neque Sagittario, neque Herzio viſus, erudite ac ſolide ſcriptus eſt, qui ſingularia plura habet, iura Epiſcopatus in Quedlinb. egregie monſtrantia. Sed poſterior eius tomus MSC. latet.

XLIX. *Melchioris* Neofanii, Paſtor. Brunſuic., Catalogus Epiſcopor. Halberſtadienſium ad an. 1585. ab origine vſque Serueſtae 1586. 4t.

Carmine heroico ſcriptus eſt liber. Sed verborum maior ac rerum cura eſt talia ſcribentibus. Generales ſcriptores, Cranzium, Chytraeum, in prooemio laudatos, & Magdeburgicos, non repeto. MSC. Ioh. Winigſtadii; & Georgii Torquati laudat Sagittarius.

DE MINDENSI PRINCIPATV.

L. *Ioh.* Crvsii Chronicon Mindenſe, *Mindae* 1675. 4t.

De patria ſua praeclaris ſcriptis meritus eſt auctor, Syndicus quondam ciuitatis, ſcripſit etiam de iure *Mindenſi.* (*)

LI. Anonymi Chronicon Epiſcoporum Mindenſium ab an. 780. ad an. 1474. in Meibomii Tom. I. Rer. Germ. p. 349. extat.

Weſtphalicos annales praetereo, hic conſulendos pariter.

ACTA REGNI PORVSSIAE (**) CONSTITVTI.

LII. Opuſcula huius argumenti a diuerſis lucubrata ſigillatim recenſet auctor anonymus des Auszugs der

(*) Sed Cruſium Syndicum ab illo auctore differre, intellexi. Licet huius chronicon ipſe Bunemannus, qui Mindenſes annales promiſit, fateatur ſe non vidiſſe, dubitetque, num editum ſit; an vero promiſſum tantum?

(**) Singularia plura, quo animo Poloni acceperint noui regni

Schrifften von der Königlich-Preuſſiſchen Erhöhung, 1701. 4t.

Orationum, tum ciuilium, tum ſacrarum; carminum item; diſſertationum; dedicationum; literarumque generis cuiusuis epitomas hic habes. Quamuis autem pauciſſima ex argumenti dignitate ſcripta ſint: teſtes tamen amoris ciuium erunt erga optimum principem, nunquam intermorituri.

LIII. Perfecti ac pleni operis gloria *Illuſtrem* ſcriptorem manet, Virum *Generoſiſſimum*, Dn. de BESSER. Cuius in ſcribendo grauitas, luculentia elegantiaque pridem & innotuit orbi erudito, in deliciisque fuit.

Putauerim, illuſtrem virum e tot populorum moribus ac conſuetudinibus, quarum callentiſſimus eſt, deſideria tandem eruditorum explere poſſe, iure gentium ſcripto, praeſenti aetati rite attemperato.

§. III. Atque hi demum ſcriptores ſunt, quos noſtra, non aliena, fide laudauimus. Quorum enim copia nobis data non fuit: illos praeterire & omittere maluimus, quam Labbeum, Zeillerum, Herzium, Bolduanum, Lippenium, aliosque indices librorum exſcribere. Ceterum vetuſtiſſima ſepulchrorum *monumenta Principum* noſtrorum vſque ad an. 1499. *Heilsbronnae* inueniuntur, in loco, qui coenobio quondam, nunc Gymnaſio, dicatus eſt. Vbi etiam *Bibliotheca* codicibus manuſcriptis refertiſſima extat, quae, olim ab ignauis hominibus cuſtodita, cum tineis & blattis certabat; nunc vero literarii huius theſauri maior cura eſt. Idonea certe Heilsbronna ob vtramque cauſam, vt peregrinatores eruditos diuertat. Verum ab 1499. *Coloniae* ad Spream cadauera heroum noſtrorum ſervantur. Si quid vota noſtra poſſunt, a Deo immortali omni religione contendimus, vt *loci religioſi* clauſtra nonniſi principum in extrema ſenecta exceſſibus perfrigantur. (*)

gni Poruſſici inſtaurationem, aperit ZALVSKY in tom. III. epiſtola 1. 2. 3.

Vbi ſumma dicendorum: Aequo animo ferenda, quae nequeant mutari, & cauendum, ne, coelum protegendo, terram amittamus.

(*) De comitatu Geyerenſi.

Henrich. Wolfg. de Geyer a Leopoldo obtinuit, vt bona eius equeſtria eueherentur in formam comitatus, quo etiam modo obtinuit 1693. votum & ſeſſionem in comitiis. Hinc ab

ab eodem comite ceſſio facta eſt electori Brandenburgico. Dynaſtias complectitur comitatus 1) die Reſidenz Goldbach, 2) Gibelſtatt, 3) Reinsbronn, 4) Neukirchen, 5) Jngelſtatt.

Sed contradicit ordo equeſtris, quod exemtio fieri nequeat in eius praeiudicium.

Interim rex Poruſſiae poſſedit mortuo comite territorium. Neque tamen ſe addixit vel ordini equeſtri, vel ſuffragium requiſiuit in comitiis. Interim ceſſio facta eſt Onoldino Marchioni, contracto cum regali filia matrimonio.

De re monetaria Brandeburgici marchionatus.

Numos bracteatos plures collegit B. Ludewig, aliquot exhibuit in der Einleitung zum teutſchen Münzweſen.

Plura quoque exhibuit Leuckfeldius.

Raue, paſtor Berolinenſis, non minus habet magnum numerum.

Weiſſe, olim conſiliarius camerae, pariter B. Ludewigio obtulit centum numos diuerſorum generum ex Brandeburgicis bracteatis.

An. 1612. die 4. Febr. Regiomonte editum edictum monetarium a *Ioanne Sigiſmundo*, vbi ſumma capita ſunt haec: Daß der Reichsthaler ehedeme 24. Argent-Groſchen, jetzo 28. Argent-Groſchen; dahero der Schaden leide, für curr. ſpecies verſchriebe. Die Confuſion würde machen, daß man eigene Münz-Richter würde ſetzen müſſen; wann bloſſe Reichs-Thaler harte Thaler oder Reichs-Gulden, ohne Zuthuung eines Valors verſchrieben, zu Zahlung harte Thaler zu bezahlen; Es wäre dann, daß jemand Stück vor Stück harte Thaler bezahlte. Anderſt ſolle der Thaler 24. Groſchen, der Goldgulden 27. Reichs-Groſchen gelten. Wir ICti wollen nur auf den valorem extrinſecum ſehen: aber dieſe Meinung verwerfe der Churfürſt, als unbillig.

An. 1623. im Neu-Jahrs-Tag, Cölln an der Spree, Churfürſt Georg Wilhelm. Reichs-Thaler thut 5. ſchlechte Thaler, weil einige 6. oder 7. ſchlechte Thaler (zu Kipper-Zeiten) dafür gegeben, ſolle nunmehro der Reichs-Thaler 24. gute Reichs-Groſchen, wie ſie 1603. geſchlagen worden, thun. Aber an nemlichen zu Croſſen geprägten Groſchen ſollen 6. Groſchen auf einen Reichs-Groſchen gehen; ein Croſſiſcher Groſche nur zu 2. Reichs-Pfenningen gerechnet werden.

Controuerſiae ſuper pretio interno der Reichs-Thaler, ſchlechten Thaler und Groſchen deciſae a B. Ludewigio in cauſa contra *Calenberg* nach Dreßden.

Et menſe Nou. 1723. in cauſa der Stadt Schoenflies contra den von Sidow in Schwarzendorff. Da der Reichs-Thaler zu 24. Groſchen, und gleichwohl zu ſpecies gerechnet worden; Ratio decid. Weil alte Reichs-Groſchen, wie ſie bis 1603. gemünzet, verſtanden werden, welche denen alten Böhmiſchen nicht ungleich.

De RVPINENSI *Comitatu.*

RVPINENSIS comitatus in media Marchia ſitus cum Lindauienſi dynaſtia comites habuit vetuſtiſſimae proſapiae: ſed tamen comites ſuperioritatem agnouerunt Marchionis Brandenburgici, cui nexu feudali paruerunt. Ideoque mortuo 1524. Wichmanno, vltimo ſtirpis Rupinenſis comite, elector *Ioachimus* Rupinenſem comitatum iure feudi aperti accepit, & intulit Marchiae mediae, dominio vtroque conſolidato.

Singularia Marchica ſ. Brandenburgica.

Quod BRANDEBVRGICIS INSIGNIBVS tribuendum AQVILAE BICIPITIS idolum, plura nobis argumenta: Principio cauſa in *marchiae numeris*, veteri, aut noua, aut etiam media, quoniam aquilis ſingularibus omnes inſtructae, vt adeo opus eſſet vtraſque iungi (1). Deinde docent hoc antiquiſſimi aeui numi, quorum icon poteſt dari. Vel enim quatuor pinxerunt aquilas, vel duas inuicem iunctas (2). Porro Caeſarum primus eſt vſus his inſignibus aquilae bicipitis Sigiſmundus, poſſeſſor marchiae, aut ante eum WENCESLAVS (3); cum diu ante aquilae bicipites comparerent in Brandeburgicis numis. Demum omnes aliorum opiniones nullius momenti.

(1) Numerus quaternarius indicatur primo per verba o$\frac{T}{T}$o Otto; deinde per crucem o✚o; tum per quadrifolia ☘ variae figurae; porro per duplicem enſem in vtraque manu; per roſam praeterea; praeterea per ſcuta quatuor. Stellas & lunam ∗☽☾∗; quatuor viros Seelender.

(2) Euoluendi in Becmanno & apud Seelenderum, imo in noſtris cimeliis etiam apud Garzen reperiuntur rari nummi, quibus (vid. A.) aquilae ſe reſpiciunt, ſceptro intermedio.

(3) Nam Wenceslao Marchia ab imperatore non ſolum adſignata fuit; ſed etiam rexit ille Marchiam aliquandiu, vſque perueniſſet ad imperium. Quod ideo eſt imis ſenſibus notandum, quod aliqui minus recte ſentiant, Sigiſmundo delatam marchiam a Carolo IV. quod eſt falſum. Eſt in ſigillo Wenceslai illud ſingulare, quod auxerit aquilarum numeros; bicipite aquila ſit vſus nondum imperator; deinde hoc bicipitis aquilae ſigno ſit vſus in diplomate, quo foedus iniit cum fratribus, & Morauiae agnato confraternitates intuitu marchiae Brandeb. & illi libertatem, & priuilegia confirmauit. Dat. zu Gubin 1734. an. 11. reg. Bohemiae. Edidit diploma Iul. Cunrad. Rudemann, Paſtor S. Iacobi Stendaliae, edit. Stendal. 1727. in collect. hiſtoriae palaeo-march. cap. 17. p. 195.

GERMANIAE PRINCIPIS
LIBER III.
NOTITIA
PROVINCIARVM
ELECTORIS
ET
DVCVM
SAXONIAE.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

De gente SAXONICA.

CAPVT I.

Hiſtoria gentis.

§. I.

Saxonvm, vetuſtiſſimae gentis, *adpellatio altero* demum poſt nat. Chriſtum *ſeculo* audita fuit. *Cimbricae* cherſoneſo vicinas regiones, hodie ab *Holſatis* habitatas, *eos* tum incoluiſſe, res manifeſta eſt. Hinc ipſam *Saxonici* nominis rationem non aliunde, quam a *ſeſſibus* populi, den *Saſſen*, vel *Satten*, aut *Satſen* deriuandam eſſe, coniectari licet. Vtinam vero acquieſcerent tandem in hoc *ortu* ſcriptores. Magis enim antiquae populorum natales, quam a vetuſtis ſcriptoribus traditas accepimus, vano recentiorum auctorum ſtudio aut *fabulis* inuoluuntur, aut *tricis* implicantur, non ſine grauiſſima temporis ac veritatis iactura, maximoque impedimento, quod plures deinde a notitia rerum in hiſtoria *vtilium* auocare ac deterrere ſolet.

Ptolemaeus *Geographus cc. an.* 130. *principio* Saxones *memorauit :* (a) *ſed in hiſtoria Romana iidem ab anno demum* 250. Eutropio, Oroſio, Iſidoro, Marcellino, Zoſimo, Diacono *aliisque deſcribuntur.* Cauſae *diu neglecti nominis :* 1) rariora *cum Graecis aut Romanis* commercia; 2) ignorantia *antiquorum* Geographorum, *quibus ſatis fuerat, regiones* vniuerſim *deſcribere :* ſigillatim 3) incuria *eorundem, qua, populis in* confinio *tantum nominatis, ad* interiores

(a) l. 2. c. 11. Ipſe vero *Ptolemaeus*, Aegyptius natione, claruit ſub Antonino Pio, vt Suidas auctor eſt.

interiores *receſſus non penetrarunt ;* 4) *quod* moris *tum eſſet, circa* regionum, *quam* populorum, *deſcriptiones maiorem curam adhibere*, *at vero* Cimbricam (*) *peninſulam*, *qui* Saxoniam (b) *dixerit ? quamuis a Saxonibus fuerit culta.* Sedes *in* ceruice, (*alii in* dorſo) Cimbricae *cherſonenſi fuerunt. Non ergo cum ipſis Cimbris Saxones confundendi.* Nomen Saxo *alii a* ſaxea (c) *natura : alii ab armorum genere* (d) *den* Seken (**) : *alii ab Hungariae incolis, den* Saekcleren : *alii a* Sacis, *Aſiae populis : alii veſtimenti genere*, Sagis *Romanorum : alii a* Cattis, *quos &* Sattos *dicunt : alii a* Sagen, *quod praeſagire etiam wahrſagen in vernacula : alii a tunicis, quaſi* Sack-Soehne : *alii a nomine primi ducis*, Saxone : *alii a* ſaxo *Marpeſiae : alii ab* Aſcenaze, *aut* Aſcanio, *voce vſu vulgi corrupta : alii* Suardones, *Tacito deſcriptos, huc trahunt : alii iterum aliunde deriuant. Sed pudet, ineptias conuellere. Noſtrae coniecturae & argutationes ; quod a) vicini populi a* ſeſſu *hodienum*

(*) *Cimbricam.*) Cimbri a Cimbiis. Cimbla pocula ad ſimilitudinem *Cimbae* nauis du *Freſne.* Inde forte quaſi Schiffer, Schiffleute, Kahnleute.

(b) *Ptolomaeus* diſerte ait, *Chaucos maiores ad Albim vſque flumen habitaſſe, hinc ſuper ceruicem Cimbricae peninſulae Saxones, ipſam vero inſulam ſupra Saxones tenuiſſe Singulones.* Poſt Ptolemaeum eiusdem fere ſententiae *Marcianus* Heracleota in Periplo, qui circa oſtia ſcilicet Albis fluuii inſulas Saxonum adiacere dicit. Ex antiquiſſimis his Geographis *Stephanus* de ſitu vrbium priſcos Saxones prope *Cimbriae peninſulam* recte collocauit, & nos primas Saxonum ſedes in *Holſatia* ſtatuendas eſſe, affirmauimus.

(c) *Iſidorus* in origin. *l. 9. c.* 2. & Hroswita in ea fuerunt opinione, nomen habere a Saxo per duritiem mentis bene firmam. Engelhuſius: Quippe breuis gladius apud illos *ſaxa* vocatur.

(d) Gregorius *Turonenſis*, *Witichindus*, & ex recentioribus Nicol. *Schaten* Saxones ab oblongis cultris gladiisque *Sachs* dictis nomen accepiſſe putant, & teſte *Pontano* l. 2. Orig. Franc. c. 2. Dan. & Friſii, orientales hodie adhuc forficem ac cultrum *Sachs* appellant. Et *Plutarchus* annotauit, Cimbros in pugna grandibus & oblongis gladiis eſſe vſos.

(**) *Seken.*) Inde *Wigornienſis*, Sax; Anglico elemento *Seks*, quia *Seken*, enſis. Miles Oſtſexia. CASAVBONVS de LL. Saxon. Plenius EKARDVS *ad L. Salic. tit. 73. p.* 112.

dierum adpellatio ſit der Holzſaſſen *b) idem adpareat in aliis exemplis, v. g. der* Ilſaten, *Elſaſſer;* Landſaſſen; *Erbſaſſen; &c. c) literae t & s conficiant alibi quoque in vernacula x; d) antiqua etiam diplomata* Sattones *babeant. In* ortu *gentis grauior controuerſia. Repetunt eam alii a* Danis; *alii a* Cimbris; *alii a* Suecis; *alii a* Friſiis; *alii ab* Hunnis; *alii a* Sazis *Aſiaticis; alii a* Macedonibus; *alii, quod nihil proditum de origine videant, eos* indigenas *dicunt; ludunt etiam alii aliter. Ego, operam neque in biſce rebus perdendam eſſe, exiſtimauerim.*

§. II. Sed *gens*, quae diu in *obſcuro* delituerat, mox (e) rerum *geſtarum* gloria caput extollere coepit. Quo factum eſt, vt victricibus armis Saxones (f) *Albim fl.* tranſirent, prolatisque limitibus, ſuae *ditionis* facerent, quicquid *Rheno* ac *Albi* fluminibus ab *Hercynia* ſilua ad *maritimas* oras continetur. *Slesuici*, *Holſatiae*, *Saxoniae* inferioris, *Weſtphaliaeque* ducatuum nominibus hodiernis *priſtina* Saxonum *dominia* diſtingueres. Potentiores igitur facti, *piratica* BATAVIAM infeſtarunt cc. an. 350. BRITANNIAM, *Hengiſto* ac *Horſo* ducibus, expugnarunt cc. an. 450. atque, ut *Italiae* inuaſiones ac *Attilae* certamina praeteream, cum THVRINGIS ac FRANCIS, vicinis ſuis, arma manusque haud raro conſeruerunt ab an. 500.

De Religione Saxonum & Irmenſula, **der Hermanns-Säulen** *Meibomius, Albinus, aliique: qui etiam vetuſtam reipublicae*

(e) Seculo tertio & quarto Saxonum nomen iam inclaruit. *Ammianus Marcellinus*, qui Hiſtoriam Romanorum, vbi Tacitus definit, inchoat, eos paſſim nominat, neminemque fere praeter *Saxones*, Alemannos ac Francos, in rebus praeſertim Conſtantii & Iuliani celebrat.

(f) Cum Franci inter Rhenum, Viſurgim, & Albim alias habitantes per Galliam fines armis victricibus extenderent, Saxones Albim tranſeuntes haec loca ſubiugarunt. Anonymus *Ravennas* lib. IV. Geograph. §. 7. inter flumina Saxoniae refert Lamazon (i. e. Amaſum, **Emß**,) Ipadum, (Pader fl.) Lippam etiam Lupiam dictam, Linae, (h. e. **Leine**.) Seculo VI. partem quoque Thuringiae, quae eis cis Vnſtrutum ſita, occuparunt, quod ex Eginhardo docet *Adam Bremenſis* lib. I. Hiſt. Eccl. c. 4. & Saxenburgum teſtatur.

reipublicae faciem deſcribunt. Termini atque diuiſiones veteris Saxoniae *e tabula perſpici poſſunt.*

Saxonia

- *Cismarina*
  - *Transalbina*: Holſatia, Sleſuicum, Stormaria, Dithmarſia, Wagria, Lauenburg.
  - *Cis Albina*
    - *Weſtphalia:* a Viſurgi *ad* Rhenum.
    - *Angria: intermedia* ad Hercyniam.
    - *Oſtphalia a* Viſurgi *ad* Albim.
- *Transmarina* quae Anglia.

De PIRATICA (g) *Saxonum in Batauiam legi poſſunt* Bucherius, Vbbo Emmius, Suffridus, Voſſius *alii.* BRITANNICAM *expeditionem deſcribunt* Sheringham, Langhorn; *ex veteribus* Beda. *An iure ab Angris Saxonibus Britanni ſubacti fuerint? e dogmate Grotiano. De* ITALICIS *referunt* Sabellicus, Blondus, Sigonius. THVRINGICA *ex inſtituto* Sagittarius *tractat. De ſingulis inter diſſerendum.*

§. III. Verum enimuero poſt tot victorias, a bellicoſiſſimis gentibus reportatas, *Saxones* demum in praedam *Francorum* an. 775. conceſſerunt. *Carolo M.* haec gloria ſeruata eſſe videbatur, vt, quos *compeſcere* Francorum reges *nequiuerant*, ipſe ſuis viribus *ſubiugaret*, vniuerſa Saxonum ditione in *prouinciae* formam redacta. *Triginta*, & quod excedit, annorum praelia habuerat cum Saxonibus victor: donec rebellium ciuium dux WITTEKINDVS, quem *magnum* dicunt, ad obſequium eius rediret, eierato gentiliſmo, ſacris Chriſtianorum an. 785. (h) initiatus. Huius exemplum plures alii deinceps ſequuti ſunt, atque natio demum vniuerſa ſtudio literarum & ſacris ritibus probe exculta.

Cauſae

(g) Sec. III. ac ſequentibus oram Galliae quoque piratica infeſtarunt. Ideo Romani conſtituebant littorum Praefectos, ex quibus Nannetes fuit, quem *Ammianus Marcellinus* l. 27. c. 8. maritimi tractus Comitem vocat. Et Eutropius in Diocletiano ſcribit: Carauſius mare accepit, quod Franci & *Saxones* infeſtabant.

(h) *Schurzfl.* in Diſſ. de *Wittek.* §. XIV. In eo, inquit, omnes conſentiunt, Wittekindum A. C. 785. Chriſti ſacris initiatum.

Digitized by Google

Cauſae *bellorum* (i) *Caroli M. contra Saxones* a) *quod, praedeceſſoribus Franc. RR. tributarii*, (k) *ab officio diſceſſiſſent*, b) *Thuringis, qui Francis addicti, graues eſſent*, c) *creberrimis excurſionibus ipſos Francorum limites* (l) *infeſtarent*, d) *negarent amicitiam Carolo M.* e) *Pontifex auctor eſſet tot gentium victori, terminos Chriſtianorum ſacrorum proferendi. Cur* 33. *annos in* perduellione *perdurauerint Saxones? R. quod eſſent* a) *priſtinae libertatis*, b) *auitae religionis inprimis tenaciſſimi*, c) *ſacerdotes Chriſtiani ſacro fonte lauarent, quotquot e Saxonibus crucis* geſticulationem *edocti fuerant, licet cetera* dogmatum *fidei Chriſtianae ignari; moribus* improbi; *imo neque priſtina* ſuperſtitione *liberati eſſent*; d) *Chriſtianorum* peſſima vita *ipſi Chriſtianiſmo* maculam daret; e) regionem *maioris haberi, quam* religionem, *vulgus etiam Saxonum ſentiret*; f) *ferrum ac ignis* hypocritas *facerent, non Chriſtianos. Curſim* de Vaemico *iudicio*. Wittekindus *vbi ſacro* (m) fonte *lauatus? an in vico Fuldenſi*, Mittenbach? *an vero* Bardeuici? *an* Bethelhemii *in Oſnabrugenſi tractu? an* Oſteruici? *an* Mindae? *an* Attiniaci? *Singulis enim locis hic honor a diuerſis tribuitur*. Saxonia exculta; *a)* coenobiis *plurimis, erudiendae iuuentutis ergo, inſtitutis: b)* epiſcopatibus *factis*, *c) ſcribendi*,

(i) In cauſis bellorum etiam eſt, quod, Francis in Galliam abeuntibus, veteres illorum ſedes Saxones occuparint.

(k) Auct. Chronici in Fredegarii continuatione ad Annum DCCXLVII. de Carolomanno: *Saxones pacem petentes iuri Francorum ſeſe, vt antiquitus mos fuerat, ſubdiderunt, & ea tributa, quae Clothario quondam praeſtiterant, pleniſſima ſolutione ab eo tempore deinceps eſſe ſe reddituros promiſerunt.* Conf. Annal. *Pithoeani* ad An. DCCLVII.

(l) Saxones Francorum limites inuaſiſſe, ab illisque reiectos interdum quoque victores fuiſſe, teſtatur *Aimoinus l.* 2. *Hiſt. Franc. c.* 27.

(m) Varias de loco baptiſmi traditiones prolixe recenſet Iacobus Andreas *Cruſius in Wittik. ſuo* c. 12. & ſeq. cap. probat teſtimoniis Annalium Fuldenſium, Reginonis, Abbatis Vrſpergenſis & Gobelini *Attiniaci* Wittekindum ſacro fonte lauatum. *Turkius* Ieſuita vero in Faſtis Carolinis p. 27. edit. Leuckfeld. dicit, veriſimilius videri aut *Attinienſi*, aut in vico *Belem*, quem alii quoque *Bethelhemium* vocant, haud procul Oſnabrugo ſacrum baptiſma illi collatum.

di, numerandi, menſurandi artibus *in omnibus fere pagis iuuentuti monſtratis; d)* Aſtronomia *quoque publice inter agricolas docta; hanc originem der* Bauren-Regeln *quidam perhibent. Vt ſuis* legibus *viuerent, Saxonibus permiſſum fuit a Carolo M. Caue id de* publicis *LL. intelligas. Priuatae enim fuerunt, de quibus ſuo loco.*

§. IV. Ex hac WITTEKINDI ſtirpe omnes fere genealogi familiam *Saxoniae ducum* repetunt. Neque in eo facile diſſentientes haberent: modo *regalem* huic principi dignitatem non tribuerent, errore ſatis manifeſto. Conſtat enim e genuinis horum temporum monumentis (n), vniuerſam Saxoniam a *duodecim* proceribus adminiſtratam a *regibus* nullo non tempore abhorruiſſe. Deinde grauiori errore labuntur, qui exiſtimant, *Wittekindum* hunc a Carolo, victore, vniuerſae *Saxoniae praefectum* eſſe, vt ratio aliqua Saxoniae *ducatuum* inde deſumi poſſe, videatur; cum tamen ſatis certum ſit, Carolingica imperia nullum *ducem* toleraſſe (o): neque hoc elogio *Wittekindum* ab vllo coaeuo ſcriptore celebratum fuiſſe. Fieri interim poterat, vt Carolus M. Wittekindi opera in *iure* per Saxoniam *dicundo* vteretur, & patrimonio eius aliquot praedia adiiceret, vnde dignitatem primarii quondam viri inter Saxoniae proceres tueretur. m. 807. (p).

Elias Reuſnerus *ſtemma* Wittekindi *tanta amplitudine tractat, vt in eius proſapia, praeter* Saxoniae *duces;* Galliae, Angliae, Daniae, Siciliaeque *Reges; principes* Sabaudiae (q), Montisferrati *atque infinitos fere alios complectatur. Eius viri labores magna facilitate omnes exſcribunt: vtinam*

(n) Ipſo *Wittekindo*, apud Meibomium.

(o) In hoc ſcilicet ſignificatu, vt vniuerſae prouinciae dux praeeſſet.

(p) Veroſimillimam hanc opinionem amplectuntur quoque *Reuſnerus, Leznerus, Reineccius, Henningeſius*, & plures. *Cranzius* autem putat, mortem eius incidiſſe in A. 805. aliis placet A. 812.

(q) *Philibertus PINGONIVS* ex inſtituto librum ſcripſit, quem adpellat: *Inclytorum Saxonicae Sabaudiaeque principum arborem gentilitiam*, prodiitque is *Auguſtae Taurinorum* 1581. f. cum figuris; & inuenitur quam rariſſime.

vtinam vero nexus ſingulos, quod ardui negotii eſt, e genuinis rerum monumentis commonſtrarent. E regum *numero* delendum *eſſe* Wittekindum, *plura produnt;* a) *teſtimonia* Bedae *ac veterum, Saxones* regem *non habere; ſed* ſatrapas *plures: quorum aliqui* duodecim *numerant; dubium, an illi* communi *iure, an per* duodecim *prouincias* ſigillatim *rexerint?* b) *ipſe* Wittekindus *audit vnus e* primoribus *Weſtphalorum;* c) *neque maiores eius a coaeuis docentur, certo argumento, illum neque e* regio *ſtemmate ortum traxiſſe, neque* d) ſatrapas *hereditario iure ſucceſſiſſe* (r). *Ducem Saxoniae a Carolo M. non effectum fuiſſe eundem* Wittekindum, *fidem plura faciunt:* a) prudentia *victoris non admittit, vt credamus, rebelles eum ſubditos fidei Wittekindi,* perfidi *quondam hominis, commiſiſſe;* b) praeſumtio *in regionibus, bello acquiſitis, eſt contraria;* c) *neque in vnica Saxonia Carolum M. a recepta conſuetudine, per miniſtros prouincias regendi, abiiſſe, credibile eſt. Legantur hic* Meibomius, Boeclerus, Schurzfleiſchius *in voluminibus huius argumenti. Vacillant ergo* Saxoniae reges *apud* Saxonem *Grammaticum*, Cranzium *& recentiores, qui vtrumque ſequuntur. Aduerſio* Schurzfleiſchii *eſt*, Wittekindum ducis *quidem elogio Monachum Corbeienſem celebrare; non vero cum adiectione* Saxoniae: *quod ſtylo Carolini aeui repugnet. Ceterum* Angriae *vicum in Weſtphalia hereditario forte iure poſſedit* Wittekindus, *vbi humatus eſt, cadauere eius poſt* Wallerslebiam *non procul a Brema, demum* Paderbornam (s) *translato. De fabula* Rulandina *curſim.*

§. V.

(r) Ciuiles tamen calculos habet illa opinio, Wittekindum oriundum eſſe ex ſtirpe *regum Saxoniae.*

(s) Ita quidem cum *Cranzio* in Sax. & Chronico Cellenſi *Fabricius* lib. I. Rerum memorabilium rem narrat, ſed rectius in *Monumentis Paderbornenſibus* traditum, Angarienſi Collegio a Wittekindo fundato, auctoritate Pontificia An. 1414. 16. Ian. translato, & Heruordiam in Eccleſiam S. Iohannis migrante, cineres Wittekindi ciſtae ligneae incluſos vna cum aliis quibusdam cimeliis illinc aſportatos. Id quod *Turkius* e Soc. Ieſu in Faſtis Carolinis his verbis p. 57. confirmat: *Wittekindi maximi Ducis oſſa etiamnum Heruordiae ciſtae incluſa aſſeruantur.*

§. V. WITTEKINDVS II. primogenito fratri *Wigberto* (vnde ſtemma *Henrici aucupis*, ac poſterorum eius arcent) *paternas* in *Weſtphalia* regiones reliquit: ipſe de Carolino imperio *bene meritus* eſt, egregia opera in bellis contra *Venedos* populos adhibita. Hinc limitibus cuſtodiendis praefectus, *Wettinum*, arcem a ſe extructam, *Sorabis* oppoſuiſſe legitur. Vnde & ipſe & poſteri eius non ſolum *Wettini* Comites & *Zoerbicenſes* Landgrauii, ſ. Soraborum Praefecti, Landvögte der Sorben, Wenden, ſed & *Zorbecae* Burggrafii ac *Leiſnicenſes*, nec non Comites *Brennae*, *Rochlitii*, *Orlamundae*, *Pleiſſenſes* ac *Landsbergenſes*, celebrantur. Propago enim *Wittekindea* in his oris latius ſe extendit: *Pegauii*, *Merſeburgi*, *Altenburgi*, *Landsbergae*, *Eilenburgi*, aliisque pluribus comitatibus, Caeſarum Carolinorum iuſſu, contra *Venedos* inſtitutis. m. 825.

Ita Saxonici annales & genealogiae omnes loquuntur. Sed memini, me legiſſe, qui cuncta haec in dubium vocet (t), *aſſeratque, bodiernis Saxoniae ducibus nullum ſanguinis vinculum* (u) *cum Wittekindi propagine vnquam fuiſſe. Non inſtituti mei, quidquam in hac cauſa definire. Id certum eſt, in his oris infinitos fere* Comites, *Burggrauios, Landgrauios, Marcanos occurrere, qui forte Venedorum repentinis inuaſionibus inuigilare atque obicem ponere debuerant. Exulauit igitur familia haec* Saxonia, *patria maiorum ſuorum. An idem Wittekindus* Wittebergae *conditor* (x)? *Eſt enim hoc ſolenne vulga-*

(t) *Albinus* quidem in Chron. Miſnenſi tit. X. fuſius monſtrat, quantus ſit diſſenſus in Genealogiis Saxonicis, primos Wittekindi deſcendentes ſi inſpiciamus, ac priſcos Marchiones Miſniae, omnes tamen ex ſtemmate Wittekindeo ortos eſſe cum hodiernis Saxoniae Ducibus, affirmat. Sed idoneum teſtem vel bonae fidei monumentum quaeſiuit, neque tamen inuenit *Cellarius* iunior in Wettinenſibus.

(u) Id aſſerit quoque epiſcopus Dreſdenſis D. Loeſcher in der Einleitung zur Hiſtoria medii aeui p. m. 169. ille enim putat, familiam Saxonicam deducendam eſſe a Comitibus Budſezienſibus, ad quos Sec. X. maxime celebratos pertinebat, *Budſez*, *Wettin*, *Eulenburg*, Zörbig.

(x) *Peckenſt.* in Wittekindeae familiae proſapia illuſtrata hanc vrbem 808. ab hoc Wittekindo conditam eſſe refert, ſed in

3. part.

vulgaribus chronographis, vt ludant homonymiis. Verum etyma omnia illorum falſa ſunt. Quod Venedae *linguae ignari ſint, quae principio harum vrbium in his oris regnauit. Obſtupui nuper ad philoſophiam Moſcouitae alicuius, qui omnium huius viciniae locorum mihi etyma dedit, beneficio vernaculae, quae ſoror eſt* Venedi *ſermonis.*

§. VI. DIETGREMVS C. *Wettini* parentem in ſucceſſione excepit: hunc filius ſequutus eſt DIETMARVS, m. 940. cuius frater *Fridericus* Marchio Miſniae eſt electus: illi DIETHERICVS ſ. *Theodo ſ. Theodoricus* ſuffectus eſt, m. 985. ſucceſſit ei iterum filius DEDO, m. 1009. qui DIETERICVM II. filium heredem habuit, m. 1034. ſed parentis ditionem THIMO auxit, ſpe ſibi facta ad MISNIAE *Marchionatum*, aſt morte praeuentus 1091. ſucceſſionem filio *Cunrado* reliquit.

De Miſnenſi *Marchionatu ſuo ordine agetur. Proderit hic, ſucceſſus Marchionum e Wittekindea* Wettinenſi *ſtirpe ſummatim intueri. Sequimur tamen in illa doctrinas vulgares. Qui enim ipſi ſub examen reuocemus ſingula, noſtri non eſt inſtituti. Faciant hoc illi, quorum intereſt, & quibus plus temporis ac otii, quo nos deſtituimur.*

3. part. Theatri Saxonici ſ. Poliographia conditorem caſtri Wittebergenſis Wittekindum Magnum vocat, fatetur tamen, nomen huius vrbis in antiquorum Hiſtoricorum monumentis vix occurrere. Tempore Alberti Vrſi Wittebergae demum mentio fit, quem etiam conditorem eius eſſe, nonnulli exiſtimant, atque hae coniecturae propius ad veritatem accedunt. Schurzfl. in Append. ad vitam Alberti III. inquit: *verae ac indubitatae eius oppidi origines non ante coeperunt, quam cum Ducibus Aſcaniis, qui Slauos nominatim Sorabos poſt tempora Ottonum Wittekindeae gentis Imperatorum inter tractum Albis & Salae rerum potitos ex his finibus exegerunt atque deleuerunt. Aeuo enim Carolingorum, quo floruit Wittekindus M. neque Saxonia, neque Soraborum regio vrbes habuit.* Hinc Georg. *Fabricius ingenuo* Sax. illuſtr. l. 9. p. 114. fatetur, non conſtare ſibi, a quo Witteberga aedificata fuerit, nullo tamen ante Friderici Aenobarbi tempora monumento, nullis tabulis, nullo codice commemorari Wittebergam. *Kirchmeierus* iunior Wittebergae hiſtoriam meditatur ex inſtituto deſcribendam.

Nieder-Sächſ. *Wittekind. I. m.* 807. Ober-Sächſ.

Vipertus — *Wittekindus II. m.* 825. *Com.* Wettinenſis. — Wettin

Bruno — *Dietgremus* | *Fridericus I. coelebs* 876. | *Wittekindus III. unde ſtemma* Capetingicum.

Ludolf.

Otto — *Diethmarus m.* 940. | *Fridericus II. m.* 880. Meiſſen.

Henr. Auc. R. Germ. — *Dietericbus m.* 895. | *Frider. III. March.* Miſn. *I. ab Henr. I.* Aucup. *m.* 925. | *Bruno m.* 933.

Otto I. Imp. — *Dedo m.* 1009. | *Riddacus II. M.* MISN. *m.* 986. | *Guntherus conditor* Sceudiz.

Otto II. — *Echardus I.* 31.

Otto III. m. 1002. *improlis.* — *Carolus* Miſnia *priuatus,* | Miſniae *m.* 987. *hereditario iure m.* 1002.

Wettin | Meiſſen *m.* 1014.

Frid. I. Frater iun. Palatinus Saxon. m. 1020. | *Dieteric. II. Vxor facta m.* 1034. | *Mechtildie.* | *Hermann. Miſn. M. m.* 1032. *improlis.* | *Eccardus II. Fratris ſucceſſor m.*1046. *vlt. March. Miſn.*

Dedo March. Luſat. *m.* 1083. | *Thimo* Miſn. *M. m.* 1091.

Henric. 6) Miſn. *M. m.* 1106. | *Cunrad. M. locuples m.* 1156. 8) | *Dedo* Petrini Miſn. *M. Sepult. mont. Conditor. m.* 1135.

Henric. poſthumus 7) *M.* Miſniae *m.* 1126. | *in* Petrino *

* *Vnde hodienum reliqui omnes deſcendunt.*

Fuit ergo Miſniae Marchionatus ab Henrico Aucupe Wettinenſi *Friderico III. commiſſus ; quod* a) *eius familia contra Venedos bene merita eſſet ;* b) *vicinitate Miſniam attingeret ;* c) *ipſe Rex hiſce agnatis ſuis faueret. Sed nullo* hereditatis *iure Miſnia tum collata fuit : quamuis cauſas haberent Imperatores noſtri, vt hanc* Spartam *aliis nullis, quam* Wettinenſibus *relinquerent. A* Friderico III. *igitur Marchionatus* Miſniae *ad huius ex fratre* Brunone *nepotes peruenit, in quorum poſteris manſit , vſque dum* tertio *ramo* Wittekindeo-Wettinenſi *e Dieterico II. obueniret. In cuius poſteris*

ris baec dignitas ſemper deinceps perdurauit. Q. An Mechtildis nomine, Miſniae *Marchionatus in eundem translatus ſit? Neg.* 1) *quod* Marchionatus *inter omnes Germaniae principatus* vltimi *ſint*, *qui facti fuerint* hereditarii; 2) *meritorum ratio allegetur frequentius*, *quam iſtud matrimonium;* 3) *pro Caeſarum arbitratu* Miſnia, *mortuo* Hermanno, *in fratrem ipſius* Eccardum II, *poſtea in Henricum collata: hoc* 1076. *Caeſarem offendente, illa Bohemiae regi Vratislao data eſſet: quo iterum deiecto*, Henricus *poſthumus &* Thimo *de ſucceſſione contenderunt. Non autem* 4) *obſtat*, *quod* Miſnia *pro* femineo *feudo haberi queat: cum ſaepius inter habilitatem* poſſidendi *&* transferendi *feuda hactenus diſtinxerimus. Comitum, in aede Petrina montis Sereni, vulgo* **dem Petersberg**, *ſepultorum catalogos ſuo loco dabimus.*

§. VII. Cvnradvs, cognominibus *pii*, *magni*, *diuitis* inſignitus, iſte demum Princeps fuit, qui *Miſniae Marchionatum*, iure in poſteris perpetuo duraturo, acquiſiuit. Sed eius potentia neque his modo limitibus, qui tanti eo tempore non fuerant, circumſcribebatur: quin potius alios regionum titulos, quibus vſus fuerit, reperiamus. Marchio is vocabatur *Luſatiae*, *Miſniae*, *Oſterlandiae*, *Landsbergi;* Burggrauius *Zorbecae;* Comes *Wettini*, *Leiſnizi*, *Brenae*, *Eilenburgi*, *Groitſchiae*, & *Rochlizii.* Quae Regiones omnes a *Miſniae* quondam Marchionatu diſtinctae fuerant, quarum pleraeque eidem poſtea ſunt innexae. In *monte ſereno* coenobium S. Petro ſacrum, quod frater coeperat, ſedulo ac religioſe perfecit. Quorſum poſtea cum ſe contuliſſet, regionibus inter filios diuiſis, ſacra veſte indutus, mortuus eſt an. 1156.

Q. non leuis eſt, *quo tempore* Miſnia *facta fuerit* hereditaria? *Plerique Eccardo I. hanc gloriam tribuunt; ſed oculatiores* diploma *deſiderant, in re, multis dubitationibus expoſita. In* Cunrado *nullae amplius cauſae dubitandi ſunt. Nam huius parentem*, Thimonem *Henricus IV. Imperator Miſniae Marchionatu* inueſtiuit: *quod Caeſaris beneficium* hereditario *iure in ſe deuolutum fuiſſe*, *& credidit* Cunradus filius, *& publice conteſtatus eſt; neque poſtulatum eius ab vllo ſcriptore improbatum fuiſſe*, *reperimus. Noluit is tamen*, conſilii *forte*, *non* iuris *ergo*, agnatum *ſuum*, *Henricum*

 poſthu-

poſthumum *a* paterna *ſucceſſione excludere. Oportuerat vero grauidam matrem* ventris *ſui* inſpectionem *coram altari in templo aliquot proceribus facere, vt fraudis ſuſpicio remoueretur.* Partus *autem potius cuſtodiendus fuerat. Pro* femella *enim coqui* filiolum *Henricum, qui* poſthumus *deinceps dictus, eandem ſuppoſuiſſe, communis fama fuit. Id quod &* Cunradus *ipſi obiecit. Inde grauiſſima bella inter vtrumque competitorem de Marchionatu orta ſunt: in quibus* noſter *captus ac* ferreae (y) *capſae incluſus fuit, quae hodienum* Kirchbergae *oſtenditur. Sed* euaſit *inde Cunradus, atque, hoc aemulo ſuo mortuo, Miſniae principatum* adiit. *Errant, qui Miſniae* Marchionatum *nimium proferunt: inter hunc enim & ipſam* Miſniam *magna tum limitum* diuerſitas *fuit. Q. Annon multitudo S. R. I. comitatuum Saxoniae Electori prodeſſe poſſit, ad numerum votorum in Comitiis augendum. Q. an Miſnia tum* principatus *fuerit? Rationes dub.* 1) anguſtia *regionis, toties diuiſae,* 2) *quod* Luſatiae *in titulo poſtponatur* (z). *Ceteris tamen comitatibus, Marchionatui huic iunctis, vtique iuſti in Germania principatus menſuram accepit. Dignior longe Brandenburgenſis Marchia, quae* ducatus *nomen principio ſuſtinuit* (a). *Ceterum* fabula *noſtris temporibus videbitur, hunc principem pro* Sceudizio *Lipſiam, iſtum Germaniae oculum, a Merſeburgenſi Epiſcopo, commutationis lege, accepiſſe.*

§. VIII.

(y) Peccenſt. ait: Er hat zu Kirchberg in einem eiſernen Bette, wie es eine gar alte Meißniſche *Chronica* nennet, ein Jahr liegen müſſen.

(z) *Cocceianum* dogma eſt, quod *Hornius*, Vitebergenſis ICtus, ſub examen miſit. Scilicet *Miſniae Marchionatum comitiali ſuffragio deſtitutum* eſſe, quod nationis is eſſet *Vendicae*, non Teutonicae. Verum ſolus *Arnoldus* Lubecenſis ſatis eſt ad teſtimonia ex aduerſo. Cum quod Miſnenſis Marchio & Princeps fuerit, & ſuffragatus ſit, ſederitque inter principes in S. R. I. comitiis.

(a) Quod Ludewig ex inſtituto docuit, primusque argumenta ex plenae fidei monumentis eruit in libello, quem inſcripſit *formulam ducatus Brandenburgici.* Qui conſulendus.

§. VIII. Otto, cognomine *diues*, reliqua patris ditione inter fratres (b) diuiſa, ipſe Marchionatum *Miſnenſem*, quod maximus natu eſſet, accepit. Factum eſt an. 1171. vt auriga lapidem, plumbi & argenti copia praegnantem, caſuque repertum, ex itinere Miſnico ſecum veheret Goslariam. Cognoſcitur praeſtantia eius a metallifoſſoribus, qui *Cellerfeldae* in vicinia Metallurgicam exercebant. Horum aliqui in Miſniam propterea ſe conferunt, vbi, theſauro principi indicato, *metallifodinae* aperiuntur, operis ad inuidiam vniuerſae fere Germaniae ſuccedentibus. Quantis autem diuitiis exinde polleret noſter; infelix tamen fuit. A primogenito filio, quod huic alterum natu praeferret in diuiſione ditionum, captiuus in carcere ac vinculis detentus; imperio autem Caeſaris liberatus, moritur 1189.

Aliam nunc faciem *induit diues Miſnia.* a) Metallifodinae *Friburgenſes auſpicia fortunatiſſima ſumunt;* b) *Lipſia, Friburgum, vrbes aliae inſtaurantur;* c) *theſaurus principis vltra XXX. millia pondo argenti aeſtimatur;* d) *praedia & praefecturae plurimae, in vicina Thuringia maxime emtionis* (c) *iure, Miſniae accedunt. Cum, excluſo a maxima prouinciarum parte* primogenito, *parens* alterum *natu ad ſucceſſionem deſtinauerit: plura exinde fiunt manifeſta:* a) *ius primogeniturae tum nondum receptum fuiſſe;* b) *in arbitratu poſſeſſoris ſtetiſſe, de ordine ſucceſſionis per teſtamenta diſponere. Neque enim vllum ſcriptorem noſtrum principem propterea iniuſtitiae arguiſſe, reperio. Q. an ius* metallorum, *quod vulgo dicitur, tum fuerit inter* regalia *Imperatoris* (d)?

(b) Dietericum pater conſtituebat Marchionem *Luſatiae* & *Landsbergi*, Henricum Comitem *Wettini*, Dedonem Craſſum Comitem de *Rochlitz*, Fridericum Comitem *Brenenſem*, huius poſteritas in Ottone III. Com. *Brenae* 1290. demum eſt extincta.

(c) Hinc bellum ortum inter ipſum & Ludouicum, Landgrauium Thuringiae. Quia Otto noſter multa caſtra ac praedia Thuringiae ſine conſenſu Landgrauii emerat, quae iſte ceu dominus directus iterum reuocauit.

(d) Certe non reperitur, poſtulato Caeſaris in nouiter reperta Miſniae metalla, Marchiones quicquam conceſſiſſe.

§. IX. ALBERTVS natu maior, renuente patre, *ſucceſſionem* extorquet, ipſum etiam fratrem DIETERICVM ſua fere portione ſpoliat. Sed 1195. improlis mortuus eſt, germano ſuo ad hereditatem vniuerſae ditionis vocato. Inhiabat tamen Miſniae Imperator Henricus VI, quod *Dietericus* tum abſens in Palaeſtina eſſet: qui audita fratris morte, ſuperatisque maximis periculis, domum reuerſus, eiecto Caeſareo milite, *auitas* regiones non ſine difficultate adiit. Domeſticis etiam bellis vexatus fuit optimi ingenii princeps a ſubditis, diuitiarum abundantia ad audendum proiectis. m. 1222.

*Albertum non ſine cauſa monachi criminantur. Repetiit enim a coenobitis pecuniam a parente, liberaliter profuſam. Hanc, cum arae imponerent ſacro ordini addicti: noſter * ſacrilega manu, ſtylo monachorum, eandem auertit. Dietericus frater dynaſtiam* Weiſſenfels *tenuit voluntate parentis.* Metallicas *diuitias Miſniae damnoſas fuiſſe, quidam argutantur* a) *propter inuidiam Caeſaris ac Ordinum Imperii;* b) *ciuium proteruiam inde mirum auctam;* c) *neglectum agriculturae;* d) *ferociam nobilitatis, quae efferueſcere tunc coeperat;* e) *luxum inde excitatum in aula principum. Quo iure Merſeburgenſem praeſulem cohibuerit Dietericus, quin vicum* muris *clauderet* (e)? *An haec facultas tum Epiſcopi fuerit, an Marchionis? an neutrius? Lipſia rebellis caſtris tribus domita.*

§. X. HENRICVS minorennis a parente tutorem accepit (f) auunculum ſuum Ludouicum IV. *Thuringiae* Landgrauium; qui *Miſniae* adminiſtrationem ſorori ſuae viduae commiſit (g) peſſimis poſtea moribus regiones affligenti (*). Vir factus, grauiſſimam *litem* cum Brabantinis habuit, quod matris nomine an. 1248. *Thuringiae* ſucceſſionem poſtularet. Poſt varia bella 1263. ita tranſigitur, vt *Thuringia* orientalis cum *Saxoniae Palatinatu*

(e) Vel priuilegii, vel territorii ergo. Vtrumque ſpeciem habet ex iſtius aeui monumentis.

(f) Habes exemplum teſtamentariae principum tutelae.

(g) Tutelae vero alias ſubſtituere tutor nequit, quod perſonae ſit electa dexteritas.

(*) 16. annos natus vxorem accepit, & mater principatum regendum ſuſcepit.

Digitized by Google

natu noſtro obueniret; *Occidentalis*, quam ab antiqua *Cattorum* ſede Hattiam ſ. *Haſſiam* dixerunt, *Brabantino* relinqueretur: vtrique autem mutuae *defenſionis* pacta (h) colerent obſeruarentque. In *Auſtriae* ducatum, vxoris nomine, idem filiorum iura defendit: ſed eius rei nihil eſt conſecutus. m. 1288.

Exemplum hoc eſt teſtamentariae *tutelae: quamuis in* Oſterlandia *praeſul* Merſeburgenſis *eandem exercere vellet, dubium, quo iure? Matris facinus erat, quod in eo eſſet, vt* Miſniam *marito ſuo* Poponi, *Comiti Hennebergico, in manus traderet* (i). *Litigatam in Thuringia ſucceſſionem tabula illuſtrabit:*

Hermannus m. 1215.
Thuringiae & Haſſiae Landgrauius, Saxon. Palat.
vx. a) Sophia Saxon. vx. b) Sophia Boica.

Iuditha *Vx. Dieteric.* Miſniae *March.* *m. 1222.*	*Ludouicus* *m. 1227.* *Landgr. Thur.* tutor Miſniae. *Vx. D. Eliſab.*	*Henricus* *Raspotho* *an. 1241. in* *Thuringia* *ſuccedit* Hermanno. *Is 1246. fit* *(k) Imperator, occiſ. an.* *1247.* improlis.
Henricus m. 1218. *POSTVLAT* Thuringiam *Miſn. Marchio.*	*Herman. philtro m. 1241.* — *Sophia vx. Henr.* Brabant. *D. m. 1247.*	
	Henricus puer Brabantinus *POSTVLAT* Thuringiam, *vnde* Haſſiae *Landgr.*	

(h) Alii putant A. 1266. talem demum conuentionem inter litigantes de ſucceſſione eſſe initam, cui roborandae acceſſiſſet pactum inter has familias de mutua ſucceſſione. Firmamentum transactionis a Rudolfo I. Imperatore confirmatum eſſe teſtantur *Dillich. Bunting.* & *Bange* zu Eſchwege in Chron. Thur. aliique. Conferantur ſingularia, quae collegit *Schilterus.* Scilicet opinabile eſt, pacta defenſionis, Erbvereinigungen, cum ſucceſſoris pactis, Erbverbrüderungen, confundi, ex primisque orta fuiſſe ſecunda.

(i) Sed frater ipſius *Ludouicus Sanctus*, Landgrauius Thuringiae, Henrici tutor, ex prouincia hac illam cum Popone huius facinoris cauſa expulit.

(k) Aduerſus Fridericum II. a Moguntino, Colonienſi ac Treuirenſi

Hiſtoria controuerſiae haec eſt: Mortuo Hermanno *fratre, ſucceſſionem ſoror eius quaeſiuit* Sophia *Brabantina, quam tamen patruus* Henricus *Raſpotho excluſit, quod in* promiſcuis *etiam feudis* maſculi *heredes femineis ſoleant praeferri. Sed hoc etiam paulo poſt mortuo, veterem praetextum repetiit* Brabantina. *Cui, quod modo dictum, obiecerat Miſniae Marchio; cognationem ab* Henrico *Raſpothone* numerandam *eſſe, ratus, quem* mater *noſtri haud dubie* propius (l) *attingeret, quam* Brabantina. *Argumenta igitur* Miſnenſium *fuerant, quod* a) Marchio *Henricus iure repraeſentationis vteretur;* b) *Raſpotho in poſſeſſione Thuringiae fuiſſet;* c) *eo in Caeſarem electo, probatum, quod Brabantinam excluſiſſet;* d) *viuus Raſpotho pro cauſa Miſnenſis ſemper pronunciaſſet. Sed obfuerant noſtro* 1) *inuidia principum aliorum in tanto incremento;* 2) *auxilia a Brunſuicenſi facta Brabantinae.* Conſilio *ergo, quam* iure, *vti maluit; controuerſia pactis, quae memorauimus, compoſita. QQ. An* Palatinatus Thuringiae, *an* Saxoniae *fuerit* (m), *quem* Miſnenſis *accepit? An pacta mutuae ſucceſſionis tum* (n) *etiam inita fuerint*

uirenſi electus, dictusque inde teſte *Monacho Paduano lib.* 2. *Chron.* Rex Clericorum, der Pfaffen-König. Ille An. 1247. ſaucius ex Vlmenſi obſidione in Thuringiam redux & vitae & ſtirpi Landgrauiorum maſculae finem fecit.

(l) Si in iura partium inquirendum eſſet, demonſtrari quoque poſſet, quod Marchio *Miſniae, Henricus,* etiam eam ob cauſam in ditiones vacuas ſuccedere voluerit, quia iam ante per expectatiuam a Friderico II. Imp. an. 1242. impetratam, ſucceſſor deſtinatus *euentualem Thuringiae inueſtituram* acceperat. Sed qui Thuringiam pro feudo habuerunt promiſcuo, illi parum ſoliciti fuere de *expectatiua.* Diplomate id firmari poteſt, quod exhibet WEKIVS an. 1242. *in deſcript. Dreſd.* p. 154. 155. & apud *Anonymum* hiſt. Thuring. p. 148. 149. Addatur *Hertius de iurisdict. territorial.*

(m) Vltimum occurrit nomen in diplomate *WEKIO* editore p. 155.

(n) Hoc plerique affirmant, ſed vt in memoriam prouincialium hoc pactum ſucceſſorium nouis ab Alberto Degenere motibus violatum reuocaretur Hermannus, Landgrauius Haſſiae, tempore belli, quod ipſi cum Ottone Brunſuicenſi, dem Quaden, gerendum, confraternitatem cum Balthaſare, Landgr. Thuringiae, renouauit, quae ſubditorum quoque ſacramentis

rint cum Haſſis? Poſtulata Miſnenſium *in* Auſtriae *ducatum* lib. I. *attigimus; tabulam inſpexiſſe etiam hic proderit.*

Leopoldus Dux Auſtriae m. 1230.

Fridericus II. bellicoſus occiſ. 1246.	*Henricus m. 1225.*	*Margaretha, Vx. Ottocari,* Bohem. *Reg. veneno 1625. ſublata.*	*Conſtantia, Vx. Henr. March.* Miſniae *m. 1288.*
	Gertraud Vx. Herman. March. Badenſ.	*Dietrich,*	*Albrecht.*
	Fridericus vlt. Auſtr. D. capite truncat. an. 1269.		

Argumenta Miſnenſium, quod a) *Auſtria feudum* promiſcuum *eſſet;* b) *Ottocarus R. Bohem. coniugem* Auſtriacam *dimiſiſſet;* c) Ordines *Auſtriae communibus votis ac ſolenni legatione ſucceſſionem Miſnenſibus offerrent;* d) *defuncti Friderici mater Gertraud Miſnenſes heredes ſcripſiſſet. In* manifeſto *ſatis iure nihil tamen effecit noſter; neque, quod poſteris ſatis factum ſit, reperio. Ingentes* Henrico diuitiae *fuerunt,* 1) *aliquot turres argento repletae;* 2) *torneamentum Northuſanum an.* 1268. *praemii loco certatoribus* arborem, *e puro argento confectam* (o), *ſiſtebat,* 3) *vt neque fruſtra aliqui ſcribant, ſi tum* regnum *aliquod, inter potiſſima Europae venale fuiſſet, pretio theſaurum noſtri fuiſſe reſponſurum.*

§. XI. Albertvs boni patris *degener* filius fuit. Diuiſione inter fratres a viuo parente facta; ipſe *Thuringiam* accepit; *Miſnia* Theodorico; *Oſterlandia* Friderico

cramentis eſt firmata, quamque Carolus IV. An. 1273. ratam eſſe iuſſit. Talis renouatio quoque contigit 1431. vid. *annales Sax. Mulleri*, ex quibus quoque patet, Imperatorem Sigiſmundum 1434. hoc pactum, ante triennium renouatum, confirmaſſe.

(o) Quod ſecundum *Peccenſt.* alioſque ita intelligendum; Henricus, Landgrauius Thuringiae, & Miſniae Marchio iuſtae proceritatis arborem in hoc torneamento celebratiſſimo, cuius truncus, rami fructusque ex auro puro confecti, folia vero ex argento maxima ex parte inaurata pugnantibus praemium conſtituit ita, vt haſtam frangenti folium argenteum, quia aduerſarium ex equo in ſolum deiecerat, pomum aureum decerpere liceret.

rico relictis. Cum vxore ſua *Margaretha*, Caeſaris Friderici II. filia, dotis loco *Altenburgenſem* Burggrauiatum; *Coldizii* porro, *Leiſnizii*, & *Pleiſſenſis* tractus dynaſtias acquiſiuit. Sed qui fidiſſimi coniugis officio bene mereri debebat de filia tam benefici ſoceri: coniugii non ſolum, ſed omnis humanitatis oblitus eſt. Inſano quippe *pellicis*, Cunigundae de *Iſenburg*, amore correptus, optimae *coniugi vitae* inſidias ſtruxit. Has quamuis vxor *euaſiſſet*, breui tamen poſt, moerore perfidi mariti extincta eſt. Auxit nefandum facinus princeps ſceleſtiſſimus: pellice non ſolum in vxorem ducta; ſed, impio etiam conatu, prioris matrimonii filiis a ſucceſſione regionum excluſis. Quo fomite bella filiorum contra ſe excitauit. In quibus cum deſperaret coepta exequi; *Thuringiam* vniuerſam an. 1294. *Adolfo* Caeſari pro ſumma (p) centum millium *imperialium* vendidit. Sed factam ſibi iniuriam publica fide conteſtati ſunt filii heredes. Ab his demum captus parens negotiis rerum humanarum ſe abdicauit. In egeſtate m. 1314.

Neronem *dicunt hunc principem*, *ob* quinquennium *non male transactum. Nouum in parente eius exemplum habemus, regionum pro* arbitratu *poſſidentis diſtributarum. Cur non* Miſniam *potius acceperit*, *quam* Thuringiam? *Inſanum amorem*, fontem *ac fomitem ceterorum facinorum* Cranzius, Albinus, Fabricius *prolixe deſcribunt. Singulare exemplum eſt filii*, Apitii, *in concubinatu geniti*, *ſed per ſubſequens deinceps matrimonium legitimati. Mater enim* Cunigunda *dum ſacerdos coniugium conſecrat*, *puerum* ſub pallio (q) *tenet*, *vt ea ratione* nothi *nomen extingueretur. Q. An principi tum ius fuerit*, *legitimandi cum ſuos*, *tum alienos? an legitimatio vires habuerit in feudali ſucceſſione? an praeiudicium*

(p) Quam pecuniam ab *Eduardo*, *Angliae rege*, cui aduerſus Galliae regem operam mercenariam addixerat, accepit, inque Thuringiam, cuius occupandae ſpem animo conceperat, conuertit. Ea res Principum animos ita ab eo alienauit, vt ab Electoribus poteſtate Imperatoria exueretur.

(q) Ab hoc ritu, qui temporibus medii aeui frequens fuit, per ſubſequens matrimonium legitimati Germanice appellati ſunt Mantel-Kinder.

ctum fecerit heredibus aliis? An fieri potuerit, vt parens Apitium *ex altero matrimonio filiis, e priori prognatis,* praeferret? *De* venditione *Thuringiae* Adolfo *facta* (r), *quod filii* 1) *inmorigeri,* 2) *ingrati omnino praeteriri poſſent a parente; inprimis* 3) *auctoritate accedente ipſius Caeſaris. Sed de ingratitudine, non domino directo; ſed vaſallo: neque innocenti patri; ſed criminâ filiorum prouocanti facta; poſtea de iudicio Caeſaris in propria cauſa quaeri poſſet.*

§. XII. Fridericvs, cognomine *admorſus*, poſt diuturna cum heredibus *Adolfi*, Naſſouiae comitibus, de *Thuringiae* Landgrauiatu bella praeliaque: mortuis etiam patruis; patruele; ac fratre *auitas* ditiones iterum ſub poteſtatem *vnius* redegit poſſeditque. Marchioni Brandenburgico Wolodemaro *oppignoratas* parente regiones non ſolum confirmauit; ſed *proprietatis* etiam iura conceſſit (*). Poſtea tamen eluſit promiſſa. Scribunt, eum cum vxore *Elizabetha*, Arnshagii Comitis filia, *Ienam*, *Neuſtadium* ad Orlam & Arnshagen, aliaque loca in Thuringia dotis loco accepiſſe. m. 1325.

Admorſi *nomen tulit, quod infanti trienni mater propter inſidias a marito ſtructas, valedictura, dexteram eius malam morſu notaſſet, in ſignum immenſi amoris & memoriam calamitatum* (s). *Dimicationes de recuperatione venditae a patre Thuringiae ſat graues fuerunt.* Sueuorum *exercitus ad internecionem vſque caeſus fuit. Milites ex iſta clade ſuperſtites, iumentis interfectis, in ipſorum corpora ſe recondiderant. Cuius praelii memoria vulgi ſermone celebrata:* Es wird dir gehen, wie den Schwaben bey Luka. *Pro damnis ei compenſandis* Altenburgum, Zuiccam, Chemnicium *expugnatas a ſe vrbes ab Imperii iurisdictione exemit: ea re poſtea a* Ludouico *Bauaro Imperatore confirmata. Pacta cum Brandenburgico fuerant: cederet* Fridericus 1) *Luſatia,* 2) *arce* Landisberga, 3) Ekardsbergo, 4) Numburgo, 5) *ſolueret*

(r) Hoc alii tegumento vtuntur ad defendendum Albertum, quod *refutauerit in manus domini directi*, Imperatoris.

(*) Imo ipſa *Dreſda* fuerat tum Brandeburgici Marchionis Wodomari. *Wek.* p. 113.

(s) *Seligmanni* Diſſertatio de Friderico forti ſiue admorſo, Lipſiae habita 1675.

ſolueret triginta millia marcarum argenti. An poſteris de hoc pacto ſatis factum?

§. XIII. FRIDERICVS *grauis*, quem Saxonici ſcriptores ſeuerum vtplurimum nominant patrem, excepit. *Legitimam* aetatem conſecutus (*): variis turbis mox implicitus (t) fuit. Iniurias, ſibi a *Vinarienſi* Comite factas, egregie vindicauit. Nam Comes, in praemium datae veniae, principem noſtrum, ſi ſors tulerit, heredem inſtituit, Orlamundamque ſtatim illi tradere cogebatur, cuius etiam poſteri 1344. Vinarienſem ditionem ea cauſa acquiſiuerunt (**). *Caeſaream* dignitatem, ab Imperii proceribus ſibi oblatam, declinauit; *Caroli IV.* cauſa, qui ei *decem millia* marcarum argenti propterea ſoluerat. *Sponſa* relicta Iohannis, Bohemiae Regis, filia (u); *Boicam* vxorem duxit, gnatam Ludouici IV. Imperatoris. m. 1349.

Scribunt auctores, matrem tutores *conſtituiſſe filio minorenni.* Vinarienſis *principem per Erfurdiam euntem leuitate verborum, de theatro, in quo choreas ducebat, inceſſit. Fuiſſe noſtrum inter Imperii candidatos, exterorum teſtimoniis docemur, cum ſileant domeſtici. Sponſalia de* futuro *eum rupiſſe non ſine cauſa aegre tulit* (x) *Rex Bohemiae. Quod* 1) *parens noſtri ſponſam filio expetiiſſet;* 2) *ipſa princeps ea propter*

(*) Notandum, XVI. aetatis anno eundem ſuſcepiſſe principatum regendum WEK. p. 113. Claro iterum argumento 1) maiorennitatis terminum non tum definitum lege Saxonica; 2) nedum Germanica, vbi neceſſum fuerat, agere 18. aetatis annum.

(t) *Trefurtenſem praefecturam* in ſocietate Archiepiſcopi Moguntini & Landgrauiae Haſſiae occupauit, quapropter Trefurtum hodieque tribus hiſce dominis paret.

(**) Vterque Vinarienſis & Orlamundanus eum male habuerant, contumeliaque adfecerant, quod imperii ſe ſubditos ſcirent: ſed noſtri tantum vaſallos. Intelligendum hinc: Thuringiae Landgrauiatum ex his lacunis creuiſſe.

(u) Quia inter Iohannem & Imperatorem foedus amicitiae ruptum, grauesque lites exortae.

(x) Occaſione huius diſſidii *Görlicium* cum regionibus ad hunc principatum pertinentibus a Rege Bohemiae interceptum, cumque Regno Bohemico coniunctum.

pter in aula Miſnica educta fuiſſet; 3) *Boica domus regali Bohemicae praelata.*

§. XIV. FRIDERICVS *Strenuus*, quod fratres *minorennes* eſſent, partim proprio, partim *tutorio* nomine vniuerſas ditiones adminiſtrauit. Anno autem 1370. diuiſit cum iis; atque *Thuringiam* Balthaſari (y) *Miſniam* Wilhelmo (z) tribuit, ſuae portioni *Oſterlandia* ſeruata. Sed horum propagine mox iterum extincta, ad poſteros noſtri cuncta redierunt. Cum vxore Hennebergica *Coburgenſem* tractum *dotis* cauſa accepit. Gunthero, *Suartzburgico* Comite, ſine liberis defuncto, partem hereditatis illius, *dominii* ergo, acquiſiuit. m. 1380.

Obſeru. quod ſubditi eum tutorem elegerint. Cauſae regionum poſtea diuiſarum 1) *metus diſſidiorum inter poſteros concordium fratrum;* 2) *inuidia plurium Imperii principum;* 3) *mos a maioribus in familia introductus. Vniuerſam* Suartzburgenſem *hereditatem* vacui *iure occupauerat: ſed, agnatis mutuam ſucceſſionem vrgentibus, praeter Dornburg, Windburg, Greifſenburg ſingula eis reſtituit. De pactis* mutuae *ſucceſſionis hoc tempore cum Haſſiae principibus inſtauratis ſuo loco.* Sangerhauſanam *dynaſtiam idem emit a Brunſuicenſibus* (a).

§. XV. FRIDERICVS *bellicoſus*, paternae *ditionis* ſucceſſor (b), patrimonium ſuum in turbis *Huſſiticis* auxit. Suborta enim inter literarum cultores in *Pragenſi* Academia aemulatione, pars magna eorum inde diſceſſit. Exulibus autem Muſis ſedem *Lipſiae* dedit noſter, egregia ibidem *Academia* eapropter an. 1409. inſtituta. Sed

(y) Qui partim iure dotis Eißfeld, Hilpershauſen & Heldburg, partim iure dominii directi, extincto vltimo comite huius nominis, Comitatum *Kefernburgenſem*, vt & *Gerſtungam* ab Abbate *Fuldenſi* iure emtionis acquiſiuit.

(z) Qui Cocles cognominatur, portionem ſuam quoque inſigniter auxit acquiſitis per emtionem ſequentibus locis: Leißnick, Colditz, Eulenburg, Pirna, Königſtein, Lilgenſtein und Rieſenburg in Böhmen.

(a) Dominis *Ruthenis* ademit *Ziegenruk, Triptis, Stein, Weide* & *Ronneburg.*

(b) Ipſe & frater eius Wilhelmus diues emerunt ab Epiſcopo Herbipolenſi praefecturam *Königsberg*, ſuoque matrimonio adiiciebant dominium *Heldrungenſe*, quod ad haec vſque tempora propriis dominis parebat.

Sed cum idem contra *Huſſos* de *Sigiſmundo* Caeſare bene *mereri* pergeret: *Saxoniae Electoratum* an. 1422. Alberto, vltimo ſuae lineae Electore mortuo, ſententia beneficioque Imperatoris accepit: atque adeo, ſi ſtemma verum eſt, *Wittikindeam* ſtirpem, patria ſua eo vſque in *Miſniae* ac *Thuringiae* regionibus exulem, in *Saxoniam* felici auſpicio reduxit (c). m. 1428.

Bella Huſſitica alibi exponuntur. Cauſae diſcriminum Academicorum Pragae, 1) *quod Pragenſes* duo vota *poſtularent in electione Rectoris Academici;* vnico *tantum Boicae, Saxonicae & Polonicae nationibus relicto;* 2) *Scholaſtica certamina aula Regia* ſperneret; 3) *homine e* culina Rectoratui *praefecto, maximo cum ſtudiorum* contemtu. *Cauſa Lipſienſis Academiae* a) *quod ingens Pragenſium* Studioſorum *multitudo ad hanc vrbem confugeret;* b) *ipſe* Fridericus *literarum* amantiſſimus *eſſet;* c) *exempla Ingolſtadienſis, Roſtochienſis & Cracouienſis ſcholarum, hac occaſione coeptarum, currenti calculum adderent. Saxonici Electoratus* (d) *ſucceſſionem a variis tum expetitam fuiſſe, lib. II. c. III. dictum: de Saxo-Lauenburgico poſtulato aliorumque iuribus inferius ſuo loco. Mouebant* Sigiſmundum *Caeſarem, vt Electoratum Miſnenſibus conferret,* 1) auxilia *eorum contra Huſſitas;* 2) *aes alienum, eius cauſa contractum;* 3) *Miſnenſes* diuitiae,

(c) Fruſtra hoc in dubium vocatur. Miſnia enim Slauici fuit iuris: Thuringia ſingularis prouincia fuit, a Saxonibus limite, iuribusque aliena.

(d) Fridericus Brandenburgicus, ſi *Peucero in Carion. Chron. lib. V.* fides eſſet habenda, ditionem Saxoniae ducum eam ob cauſam tantum occupauit, vt eſſet & maneret in fide Imperatoris, qui negabat ſucceſſionem Alberti patrueli Erico Lauenburgenſi propter quaedam in ipſum admiſſa delicta. Inde Imperator Sigiſmundus Fridericum, Marchionem Miſniae, Electorem Saxoniae conſtituens voluit, vt Friderico, Elect. Brand., ſumtus in occupatam regionem facti reſtituerentur. Verum enimuero nomine filii *Iohannis Alchymiſtae,* qui Rudolphi *III.*, Ducis Saxoniae, filiam vxorem duxerat, expetitam fuiſſe Saxoniam a Friderico Brand. ex confeſſione *Mülleri in Annal. Saxon.* probari poteſt, qui ad A. 1423. ſcribit, extare literas in *Archiuo Weimarienſi*, quibus Frideric. Brand. pro ſe & filii Iohannis vxore Barbara praetenſis in Saxoniam iuribus nuntium miſiſſet.

diuitiae, *vnde beneficium Caeſari abunde repoſitum fuit.* Miſniae *Burggrauiatus hoc tempore etiam emtus fuit a* Ruthenis.

§. XVI. Fridericvs II. Elector, cognomine *Pacificus*, cum germano ſuo *Wilhelmo* grauiſſima diſſidia habuit: quamuis parens, iam moribundus, vtrumque de concordia inuicem colenda ſupremo ſermone impenſe admonuiſſet. In *diuiſione* paternarum ditionum principes conuenire nequibant, diſſidium fraternum, poſt alios malae fidei miniſtros, *Vizthumio* imprimis inflammante. Res haec ſaepius per arbitros (e) tractata fuit, vt *Fridericus Saxoniam* cum *Miſnia* acciperet; *Wilhelmus* acquieſceret *Thuringia* & *Oſterlandia* an. 1440. ſed neque ſic fieri potuit, vt fratres, toties colliſi, in amicitiam redirent, donec an. 1450. Naumburgi conuentu inſtituto, vnus alterum *ipſe* (f) *audiret*, remotis omnium miniſtrorum conſiliis. Sic in priſtinum amorem coierunt fratres, vltra *viginti* annos mutuis cladibus ac bellis ſibi inuicem infeſti. Docere hiſtoria huius principis poteſt, quam infidi, audaces, & ad omne proteruiae genus proiecti fuerint homines e *nobilitate* Saxonica. Praeter *Vizethumii* exemplum Cunradi *Cauffungii* ſceleſtiſſimum facinus extat. Is enim, cum in quodam poſtulato ab *Electore* repulſam paſſus eſſet; animum principis ſui importunis precibus & exprobrationibus excruciat; tandem ad Bohemos ſe confert; reditque in Miſniam Altenburgum, vbi, immani *plagio*, principes filios *Erneſtum* & *Albertum* rapit, vtrumque in Bohemiam abducturus a. 1454. Verum *carbonarii* fide, cui *Albertus* in aurem dixerat, qui eſſet, captus eſt *Cauffungius*, meritoque ſupplicio punitus. Moritur

(e) Patent hic veſtigia Auſtregarum.

(f) Cum quidam rei tormentariae artifex in hoc bello ciuili ad Electorem diceret, ipſum exploſurum eſſe tormentum, vt globus fratrem feriret, ſi mortem eius optaret; Elector ſerio exploſionem tormenti in fratrem prohibuit his verbis: Er möchte ſchieſſen, wen er wolte, nur ſolte er ſeinen Bruder nicht treffen. Quae vox fraterni amoris plena cum ad Wilhelmum delata eſſet, fratrem ipſum de pace, conſiliariis omnibus inſcientibus, conuenit, cuius initia facta ſint Molhuſiae.

Moritur *Elector* 1464. Frater *Wilbelmus* viginti fere annos ſuperuixit: qui non ſolum inter *Bohemiae* regni Candidatos fuit an. 1457. ſed etiam *vxoris* cauſa ducatus *Luxenburgici* iura habuit. Mortuus 1482. e fratre nepotibus *ditione* relicta.

Efferueſcere *per haec tempora incipit Saxonica* Nobilitas. Vizethumii, *facinoribus proditis, in exilium acti ſunt.* Cauffungii raptum *peculiari inſtituto deſcripſit* Rechenbergius. *Principes hi* duo *iidem illi ſunt, a quibus* vniuerſa Saxonum *propago originem ſumſit, viretque tanta foecunditate adbucdum. Vt adoleſcentes non ſine fato quodam prouidentis Numinis e manibus* raptoris *liberati eſſe videantur.* Wilhelmi *iura in* Luxenburgenſem *ducatum tabula illuſtrabit.*

Carolus IV. m. 1378.
Caeſar, Hungar. & Bohem. Rex & Dux Luxenburgenſ.

Sigiſmundus Imperat. m. 1437.			*Iohannes March. Morauiae.*
Eliſabetha heres, Vx. Alberti II. Imper. Auſtriaci.			*Iſabella Luxenburgum dotis cauſa acceptum uendit* Philippo *bono,*Burgund.*D. vnde* Auſtriaco-Hiſpani.
Ladislaus poſthumus R.m.1457.	*Eliſabetha, Vx. R.* Pol. *Caſimiri.*	*Anna, Vx.*Wilhelmi *noſtri. Is vendit ſua iura.*	

Wilhelmus LVXENBVRGENSIA *poſtulauit* a) *vxoris cauſa*, b) *quod Bohemiae R. hunc ducatum Saxonibus oppignoraſſet. Verum & a* Galliae Rege (*vnde huius an.* 1683. *editum poſtulatum*) *& a* Burgundiae (g) *duce pecunia noſtro promiſſa fuit, pro plenaria iurium ceſſione: dubium autem, quae pars magis ſteterit promiſſis. Vtrique ius venditum,*

(g) Wilhelmus vxoris *Annae Auſtriacae*, Imperatoris Alberti *II.* filiae, dotis cauſa *Ducatum Luxemburgicum* pignoris loco accepit. Cum vero coniugis ſuae ſoror Eliſabetha quoque dotem ex illo Ducatu accipere deberet, illa Philippo Bono, Duci Burgundiae, ius ſuum ceſſit, qui anno 1444. Luxemburgum occupauit, quo facto Wilhelmus quoque acceptis 120000. ſcutatis iure, quod in Ducatum legitime obtinuerat, ſuo ſe abdicauit.

tum, conſtat: an etiam ab vtroque pecunia accepta? Scio, quod communiter reſpondeant, ipſum Gall. Regem ius ſuum poſtea Burgundis conceſſiſſe. Ceterum multi mirantur, Wilhelmum Bohemiae *coronam neglexiſſe, quod is* a) *vxoris nomine praetextum haberet;* b) *multos ex ordinibus ſuae cauſae fauentes ſciret;* c) *quorundam ſuffragia nactus fuiſſet;* d) *vicinus eſſet. Et ſane cum ad* Auſtriae *etiam ducatum iura oſtenderimus; vtraque occaſione fieri potuiſſet, vt* Saxones *ad faſtigium peruenirent, quod aſcendiſſe vidimus familiam Habsburgicam.*

§. XVII. Ernestvs & Albertvs fratres ſucceſſerunt, qui, patruo *Wilhelmo* an. 1485. mortuo, omnem familiae ſuae ditionem inuicem ſunt partiti. Poſteritas vtriuſque florentiſſima fuit. Exinde enim *Saxonica* ſtirps in *duas* lineas abiit, Ernestinam & Albertinam, quae hodienum in foecundiſſima propagine perdurant. Nos, qui in *Electoribus* deſcribendis occupamur, *Albertina* aliquandiu ſepoſita, in Erneſti poſteris recenſendis continuabimus. Ipſe igitur *Erneſtus* (h) moderati animi princeps fuit. *Bohemiae* regnum, quod regem Huſſitis aequiorem haberet, a Pontifice mox *Hungariae*, iterum *Poloniae* Regibus, ipſi tandem *Caeſari* oblatum, competitoribus *pace* victis, ab interitu vindicauit. *Quedlinburgenſes* ciues *Abbatiſſae*, quae ſoror noſtri fuerat, obuiam forte euntes, non ſolum in ordinem redegit; ſed plurimis etiam priuilegiis mulctauit, ipſe *aduocati* munere ſtrenue defunctus eſt. *Halenſes* ſalinatores, quod fieri non poſſe multi crediderant, cum Archiepiſcopo ſuo, *Erneſto*, filio noſtri, conciliauit: poenis praemiisque inter merentes diſtributis. Domi *leges* emendauit; rem *monetariam* correxit, curaeque habuit. m. 1486.

Miro fraternae concordiae exemplo ditionem ſuam communi iure *ambo per annos* viginti duos (i) *rexerant.* Patruo *autem*

 mortuo,

(h) Multi perhibent, primum hunc fuiſſe, qui non ſolum titulo *Mareſchalli*, ſed & *Electoris* vſus ſit, in quo tamen falluntur, cum vtroque titulo ſeptemuiri vſi ſint tempore Aureae Bullae.

(i) Inter nouiter acquiſita horum fratrum refertur quoque ab aliis *Ducatus Saganenſis* in Sileſia, nec non dominium *Soraui enſe,*

mortuo, omnia diuiſa ſunt 1) *partibus aequalibus;* 2) *optione data iuniori Alberto;* 3) *alteram tamen portionem eligenti. In* vna *parte erant vrbes & oppida prouinciarum Miſniae & Pleiſſenſis XII. Saxoniae XV. Thuringiae XXXVIII. Franconiae IX. Vogtlandiae XII. bis inſuper adiuncta grandis pecuniae ſumma:* in altera *vero Miſniae & Oſterlandiae oppida XXXII. Saxoniae II. Thuringiae XXII. Ceterum reditus ex metallis* aequales, *item decimae, & patrocinia religioſorum ac nobilium vaſallorum. In laude Bohemiae pacatae ſocius fuit Elector Brandenburgicus; vnde diſci poteſt, quid valeant duo principes viribus ac animis vniti. In* Quedlinburgenſibus *turbis aduertenda* a) *iura Abbatiſſae,* b) *vrbis,* c) *aduocati. Noua ſingulis facies eſt inducta.* Halenſes *noſtro pacta ſalutaria debent inter ciuitatis iura & Epiſcopi. Hinc ad pacta* Erneſtina *ſolenniter prouocant. Condidit in ditione ſua* Policey ⸗ und Münz ⸗ Ordnung. *Obſ.* prohibitio *ſubditis facta, non aliud monetae genus agnoſcere, quam ipſius, & regni Bohemici* (k).

§. XVIII. FRIDERICVS *ſapiens* Erneſtum parentem ſequutus eſt. Academiam *Wittebergenſem*, quod ſtudiis impenſe (l) delectaretur, An. 1502. d. 18. Octobr. inſtituit liberaliter, dotauitque. *Lutheri* cauſam 1518. ſuo patrocinio cum domi, tum foris 1521. poſt Wormatienſem conuentum Wartenburgo defendit, ſeruauitque, vt eius *prudentiae* puriora omnino ſacra deberi videamur. Maximiliano (m) mortuo, S. R. Imperii faſces, ſibi

uienſe, *Storkauienſe* & *Beskauienſe*. Adimitur etiam Ruthenis *Plauen*, *Adorf* & *Oelſniz*, vt & opinione quorundam *Burggrauiatus Miſnenſis*.

(k) Quid autem de Caeſaris moneta, quae auctoritatem habet in vniuerſo imperio? Id certe patet exinde, ordinum iura monetandi extra prouinciae ſuae territoriique limites non exire.

(l) Non *Hiſtoricorum* tantum, ſed & *Philoſophorum* libros legit, & muſicis vehementer delectatus eſt. Superſtitione illorum temporum & exemplis domeſticis incitatus, cum in Palaeſtinam profectus eſſet anno 1493. teſtamento condito voluit, vt literarum ſtudioſis larga decernerentur ſtipendia, ſi in itinere diem ſupremum obiret.

(m) Quo viuo, vt *Fabricius* teſtatur, imperii gubernator fuit, quod certo quoque numiſmate probatur. Conf. Mulleri des Heil.

ſibi oblatas, declinauit, effecitque commendatione ſua, vt illae *Carolo V.* obuenirent. Obiit in coelibatu 1525. IOHANNES *Conſtans*, qui fratris ſucceſſor fuit, ei nullo *virtutis* genere quicquam conceſſit. Suſpicionem, a *Pakio* contra ſocios aduerſorum falſo ac malcuole excitatam, 1528. diſſipauit, vindicauitque in homine improbo. *Tumultus* etiam (n) *agreſtium* poenis coercuit, caſtigauitque an. 1526. *Caeſari*, ad amouendum ſiniſtram de Lutheri dogmatibus ſuſpicionem, *Confeſſionem* 1530. in comitiis *Auguſt.* exhibuit. Pro cuius defenſione (o) *Smalkaldico* foederi 1531. acceſſit, anno poſt mort. 1532.

Multa obſuerunt purioribus ſacris partium ſtudia inter agnatos *Saxoniae principes.* Georgius *enim primogenitus in linea* Albertina *ſummo odio dogmata Lutheri fuerat perſecutus, inflammantibus eum ſummopere Pontificiis. Res religionem concernentes* Sleidanus, *&* *noſtra aetate* Sekendorfius, *deſcripſerunt.* Pakiana *ex inſtituto tractauit* Strauchius. *Haec vero alias docentur.*

§. XIX. IOHANNES FRIDERICVS *Magnanimus patris & patrui* nomina cum eorum virtutibus retulit. Verum hic princeps in ea demum tempora incidit, vbi gliſcentes hactenus turbae religionis in grauiſſimum belli incendium eruperunt. *Carolus V.* Imperator, qui, Hiſpanicis atque Italicis bellis hactenus occupatus, res Imperii neglexerat, in Germaniam rediit, *proſcripſitque* foedere *Smalcaldico* vnitos principes. *Confluunt* igitur foederati, atque armis cauſam *ſacrorum* defendere inſtituunt, duce eorum facto Saxoniae Electore. Verum exercitu *foederatorum* Caeſareum militem in Boiica obſeruante, *Mauritius*, agnatus Electoris, priuatorum diſſidiorum cau-

 ſa,

Heil. Römiſchen Reichs Reichs-Tages-Staat von anno 1500. bis 1512. ſo wohl unter Käyſers Maximiliani ſelbſt eigener höchſten Regierung, als Churfürſt Friederichs III. zu Sachſen Reichs-Statthalterſchafft.

(n) Ex regione *Fuldana* in Thuringiam magno impetu effundebat ſe ruſticorum furor, qui ad *Franckenhuſiam* vno praelio ſuperati ſunt, auctores huius tumultus deinceps Elector Iohannes *Vinariae*, *Ienae*, *Iſenaci* grauiſſimis poenis affecit.

(o) Et religio purior defenſa ipſi nomen *Conſtantis* tribuit.

ſa, multas vrbes in Saxonia expugnat. Redit ergo ad ſuos Elector, perſequitur euntem Caeſar, inuadit, profligat, *capitque* non procul a *Mühlberga* (p), vniuerſis ditionibus in praedam hoſtium concedentibus. Per *quinquennium* detentus in iſta captiuitate, *Electoratus* inſignia, in Mauritium translata, perdidit: ſed teſſeram *fidei* ſartam ac integram ſeruauit, nullis precibus, minis, vitaeque periculis adducendus, vt vel *interimiſticae* cauſae ſubſcriberet, vel latum vnguem diſcederet ab agnita diuinorum dogmatum veritate. Precibus *Brandenburgici* Electoris ac ipſius *Mauritii* an. 1552. reſtitutus, paulo poſt m. 1554.

Multa ſingularia de hoc Principe domeſtici annales referunt, quae neque credere omnia, neque reuellere, velim. Crucis *ſigno in vtero notatum, ſcribunt.* Cauſae *diſſidiorum cum* Mauritio *variae a diuerſis allegantur.* 1) *quod Elector verbis reprehenderit* aleae *luſu praedia ac vrbes perdentem;* 2) diſſuaſerit *Mauritius* arma *contra Imperatorem, perfidiae metu;* 3) Wurzenae (q) *oppido Elector tributa imperauerit, inuito Mauritio durante hoc bello per tempus paſchale, hinc ei nomen* der Fladen⸗Krieg. 4) *Pflugius* Naumburgenſis *Epiſcopus factus fuiſſet, commendante Electore ad hanc Spartam Amsdorfium;* 5) *Hiſpanici miniſtri*, Electoratu

ratu

(p) Digna ſunt, vt hic legantur, quae *Fabricius* ſcripſit *in vita Iohannis Friderici.* Cum, relicta vrbe Miſna, & ponte poſt ſe incenſo, Vitebergam contenderet, in itinere copiis ſuis disiectis contra inſequentes pugnans in aduerſum os mala ſiniſtra vulneratur, & a Thilone Droto e Dioeceſi Mersburgia, ordinis equeſtris viro, non procul ab oppido Mühlbergo capitur, cui in eius rei teſtimonium annulum de manu detractum tradidit. Ominoſum ſane loci huius viris principibus nomen eſt. Ad Mühlbergum in Bauaria Ducem Auſtriae Fridericum cepit Ludouicus IV. Imperator ad Mühlbergam ſupra Nemetes Bernhardus Marchionem Badenſem Rupertus.

(q) Diſſidia inter *Iohannem Fridericum* & *Mauritium* duntaxat ob ius collectandi in vrbe *Wurzenae* orta eſſe, Saxonici tradunt ſcriptores. Sed illam controuerſiam compoſuit Philippus, Haſſiae Landgrauius. Notatu praeterea dignum eſt, Iohannem Fridericum Electorem tot turbis licet inplicitum, oppignoratum *Burggrauiatum Magdeburgicum* cum praefectura *Gommern* reluiſſe.

ratu *eidem* promiſſo, *in partes Caeſaris eum traherent*; 6) executio *ipſi contra Electorem a Caeſare* demandata; 7) *metus eſſet, ne* exteri *ad hoc munus cum interitu Saxoniae adhiberentur. Rationes tantae cladis proteſtantium potiſſimum in mora quaerendae exercitus foederatorum. Qui cum Caeſarem imparatum aggredi potuiſſet; tempus ei fecit, collectis viribus, manum conſerere. Sed, Electoratu in aliam lineam,* Albertinam *ſcilicet iuniorem, translato, poſtquam* Erneſtina *ſenior eodem ſub Iohanne Friderico multata eſſet: luculentioris doctrinae ergo, nexum* vtriuſque *in tabula ſummatim repetemus.*

CVNRADVS M. m. 1156.

Auf dem Petersberg. — *in quo ſuperius deſiimus.*

Dieterius m. 1184.
- *Cunradus m. 1175.*
- *Dietericus Epiſc. Merſeb. m. 1184.*

Henricus m. 1181.
- *Henricus m. 1187.*
- *Cunradus †*
- *Vlricus m. 1206.*
  - *Henricus m. 1217. vltimus WETTINENSIVM Comitum.*

OTTO M. Miſniae m. 1189.
- *Albertus † 1195.*
- *DIETERICVS m. 1222.*
  - *HENRICVS m. 1288. Landgr. Thuring.*
  - *ALBERTVS m. 1314.*
  - *FRIDERICVS m 1325.*
  - *FRIDERICVS m. 1349.*
  - *FRIDERICVS 1380.*
  - *FRIDERICVS I. 1428. Dux* Sax. *& Elect.*
  - *FRIDERICVS II. f. V. m. 1464.*

Erneſtin. — Albertin.

ERNESTVS El. Sax. m. 1486.
- *FRIDERICVS III. Sapiens † 1525.*
- *IOHANNES Conſtans m. 1532.*
  - IOH. *FRIDERICVS* Elector, *mulctatus m. 1554. quo bodienum* 1) Vinarienſis, 2) Iſenacenſis, 3) Gothanus, 4) Coburgenſis, 5) Meinungenſis, 6) Rœmhildanus, 7) Eiſenbergenſis, 8) Hildburghuſanus, 9) Saalfeldenſis *rami difficulter carent.*

ALBERTVS Dux m. 1500.
- *Georgius † 1539.*
- *Henricus m. 1541.*
  - *MAVRIT.* El. *acquirit † 1553.* — *AVGVSTVS* Elector. *fratre mortuo in linea ſua ſeruat, vnde bodienum* 1) Electoralis, 2) Weiſſenfelſenſis, 3) Merſeburgenſis, 4) Naumburgo - Cizenſis *deſcendunt.*

§. XX. Mavritivs, *Iohanne Friderico*, quod diximus, *Electoratu* mulctato (r), eundem an. 1548. in *Auguſtanis* Comitiis ſuae *lineae* intulit. Sed qui a partibus (s) *Caeſaris* ſemper ſteterat: pro *ſocero*, Philippo, Haſſiae Landgrauio, *liberando* eaſdem reliquit. *Magdeburgo* in deditionem accepto 1550. poſt quatuordecim menſium obſidionem, ipſi *Caeſari* 1552. bellum mouit: atque, alpium faucibus occupatis, tantum ei terrorem incuſſit, vt *Oenipontem* relinqueret, & pacis conditiones acciperet *Paſſauii* 1552. (t). Liberantur hac cauſa captiui principes *Saxo* & *Heſſus*, & purioribus *ſacris* immunitas ac libertas conciliantur. m. 1553. (u) ſine *maſcula* prole.

Vtrum prudenter *fecerint*, *qui Carolo V. auctores fuerunt*, Electoratum *in* Mauritium *transferre*. Excuſant *Caeſarem* 1) *quod* inteſtinis *motibus afflixerit Saxoniam*; 2) *Mauritii, principis* Lutherani, exemplum *plures auocauerit, terrueritque a bellis contra Caeſarem*; c) legibus *imperii repugnare viſum fuerit*, *innocentes agnatos principis rebellis poenam luere*. *Sed incuſant alii nimiam fiduciam Caeſaris*, a) *quod* Mauritius *&* *animo &* *ore Lutheranus fuerit vnus*; b) *familiae principes raro aeternas inimicitias foueant*; c) *ipſe Imperator poſtea* offenderit, *atque irritauerit Mauritium, quod*

(r) Diploma tranſlati in Mauritium electoratus habet *Goldaſtus lib.* 2. *de maioratu c.* 32. *p.* 237.

(s) In bellis Gallicis contra Confoederatos Smalkaldienſes & Hungaricis documenta dedit, ac in prima expeditione periiſſet, equo ictu tormenti bellici, quem inſidebat, proſtrato, atque Turcis vndique cinctus, niſi quidam ſuorum, nomine *Reibiſch*, morte ſua illum ſeruaſſet viuum: tegebat enim corpore ſuo, quod multis vulneribus lacerabatur, Principem tamdiu, donec ex caſtris venirent, qui Mauritium e manibus hoſtium eriperent.

(t) Illo quoque anno copiis Imp. Turcici Solimanni in Hungaria ſe oppoſuit, easque reiecit, vel continuit ita, vt vno eodemque anno duobus potentiſſimis Monarchis in Europa & Aſia terrori eſſet.

(u) Ex praelio prope *Siuershuſiam*, cum Alberto, Marchione Brandeburgico, commiſſo, victor recedebat, ſed ex vulnere in latere dextro ad ilia exploſione ſclopeti minoris accepto, tertio poſt die obiit. Hinc inteſtina *Siuershuſiae* condita, corpus e caſtris *Fribergum* delatum.

quod & Saxonis *agnati &* Haſſi *ſoceri liberationem promiſiſſet, neque ſtetiſſet promiſſis. Me iudice fruſtra conſilia incuſantur, vbi fata nutare incipiunt. Quo iure* Caeſar inconſultis *S. R. I. proceribus* Electoratu *Principem mulctauerit, alibi diſquiritur.* Lipſiae, Vitembergae, Miſniae (*nunc* Dreſdam *tranſlati*) Conſiſtoriorum (x); *deinde* trium *ſcholarum*, Grimmii, Miſniae *ac* Portae, *prope Naumburgum auctor fuit* (*). *Quae principis inſtituta hodienum conſeruantur in Saxonibus. Eius vitam MSC. poſſidemus Georgio* Arnoldo *auctore, Cancellario Naumburgenſi.*

§. XXI. Avgvstvs fratrem excipit, etiam in *Electoratu*, cuius ſpem, *Mauritio* obeunte, ſibi iterum fecerant principes lineae *Erneſtinae* (y). Haec conſilia cum minus ſuccederent; *Grumbacbius*, ſcelere occiſi Melchioris *Zobelii*, Antiſtitis *Würzburgenſis*, notatus, *Iohanni Friderico*, duci *Gothano*, noua ſuggeſſit, vt *Auguſtus* prorſus e medio tolleretur. Sed, facinore detecto, princeps, rebel-

(x) Tria imprimis ſunt Conſiſtoria in Electoratu Saxonico: *Dreſdenſe* vocatur ſummum, das Ober-Conſiſtorium, quia ei cohaeret Senatus Eccleſiaſticus, der Kirchen-Rath. Et continet circulum Miſnenſem, & maximam Circuli montani, des Ertzgebürgiſchen Creyſes, partem. *Lipſienſi* ſubſunt Circuli ſequentes: Lipſienſis, Thuringicus, Voigtlandicus, Neoſtadienſis & ſublato Conſiſtorio Zwickauienſi, e circulo montano Zwickauia eique ſubiecta Schneeberga, excipitur tamen paſtoratus Carlsfeldenſis, qui ad Dreſdenſe pertinet. *Vitembergenſe* vero complectitur circulum Electoralem. Torgauia in cauſis ſecularibus Circulo Miſnenſi annumeratur, in cauſis eccleſiaſticis ſubeſt Conſiſtorio Vitembergenſi. Praeterea *Leiſnicenſis* & *Coldicenſis* praefecturae, quaedam etiam loca praefecturae Rochlicenſis, veluti inſpectio Waldheimenſis, quae ad Circulum Lipſienſem alias pertinent, ad Conſiſtorium tamen Dreſdenſe referuntur. Dantur inſuper Conſiſtoria *Martisburgae*, *Zizae* & *Wurzenae*, quae intra fines dioeceſeos coercentur. Quam narrationem *BERGERI* ICt. Sax. conſummatiſſimi *Electis Diſp. borenſ.* debemus.

(*) De his late *SEKENDORFIVS in hiſtoria Lutheraniſmi lib. III. ſect. 27. §. 110. n. 3. p. 454.*

(y) Nam Iohannes Fridericus in integrum reſtitutus, & Mauritio in Electoratu ſurrogatus fuit. Cumulate *Goldaſtus* lib. 2. c. 32.

rebellium patronus, *proſcriptus* ab *Auguſto* (z), cui executio ab Imperatore demandata, in *Grimmenſteinenſi* arce oppugnatur; qua in deditionem 1567. accepta, direptaque, is captiuus abducitur Viennam, vbi poſt XXVIII. *annorum* carcerem moritur. *Sacrorum* vero cura Electori maius longe negotium faceſſiuit. Mortuo *Luthero*, auctoritate praeualuit inter noſtrates *Melanchthon*; qui, vt erat mitiſſimi ingenii vir, a magno Lutheri rigore contra *Reformatorum in ſacra Coena* ſententiam multum remiſit; ſatius eſſe ratus, ſi in *concordiam* illi redirent cum noſtratibus, *problemate* ipſo ad ſuperiorem cathedram relegato. Noluit tamen, ne in manes fidiſſimi quondam comitis, *Lutheri*, peccare videretur, quid in re, toties ventilata, ſentiret? quicquam definire. *Peucerus* autem, mortuo *ſocero* alienam olim mentem a *Lutheri* dogmate in *hac* controuerſia fuiſſe, cum pluribus in *aula* Saxonica primariis viris communicauit, & apud alios multos aperte prodidit. Hic fomes magni incendii fuit, quod Saxoniam vniuerſam miſere afflixit. Congrediuntur enim *Theologi* Wittebergenſes, atque *genuinos* Lutheranos, quo nomine ſe ipſos ſignabant, a *Philippizantibus* & *Crypto-Caluinianis*, quam notam aduerſae parti inurebant, tanto ſpatio ſeparant, ut *Turcis* ac *Iudaeis* tolerabiliora dogmata, quam illorum eſſe, imperitis perſuadere conarentur. Quid faceret ſapientiſſimus Princeps inter ambitioſorum Theologorum diſcrimina? cum eo res deueniret, vt neque pagis, neque vrbibus in religione vnum dogma eſſet: imo coniugum ſaepius fidem haec diſſidia labefactarent. Adhibitis ergo *exterorum* Theologorum conſiliis; pro medela habetur, *Symbolum* condere; cui fidem adſtringeret Elector cum *paſtorum* omnium, tum ſingulorum adminiſtrorum. Haec illa *Formula Concordiae* (a) an. 1579.

(z) Qui etiam ob impenſas in hoc bellum praefecturas *Arensbaug*, *Weida*, *Sachſenburg* & *Ziegenruck* in ſecuritatem ſumtuum reſtituendorum accepit, qui eam ob cauſam vulgo die aſſecurirten Aemter vocantur. Conuentionem quoque iniit cum Ruthenis, vi cuius Comites iuribus ſuis praetenſis in *Voigtsberg*, *Oelsniz*, *Plauen* & *Pauſe* penitus renunciarunt.

(a) Quae in coenobio Bergenſi prope Magdeburgum potiſſimum condita, Electoremque, hanc vt conderet formulam, plus

an. 1579. *Torgauiae* ab Electore ſancita: de qua contraria iudicia ac narrationes extant *Hutteri* ac *Hoſpiniani.* Id notiſſimum ſatis eſt, quod mille pro ea hodienum Sacramenta dicant, qui libellum neque viderunt vnquam, neque, ſi viderent, intelligunt. Ceterum conſiliis ac interceſſionibus *Auguſti* debere inprimis videmur *Pacem Religionis* an. 1555. *Auguſtae* per ipſum procuratam. Porro *Codicem* Iuris Saxonici eidem acceptum referunt. Alia etiam plura is fecit, ad dignitatem & incrementum Saxoniae. A. 1554. ditionem ſuam ab *Erneſtinae* lineae principibus *nouo pacto* diſtinxit. Cum *Brandenburgicis* & *Haſſis* 1555. defenſionis ac *ſucceſſionis* mutua iura renouauit *Namburgi.* Cuius Epiſcopatus annuos reditus 1561. antiſtite Iulio *Pflugio* mortuo, in publicos vſus conuertit. Similia fata *Miſnenſis* etiam ac *Merſeburgenſis* Epiſcopatus habuerunt. *Magdeburgici* Burggrauiatus iura quaecunque 1579. (b) Archiepiſcopis vendidit: *Hennebergenſi* autem Comitatu non ita multo poſt 1583. ob pacta *mutuae ſucceſſionis* auctus eſt. m. 1586. (*) (**)

Obſtare

plus quam 80000. Ioachimicos impendiſſe, Saxonici ſcriptores ipſi confitentur. Auguſtus exſtruxit quoque arcem pulcherrimam, quae ab iſto *Auguſtusburg* dicitur, multisque aliis magnificis aedificiis Miſniam exornauit, poſt mortem tamen ipſius paratae pecuniae ſumma 17. milliones, ſit venia verbo, thalerorum ſuperaſſe fertur.

(b) Reſeruatis tantum titulo ac inſignibus Burggrauiatus vna cum 4. praefecturis *Gommern*, *Kanis*, *Elbenau* & *Gottau.*

(*) Auguſti vxor *Anna*, Daniae princeps, cuius obitum panegyrici deplorarunt quamplurimi, vtpote Zach. SCHILTERVS, SS. Theol. D. & Academiae Lipſ. Procancellarius in *oratione de obitu Annae* &c. quae edita eſt cum epicediis Ioh. *Albini*, Lipſ. 1685. 4. in 6. Bogen. Aliud carmen funebre de obitu *Annae* edidit Michael *Clenouius*, Hamburgenſis, Wittebergae 1585. 4t. in 3. B. Funebrem ei ſermonem habuit *D. Martinus MIRVS*, qui editus eſt Dreſdae 1586. 4t. in 11. B. Alium ei ſcripſit habuitque *D. Nic. SELNECCERVS*, Lipſiae; alium Ioh. *Habermannus* Serueſtae; qui vltimi prodierunt cum oratione Ioh. *Maioris D.* Wittebergae 1586. in 4t. in 6. B.

(**) An. 1579. Mansfeldenſia accepit ab archiepiſcopo pro vmbra leui Burggrauiatus & ſumma des Bipartiti in Magdeburg.

Obſtare in ſucceſſione videbantur Auguſto 1) *quod plures crederent*, Erneſtinam *lineam* Electoratu *iniuſte priuatam fuiſſe*, Caeſaris *tantum* decreto, *ceterorum S. R. I. ordinum ſuffragiis neque conſultis*, *neque obtentis;* 2) *inprimis* mortuo *obiecti criminis* auctore; 3) *Auſtriacos ipſos* poeniteret *beneficii in* Albertinos *collati;* 4) *ipſe Elector cuſtodia liberatus*, *inſignia* Electoralia *iterum adhibuiſſet;* 5) *in obitu Mauritii maſcula prole carentis*, *ius hoc extinctum eſſe*, *videretur;* 6) *quare & ipſi Erneſtini* mulctam *eo aequius ſemper tulerint*, *quod poſt deceſſum Mauritii* Electoratum *ſibi certo iterum promitterent. Feſellit ſpes: inde nihil prius fuit* Erneſtinis, *quam amiſſam ſeptemuiratus dignitatem*, *quibus auxiliis poſſent*, *recuperare.* Grumbachianae *coniurationis capita:* a) *Auguſtus in venando* occideretur; b) *eius* heres *eſſet Gothanus;* c) *recuperato inprimis* Electoratu; d) *ordo* Nobilitatis *vbique in libertatem vindicaretur* immediatam *S. R. I.* e) Gothanus, *ſi fieri poſſet*, *ad* Imperii Romani *faſtigium promoueretur. Poſſident Muſae meae ingens volumen MSC. codicillorum in cauſa Grumbachiano-Gothana.* Bellum *Gothanum Hub.* Languetus *deſcripſit latine: ſed libellus etiam Germanice editus eſt. De iure proſcribendi & poenam ſumendi a proſcriptis*, *de* Formula Concordiae, Andreae *potiſſimum calamo ſcripta*, *expenſis vtrorumque ſcriptorum rationibus; de Hiſtoria carceris* Peuceri, *inter differendum. Non bene mihi Eccleſiis conſulere videntur*, *qui* ſymbola *reiiciunt.* Belgarum *atque* Heluetiorum *haec quondam philoſophia fuit: a qua ſibi diſcedendum eſſe*, *vtrique demum agnouerunt. Sed abuſus in crimen vocandus* a) *ſi formulae nimis* prolixae *ſint*, *vt memoria nequeant comprehendi;* b) ſubtiles *nimis*, *vt nonniſi ab eruditis intelligantur;* c) non neceſſaria *in ſe habeant*, *pro affectu ab ambitione Theologorum inſperſa;* d) *non recitent tantum; ſed* damnent; e) ignaris *obtrudantur;* f) non ciuibus, g) *non ea* reſtrictione, *vt*, *qui aliter poſtea ſenſerit*, munere *ſuo in Saxonia* abdicato, *vinculo etiam* liberetur *praeſtiti* iuramenti. *His vero cautionibus factis*, religio ſymbolica *erit*, *non* fides. *Illa* voluntatis *& naturae; haec* intellectus *& gratiae. De* pace religionis *poſt alios multos nouiſſime egit* Schilterus. *Singularia ſunt:* 1) *quod* Linguas Ebraeam

& La-

& Latinam *didicerit Elector in ſenectute;* b) *Conſilium ſanctius*, den geheimden Staats-Rath, *primus inſtituerit eodem fere tempore cum Brandenburgicis; vtroque illo Electore, quod honoris cauſa ſcribo*, Diskaviis *curam ardui negotii demandante;* c) *Huberti* Langueti, *cuius vitam, Mario auctore, edidimus*, Epiſtolae *ſecretae ad Auguſtum multa arcana produnt. Nos ex* archiuo Saxonico *deſcriptas primi in lucem protulimus.*

§. XXII. Christianvs I. (c) in ſacrorum ritibus a parente ſe alienum exhibuit. Fauit enim partibus *Reformatorum*, quos ex Anhaltino principatu ac Palatinatu Rhenano paſſim in Saxoniam euocauit, & ſacris coetibus praefecit. Inde *Formulae Concordiae* rigor correctus: eieratio daemonis in baptiſmo, *exorciſmum* dicunt, abrogata: atque Caluini in *Sacramentis* dogmata paſſim recepta ſunt. Theologis, qui obedire principis decreto recuſarant, in exilium actis. Vt nullum dubium ſit, *Saxoniam Reformatam*, vt aliqui ſcribunt, factam tum fuiſſe, niſi principem in hoc conatu fata praeueniſſent an. 1591.

Cauſae fauoris pro hominibus Reformatis *variae adducuntur* a) *quod parentis ſui rigor contra viros innocentes in noſtro principe* commiſerationem *excitaſſet;* b) *a Iohanne Caſimiro*, Palatino *Comite, quo noſter familiarius vſus fuerat, dogmata Reformatorum eidem eſſent commendata;* c) *Nicolaus* Crellius, *primarius Electoris adminiſter, conſilia haec eidem ſuggeſſiſſet contra ambitionem quorundam Theologorum. Sed annon inter* nimium *&* parum *peccauerit* Chriſtianus, *aliorum iudiciis relinquo. Dici enim vix poteſt, quantae in Saxonia tum calamitates inde excitatae fuerint. Matrum aliae modo editos infantes aliquot menſes clam abdiderant: aliae per aliquot dierum itinera eoſdem in aliena territoria miſerant; quod, baptiſmum* ſine exorciſmo *inutilem, manifeſto quidem errore, exiſtimarent. Ciuitates, pagi, nobiles, plebeii his controuerſiis in maxima diſcrimina adducti disiectique ſunt. Qua* fidei *teſſera* obierit *noſter, varie poſtea diſceptatum fuit.* Lutherani *dixerant, principem moribundam dogmata* Caluini *eieraſſe: ſed* Reformati *oculatos teſtes producunt,*

(c) Ab Imperatore Rudolpho II. *expectatiuam* in terras, quas *Ruteni* comites adhuc poſſident, impetrauit.

cunt, quod in fide ſemel profeſſa perſtiterit noſter, hoc dolore vnice afflictus, quod vitae ſpatium non eſſet, pium reformationis *opus ad finem ſibi propoſitum, perducere. Funebres orationes pro* affectu vtrorumque *typis exſcriptae extant. Ceterum auxiliares* copiae Henrico IV. *Regi, pro tuendis ſacris* Reformatorum *in* Galliam *miſſae ſunt contra* Ligiſtas: *eius cauſa Gallos Saxonibus* duodecim tonnis *auri adhuc tum teneri, perhibent. Idem princeps* Ordinis aureae ſocietatis *auctor fuit, quem multi e Saxonica nobilitate coluerunt.*

§. XXIII. CHRISTIANVS II. ſub cura *tutorum* fuit, Friderici Wilhelmi *Altenburgenſis* & *Brandenburgici* Electoris, quos parens viuus *nominauerat* (d). Altenburgici itaque inſtituto factum eſt, vt *Reformati* omnes Saxonia iterum eiicerentur, reductis in eandem Theologis *Lutheranis. Crellius* poſt decennalem captiuitatem capite truncatus eſt, facinorum contra *puriora* ſacra, quod aduerſarii eius tradunt, conuictus. Vltimo Cliuenſium duce 1609. decedente, noſter ſucceſſionem poſtulauit. m. 1611.

Religionis diuerſitas Saxoniam multis iterum turbis ac calamitatibus afflixit. Ex quo tamen a Lutheri placitis ibi nunquam amplius diſceſſum eſt. Sed in Crelliana *cauſa multa in arcano latent. Diſcuntur aliqua e concione in eius obitum facta, & ex ſchedis aliquibus, tum ſigillatim editis, quas nos cum MSC. aliquo poſſidemus. Fata huius viri expendens ingemiſcere ſoleo: o miſera hiſtoria, quae nubem pro Iunone, affectuum figmenta pro rerum geſtarum monumentis ignauae poſteritati obtrudis. Q. Cur* Crellii, *Saxonici adminiſtri, cauſa coram* Caeſare *acta? an reſpondere teneatur miniſter de* conſiliis *a* principe *adprobatis? Cur res ea Theologis tractata?*

(d) Saxo-Altenburgenſis agnatus adminiſtrauit quidem electoratum, resque imperii cauſa agendas ſuſtinuit: ſed in primo nihil fecit, niſi cum Brandenburgici electoris, contutoris, conſenſu. Ingens *volumen* poſſident *muſae meae* de cauſis Saxonicis ſub vtroque hoc tutore. Quod reconditas prodit rationes rerum maximi tum momenti, inprimis in vſu ſacrorum.

tractata? qua conſcientia? fide? Collatus Crellii *exitus cum fortuna* Peuceri. *De rebus* Iuliacenſibus *ſuo loco.*

§. XXIV. IOHANNES GEORGIVS I. *fratrem*, ſine prole mortuum, in ſucceſſione excepit. Hic ille princeps eſt, qui in duriſſima *belli Germanici* tempora incidit, cui *tragoediae* per *triginta* annos in Saxonico ſolo, ſpatiis quandoque intermiſſis, actae, a principio ad finem non ſpectator otioſus, ſed praecipuus dux & auctor interfuit. *Quatuor* interuallis diſtingui poſſunt res tum a Saxonibus geſtae. *Principio* Elector a partibus *Auſtriacis* ſtetit: hinc *foederi* Euangelicorum non acceſſit; hinc rebelles Bohemos in *Luſatia* & Sileſia armis coercuit, nihilque omiſit (e), quod ad ſubleuandas res Auſtriacorum facere poterat ad annum vſque 1629. *Deinde* vero, quod Auſtriaci in deuicta Bohemia contra fidem, Saxonibus datam, *Euangelicos* in *exilium* egiſſent; Palatinum Electoratum, *Euangelicis* agnatis praeteritis, *Pontificio* principi conceſſiſſent; demum 1629. magna fortunae animique fiducia *bona eccleſiaſtica* in integrum reſtitui, Caeſareo decreto, S. R. I. ordinibus imperaſſent: cauſas grauiſſimas habuit noſter, proteruis Pontificiorum conatibus arma obiiciendi. *Foedere Lipſienſi* 1630. cum *Euangelicis* ordinibus inito, ipſoque *Sueciae* Rege in ſocietatem eius adſumto: Caeſareus exercitus illud armis diuellere conatur, *Tillio* in Saxoniam mouente. Sed, iunctis *Suecorum* copiis cum *Saxonibus*, hoſtes memorabili clade 1631. ad Lipſiam victi profligatique ſunt; ſequenti etiam anno *Lizenenſi* (f) victoria inſignito. Agnouerunt exinde

(e) Hinc propter maximos in vtilitatem *Auſtriacorum* impenſos ſumtus ſuperiorem & inferiorem Luſatiam primum quidem tantum *pignoris* loco, poſtea vero tanquam *feudum* regni Bohemici pro ſe ac omnibus poſteris accepit, hac tamen adiecta lege, *vt Auſtriaci, ſi deficiente linea maſculina ſucceſſio ad eos, qui a feminis deſcendunt, perueniret, reſtitutis 70. tonnis auri Marchionatum hunc iterum regno Bohemico adiungere poſſent, alioquin & deſcendentes ex feminis hoc feudum debent poſſidere.*

(f) Quoniam vero incomparabilis heros, Guſtauus Adolphus, victor in pugna hac diem ſuum ſupremum obiit, indigne ferebat Elector, quod Cancellarius Regni. Suecici Oxenſtirnius

exinde Auſtriaci, Saxonicum principem & impie & imprudenter offenſum ab illis fuiſſe. Nihil ergo omittunt, quod ad animum eius iterum conciliandum aliquid poterat conferre. *Hoeo* internuncio, *anno* 1635. in *Pace Pragenſi*, diſſimulationibus ſublatis, diſſidia cum Saxone componuntur; animo Electoris *Luſatiae* conceſſione placato. Sed qui *Suecorum* impetum, in Saxoniam factum, ſuſtinere ac perferre diutius nequibat, an. 1643. *neutras* partes amplexus eſt, ditione ſua per has clades miſere afflicta. Has conſtanti deinceps animo tenuit, vſque dum 1648. *alma pax* vniuerſae Germaniae reſtitueretur; quatuor *Magdeburgicis* (g) *praefecturis* cum *Luſatia* omni *Weſtphalica* transactione in familiam ſuam translatis. Poſtea de *Iuliaca* cauſa conuentus inſtituti cum Brandeburgicis; ſed imperitorum culpa ſemper iterum ſunt diſſoluti. *Teſtamentum* huius principis admodum memorabile eſt, quod illuſtris *Strykius*, *Oldenburgerus*, *Sprengerus*, *Gaſtelius*, aliique plures exhibent. Omnem enim ditionem *is quatuor* filiis reliquit. IOHANNI GEORGIO II. Electoratum *Saxoniae*; Burggrauiatum *Magdeburgenſem*; pagorum, *Miſnenſis*, *Lipſienſis*, *Montani* praefecturas; ſuperiorem *Luſatiam*; *Mansfeldica*, ſequeſtri iure occupata; Aduocatias *Quedlinburgenſem*, *Erfurtanam*, *Mühlhuſanam*; iurisdictionem *Northuſanam*. AVGVSTO ſecundo genito, Magdeburgico tum Adminiſtratori, *Thuringiae* praefecturas *Saxenburg*, *Ekardsberg*, *Netra*, *Freiburg*, *Weiſſenſee*, *Sangerhauſen*, *Langenſalza*, *Heldrungen*, *Sittigenbach*, *Wendelſtein*, *Weiſſenfels*, vbi poſteri ſedem fixerunt; cum quatuor Magdeburgicis praefecturis *Querfurth*, *Iüterbok*, *Dahm*, *Burg*, quae vltima poſt Electori Brandenburgico conceſſa. CHRISTIANO tertio genito *Luſatiam* inferiorem, Epiſcopatum *Merſeburgenſem*, praefecturas *Finſterwalde*, *Bitterfeld*, *Döliżſch*, *Zörbich*. MAVRITIO quarto genito *Naumburgo*-Cizenſem Epiſcopatum, dynaſtias *Tauttenberg*, *Frauen-Prieſniz*, *Nieder-Trebra*, *Vogtsberg*, *Plauen*,

nius ſummum rerum arbitrium ſibi adrogaret, quae indignatio eum quoque permouit ad pacem, cum Caeſare ineundam.

(g) Intelliguntur hic *Querfurth*, *Burg*, *Dahme* & *Iüterbock*.

Plauen, *Pauſa*, *Triptiz*, *Arnsbaug*, *Weida*, *Zugenrük*, & partem *Hennebergici* Comitatus. Atque *horum omnium* propago magna prolium foecunditate hodieque floreſcit (h). Obiit princeps in ſenecta 1656. reg. 45.

Quare Elector Euangelicis accedere noluerit, *diuerſa diuerſi argutantur.* a) *quod aegre ferret*, ducis *honorem ſibi a* Palatino *praeripi;* b) Caluini *doctrinae addictis ſe iungere recuſaret;* c) *Auſtriacis faueret;* d) *ab his & Pontificiis quibusque omni honore afficeretur;* e) *lactaretur pollicitationibus e ſpoliis perduellium Euangelicorum;* f) *Bohemicas turbas ferre nequiret vicinus. Obſ. Cum indubium ſit*, Bohemiae *tum coronam Electori oblatam fuiſſe: prudentiores vix digerere poſſunt*, Saxones quarta nunc vice Bohemiae regnum declinaſſe. *Poſt* edictum *de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis arcanis quidem tractatibus exceptae erant* Miſnia, Wurzena, Merſeburg, Ciza; *ſed neque fidem habuit inſidiatoribus noſter*, *neque religionis ſocios exiſtimauit ſibi hoc caſu negligendos eſſe. De* Pace Pragenſi *varia iudicia extant* Aſterii, Caſſani, Zypaei. *Quaerunt aliqui*, *quis Saxonibus poteſtatem dederit*, *de rebus vſum ſacrorum concernentibus pro vniuerſo Imperio cum Imperatore tractandi? Hoeum Concionatorem aulicum in praemium procuratae pacis* 15000. *imperiales accepiſſe*, *nonnemo ſcribit. Obſeruatio ſingularis*, *quod* Suecorum *inimicitia Saxonibus plurimum* nocuerit *in* praemiis *per Weſtphalos pacificatores in Germania tum diſtributis. Sed laudant alii generoſos animos Saxonum*, *quod noluerint e publicis ſpoliis locupletari.* Teſtamentum *Electoris a ICtis Saxoniae conditum*, *a Caeſare ratibabitum & confirmatum eſt. Sed multarum controuerſiarum cauſa extitit*, *quae hodienum magna animorum contentione agitantur. De ſolennibus in Principum teſtamentis illuſtris* Strykius *peculiari inſtituto egit; & nos cum ipſo. De ſingulis* Albertinae *ramis inferius ſuo loco.*

§. XXV. Iohannes Georgivs II. parentis ſucceſſor fuit. Mortuo Ferdinando III. *vicariatum* S. R. I. vltra

(h) Conſulatur ex inſtituto *Seligmanni* Diſſertatio de vita Iohannis Georgii I. breuiter adumbrata, quae 1676. Lipſiae habita.

I. vltra totius anni ſpatium geſſit an. 1657. in ſocietatem muneris *Boioariae* Electore admiſſo, totusque in eo deinceps fuit, vt Leopoldus Imperator eligeretur. *Erfurthi*, primariae in vniuerſa Thuringia vrbis *aduocatiam* ſibi 1664 a *Moguntino* Antiſtite praeripi paſſus eſt: quod, in manifeſto iure, indignum videbatur Principibus Euangelicis, inprimis quod 1665. hanc etiam litem in gratiam Moguntini aeternum eieraret. Mutuae *ſucceſſionis* pacta an. 1661. cum *Saxo-Lauenburgico* principe, *Iulio Franciſco*, iniit. Quo ipſo & priſtinae de *Electoratu* controuerſiae compoſitae ſunt, & inſignis, quod ſors tulit 1689. mortuo vltimo duce, Saxonicam domum acceſſio expectare videbatur. Ceterum leniſſimi ingenii principem tum habuit Saxonia. Vtinam miniſtri eius indulgentia non manifeſte ſaepius abuſi fuiſſent! m. 1680.

In memoriam adminiſtrati (i) *vicariatus extant numi die* Vicariat-Thaler. *Siniſtra iudicia ſenſit Elector, quod Pontificium Boioariae Ducem in cauſa maxime dubia collegam maluerit, quam Euangelicum principem, Comitem Palatinum. De controuerſia Erfurtina ſuo loco, & pactis* Lipſienſibus 1665. Saxo-Lauenburgica *etiam cauſa, qua culpa perdita ſit? inferius exponetur. Centum* nuptias *eum procuraſſe, aiunt, perſonarum nobilium: cuius quoque numeri memoria is admodum delectatus ſit, traditum accepi.* Cancri *morbo, labiis amiſſis, mortuus eſt.*

§. XXVI. Iohannes Georgius III. patrem in Electoratu excepit. In clade, 1683. Turcis inflicta, gloriam, nullo tempore intermorituram, conſecutus eſt. Ipſe enim praelio *Viennenſi* cum lectiſſima *manu* interfuit, vt ei non ſecundas in iſta victoria deberi, Itali etiam ſcriptores literis celebrauerint. *Italica itinera* 1685. ab eodem ſuſcepta ſunt finitaque. An. 1686. *Auguſtani* foederis contra formidinem, Imperio a Gallis incuſſam, non ſocius tantum; ſed auctor fuit adiutorque. An. 1689. (k) cum

(i) Inde quoque illud originem trahit, vt inter Secretarios Electoris primus nominetur der geheimde Reichs-Secretarius.
(k) Anno proxime praecedente primus ſe opponebat Gallis, & Heilbrunnam atque Dielspergam manibus hoſtium extorquebat.

cum inſtructiſſimo exercitu,& Rhenanos *Galliae* fines mouit, atque truculento hoſti *Moguntiam* iterum eripuit, & hoſtiles conatus coercuit percuſſitque. Tertio anno poſt in eadem expeditione *Tubingae m.* 1691.

Germanicum patriotam *dicunt, qui indulgentiam, humanitatem, frugalitatem, beneficentiam, ceterasque* ſinceri *animi virtutes in Principe intuiti ſunt. Obſeruatio nonneminis eſt,* bonitatem *duorum Electorum* malos *adminiſtros feciſſe in Saxonia. Sed haec infamia illos non tangit, qui fidem dexteritatemque principi ſuo adprobarunt. De Viennenſi victoria pleni ſunt omnes hiſtorici. In* Rhenanis *expeditionibus clementiam principis in coelum omnes extollunt: ſed Saxonici militis atrociam, diritatemque in patrio ſolo homines noſtri execrantur. Conteſtati ſunt tum ruſtici omnes, malle ſe* hoſtes Gallos *in hybernis alere, quam* Saxones amicos. *Ex iuſto dolore haec ſcribo. De Saxo-Lauenburgica cauſa* 1689. *oſtenſa, ſed improuiſe perdita, inferius.*

§. XXVII. Iohannes Georgius IV. parentem excepit. Animi is fuit excelſi, literis, itineribus & militari arte admodum exculti. Spes omnium erat, qui eum intimius nouerant, fore, vt per ſolertiam illius morbi, qui ſub indulgentia vltimorum principum inuaſerant Saxones, tollerentur: ſed in medio harum rerum conatu morte praeuentus, improlis obiit 1694. Secutus eſt fratrem Fridericvs Avgvstvs. Hunc principem inter *miracula* ſui aeui ob plures cauſas merito referet poſteritas. *Corporis robore,* & mira quadam neruorum atque artuum firmitate praeualet ceteros mortales, vt vires, quae hominum ſunt, multis interuallis ſuperare videatur. Neque minor in eo animi illa excellentia ac fortitudo, vniuerſo fere orbi declarata. In iuuentute *Vlyſſem* egit, peragratis *biennio Germania, Gallia, Hiſpania, Portugallia, Italiae* extremis regionibus *Hungariaque* anno 1687. Mortuo parente, *Vienna* ei in deliciis fuit, vbi Ioſephi, Romanorum Regis, amicitia familiarius vſus eſt. In *Turcicis* etiam bellis de *Auſtriaca* domo optime eſt meritus. Elector, fratre mortuo, factus *Auſtriacam* amicitiam quoque ſemper coluit. Hanc vt reponeret Auguſtiſſimus *Imperator* 1697. ad *Poloniae* regnum

principem regalis dudum animi cum ſucceſſu commendauit. Sed inter tot praepotentes eiusdem Spartae *aemulos* non obtinuiſſet noſter, niſi inter ceteras virtutes prudentia comite ſcopulos, a rebellibus Polonis ei obiectos, partim armorum metu deſtruxiſſet, partim declinaſſet argento, partim etiam conſiliorum dexteritate euitaſſet. A. 1700. *Liuoniam* armis recuperandam ſuſcepit: *Riga* obſidione cincta. Multi exiſtimant, *Rigenſes deditionem* tum facturos fuiſſe, ſi oppugnatores aliquot tantum aedes in vrbe ignitis globis deſtruxiſſent. Sed dum res in *alterum* annum extrahitur, *Sueciae* Rex 1701. *Saxones* improuiſo impetu inuadit, fugat, profligat, victoriamque per *Curlandiam*, atque per ipſam tandem *Lithuaniam* perſequitur, ſtatione neque dum ibidem deſerta. Poloni, quod in bellum non conſenſiſſent, omnem calamitatis cauſam in regem fortiſſimum deuoluerunt. Horum *petito*, quod *conſpirationem* eorum cum hoſtibus Suecis metueret, Rex ſatisfacit, omnemque *exercitum* e Polonia in *Saxoniam* reducit. Inermis deinde fidei ſuorum vitam committit fortunasque. An. 1702. Poloniae ordines eapropter comitia inſtituunt, vt medelam inteſtinis turbis afferant. Sed his, *vnius* hominis temeritate ruptis, *Senatores* regni in eo conueniunt tandem, vt *Legatos* ad Sueciae Regem amandent, qui diſceſſum eius vrgerent e *Lithuania*; quod nullum illi cum republica Poloniae bellum; ſed Regem tantum is aduerſarium haberet, quem in hereditariis *Saxoniae* regionibus, illaeſa Polonia, *vlciſci* poſſet. Quis *finis* legationis futurus ſit? nondum conſtat. Interim *exercitus* in *Saxonia ad triginta millia* virum auctus eſt. Poſt vero multas clades cum Saxones duce *Schulenburgio* ad Frauenſtadium in finibus Poloniae victi ac reiecti eſſent; Rex Sueciae 1706. cum exercitu ſuo ipſum inuaſit Saxoniae electoratum, occupatis omnibus locis, *Dreſda* & *Koenigſteinio* exceptis. Pax Sueciam inter & Poloniam eodem anno *Alt-Ranſtadii* facta, quae, ob cauſas in *manifeſto*, quod dicunt, Saxonico recenſitas, per reditum Regis Auguſti in Poloniam, 1709. ſublata eſſe videtur. Poloni, variis diſſidiis tandem ſopitis, fere omnes Regem hunc legitimum, reie-

cto

cto *Stanislao Leszczynski*, quem 1704. Sueci Polonis obtruſerant, agnoſcunt veneranturque.

Multi famam non habent, qui eam merentur. In Ioh. Georgio IV. diffidia in matrimonio virtutibus lucem eripuerunt. Sed quid hic domeſtica cum publicis? Superſtitionem & anilia fabulamenta in Neitſchiana cauſa regnaſſe, quis hodie inficiabitur? De iure circa captiuitatem Schoeningii, *quem Caeſar in Teplicenſibus thermis in cuſtodiam dedit. Q. An* adminiſtri *ordinum S. R. I. Caeſari reſpondere teneantur de illis, quae, Principum ſuorum* mandato *inſtructi, fecerunt? De fori ac* iudicis *competentia: de eminenti dominio. De plusquam heroicis virtutibus* Friderici Auguſti, *quibus omnes fortunae caſus admirabili animi praeſentia vicit. De eiuſdem etiam* giganteo *robore, quo diſcos, patinas, ſcyphos ex argento, ſtanno, cupro aut firmiſſimo alio metallo altera tantum manu, vt chartulas aut lintea, complicat inuoluitque. De ſimilibus ſpeciminibus aliis. Adeo mentis ſublimitas & excellentia, qua pollet, conſpirat cum robore corporis firmitateque. Herculem etiam dixeris, qui ſuis peregrinationibus omnem fere Europam eſt emenſus.* Germaniam, Hungariam, Pannoniam extremam, Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Belgium, *cetera. Vbique locorum iuuenis etiam reges ac principes in ſtuporem adduxit, quod illo non promtior, non agilior, non aptus magis eſſet, ad res ex dignitate gerendas.* Diarium, *de itineribus eius confectum, poſſidemus in MSC. Poloniae Regem electum id doluiſſe, referunt, cum vltima quaeque Europae regna peragrauiſſet,* vicinam *ſe Poloniam non vidiſſe. Diſcat inde Nobilitas Germanica, quae Galliam Italiamque noſſe cupit, patria plerisque ignota manente. Inter* Candidatos *regni tum* Poloniae *fuerunt Elector* Boioariae; *Ludouicus, Marchio* Badenſis; Neoburgicus *princeps;* Iacobus, *vltimi Regis filius, &* Contyus *tandem, qui armis ſibi viam facere tentauerat. Multi tamen Gallicae etiam aulae non ingratum fuiſſe, exiſtimant, quod nummis hunc aemulum emunxerint Poloni, cuius ingentes diuitias in ipſa Gallia extimeſcant. Dici non poteſt, quam praeſentiſſimo ſemper animo inter hos caſus fuerit Saxo, fortitudine animique robore nulli regum ſecundus. De iuſtitia belli* Liuonici *varia hominum iudicia ſunt. Inter cauſas, quas Poloniae Rex al-*

 legauit,

legauit, potiſſimae ſunt a) *de recuperandis regionibus, olim amiſſis, ſub iuriſiurandi formula Polonicae Reipublicae eum aſtrictum eſſe;* b) *Oliuenſes tabulas, quae Suecis adſcribant Liuoniam, ab iisdem plus ſimplici vice laeſas fuiſſe;* c) *acceſſiſſe ſuppreſſam Liuoniae libertatem, cui a vicinis Polonis omnino fuerint auxilia praeſtanda;* d) *Suecos, quod a partibus Slesuicenſium eſſent, Daniae Regem inuaſiſſe, cum Polonis atque Saxonibus principem foederatum. vid.* **Die gerechte Rettung der Waffen Ihro Königl. Majeſt. in Polen wider die Kron Schweden**, 1700. 4t. *Idem ſcriptum latine ſub* Manifeſti *nomine extat.* Patkulii *cauſa defenſa fuit integro volumine, cui titulus:* **Beſcheidene** *Deduction* **der Unſchuld Joh. Reinhold von Patkul wider die Läſterungen ſeiner Feinde in Schweden.** Lipſiae 1701. 4t. *Ceterum eſſloreſcit in maximam Saxoniae ſpem princeps iuuentutis, Fridericus Auguſtus* n. 1696. d 7. Octobr. *magni parentis vnigena. Luculentioris doctrinae ergo viſum eſt,* Albertinae, *ſiue Electoralis, lineae omnem* propaginem *hic ſummatim exhibere.*

AVGVSTVS Elect. m. 1586.
In quo ſuperius deſiimus.
D. CHRISTIANVS I. m. 1591.

CHRISTIANVS II. † 1611. — *IOH. GEORG. I. m.* 1656.

Chur-Linie.
IOH. GEORG. II. m. 1680.
IOH. GEORG. III. m. 1691.
IOHAN. GEORGIVS IV. m. 1694. — *FRIDER. AVGVSTVS n.* 1670.
Frid. Auguſt n. 1696.

Weiſſenfels
Auguſtus *m.* 1680.
Ioh. Adolf. m. 1697. — *IOH. GEORG. n.* 1677.
Henric. n. 1657. **Barby** — *Frideric. Henr. n.* 1692.

Merſeburg
Chriſtian. *m.* 1691.
Chriſtian. II. m. 1694. — *MAVRIT WILH. n.* 1685.
Auguſt. n. 1655. **Zörbig.**
Henric. n. 1661. **Spremberg.**

Zeit
Mauric. *m.* 1681.
MAVR. WILH. n. 1664. — Frideric. Aug. *n.* 1700. *m.* 1710.
Cardinal **und Ertzb. zu Gran.**
Chriſtian. Auguſt. n. 1666.
Frider. Henr. **Neuſtadt** *n.* 1668. — *Moritz Adolph n.* 1702.

CA-

CAPVT II.

TITVLI *Ducum Saxoniae.*

SECTIO I.

ELECTORIS.

DVX SAXONIAE.) Qua cauſa veteris *Saxoniae* ducatus eam *portionem*, cui dignitas *Electoratus* poſtea innexa fuit, anno 1422. principes noſtri, *Miſniae* Marchiones, acceperint, id ſuperius *cap.* 1. §. 13. explicatum eſt. Quamuis autem ex eo tempore *Saxonicam* hiſtoriam ad noſtram hanc aetatem vſque ſimus proſecuti; quae tamen huius *ducatus* fata ac viciſſitudines ante fuerint, quam *Miſniae* Marchionibus is obueniſſet, id nobis nunc porro exponendum reſtat. Quoniam vero commodius longe in *ſequenti* libro, vbi de *Brunſuicenſi* domo ſermonem facturi ſumus, haec omnia tractabuntur: quicquid de Saxonia dicendum ſupereſt, cuiusque nos partis rationem in *Brunſuicenſi ducatu* habebimus.

Illud facile ad intelligendum eſt, quod praeter Saxoniae Electoratum, **dem Churkreiß**, *nihil poſſideant principes noſtri, quod* Saxoniae *nomen mereatur. Et quamuis* Miſniae *ac* Thuringiae *ditiones* Electoralem *quoque prouinciam multoties ſuperent: factum tamen eſt, vt* Saxoniae *atque huic innexum* Electoratus *nomen noſtri acciperent, a* Miſniae *titulo prorſus deſuefacti. Mox vulgi errore contigit, vt hae etiam regiones* Saxoniae (a) ſuperioris *limitibus contra ve-*

(a) Ex *Cranzii lib. III. c. 16. in Sax.* ratio haec adduci poteſt, quod Miſnia Thuringiaque Saxoniae nomen mereatur, quia tempore Imperatorum Saxonicorum iam Saxonici iuris fuit, Saxonicae coloniae in has prouincias ad arcendum barbarorum gentium impetum ductae. Sed neutrum ſatis eſt. Non primum, quia iuribus ſeiunctae prouinciae confundi non debent, ſi redigantur ſub imperium vnius; neque alterum quia

rae Geographiae rationes includerentur. Cauſae commixtorum nominum 1) *quod a Saxonia, tanquam digniori prouincia, adpellatio facta;* 2) *in circulis imperii* Saxonia ſuperior, **der Ober-Sächſiſche Creyß**, *hoc alieno ſignificatu deſcriptus ſit, cum* Venedicus *aut* Slauicus, **der Wendiſche Creyß**, *potius dici mereatur.*

Ivliaci, Cliviae ac Montivm.) Horum omnium ratio habita in regno *Poruſſiae*, quorſum lecturos remittimus.

Id notari debet, quod his titulis, neque aula Poruſſica, *neque* Palatina, Saxones *ſalutent, qui etiam neutrum iſtorum principum hiſce nominibus adpellant, ob controuerſias inferius iterum indicandas. Nodos autem in ſcirpo quaerunt, qui de ordine huius poſtulati dubitant, vtrum* Albertina, *an vero* Erneſtina *in eo ſibi praeferendae? Nam* Alberto, *conditori Albertinae* an. 1483. d. 26. Iun. *exſpectatiua a Friderico III. Imper. conceſſa fuit: ad* Erneſtum *vero anno demum* 1495. *eadem a Maximiliano I. Caeſare extenſa, vt* Electoralis, *ſiue* Albertina *priorem hic locum omni iure mereatur. Dummodo non clariora iura vtrisque idem denegent: de quibus infra locus erit diſpiciendi.*

Angriae etiam ac Westphaliae.) Has regiones e ſuperius diuiſa Saxonia intelligendas, titulis ſuarum prouinciarum Saxones inſeruerunt, poſtquam *Saxo-Lauenburgicam* ditionem, mortuo an. 1689. vltimo ſuae ſtirpis principe, iure pactorum *mutuae ſucceſſionis* poſtularunt. Sed neque Saxo-Lauenburgicae domui vel *Angria*, vel *Weſtphalia* vnquam paruerunt: verum terrae, quibus Henricus Leo mulctatus fuit, in praedam conceſſerunt ſacrorum antiſtitum per Weſtphaliam, quo iure Colonienſis, quod ei potiſſima *laciniae Leoninae* pars obueniſſet, iiſdem titulis hodienum vtitur.

Sed

quia Saxonicae coloniae Thuringos necquicquam oppreſſerunt. Adde, quae Albinus in der Meißn. Land-Chron. lib. 1. tit. p. 5. in hanc rem conduxit.

(b) Sed cum Venedi vel armis Saxonum deleti, vel ex his regionibus eiecti a gente victrice, hoc iure quoque Saxonicus circulus vocatur.

Sed haec commodiori loco in rebus Brunſuicenſicus docebuntur, vbi ex inſtituto tractatio ſuſcipietur de mulcta Henrici Leonis. De cetero cum maioribus Saxo-Lauenburgicorum principum hae quoque ditiones Henrici Leonis promiſſae fuerint: earum memoriam heredes Saxo-Lauenburgici non fruſtra ſeruant. An his nominibus etiam Saxo-Lauenburgicus ducatus lateat? An cum Luneburgicis praeter Saxo-Lauenburgica etiam de Angria & Weſtphalia contractum ſit? non certo conſtat.

S. R. I. Archimareschallvs et Elector.) Vtraque haec dignitas cum Saxoniae ducatu an. 1422. noſtris principibus, Miſniae hactenus Marchionibus, acceſſit; ſed rationem harum rerum me in Brunſuicenſi ducatu habiturum eſſe, ſupra ſcripſi.

Id mirum eſt, quod Electoris *titulum poſt* ducatus *omnes reiiciant Saxones, cum gentilitio ſtatim nomini ceteri Germaniae Principes eundem ſubiungant.*

Landgravivs Thvringiae.) Thuringiam *regni* dignitatem habuiſſe, ex *interitu* eius conſtat. Anno enim 525. *Dietericus*, Franco Gallorum Rex, Hermenfridum, vniuerſae Thuringiae rectorem, inuaſit, &, Saxone adiutore, vicit, Thuringico regno in formam prouinciae Franco-Gallicae redacto (*). Quis vero Thuringiae ſtatus fuerit? a genuinis ſcriptoribus proditum non eſt; a recentioribus autem chronographis infinitis propemodum figmentis inuolutum. *Vegetius* ſeculo demum *quarto* primam *Toringorum* mentionem fecit: poſt haec tempora Thuringi cum Francis, vicinis ſuis, manus quandoque conſeruerunt, multoties etiam foedera ac amicitiam cum iiſdem renouarunt, donec, quod dixi,

(*) An. 530. rem ita narrant, Theodoricum, Francorum Regem, collocutum fuiſſe *Tolpiaci* (Zulch) cum Hermenfrido ex turri; ſed hunc de turri eſſe praecipitatum fraude Theodorici. Ita *GREG. TVRON. lib. III. c.* 8. Inde Theodoricum liberos Hermenfridi occidiſſe, ſcribit *AIMOINVS lib. II. c. 9.* Vidua vxor aufugit in Italiam ad Oſtrogothos. Num fuerat hac Almaberga filia regis Oſtrogothici Theodorici. *CONITE tom. 1. p. 360. 361.* Frater Hermenfridi fuerat *Badericus* (Bedern.) Is partem Thuringiae an. 516. ceſſerat; ſed rupit fidem Hermenfridus. Inde offenſa inter Theodoricum & Hermenfridum.

in ditionem eorum armis redigerentur an. 525. Neque tamen omnem Thuringiam, quae olim ad Rhenum & per Weſtphaliam longiſſime patuit, acceperunt Franco-Galli. Verum, *ſeptentrionali* Thuringia ab Vnſtruta amne Saxonibus relicta, eam tantum occuparunt, quam hodie Thuringiae atque Haſſiae nominibus complectimur, reliqua parte Saxoniae deinceps nomine incluſa. Ex eo igitur Francorum Reges Thuringiam ſuam per praefectos pro ſuo arbitratu adminiſtrarunt. Verum in diuiſione *Carolingica* Thuringiae *regiones Ludouico* Germanico cum cetera Germania obuenerunt. Inde Germanici Reges ac Imperatores, Thuringiae domini (c), eidem Comites plures, atque his iterum Ducem praefecerunt. Qui omnes cum ad dies vitae hoc tantum munere fungerentur, nulla ſucceſſionis ſpe filiis relicta: factum tandem eſt in Cunrado II. Imperatore, vt Giſelae vxoris conſobrino (d) LVDOVICO barbato, Aurelianenſi ſtirpe oriundo principi, Thuringia regenda traderetur circa annum 1030. Hunc filius LVDOVICVS excepit, vulgo **der Springer**, quod ob homicidii crimen, in Fridericum Palatinum Saxoniae admiſſum, & matrimonium, poſtea cum adultera occiſi Palatini contractum, carceri, auctoritate ac mandato Caeſaris, incluſus eſſet in arce *Giebichenſteinenſi*, atque inde ſe captiuus, *ſaltu* in Salam fluuium facto, liberaſſet. Secutus eſt patrem LVDOVICVS, quem circa an. 1120. Lotharius Imperator, ſocer eius, *Thuringiae* atque *Haſſiae Landgrauium* perpetuo ac hereditario iure creauit (e). Cuius propago continuauit

(c) Ottonem, Henrici, aucupis parentem, & Saxoniam & Thuringiam redegiſſe ſub poteſtatem vnius, ſatis clarum eſt, cum, Cunrado I. Rege, Thuringia peculiari non minus duce eſſet inſtructa. Videatur **Ludewig** in Germania Principe ſub Cunrado I.

(d) Memorabilis locus *Suffridi Presbyteri lib. 1. epit. ad an. 1140. p. 692.* edit. *Freheri*, quem recitabimus. *Landgrauius Ludouicus obiit. Cuius filius Ludouicus ab Imperatore Cunrado III. principatum accepit. Sed terra haec, in plures diſtracta dominos, ceſſauit, ducatus dici. Et vſque hodie non dux, ſed comes prouincialis, Landgrauius adpellatur.*

(e) Ex illo tempore in *annalibus Fuldenſibus* aliisque perpetuo Thuringiae prouinciae & populi Thuringici ſingularis mentio

uit deinceps in Thuringiae ac Haſſiae ſucceſſione vſque ad *Henricum* Raſpothonem. Hoc autem an. 1248. absque ſobole mortuo, Thuringiam Miſniae Marchioni cognationis iure acceſſiſſe; Brabantinis, qui idem vrgebant, *Haſſia* relicta, ſupra plenius enarrauimus.

Thuringiae nomen vtrum a *ſtupiditate* Thorum *ſiue* Thoringer; *an ab* indurata *corporum firmitate* Duringer; *vel ab Hermunduris, a militari fortitudine* die Ringer: *vel* Theuren Ringer, *ab antiquiſſima particula* Dur, *vti* Durlach, Durgau; *a* Tyrigetis, *Thraciae populis; a* Tyriochamis, *vel etiam* Tyrangitis *Ptolemaei; ab idolo ſuo* Thor; *an vero ab* Herr *aut* Heer, *die* Heringer ſ. Deringer; *vel aliunde originem ſumſerit, incerta fide traditur. Cum vero e diuerſis Thuringici nominis natalibus etiam ipſius gentis diuerſae origines intelligantur: illud tantum aduerti meretur, quod* Thuringos *pro Gothis habeant plerique,* Thyrigetarum *Thraciae populorum adpellatione huc imprimis faciente.* Thuringici *regni olim ampliſſimi fines, ad Rhenum fluuium per magnum Weſtphaliae tractum protenſi. Hodie igitur ſub hoc nomine vix* quarta *veteris Thuringiae pars comprehenditur.* Northuringia *enim a Saxonibus;* Haſſia *a Brabantinis inde auulſae fuerunt. Cogniti autem atque literis deſcripti Thuringi Franco-Gallis.*

MISNIAE.) Huius rationes, resque geſtas Marchionum expoſitas habes in capite primo, ad quod hic eſt recurrendum. Id memoratu eſt digniſſimum, quod olim *Miſniae Marchionis* titulum Thuringico ordine praetulerint, quem ille nunc ſequitur (f).

ET

tio ſit a Saxonico prorſus atque omnino diſtincti, vt fruſtra ſint, qui hanc prouinciam cum Saxonia confundunt. Neque dubito, populum Thuringicum illo ſibi tempore in Caeſare creando ſuffragium adſeruiſſe. Quod vero Landgrauius Electorum numero excluſus ſit, id propterea eſt factum, quod Thuringiae ducatus in partes eſſet diſcerptus, vt adeo tantum ei ad hanc dignitatem abeſſet, quantum *Sueuiae* aberat & *Franconiae* prouinciis *duce* orbatis, ſub quo vniuerſi ordines cohaererent.

(f) Ordo is fuerat 1) *Marchio Miſniae*, 2) *Thuringiae Landgrauius*, 3) *Palatinus Saxoniae*. Diplomate teſte, quod exhibet *Wekius in Dreſd.* p. 469. Neque praeter rationem, nam

Et vtrivsqve Lvsatiae.) Huius fata per epitomen in domo Auſtriaca docuimus. Diſci tamen exinde poteſt, quod regio haec, quae principio ſub Henrico Aucupe Comites *Wettinenſes* habuerit, a Bohemis deinde occupata, ad eorum poſteros, Miſniae Marchiones anno demum 1619. poſtliminio iterum redierit. Vtraque enim Luſatia ob 80. tonnarum impenſas a Ferdinando II. Imperatore in tricennali bello Iohanni Georgio I., Saxoniae Electori, conceſſa eſt. Huius auctoritate factum eſt, vt *ſuperior* Luſatia Electoratui innecteretur; *inferiori* per teſtamentum Merſeburgenſibus conceſſo. Quod ſupra ſumus proſecuti.

An bene conſulant Saxoniae, qui ſcribunt, Luſatiam circulum Electoralem *effeciſſe regni Bohemici*, **die Laußnitz wäre der Churkreyß von Böhmen?** *Quod ſi hoc, cur non priori loco habetur in titulo horum principum?*

Princeps Comes Hennebergae.) Hunc Comitatum an. 1583. per pacta *mutuae ſucceſſionis*, vltimo Comite Hennebergico, Georgio Erneſto, extincto, Saxoniae innexum fuiſſe, ſupra adnotauimus. Ita quidem, vt vna pars *Erneſtinae* lineae fuerit conceſſa: altera penes *Electoralem* permanſerit. Haec autem ipſa, quod ſupra memoratum, *Naumburgo*-Cizenſi ramo per teſtamentum Ioh. Georgii I. obuenit. Hac cauſa Electores Saxoniae ab huius tituli vſu abſtinuerunt, vſque dum eum Iohannes Georgius III. iterum inſereret Electorali, ad diuerſorum iurium memoriam conſeruandam, cuius exemplum Electores hodienum imitantur. Ceterum de ortu & ſucceſſu *Hennebergici* Comitatus haec literis adnotata ſunt. *Comitum* huius nominis *antiquiſſima* memoria eſt, quae, ipſam Carolingorum aetatem ſuperare, creditur. Vt adeo in tanta vetuſtate fruſtra de prima origine aliquid inueſtigetur. Occurrunt *Hennebergici* Comites ſub Carolingis, Saxonicis, Franconicis ac Sueuicis Imperatoribus, dubium tamen, qua ſerie ac ordine ſucceſſionis.

nam eo tempore *Miſniae Marchionatum* in Caeſarum diplomatibus primario ſemper loco reperio, quo ei longo interuallo ceſſerat Landgrauiatus Thuringiae, in tot partes & lacinias veteris ducatus diſcerptus.

nis. Qui inter *Miſniae* Marchiones cum illis primam familiaritatem contraxit, *Fridericus* fuit, *an.* 1345. in matrimonium accepta *Catharina*, Bertholdi X., Comitis *Hennebergici*, filia. Qua ratione *Coburgenſem* tractum, qui pars eſt ditionis Hennebergicae, is acquiſiuit, cuius poſteri conſtantem quoque amicitiam cum Hennebergicis coluerunt. Inde factum eſt, vt *Wilhelmus IV.*, Comes Hennebergicus, *an.* 1554. cum Saxoniae ducibus *ſucceſſoria* pacta, a Caeſare etiam Carolo V. firmata, conderet: *Coburgenſi* ditione a Saxonibus oblata Hennebergicis, ſi quando ſors ita tulerit. Euenit haec contra mortalium ſpem. Nam e *ſex* filiis *Wilhelmi IV.*, Comitis Hennebergici, *vnicus* tandem Georgius Erneſtus ſuperſtes fuit. Qui cum an. 1583. & ipſe improlis deceſſiſſet: *Hennebergica* vniuerſim Saxonicae domui, ſub Auguſto Electore, quod ſcripſimus, illata ſunt.

De nomine *Hennebergici Comitatus, quod conditori* Gallina *indicium fecerit extruendae arcis gentilitiae* Hennenberg: *cuius ſtemma a* Columneſiis *aliqui repetunt, quod & Columnae effigiem inſignia exhibeant. Quod omnino abſurdum. Dictum* Auguſti *Electoris ad pictorem Cranachium, qui Friderici ſtrenui vxoris, Catharinae Hennebergicae, imaginem expreſſit:* Vergeſſet mir ja die Cäthe mit der Henne nicht, denn ſie hat meinem Hauß ein gutes Ey geleget. *Scribunt aliqui, Hennebergicos Comites* Burggrauiatus Würzburgenſis *dignitatem habuiſſe. Comitatus* principis *titulum* einer gefürſteten Grafſchafft, *Henricus VII. Caeſar an.* 1310. *addidit. Abſque dubio igitur noſtri inter primos ſunt, qui morem, comitatui* principatus *dignitatem impetrare in Germania introduxerunt. Ceterum* poſſident *noſtrates* Hennebergica *partim* dotis *nomine: partim per* mutuae ſucceſſionis *pacta. Legantur hanc in rem* Spangenbergii Hennebergiſche Chronick, Chytraeus, Thuringici ac *Saxonici annales paſſim.*

Bvrggravivs Magdebvrgi.) Non vnius generis *Burggrauii* in Germania reperiuntur. Viliſſima aliorum conditio fuit, qui hoc nomen, vnius *praedii* domini, ſuſtinuerunt. Verum enimuero *Magdeburgici Burggrauiatus* ampliſſima iurisdictio ac digni-

tas

tas (g). Is enim in duplici *munere* verſatur. *Vnum* eorum *Archiepiſcopatu* terminatur: *alterum* per vniuerſam Saxoniam & ditiones Venedorum patet. *Illa* ratione *Burggrauius*

(g) Ita quidem ſenſit olim auctor, fabulis aliorum & ipſe deceptus. Poſt vero ex medii aeui documentis ſatis didicit, Burggrauiatum *ſubfeudum* fuiſſe Magdeburgici antiſtitis, necquicquam vero feudum imperii, ein Fürſten-Leben. I. Caeſar, conditor Archiepiſcopatus antiſtitem inſtruxit *omni ſuperioritate territoriali*, ità tamen, vt *bannum* antiſtes exerceret per ſubſtitutum, hominem, quem eligere vellet, ſecularem. Id docet diploma Ottonis I. Caeſarumque aliorum. II. Archiepiſcopi elocarunt hanc ſpartam *aduocato* ſuo, quem ipſi Burggrauii verbo adpellarunt. Inde litterae clientelares ab Archiepiſcopis ſcriptae, quibus fidem ſuam addixere Burggrauii, certiſſimo argumento, feudi *imperialis* aut *principalis* hic omnem abeſſe rationem. III. Hanc Burggrauii ſpartam diuerſi Archiepiſcopi contulerunt familiis diuerſiſſimis hominum nobilium, qui eapropter necquicquam fuere in principum dignitate. IV. Ipſi Burggrauii, ſi quando Caeſarea ſubſcripſere diplomata, poſt comites, imo etiam quandoque poſt barones imperii, ſunt locati, tantum abeſt, illos principum honore dignos fuiſſe. V. Ipſi Saxones Burggrauii titulum poſtpoſuerunt comitis *Brenenſis*. *Brene* autem comitatus anguſtiſſimorum finium ne quidem in numero fuerat comitum, imperio abſque intermedio addictorum. VI. Inſciis primum, deinde inuitis Magdeburgicis Archiepiſcopis factum eſt, vt Carolus IV. in litteris imperialibus Saxoni traditis Burggrauiatum numeraret. VII. *Gommern*, *Ranis*, *Elbenau*, *Gottau*, quos vicos Saxones Burggrauiatus cauſa acceperunt, beneficia ſunt, non Imperatoris, ſed Archiepiſcoporum. De quo iterum diplomata loquuntur teſtanturque, hoc feudum non imperii fuiſſe, ſed Archiepiſcopi. VIII. Inſolens & inauditum, eccleſiae aduocatum ſiue praetorem aduocatiae cauſa, eſſe in numero principum imperii. IX. Burggrauii verbum ſignificat *iudicem* epiſcopi, quod docere poteſt exemplum Hennebergici comitis, qui Burggrauius ſeu praetor fuit antiſtitis Herbipolitani. X. Magdeburgici antiſtites mandata ſcripſere Burggrauiis ſuis, iisdem in ſportulis, in diebus iuri dicundo ſacris rationes dederunt pro arbitratu, quibus obſequuti ſunt Burggrauii. Quod principum iterum dignitati eſt inconcinnum. Cumulatius ſcribere poſſem, ſi eſſet huius loci. Haec vero addidi, ne quem vel auctor vel ſcriptores ab illo laudati abducerent in errorem, dimouerentque a tramite planae & ſimplicis veritatis.

grauius Magdeburgicus *ciuilem* & *criminalem* iurisdictionem: iura etiam teloniorum, tributorum, ponderum ac menſurarum; monetarum quoque, auctoritate Caeſaris in Archipraeſulatu exercuit: *hac* praeſes ac cuſtos fuit Scabinatuum *Halenſis* & *Magdeburgenſis*, qui ius dicebant per vniuerſas Venedorum regiones. Variis autem caſibus obnoxius fuit *Burggrauiatus*. Creſcente enim Archiepiſcoporum potentia, eius etiam auctoritas decreuit. Deinde pro Caeſarum arbitratu, ab Ottonis M. temporibus, qui primus inſtituit Archipraeſulatum, eique primum Burggrauium, nomine *Geronem*, dedit, variis procerum Germaniae familiis collatus fuit, vt *Billinganos*, *Harteccios*, *Waldeccios*, *Querfurthenſes*, *Schrapelauios* aliarum gentium viros hoc titulo gauiſos fuiſſe, legamus. Tandem vero in *Rudolfum I.* Saxoniae ducem Alberti II. filium hoc munus perpetuo iure a *Rudolfo I.* Caeſare delatum fuit. Migrauit ergo *an.* 1422. cum Saxoniae Electoratu ad *Miſnenſes* Marchiones, qui etiam hoc munere conſtanter defuncti ſunt. *Sed an.* 1579. Magdeburgicum Burggrauiatum *pactis ſolenniſſimis*, atque ab ipſo *Caeſare* confirmatis, *Auguſtus* Saxon. Elector Archiepiſcopatui Magdeburgico vendidit, ita, vt nihil iuris ſibi relictum vellet Saxo, praeter praefecturas 1) *Gommern*, 2) *Ranis*, 3) *Elbenau*, 4) *Gottau*. In quarum etiam memoriam titulo *Burggrauii*, leui cauſa, vt aliquibus videtur, vti adſolet. *Verba receſſus ſunt:* und das gantze Hauß Sachſen und alle Nachkommen den Adminiſtratorn, Dom-Capitel und Ertz-Stifft Magdeburg alles das, was S. Lb. als ein Burggraf zu Magdeburg in der Stadt Magdeburg und Halle, (*vbi duo ſcabinatus & ſculteti Burggrauii iurisdictionem exercuerunt*) haben, und von dem H. R. Reich zu Lehen tragen, gar nichts, wie daſſelbige Nahmen haben mag, davon ausgeſchloſſen, freundlich und gutwillig übergeben. *Et quidem titulo*, *Archiepiſcopatui*, *ob ingentem pecuniae ſummam*, *admodum oneroſo*. *Vt adeo omnia haec iura* 1) *Praeſidii rei iudiciariae*, 2) *curae Stapulae*, 3) *monetae ad domum Brandeburgicam cum Archipraeſulatu translata eſſe*, *conſtet*. *Legatur* (h) *praeter Magdeburgicos*, *Miſniae*

(h) *Strauchius* de Burggrauiatu Magdeburgico in Diſſ. exotericis

niae & Saxoniae annales Andreas Ockelius *in pleno opere de Palatio regio & Burggrauiatu Magdeburgenſi. Ceterum videant alii, an* Burggrauii *Magdeburgici titulus, qui tantae quondam dignitatis fuit, tot regionibus poſtponi debeat: an vero hoc ipſo doceant Saxones; ſe non* Burggrauiatus, *maioris omnino habendi, ſed quatuor tantum dynaſtiarum memoriam hoc vſu ſeruare velle?*

Comes Marcae, Ravensbergae.) Horum cauſas habuimus in libro de Rege Poruſſiae.

Cliuenſis hereditatis portiones eſſe, ibi etiam latius dictum. Teſchenmacherus *&* Erichius *in deſcriptione eorum comitatuum palmam tenent.*

Barbiae.) Memoria horum Comitum antiquiſſima eſt (i), quamuis *Henninges* ſtirpem eorum ab anno demum 1149. auſpicari poſſit, quod monumenta propaginis magis vetuſtae non ſupereſſe videantur. Anno autem 1659. *Auguſtus Ludouicus*, vltimus *Barbiae* Comes, in coelibatu obiit. Cuius ſucceſſionem Elector Saxoniae ſibi arrogauit, quod *Barbienſem* Comitatum *feudum* haberet Saxonici Electoratus. Voluntate *Iohannis Georgii I.* Electoris deinde factum eſt, vt *Weiſſenfelſenſi* lineae, quod is *Auguſto*, conditori eius, *expectatiuam* dediſſet, obueniret. Idem Auguſtus filio *Henrico* comitatum *Barbienſem* legauit, qui etiam nunc ſingularem ramum efficit, vt ſupra indicauimus.

Manet ergo hodienum Barbiae Comitatus feudum Electoris Saxoniae, vt mirum fere ſit, Saxoniae Duces eius peculiarem mentionem facere, contra morem cum ipſorum Saxonum in aliis caſibus, tum omnium Principum Imperii. Roſenburg *dynaſtia feudum Magdeburgicum eſt, a Barbiae quondam Comitibus pariter, ſed diuerſa cauſa, poſſeſſum.*

Dominvs Ravenstein.) Etiam huius dynaſtiae momenta in rebus Poruſſicis expoſuimus.

Teſchenmacherus *in eius deſcriptione omne fere punctum fert.*

SECTIO

tericis addi poteſt. *Leuberus*, aliique, qui militant in caſtris Saxonicis.

(i) De quo conſuli poſſunt *Meibomius* ad Roslae Herlingsbergam p. 40. *Winckelmannus* in ſtemmate Brunſuicenſi; *Hoppenrodius* in Stemmatologia; *Hammelmannus* in familiis emortuis; *Lucas* im Grafenſaal, & qui ſunt eiusmodi.

SECTIO II.

WEISSENFELSENSIS.

Iohannes Georgivs.) Hanc lineam auus noſtri condidit *Auguſtus* (vid. ſupra). Is non parua felicitate Archiepiſcopatui *Magdeburgico* per dimidium fere ſeculum ad an. 1680. *adminiſtrator* praefuit. Potens eſſe potuiſſet, niſi miniſtros ſuos, quam principem familiam, diteſcere quadam ingenii facilitate is maluiſſet. Eo mortuo, filiis ſuis nihil reliquum fuit, quam portio hereditatis in auito teſtamento tributae. In his anguſtiis ſpes floreſcere videbatur ſucceſſionis in ipſum Saxoniae Electoratum. *Hereditarii* principis titulos (*eines Chur-Prinzens*) tum parens noſtri, *Iohannes Adolfus*, iam acceperat. Praeſentis aetatis dux in eo nunc eſt, vt nihil omittat, quo Electoralis familiae gratiam ſibi conciliare poſſit. Patruus eius, *Henricus*, Barbiae Comes, prole maſcula gaudet, qua ipſe hactenus deſtituitur.

Ingemiſcere ſolent, quotquot his principibus bene cupiunt, de profuſiſſima liberalitate, qua olim Auguſtum *conditorem dicunt laboraſſe. De* Burgi *dynaſtia, Brandeburgicis ceſſa, dictum eſt in Poruſſia. Linea haec, vel a ſede principis* die Weiſſenfelſiſche; *vel a Comitatu Querfurtenſi* die Sachſen-Querfurthiſche *audire ſolet.*

SECTIO III.

MERSEBVRGENSIS.

Mavritivs Wilhelmvs, Administrator Episcopatvs Mersebvrgensis.) *Merſeburgum*, antiquiſſima vrbs, a Carolo M. expugnata, *Comitem* accepiſſe fertur e ſtirpe Wettinenſi. Sed *Otto M.* Imperator eidem etiam *Epiſcopum* dedit, nomine *Boſonem*, monachum coenobii Ratisponenſis Sancti Emerani. Quamuis autem parua *Epiſcopatus* initia fuerint: mortuo tamen *Riddacho*, vltimo *Merſeburgenſium Comitum* an. 1007.

Henricus II. Imperator maximam Merſeburgici Comitatus partem eidem tribuit, vt in Germaniae praeſulatibus non infimum is locum mereri videatur. Tempore illo, quo Lutherus Vitembergae in ſacra Pontificiorum animaduertit, Epiſcopi etiam Merſeburgenſes ſcenae huic inſeruierunt. *Adolfus*, princeps Anhaltinus, tum antiſtes fuit, quem an. 1526. *Vincentius* de Schleiniz, atque hunc 1535. Sigiſmundus a *Lindenau* ſecutus; poſt quem *Auguſtus*, tum Saxoniae dux, in rebus politicis, & *Georgius*, princeps Anhaltinus, cuius vitam *Camerarius* ſcripſit, praeſulatum rexerunt. Deinde *Michael* Helding (k) Sidonius a Carolo V. Epiſcopus conſtitutus fuit. Excepit hunc 1561. *Alexander*, dux Saxoniae, Auguſti filius: & hoc m. 1565. ipſe parens (l). Poſt quae tempora capitulum a Saxoniae rectoribus nunquam diſceſſit. Tandem *Iohannes Georgius I.* ob maximas impenſas, pro conſeruatione Epiſcopatus adhibitas, effecit, vt ſacri concilii aſſeſſores *poſtulationem perpetuam* inirent, quae ſucceſſio a *Chriſtiano I.* filio eius vſque ad haec tempora continuauit.

Epiſcopatus quondam fuit ſub Magdeburgico. *Qui*, Halenſes Salinas *Epiſcoporum fuiſſe, ſcribunt, illi errant, quod* Epiſcopos *a* Comitibus *Merſeburgenſibus neſciant diſtinguere. Nam Otto M. Imperator* Salinas *baſce, a* Comite Merſeburgico *emtas, Archipraeſulatui Magdeburgico donauit fide diplomatis, in* Poruſſiae *Regis titulo laudati:* donamus arcem Giebichenſtein cum ſalſugine eius & aquis

(*k*) Qui ſedit, ſuffragiumque tulit in comitiis imperii, prout eodem iure quoque gauiſi ſunt eiusdem praedeceſſores, vid. Reichs-Abſchiede part. 1. p. 43.

(l) Qui per 20. annos Epiſcopatum rexit, donec tandem capitulum filium ipſius, *Chriſtianum* an. 1586 ad praeſulatum vocaret, quo mortuo, poſtulatus eſt, vt vulgo loquuntur, *Ioh. Georg. I.* qui an. 1650. filio *Chriſtiano* Epiſcopatum tradidit. Poſt cuius mortem vi perpetuae poſtulationis ſucceſſit *Chriſtianus II.* 1691. illoque ad coeleſtes translato filius ipſius *Mauritius Wilhelmus* 1694. d. 27. Dec. poſt. cuius nomine Elector Saxoniae, Fridericus Auguſtus, cum capitulo capitulationem condidit a principe herede neque nunc ſubſcriptam.

aquis ſalſis. Ceterum, noſtras Salinas, a *Carolo M.* Venedis *ereptas*, *poſt fidei commiſſas fuiſſe Comitum* Wettinenſium, *ab his* Merſeburgenſem *Comitem*, *eadem cum iſtis proſapia oriundum*, *accepiſſe*, *atque hunc poſtea vendidiſſe* Ottoni M., *qui Eccleſiae demum* Magdeburgicae *eas donauerit*, *omnes fere ſcribunt*. *An iure* Comitiorum *in S. R. I. vſi ſint Merſeburgenſes Epiſcopi? quaeſitum eſt. An titulo* Dei gratia *vti poſſint? An principum nomina numeri* primi, ſecundi, tertii *diſtinguenda? an hodienum*, *qua de cauſa cum Caeſare & Saxoniae Electore ante plures annos actum eſt*, *inſtaurari poſſint iura* Comitiorum *S. R. I.* (m)? *In ſingulis a quibuſdam dubitatum eſſe*, *memini. Dormit nunc haec controuerſia ſub principe minorenni. De rebus anterioribus legantur* Brotuffius *in Chronico Merſeburgico*, Albinus, Dreſſerus, Cranzius, Chytraeus, Pekenſteinius, Hortlederus, *aliique*.

SECTIO IV.

NAVMBVRGENSIS.

MAVRITIVS WILHELMVS, POSTVLATVS ADMINISTRATOR EPISCOPATVS NAVMBVRGENSIS.) Epiſcopatus hic *Cizae* an. 968. ab *Ottone M.* inſtitutus eſt, *Hugone* primo Epiſcopo, qui monachus fuerat ordinis Benedictini. Hunc tamen an. 1027. ob inuaſiones Soraborum Cunradus II. Imperator *Naumburgum* transtulit. Quae cauſa eſt, cur ille ab aliis *Citizenſis*, ab aliis *Naumburgenſis* adpelletur. Succeſſerunt ſibi Epiſcopi libera capitularium electione, vſque dum puriora ſacra in Saxonibus incrementa ſumſiſſent. An. 1541. *Iulium*, e proſapia *Pflugiorum* oriundum, elegerunt. Huic licet Nicolaum *Amsdorffium*, Theologum Vitembergenſem, Elector opponeret: parum tamen effectum eſt; Quin potius id ageret *Pflugius*, vt *interimiſtica* formula 1548. cauſam *Euangelicorum* difficiliorem redderet. Poſtquam vero ipſe an. 1564. obiiſſet, monuit *Capitulum* E-

(m) Extant plura eius argumenti ſcripta apud *Hortlederum tom.* 2. *c.* 11. *p.* 92. Taceo illa, quae noſtra & patrum aetate prodierunt.

lector *Auguſtus*, vt ſuffragia poſtulantium *Electorali* familiae adſtringerent. Succeſſit igitur *Alexander*, & hoc anno 1565. mortuo, parens eius Elector *Auguſtus*. Hunc 1586. *Chriſtianus I.* filius Elector ſequutus eſt. Poſtea huius filius, Auguſtus, ad an. 1615. Epiſcopatui praefuit. Tandem *Ioh. Georg. I. El.* effecit, vt *poſtulatione perpetua* proximus ſanguine a *Mauritio*, filio eius, vocaretur. Cui quae praeterea in teſtamento paterno acceſſerint, ſupra explicatum eſt. Praeſentis aetatis princeps rerum ac iurium Germanicorum callentiſſimus eſt, vt prudentia, variarum literarum ſtudio acquiſita, regnum mereri videatur. Hoc vnum defuit optimo principi, quod maſcula prole careret, ſed hanc ſpem nuperrime Deus expleuit; dubium, maiori parentum, an ſubditorum gaudio. Frater eius, ſacrorum ritu mutato, Epiſcopus *Rabenſis* effectus eſt, nunc Cardinalis: tertius *Pegauii*, non procul a Merſeburgo, ſedem habet.

An Comitiorum *iura in S. R. I. habuerint Epiſcopi, quondam Magdeburgenſis antiſtitis ſuffraganei? dubio caret. Neque enim exempla deſunt exercitii horum iurium. An vero inſtaurari haec iure poſſint? de eo hactenus inter illos, & Electorem Saxoniae diſquiſitum fuit* (*). *Hiſtoria Epiſcopatus repeti*

(*) Praeſertim an. 1540. 1541. & ſequentibus res haec admodum diſputata fuit ſcriptis coram Caeſare Carolo V. Nam epiſcopi recuſarunt ſacra Lutheri, & ideo inter illos, & Lutheri adſecias ſubditos & vaſallos ſuos multa diffidia. Saxoniae ergo duces vltimis praeſtitere patrocinium. Cui vt magis indulgere poſſent: eo deuenerunt, vt *epiſcoporum trigam, Merſeburgenſem, Miſnenſem & Naumburgenſem* numero adcenſerent ſuorum *Landſaſſiorum*, negato illis honore, & iuribus principum imperii. Licet inauditum hoc olim fuiſſet: non tamen defuerunt Saxonicis iureconſultis iurium tegumenta, in quibus potiſſima fuerant haec: 1) comparuiſſe epiſcopos in comitiis prouincialibus, imo 2) clientelaria officia in illis ſuſtinuiſſe. Regeſſerunt epiſcopi, hoc verum eſſe; ſed factum illud partim quorundam pagorum ergo, partim ex viciniae & conſilii rationibus; 3) iura armorum; 4) conductum in viis publicis; 5) monetas in triga epiſcoporum eſſe Saxonici ducis. Repoſuere epiſcopi, armis ſe vti maluiſſe protectoris, quam propriis in bello & conductu; neque conſilii rationes admiſiſſe, proprias cudere monetas.

repeti debet e Cranzio, Albino, Chytraeo, Dreſſero, Pekenſteinio, Fabricio, *aliisque. Ex inſtituto huc pertinent Paul.* Langius *in Chronico Citizenſi; Caſp.* Sagittarius *in erudito ac pleno opere de Epiſcopis Naumburgenſibus; Andreas* Fridel *in diſſertatiuncula de Ciza vrbe* (n).

ERNESTINAE LINEAE PRINCIPES.

Duas lineas ortum ſuum an. 1464. in duobus fratribus ſumſiſſe, ſupra oſtendimus. Et quamuis *Albertina* iunior eſſet; factum tamen eſt, vt an. 1548. eidem ſenior *Erneſtina* poſtponeretur, quod ſupra explicatum.

netas. Licet habeantur monetae in nummis bracteatis in omnibus epiſcopatibus. 6) Vrſerunt Saxones, capituli electionem factam nonniſi ex auctoritate ſua. Verum negarunt hoc epiſcopi, oſtenderuntque, Caeſarem adprobauiſſe electiones, & poſtulationes capituli, non Saxoniae dominos. 7) Egiſſe epiſcopos in tutela principum Saxoniae. Confundi, dixerunt, epiſcopi tutelam cum ſubiectione & dominatu. 8) Terras tamen epiſcoporum ſitas eſſe in Miſnia & Thuringia. Aſt ideo non eſſe de alterutro. Alias ſi quicquid in territorio de territorio & ſit: idem dici poſſe de Magdeburgico archiepiſcopatu. Ceterum patere epiſcoporum iura potentatus 1) quod audiant principes S. R. I. 2) vtantur formula in vetuſtiſſimis inſtrumentis Dei gratia; 3) locum, & 4) ſuffragium habuerint in comitiis; 5) regalia debeant imperatori & imperio, praeſertim monetas, leges, reliqua; 6) iure foederum ſint vſi, & quae alia generis eiusdem apud *HORTLEDERVM ſigillatim de Namburgenſibus tom. 1. lib. 5. cap. 14. 15. 16.* plene planeque.

(n) Codex Chronici manuſcripti *de rebus Naumburgenſibus* celebratur, ſcriptore *Schradero*, eccleſiae cathedralis paſtore. Ipſe etiam volumen poſſideo ineditum de rebus huius epiſcopatus, pretii non adeo nullius. De *Arnshagenſibus* & *Orlamundanis* comitibus inueſtigationes multum faciunt ad huius epiſcopatus dignitatem. Quos tamen loculos fruſtra nolim excutere.

catum. Qua praerogatiua, non ſine moerore priſtinorum iurium, illa hodienum caret. Deſcriptis igitur *Albertinae* principibus, etiam illos, qui in *Erneſtina* florent, vna tabula complectemur, antequam ſigillatim eorum rationem habeamus. Ceterum pleraque & *Erneſtinae* & *Albertinae Electoralis* principes inuicem communia habent, pauciſſima ſeorſim. Inter *illa* ſunt: Archiuum *Vitembergenſe*, Aduocatia *Northuſana*, *Praetenſiones* varii generis, ius *Auſtregarum*, Priuilegia de *non adpellando*, *pacta* mutuae ſucceſſionis *Haſſiaco - Brandenburgica*, & alia quaedam, inferius ſuo loco pertractanda. Inter *haec* referri debent *Luſatiae* Landgrauiatus; *Expectatiua* Hanouienſis Comitatus; aduocatia *Mühlhuſana*; *Barbiae* etiam titulus, quae ſingula ab Electorali tantum adhibita adſertaque ſunt. Quae autem *Erneſtinae*, excluſa Albertina, competant, illorum mentio hoc loco facienda. Sed cum haec ipſa in diuerſos iterum ramos ac palmites eat, hos omnes ſeorſim nunc enumerari, ratio inſtituti vult.

Sequemur autem natalium *annos*, *iſta controuerſia ad inferiorem locum remiſſa*, *quae & olim & hodie* Vinarienſi *ac* Iſenacenſi *lineis cum* Gothano, *ceteriſque inde deſcendentibus ramis ſuper* praecedendi *iure intercedere ſolet.*

Con-

Conditor ERNESTINAE *ERNESTVS m.* 1486.
quo ſtipite is Albertinae *cohaereat, ſupra videatur.*

Fridericus *Sapiens El. m.* 1525. | *Ioh. Conſtans El. m.* 1532.

Iohannes Fridericus *Magnanimus Electorata mulctat. m.* 1554.

Iohannes Fridericus II. *Patronus cauſae Grumbach. m.* 1595.

Iohann. Caſimir. Coburg *†* 1633.

Iohann. Erneſt. Eiſenach *†* 1638.

Iohannes Wilhelmus Weymar *m.* 1573.

Frid. Wilh. 1602. Altenb. *tut. Elect. Chriſtian. II. m.* 1605.

*Io. Phil. m.*1639. *ἄπαις.*

Frid. Wilh. II. m. 1669. *Frid. Wilh. III. vlt. †* 1672.

Iohannes Weymar *hinc vniuerſa propago*

Weymar

Wilhelmus Weymar

Ioh. Erneſt. m. 1683.

WILH. ERNST. n. 1662. *ἄπαις.*

IOH. ERN. m. 1664.

Iohannes Erneſtus n. 1696. *Ern. Aug. n.* 1688.

Ioh. Georg. m. 1686.

Io. Georg. † 1698.

IOH. WILH. n. 1666.

Wilhelmus Henricus m. 1691.

Bernhardus dux bell. † 1639. Eiſenach Jena

Bernhard. m. 1678.

Iohann. Wilhelm. † 1690.

Gotha

Erneſtus pius, gradu vno propior, Altenburgenſi *hereditate e fratre nepotes excludere poterat: ſed quartam iis conceſſit, m.* 1675.

1. Gotha. *Frideric. m.* 1691.
2. Cob. *Albert. †* 1699.
3. Mein. *Bernh. n.*1649.
4. Römh. *Henric. n.*1650.
5. Eiſenb. *Chriſt. n.*1652.
6. Hildburgh. *Erneſtus n.*1655.
7. Saalf. *Io. Ern. n.*1658.

FRIDER. n. 1676.

Frid. n. 1699. *Wilh. n.*1701. *Chriſt. Wilh. n.* 1704. *Lud. Erneſt. n.* 1707. *Emanuel n.* 1709.

litigioſa † 1706. *hereditas*

improlis † 1710.

Ern. Lud. n. 1672.

Erneſtus Lud. n 1706. *Frid. Auguſt. n.*1709.

Frid. Wilh. n. 1679. *Georg. Ern. n.* 1680. *Ant. Vlr. n.*1687.

ἄπαις † 1707.

Ern. Frid. 1681.

Frideric. Aug. n. 1709. *Ern. Ludouic. Hollan.* 1704.

Chriſtian. Erneſt. 1683. *Wilhelm. Frid.* 1691. *Carol. Erneſt.* 1692. *Franciſcus Ioſias* 1697.

SECTIO V.

VINARIENSIS.

WILHELMVS ERNESTVS & IOHANNES ERNESTVS.) Duo fratres, qui communi nomine, iure, & auctoritate hodienum imperant. Plurima tamen diſſidia inter vtrumque effecerunt, vt primus natu potiora ſecundo genito iura vellet, hic contra illi ne latum vnguem concederet. Multi etiam in adminiſtros non leuem diſcordiarum cauſam reiiciunt. Iunior aetate prole maſcula gaudet, qua ſenior frater deſtituitur.

Horum maiores, & filii alterius e tabula repeti poſſunt; p. 423. *exhibita. De teſtamento, quo parens vtriuſque regimen temperauerit, multa ICtorum reſponſa habentur, quorum pleraque pro guſtu ac voluntate partis conſulentis lata eſſe videntur. Vt mirum ſit, his laruis Germaniae etiam principibus illudi. Sed quo non pectora flectis ſacra fames.*

SECTIO VI.

ISENACENSIS.

IOHANNES WILHELMVS &c. COMES SAYNAE & WITTGENSTEINAE.) *Iſenaci* ſedes huius principis eſt, in celebri Thuringiae oppido; cuius hiſtoriam ante aliquot annos Chriſtianus Franciſcus *Paullini*, luculento ac erudito opere, in publicam lucem emiſit. Cum priuata ante hac vrbs eſſet, an. 1597. a *Iohanne Erneſto*, Saxoniae duce, poſt diuiſionem, cum fratre Ioh. Caſimiro factam, ſedes *aulae* electa fuit. Qua eadem poſteri etiam eius agnati delectati ſunt. *Iohannes Georgius*, frater noſtri maior natu, ſummam rerum ſolus tenuit, neque tamen ſine diſcrimine cum germano. Cui etiam, poſtquam improlis deceſſiſſet, is omnem ditionem reliquit. Ceterum princeps noſter moderationis laude & oeconomiae peritia praepollet, vt ſpes ſit, regiones optimo flori reſtitutum iri. Praeter Iſenacenſia autem *Saynae* non ſpernenda praedia is poſſidet iure *materno.* Eſt enim haec *Iohannetta*, Erneſti, Comitis *Saynenſis*, filia,

lia, Ludouici comitis fratris, qui ſine prole obiit an. 1636. cum ſorore Erneſtina, (cuius filia Magdalena Chriſtina Georgii Ludouici, Burggrauii Kirchbergenſis, vidua alteram partem tenet, heres. Equidem *patrui* ac *patruorum* filii, hodieque ſuperſtites, in contentionem hereditatis venerunt, quod, maſculis agnatis adhuc floreſcentibus, in pleriſque etiam feudis promiſcuis nullus ſucceſſionis locus femellis, quamuis gradu proximioribus, relinquendus eſſe videatur. Id quod etiam pacta *Saynenſia Wittgenſteinenſia* de femellis excludendis, donec maſculi ſuperſtites eſſent, confirmare reperiantur. Sed per has querelas nihil effectum eſt, vt potius, relictas *Saynenſis* Comitatus ditiones hodieque inter *Kirchbergenſem* familiam, & *Iſenacenſem* domum diuiſas eſſe, conſtet. *Fridewald*, *Fraisdorf*, *Bendorff*, *Altenkirchen* praefecturas Iſenacenſi domui adſignari, reperio. Interim praeter *Saynenſem* Comitatum, cuius partem Iſenacenſes poſſidere, dixi, *Wittgenſteini* Comitatus etiam nomen in regionum titulis adhibent. Quoniam vero haec linea & altera *Berleburgenſis* in foecunda propagine florentiſſimae ſunt: cognationis potius, quam iurium aut poſſeſſionis ergo, id fieri exiſtimauerim (o).

In ſolatium praereptae a primogenito, *Iohanne Georgio,* Iſenacenſis *hereditatis, mater ſecundogenitum,* Iohannem Wilhelmum, *heredem* Saynenſis *portionis fecit. Qui etiam ibi aliquandiu* Altenkirchae *vixit: mox tamen inde* Alſtedium *rediit; poſt* Ienam, *quam a fratre emerat, ſedem transtulit: donec tandem fratris mors eidem* Iſenaci *locum faceret, vbi nunc faſces rerum feliciter moderatur. Extant multa ICtorum reſponſa, ab eodem Principe contra ius primogeniturae fratris accepta. Cuius vero diſceſſus litem extinxit.*

SECTIO VII.
GOTHANA.

FRIDERICVS &c. DOMINVS TONNAE.) Gotha inter primarias Thuringiae vrbes, perpetua Saxoniae ducum

(o) Haud dubie putant, promiſcuae ſucceſſionis etiam illos eſſe comitatus, in quos ipſi, qui per feminas, a communi Wittgenſteinenſium ſtipite deſcenderent ſuo tempore, maſcula prole extincta, poſſent ſuccedere.

ducum ſedes facta eſt ſub *Erneſto* pio, qui an. 1640. *Gotham* incolere coepit, hereditate cum fratre *Vinarienſi* diuiſa. An. 1672. gradus proximitate, quam longaeuae vitae debuit, factum eſt, vt, Friderico Wilhelmo *Altenburgenſi mortuo*, *Altenburgenſia dominia* ad ipſum peruenirent. Aequitatis tamen, quam iuris, maiores rationes habuit princeps piiſſimus, *quarta* acceptae hereditatis parte ex fratre nepotibus liberaliter conceſſa (p). Cum plures filios haberet, voluit, vt omnes, ſi ſors tulerit, ditiones vniuerſas adminiſtrarent, *Seniori* ſemper negotia imperii *dirigente*, annua ceteris 8000. fl. penſione adſignata, ne ſcilicet prouidentiae numinis, quam viuus tanta religione coluerat, moribundus diffidere aut leges dare videretur. Sed mortuo parente an. 1675. aetat. 74. quatuor annos poſt voluntate fratrum contigit, vt regiones paternae, ſeiunctis partibus, diuiderentur. Omnes portiones *ſeptem* fuerunt, breuiter ſuo loco deſcribendae. *Fridericus*, quod primogenitus eſſet, ampliorem prouinciam ceteris fratribus iure meritoque accepit. *Alter* etiam ac *tertius* fratribus reliquis qui a ſpe *ſenioratus* longius abeſſe iudicabantur, opimas magis portiones exegerunt. Sed iura *ſuperioritatis* vigore *commiſſionis perpetuae* primogenito fratri, eiusque heredibus, conceſſerunt. Neque tamen hic finis contentionum fuit, fratribus ſcilicet minimis de inaequalitate portionum querelas ſerio ac ſaepius mouentibus. *Fridericus* autem Gothanis non ſolum tenuit ſua defenditque: ſed etiam TONNAE dominium a *Waldecciis* Comitibus, ad quos id ſubſtitutione Gleichenſium Comitum peruenerat, parata pecunia emit an. 1677. patrimonioque & *titulis* ditionum inſeruit. Mortuus parens eiusdem nominis filium *Fridericum* reliquit, qui ſummae rerum inter patruos etiamnunc praeeſt, quamuis effectus *commiſſionis perpetuae* an. 1702. in Comitiis in dubium vocatus ſit, Vinarienſium praecedentiae iure iterum reuireſcente.

Gotha-

(p) Tabulas diuiſionis hereditariae exhibet *Lunig* part. 2. ſpec. ſect. 1. n. 67. p. 201. ad an. 1672. vbi omnes praefecturae, vici, oppida, vrbes deſcriptae ſunt ſigillatim.

Gothanae vrbis ac regionum hiſtoriam condiderunt Caſpar. Sagittarius, *& hoc plenius longe Wilbelm. Erneſt.* Tenzelius. *Sed* ille *publicarum controuerſiarum nihil attigit; hic vero an.* 1408. *filum abrupit, vt adeo in deſiderio adhuc ſint recentiorum temporum momenta.* Erneſti *pii vitam* Fritſchius *edidit, vnde aliqua hauriri poſſunt. De* teſtamento *huius principis multum litigatum eſt. Nos aliquam partem eorum inferius attingemus.* Tonnae *dynaſtia feudum* Altenburgenſe *eſt. Hoc etiam inter cauſas fuit, quod domino directo venderetur. Neque tamen tituli iura alios Saxoniae principes, quam Gothanos, attigunt.*

SECTIO VIII.

COBVRGENSIS.

ALBERTVS huic tractui praefuit. Sumtuum nimietate in militum cohortes facta, & impari matrimonio cum nobili virgine de *Kimpinski* contracto, partim conſanguineis, partim & ſubditis ſuis rem ingratam fecit cetera boni animi princeps. De mortui hereditate inter ducem Gothanum, & patruos nondum conuenit: quamuis aliquot iam annorum hae contentiones ſint.

Inferius de poſtulatis ſingulorum aliquid attingendi, locus nos commonebit. Res politicas ac ſtatus publici a clero tractari, opus periculi pleniſſimum. Cauendum principibus, qui proteſtantium ſacris addicti ſunt, ne in ſcyllam iterum incidant, e qua per puriorum dogmatum fidem ſunt eluctati.

SECTIO IX.

MEINVNGENSIS.

BERNARDVS *ſeptuncem* paternarum regionum ex hoc oppido regere coepit, cuius aula hodieque ſuam loco facit celebritatem. Foecundiſſimum matrimonium is princeps coluit, *Erneſto Ludouico*, primogenito filio, peritia rerum bellicarum in maius quotidie effloreſcente. A Coburgenſi duce heres nominatus; de ſuo iure cum reliquis adhuc dum contendit.

Ioh.

Ioh. Sebaſtianus Guthe *Chronicon Meimungenſe ſcripſit*, Gothae *editum. Principem in* chymiae *arcanis magnos progreſſus feciſſe, & bibliothecam ſacrarum concionum, manu eius exceptarum, congeſſiſſe, fide babeo aliorum.*

SECTIO X.

ROEMHILTANA.

HENRICVS, qui ſuam portionem ab hoc oppido in tractu Hennebergico inſigniuit, *rei machinariae praefecti generalis* honore a Caeſare cohoneſtatus eſt; ipſe haud inglorius militiae (q).

Mortuo illo anno 1710. *ſine liberis, lis de eius hereditate inter ducem Gotbanum & Meimungenſem inprimis exorta eſt.*

SECTIO XI.

EISENBERGENSIS.

CHRISTIANVS hoc oppidum *ſedem* elegit in hereditate paterna, quod illud antiquiſſimis etiam temporibus Comitum dignitatem ſuſtinuiſſe, non obſcurum ſit.

Praeter vnicam (r) *filiam & hic princeps ſobole deſtituitur. Literarum non ignarus eſſe dicitur. Mortuus eſt* 1707.

SECTIO XII.

HILDBVRGSHVSANA.

ERNESTVS hic ſedem poſuit in oppido tractus Coburgenſis.

Vtriuſque ſexus ſobole gaudet.

SECTIO

(q) Militiam ſequutus eſt in iuuentute, in qua multam de ſe prodidit ſpem. Poſtea tamen a vita militari deſuefactus, agere ſolebat inter ſuos.

(r) Quae 1699. nupſit Philippo Erneſto, Duci Holſato-Glücksburgenſi.

SECTIO XIII.

SAALFELDENSIS.

IOHANNES ERNESTVS numerum *ſeptem* fratrum claudit. *Saalfeldiae* is ſedem fecit. Princeps liberalis, equitandi & gladiatoria artibus excellens. Spes ei eſt, vt e *Coburgenſi* hereditate portio eius augmentum, olim a fratribus promiſſum, nunc demum accipiat. Hiſtoriae *Saalfeldenſis* a Sagittario ſaepius promiſſio facta, ſed non expleta eſt.

CAPVT III.

PRAETENSIONES

Iuraque controuerſa Ducum Saxoniae.

§. I.

De THVRINGIAE atque HASSIAE Landgrauiatu olim cum Brabantinis Miſnenſes Marchiones dimicaſſe, ſupra latius explicatum eſt.

Dictum ibi etiam de compoſitione controuerſiae, qua Haſſiae dominia Brabantinis relicta, cetera Thuringia apud Miſnenſes permanente.

§. II. In AVSTRIAE ducatum Miſnenſes olim iure conſilioque egiſſe, ſupra expoſitum reperies.

Quo caſu exciderint poſtulato, ibi quoque dictum.

§. III. Olim an. 1457. illis certamina de Bohemiae regno, quod Wilhelmus Ladiſlai ſororem habuiſſet in matrimonio (a). Hodie colere & renouare ſolent vtrinque pacta mutuae defenſionis (b).

§. IV. Friſiae vicariatum Saxoniae dux Albertus acceperat (c) a Maximiliano I. an. 1498. Deinde vniuerſam

(a) *Aeneas* p. 62. qui illo tempore vixit, hoc vtitur iudicio: *gladius eius litis arbiter erit.*

(b) Quae paſſim exhibet *Lünig* im Reichs-*Archiu part. ſpec.* 2. *n.* 4. *anno* 1482. & ſequentibus ad tempora vſque nouiſſima. Quorum mentio ſedulo facta eſt in Suecica inuaſione an. 1706.

(c) Diploma Caeſaris fuerat hoc: eſſe quidem Friſiis priuilegia,

uerſam Friſiam a Carolo V. pignoris iure tenuit (d), reddiditque eandem Auſtriacis, (e) omni iure ſublato.

§. V. Quondam Anhaltinos ſpem habuiſſe, vt in *Barbienſi* comitatu, d. 17. Octobr. anno 1659. Saxoniae electori aperto ſuccederent (f), accepimus. Sed lis haec pactis eſt compoſita (g) (*).

§. VI. De *ruta Saxonica* principio ſubdubitare coepit *Tenzelius* (h); alia deinde idola eius loco *Hoennius* ſubſtituit (i); ex inſtituto autem fabulam excuſſit Struuius (k). Quae tamen veritas ad ſenſus non eſt purpuratorum (l).

§. VII.

legia, vt ſuo ipſi arbitratu *gubernatorem* eligant a Caeſare confirmandum: ſed quoniam rerum ipſi nouarum ſtudioſi ſint, imperare ſe illis vicarium Saxonem. Exhibet illud Lünig *part. ſpec. 2. n. 10. p. 21.*

(d) Quod Burgundo-Auſtriaca domus Friſios in ſuam poteſtatem redegiſſet, quam hiſtoriam tractant *Winsbemius, Emmius*, aliique.

(e) Quod deſperarent Saxones de Friſiis in obſequio retinendis.

(f) Idque iure *expectatiuae*, quam Anhaltini acceperant cum a Saxoniae ducibus, tum ab abbatiſſa Quedlenburgenſi an. 1422. Diplomata exhibet Beckmannus *part. 3. lib. 2. cap. 5. §. 3. p. 340. 341.*

(g) Contenti enim fuere *Anhaltini Walierniensburgenſi* dynaſtia, Barbiani comitatus parte, quam an. 1659. d. 29. Octobr. ſunt conſequuti *Beckm.* l. c. p. 341. 343.

(*) Saxonica domus non ferre ſolet connubia, aut matres inaequalis ſortis (**mißheurathen**). Nam HENRICVS, Miſniae marchio, ideo rogauit ab Rudolfo I. Caeſare *principales* codicillos, **einen Fürſten-Brief**, in gratiam Eliſabethae coniugis, quae erat gente *Maltizia* oriunda anno 1278. (†).

(†) Litteras Caeſareas habes apud WECKIVM **in der Dreßdner-Chronick** p. 159. 160. vnde deſcripſit B. Ludewig in diſſertatione: *de dignitate vxoris* diſſ. 1.

(h) In ſupplementis *Hiſtoriae Gothanae* p. 445. Neque enim figura eſt rutae concinna; deinde *Dobrelucenſis* codex, qui Ienae adſeruatur, hoc inſigne non *rutam* dicit, verum *faſciam obliquam*, a dextra ad ſiniſtram; poſt ortus heraldici, quos de ruta *Brotuffius* aliique produnt, ſunt fabuloſi.

(i) **Von des Sächſiſchen Wappens Unterſuchung** *cap. 1. p. 13.* qui libellus eruditus & vtilis eſt.

(k) In Diſſertatione Academica aduerſus *fabulam rutae Saxonicae*. Satisfacit enim argumento ICtus litteratiſſimus.

(l) Partim, quod nolint illi dediſcere; partim emblematum

illos

§. VII. Inter *Sueuos* & *Saxones* quondam tanta odia fuere, vt Saxonicae mulieres, quae Sueuis nupſerant, ipſo iure excluſae eſſent (m) cum dote, tum paterna hereditate (n). Sed ab hoc rigore mores noſtri & ſuperioris aeui pridem diſceſſerunt (o) (*).

§. VIII. Landſaſſii *iurisdictionem* ſibi in *coniugem* (p), *liberos*, *fratres* adrogant. Ex aduerſo autem recte contendunt

illos poeniteat factorum de Saxonica ruta. Qui ludere velit, faſciam hanc poterit habere pro *explicata corona*, inſtar idoli Alſatici.

(m) Vide etiam des Sachſen-Spiegels lib. 1. artic. 17. *Sueui de femina cognata hereditatem non accipiunt, eo, quod omnes feminae Sueuis nubentes ſint exheredatae.* Addatur *CRANZIVS lib.* 2. *Sax. c.* 21. & *CARPZOVIVS ad L. Reg. c.* 9. *ſ. n.* 6.

(n) Varii hic varias cauſas fingunt. Ego crediderim, hanc legem omnibus Germaniae prouinciis communem fuiſſe, ne mulieres nuberent extraneis. Quicquid hic ſomniet fingatque ſpeculator. Similis lex in Iure Canonico reperitur, qui vero locus memoria mea excidit.

(o) Conferatur Beckmannus *in Anhalt. part. I. cap.* 4. *p.* 19. Et ſane mea olim intererat, in huius ſanctionis obſeruantiam indagauiſſe; ne *Sueuus* deſtitueret *Saxonicae* vxoris ſat lauto patrimonio. Ceterum, huius inſtituti aduerſus Sueuos memor, facilior fui in tranſigendo ſuper *detractu*, quem Friburgenſes nullo mihi iure extorſerunt. Neque enim illi reſpondere potuerunt meo dilemmati: *Detractum vrgetis vel ex ſtatuto, vel ex iure repreſſaliorum.* Non *illud* eſt, cum ciuitas veſtra ab hoc onere libera ſit, als eine freye Bergſtatt; neque *alterum.* Fridericianam enim conditor ab omni detractu voluit eſſe immunem.

(*) Addi meretur cap. 1. X. de Sponſalibus, vbi ſponſus de Francia accepit ſponſam de Saxonia. Vtraeque gentes non iiſdem legibus vtuntur. Francus dixit, ſe accepiſſe ſponſam lege Saxonica; inde ſe poſſe eam dimittere, ſed in concilio Triburienſi coactus eſt, repudiata altera coniuge, recipere Saxonicam (†).

(†) Sed diſcuſſit B. Ludewigius hanc fabulam in opuſculo: *de iure Wildfangiatus*, cap. 5.

(p) An. 1710. *menſe Febr.* & *Mart.* ad duos caſus reſpondi in hoc argumento. Vtrinque landſaſſii nobiles in ſuas vxores animaduertere voluerant, conuictas de adulterio commiſſo cum ſeruis. Verum illae fugam ex carcere ſumſere, cauſamque detulerunt ad forum principis territorialis. Inde acriter

tendunt Saxoniae duces, quod territorii domino haec poteſtas conſeruata (q) eſſe videatur.

§. IX. Burggrauiatum *Herbipolitanum* difficulter (r) amiſerunt Saxones, Hennebergicorum comitum heredes, qui iſto ſunt gauiſi.

§. X. *Schweinfurthenſes* quoque Burggrauios fuiſſe Hennebergicos comites reperio (s): quo tamen illi exciderint aliquo facinore.

§. XI. Vtrum Saxoniae vaſalli defendere teneantur principem ſuum extra territorium (t)? diſputatum eſt Torgauiae an. 1622.

§. XII.

acriter inter fiſci procuratorem & landſaſſios diſputatum de fori *vxorum*, *fratrum*, *liberorumque* nobilium competentia. Ego pro domino reſpondi territoriali.

(q) Quamuis enim *LANDSASSII bis* vſi fuiſſent argutiis: 1) delicta *exuere* omnem dignitatem; 2) iuriſdictionem illis clientelari iure conceſſam eſſe in omnes *vniuerſim*; 3) *locum delicti* fundare iuriſdictionem; 4) ius non ab ipſis landſaſſiis dici, ſed ab aliis, qui iuriſiurandi nexu tum poſſent *ſolui*; 5) litem ſemel coram iudicio conteſtatam inde non poſſe *auocari*; 6) in criminalibus locum *non eſſe adpellationi* & reliqua. Pro FORO tamen PRINCIPIS attulimus rationes: 1) criminalem iuriſdictionem olim non penes Landſaſſios fuiſſe, ſed *penes ſolum principem* territorii; exemplo eſſe poſſe Boioariae conſuetudines moribus etiam noſtri aeui, adeoque limites landſaſſiis hic adſtringendos, nequicquam dilatandos; 2) deinde ambiguum eſſe, vtrum *Caeſar* aut *princeps* ipſe iuriſdictionem habeat in thori ſociam, tantum abeſſe, vt hoc dari poſſit landſaſſio; 3) vxorem ſortiri *forum mariti* coram principe; 4) *praeuentioni* aut *prorogationi* iuriſdictionis & foro delicti locum non eſſe, ſi domini interſit territorialis, nec perſonae ab curia eiusdem abſtrahantur; 5) fruſtra itaque remedia adhiberi ad euitanda ſtudia partium.

(r) *Spangenbergius* hic conſuli poteſt in Hennebergicis, &, qui plenius aliquid meditatur, *Iunckerus*.

(s) *Diethmarus* p. 125. *Spangenberg.* lib. I. c. 32. p. 67. cap. 33. p. 72.

(t) Recitabo verba ex *Codice manuſcripto*: *Non tantum in territorio principis*, *ſed etiam extra illud*, *ſi dominus feudi perſonaliter bello interſit*. In diaeta 1622. oppoſuerant aliqui: daß ſie nicht ſchuldig wären, auſſerhalb Landes Ritter-Dienſt zu thun. Praetendentes reuerſales electorum ſub datis Wittenberg

§. XII. Cum Thuringiae ſacrae militiae praefecto, **dem Land-Commender**, olim lites fuere, quod ipſe Thuringiae iurisdictione ſuam praefecturam exemtam vellet (u).

§. XIII. De *praecedentia* in itu ac reditu an. 1662. ita conuenerunt Albertinae & Erneſtinae lineae principes (x), vt ſingulis diebus iure vterentur viciſſitudinario.

§. XIV. Cum *Schwarzburgicis* comitibus ſubinde lites, olim compoſitae, recrudeſcere ſolent. Nam Thuringiae Landgrauii iura *immedietatis* S. R. I. ſibi aſſerere, illisque in ius ſolent vocare (y).

§. XV.

tenberg 1423. und Dreßden 1547. und dann Leipzig 1553. Sereniſſimus Elector Iohannes Georgius replicabat, ſtellete die reuerſales an ſeinen Ort, kônte ſich aber zur confirmation nicht verſtehen. Abſonderlich, da ſich die Sächſiſche Vaſallen zur expedition wider Gotha bey Jhres Großherrn Vaters Leben auſſerhalb Landes ohne reuers gebrauchen laſſen. Eine andere Frage wäre, ob die Vaſallen extra territorium ſumtibus propriis dienen müßten? welches auch noch nicht decidiret wäre. Ferner wie es mit denen Amtsſaſſen hierinnen zu halten ſey, ob die Aemter gleichfalls ſervitutes zu praeſtiren verbunden. Weil es aber den Amtsſaſſen am Beweiß fehlet, und die Aemter praeſumtionem libertatis vor ſich haben, als werden ſelbige damit jetzo billig verſchonet. vide reſcript. d. 13. Mart. 1622. Torgauiae.

(u) Antiquum ſatis conſilium habeo ICti Pr. Ienenſis, qui ad hoc argumentum cumulate reſpondit pro Saxonibus, hocque vſus eſt argumento: Quicquid in Thuringia ſitum eſt, illud eſt de Thuringia; quod eouſque eſt verum, donec contrarium doceatur.

(x) Sollen die Hertzoge aus der Albertiniſchen Linie den erſten Tag den Vortritt und Vorſitz haben; den andern Tag aber ſolchen die Hertzoge von der Erneſtiniſchen Linie nehmen. Die nicht regierende und unverheyrathete Hertzoge ſollen nach dem Alter ohne Unterſcheid gehen. Tabulas exhibet Lünig *part. ſpec. 2. n. 62. p. 193.*

(y) Quod Thuringiam habet prouinciam peculiaris & limitibus clauſi territorii. *Zangius*, Arnſtaettenſis cancellarius, ſcripta aliquot Saxonicis oppoſuit, quae publice proſtant. Ceterum, num Schwarzburgici comites teneantur comparere in foro des Hofgerichts zu Jena, ampliſſimum neque dum editum poſſideo celeberrimi ICti reſponſum.

§. XV. De *ſtapula Saxonica* olim Lipſienſibus magna multaque certamina fuere cum vicinis locis, Hala & Magdeburgo; quod hos limites dicant priuilegium Caeſaris, quo Lipſiam per XV. milliaria muniuerit, exeat. Iisdem etiam argumentis diſputarunt aduerſus *nundinas Halenſes* (z). Verum neque aduerſae parti deſunt magni momenti ratiocinia (a).

§. XVI. De *praecedentiae* iure quondam Saxones diſſidia habuere cum Palatino Boioariae ducibus (b). Vltimi tamen re ipſa vicerunt, lite nondum compoſita (c).

§. XVII. De *Miſnenſi* ſuffragio in comitiis, quod hactenus deſiderarunt (d).

§. XVIII.

(z) Cumulate pro Saxonibus diſputat *Ioh. Philippi ad lib. 1. Inſtitut. eclog.* 20. *p.* 55.

(a) Quae depromere licet ex ipſis Saxonicis ſcriptoribus, in quibus diplomata pro Halenſibus & Magdeburgicis pariter extant, vtpote apud *Schneiderum in chron. Lipſienſ. lib.* 7. *p.* 36. *Leuberum in Stapul. Sax. n.* 18. 253. Heidenreich *Chron. Lipſ. p.* 65. Pacta Saxonis cum ciuitatibus Hanſeaticis exhibet *Lünig* Reichs: *Archiu part. ſpec.* 2. *fol.* 1. *n.* 51.

(b) Controuerſiam hanc ex inſtituto tractat illuſtriſſimus auctor des Europäiſchen Herolds p. 434. 435. Addatur *Knichen de Sax. prouoc. cap. I. n.* 154. *p.* 156. *Parthenii* litigioſi lib. 1. c. 1. n. 29.

(c) In eo certe errant Boii, quod exiſtimant, Boioariae duces loco ſemper praelatos eſſe Saxonibus. Pro his enim ego non minora exempla notaui, quod Boii loco ceſſerint illis. Verum ex hoc fonte iudicanda haec ſunt, quod inter archiprincipes aut archiprincipatus ante A. B. nullus ordo fuerit. Sed quilibet loco ceſſit, qui alterum aetate grauitateque anteiret. Adde *Rec. Imp. an.* 1521. §. 40.

(d) Vir illuſtris *Coccejus* opinatur, Miſniam omni tempore ſuffragio caruiſſe, quod iuris non ſit Teutonici. Verum aliud vel ex vnico conſtat *Arnoldo Lubecenſi*. Mihi etiam innumera exempla notata ſunt ex ſcriptoribus medii aeui, vnde patet, Miſnenſes marchiones in comitiis inter alios imperii principes & ſediſſe, & eſſe ſuffragatos. Qui autem factum eſt, vt ſuffragio exciderent? dixi alibi. Id propterea eueniſſe, quoniam olim 1) ſuffragia non numerata, ſed ponderata ſunt pro robore ſuffragatoris; 2) cauſae ergo non fuere, quare ſuffragia multiplicarentur multiplicatis territoriis. Quapropter Miſnenſe votum ſuppreſſum eſt a Thuringico, hoc Saxonicum extinxit. Facie rerum nunc in comitiis mutata:

§. XVIII. Etiam Saxonici palatinatus (e), Landgrauiatus Thuringici (f) & Miſnenſis Burggrauiatus (g) ergo noua in comitiis imperialibus ſuffragia deſideraſſe Saxoniae electorem, id quidem ex editis hoc fine in publicum ſcriptis eſt notiſſimum.

§. XIX. LVXENBVRGENSEM ducatum ad Miſnenſes devolutum iure fuiſſe, ſupra diſſeruimus. *An venditione extinctus fuerit titulus, ibi etiam quaeſitum eſt.*

§. XX. Super IVRE in ERFVRTVM, Thuringiae metropolin, graues olim Saxonibus, qua *Thuringiae* Landgrauiis, controuerſiae (h) fuerunt tam ipſa cum *ciuitate*; quam Archiepiſcopo *Moguntino*. Sed *Erfurtenſes* an. 1664. a Caeſare proſcripti, quod eius commiſſarium in compoſitione cum *inteſtinorum* inter ſenatum populumque motuum, tum diſcriminum *Saxonis* & *Moguntini*, multis iniuriis laceſſiuiſſent, executorem Caeſareae proſcriptionis Moguntinum, priſtinum aemulum ſuum, acceperunt; Saxoniae Electore, cui ob *directoris* circuli officium munus executionis ex lege imperii competebat, quod ſe praeteritum videret, publicas querelas mouente. Sed facta vrbis deditione, Moguntinus eam ſui iuris reddidit, quaſi veteri poſtulato in Erfurtum nunc noua ratio ab impenſis ſuſceptae executionis acceſſiſſet.

tata, vt ſuffragia numerentur, vt, territoriis multiplicatis, multiplicarentur etiam ſuffragia, quantum iura poſtliminii valeant, cumulate expoſuit *Hornius*, Vitebergenſis.

(e) De *Saxonico palatinatu* in capite ſequenti. Id dubii remanet, vtrum non eodem argumento in memoriam reuocari poſſint Schirenſis ſiue *Wittelsbacenſis*, *Altorffenſis* & *Sommersburgenſis palatinatus*, qui hodieque ſunt apud principes Germania diuerſos.

(f) Hac cauſa inſtituto huic obloquuti ſunt Erneſtinae lineae principes, quorum ſcripta, Pfannero & Struuio auctoribus, edita eſſe feruntur.

(g) Huius rationes habuimus ſuperius. Cumulatius de hoc argumento die Staats-Cantzeley Fabri, nouiſſimi auctoris, iuris publici electa.

(h) Anno tamen 1483. Saxoniae duces transegerunt cum Erfurtenſibus, liteſque ſuſtulere pactis, quae exhibet Lünig *part. ſpec. 2. ſect. 1. n. 8. p. 16.* Aliud an. 1533. idem habet *n. 15. ibidem.*

Saxo *duplici*, vt videbatur, offenſa laeſus, a vindiciis vtriuſque remiſit, pactis an. 1665. *Lipſiae* cum *Moguntino* initis, iiſdemque an. 1666. a reliquis Saxoniae ducibus ibidem ſolenniter confirmatis, vbi cauſae *Erſurtinae* Saxones renunciarunt, quibuſdam tantum exceptis, tribus ſcilicet aedibus intra vrbem, **die in Erfurth ſich befindliche drey Freyhöfe**, & venationibus per vicinas ſilvas & rebus nullius fere momenti aliis. Quare hic adeo faciles ſe praebuerint Saxones, multi penetrare nequeunt. Aliqui etiam perditae cauſae poſtliminio conſuli exiſtimant, ſi vigor in ius vocetur pactorum, quae a Moguntinis in cauſa liberorum ſacrorum non adeo ſancte culta fuiſſe, *ciuium proteſtantium* querelae condocere poſſint.

Iura Saxonis in Erfurtum his fere finibus circumſcribebantur: **Nothhülffe, Nothſteuer,** *euocation* **vor die Sächſiſche Hofgerichte, Annehmung der** *adpellation* **von Erfurthiſchen Gerichten,** *Inſinuation* **der Patenten und derſelben Anſchläge, Beſchreibung zur Aufwartung, Haltung der Lands-Trauer, Erbſchutz-Gerechtigkeit, u. ſ. w.** *Fundamenta Saxoniae ducum: a) quod Thuringiae quaeque iudicia* particularia *an.* 1120. *Landgrauio, ceu ſupremo iudici* prouinciali, *Caeſaris Lotharii decreto, fuerint ſubiecta; b)* Erfurtum *non ſolum* in *Thuringia, ſed etiam* de *Thuringia fuerit; c) exemtio eius non in* totum, *ſed in tantum ſit facta, vt Landgrauiorum ſupremo iuri nihil decederet; d) neque ciuitas facile in* praeiudicium *Landgrauiorum, illis inconſultis, eximi potuerit; e) Erfurtenſes ipſi, quoties a Moguntinis aliquid periculi formidarint, ad* Landgrauios *Saxones ex hac cauſa refugium ſumſerint, imo f) ſaepius in talibus anguſtiis manifeſtis verbis iura Saxonica fuerint amplexi; g) quibus plura pacta a tribus ſeculis accedant, quae priſtinis iuribus firmiſſimum adderent robur. Quod autem* Moguntinus *paria fere de eadem vrbe exigat, in eo duplici fundamento nititur:* a) *quod* Bonifacius, *Apoſtolus Germaniae,* Erfurthiam *dono acceperit, pro Epiſcopatu ibi inſtituendo;* b) *hoc vero non procedente, Otto M. filio ſuo* Wilhelmo, *Archipraeſuli Moguntino, omnem Thuringiam ſubiecerit. Reponitur a Saxonibus ad a); Bonifacii traditionem fabuloſam eſſe, cuius ipſos nunc pudeat Moguntinos; quippe quam etiam donatio*

tio Ottonis M. Imperatoris tollat, qui donare nequiuerit, ſi iam tum Thuringia in manibus fuerit Archiepiſcoporum. Ad b); quod non prouincia, *ſed* eccleſia *Thuringica, donata ſit Wilhelmo ab Ottone Imperatore, cum alias diu poſt neque a Cunrado II. neque a Lothario, Caeſaribus, inſtitui potuiſſet Landgrauiatus: quod ſi vero etiam in ciuilibus ei aliquid donatum fuerit, hoc intra quaedam praedia Thuringiae terminetur. Praeterea ipſius donationis nulla memoria in ſcriptoribus coaeuis, aut diplomatibus, Ottonis M. extet; ſed coecus coecum traxerit, atque ab vno barbari aeui ſcriptore ceteri decepti ſint. Defendunt iura Saxonis illuſtris ac eruditus auctor* iuſtitiae Protectionis Saxonicae in ciuitate Erfurtenſi 1663. fol. *& apologia huius ſcripti:* Repetita defenſio iuſtae protectionis Saxonicae in ciuitate Erfurtenſi aduerſus aſſertionem Moguntinam *an.* 1664. 4t. *Conſulendi praeterea* Sagittarius *&* Paullinus *in libris ſupra laudatis*, Limnaeum, Oldenburgerum, Gaſtelium *aliosque taceo. Moguntinam cauſam agunt auctor* Aſſertionis Moguntinae contra adfectatam iuſtitiam protectionis Saxonicae, *Moguntiae* 1663. *fol.* Ioh. Mauritii Gudenii Hiſtoria Erfurtenſis, *Francof.* 1675. 8. *Pro ciuitate loquuntur:* **Unumgängliche Nothdurfft der hochbedrängten Stadt Erfurth zu ihrer Unſchuld, in Sachen der von Maynß wider ſie ausgewirckten Achts-Erklärung,** Erfurti 1663. 4t. *& pro libertate ciuitatis priſtina* **Gerechtigkeit der Stadt Erfurth,** 1589. 4t. (*) (i).

(*) Vtrum e Saxonicis prouinciis relegati etiam proſcripti ſint ex epiſcopatibus Merſeburgenſi & Naumburgenſi (a), ſaepius dubitatum eſt (b). Tandem ICti Saxonici adfirmarunt quaeſtionem (c), ex aduerſo contendente epiſcopatuum vtroque adminiſtratore (d).

(a) Tractat quaeſtionem hanc *CARPZOVIVS part.* 3. *crimin. quaeſt.* 130. *n.* 34. *p.* 254.

(b) Vnde falſi ſunt ICti veterani, qui perhibent, a Saxone proſcriptum per vniuerſi imperii Germanici limites proſcriptum fore.

(c) Quod factum eſt *an.* 1593. *menſe Ian.* ob verba, vt aiunt, generalia Conſtit. Sax. 47. part. 4. Adde *praeiudicium* an. 1609. menſe Aprili.

(d) Ne ſcilicet epiſcopatus eſſe confiterentur de Saxonico territorio, a quo illos habent quam diuerſiſſimos *PAVRMEISTER lib.* 2. *de iurisdict. cap.* 7.

§. XXI. In Iuliaca Cliuenſi ditione ſucceſſionem ſibi arrogaſſe Saxones 1609. in Poruſſia & in Palatinatu, ſupra expeditum eſt.

Duorum fundamentorum ex aliquo omnem argumenti vim deſumebant. (I) Expectatiuam *vrgebant in Cliuenſes hisque innexas ditiones, a* Friderico III. *Imperatore d.* 26. *Iun.* 1483. *Saxonibus* (k) *conceſſam, atque a* Maximiliano I. *deinde an.* 1686. *d.* 18. *Sept.* & Carolo V. 1521. *d.* 6. *Sept. confirmatam.* (II) Pacta dotalitia *in medium* (*) *proferebant* an. 1526. d. 8. Aug. inter Iohannem Fridericum, *Saxoniae ducem, poſt Electorem factum,* & Sibyllam *eius vxorem filiam Wilhelmi, ducis* Cliuenſis, *qui vltimo anno* 1609. *defuncti* Iohannis Wilhelmi *auus fuit, ſancita; quae ſucceſſionem Saxonicae domui, quando ſors tulerit, promiſerint. Extant plurima eius rei ſcripta; ſed pleniſſima ſunt* 1) Lucii Veronenſis *diſſertatio in iura ditionesque Iuliae, Cliuiae, Montium,* 1646. *fol.* 2) *Deduction* **des Hauſes Sachſen an den erledigten Fürſtenthümern Jülich, Cleve, Bergen, ꝛc. erlangten Rechtens,** *Lipſiae,* 1654. *fol. Verum repoſuerunt competitores ad* (I); *Expectatiuam effectu carere, ſi feudi adſint legitimi ſucceſſores. Has enim ditiones omnes feminas ad ſucceſſionem vocare* (II) *Quare in earum praeiudicia pacta etiam dotalitia nullius roboris ſint. Et quae alia in locis allegatis adduximus.*

§. XXII.

(i) Addatur *OLDENBVRGERVS vol.* 2. *ad Inſtr. pac. part.* 1. *pag.* 230. *ſeqq.* Litterariae meae ſupellectili codices plures manuſcripti de hoc argumento, quos fruſtra excutere nolo.

(k) Quae diplomata ſingula congeſſit exhibuitque Lünig **im Reichs**-*Archiv part. ſpec.* 2. *n.* 6. *ſqq.*

(*) Inde quaeſitum eſt an. 1609. vtrum Saxonica domus in Cliula, vt feudo *nouo*, ſuccederet, an vero in *antiquo*, quoniam Cliuiae feudum promiſcuae ſucceſſionis ſit, adeoque deuolui potuerit ad Saxones, poſteros *Sibyllae*, principis Cliuenſis. *Deinde* inter Vinarienſem & Altenburgenſem lineas diſputatum eſt; vtrum Cliuenſes principatus diuidi debeant inter omnes Saxoniae principes atque portione fieri viriles; an vero iure indiuidui cenſeri oporteat eoſdem. Etſi primum, num in ſtirpes, an vero capita diuiſio facienda? Poſſident muſulae meae conſilium *ANONYMI ICti inſitum* de *vtroque hoc argumento,* cuius ſchedae numero reſpondent alphabeti. Euentus docuit, litigatum eſſe de lana caprina.

§. XXII. Cum *Waldecciis* comitibus an. 1660. *Altenburgici*, in quorum iura *Gothanos* ſucceſſiſſe, ſupra ſcripſimus, acerrime contenderunt, an *Waldeccii* Comites, qua *Tonnae* poſſeſſores, vaſalli *Altenburgenſium* principum in actionibus *perſonalibus* coram *iudicio* Altenburgenſi conueniri poſſint.

Incompetentiam *fori allegabant* Waldeccii, *cum an.* 1659. *a* Scrueſtano, *Principe Anhaltinae ſtirpis, in cauſa debiti* 6000. thaleror. *coram iudicio aulico, quod* Ienae *eſt, in ius vocati eſſent. Vbi ſe bis rationibus tueri voluerant; a) quod haec actio perſonalis eſſet, vbi nonniſi coram ſummis S. R. Imperii iudiciis deferri poſſint Comites immediati S. R. I. b) dynaſtiam* Tonnenſem *hoc debitum non tangeret; quare locus non ſit iudicio Altenburgenſi. Sed repoſuerunt* Altenburgenſes; *a) Saxonum haec priuilegia eſſe, tam in* realibus, *quam* perſonalibus, *cauſas vaſallorum, quamuis cetera etiam S. R. Imperio* immediate *ſubiectorum, iudicare; b) conſuetudine ac ſimilibus caſibus Stolbergenſium, Gleichenſium aliorumque Thuringiae vaſallorum illa ipſa confirmari; c) in memoriam Waldecciis vocabant, quod* Tonnam *indulgentiae Saxonum debeant; quibus facile alias fuerit, pacta* mutuae *ſucceſſionis cum Gleichenſibus inita, iure dominii directi reſcindere. Vid.* gründliche *aſſertio*, daß die Grafen von Waldeck von dem Hauſe Altenburg die Herrſchafft *Tonna* zu Lehen tragen, und deßwegen vor Dero Hofgericht zu Jena zu ſtehen ſchuldig ſeyn, *edit. Altenburg.* 1665. 4t. (*) (**)

 Sed

(*) Contra Waldeccenſium extat votum iuridicum in cauſa Waldeck contra Sachſen-Altenburg in 4t. ſine mentione loci, vbi impreſſus ſit libellus; vbi hoc argumentum inſtructum eſt rationibus in vtramque partem, vtrum principes & comites S. R. I. teneantur in cauſis perſonalibus reſpondere coram Sax. Tribunalibus.

(**) Olim Boioariae Duces loco dignitatis cedere recuſarunt Ducibus Saxonicis. Imo tempore Friderici V. in comitiis ideo Pappenhemium prouocauit ad duellum Boius, quoniam ipſi Saxoniae Ducem praetuliſſet in vocando (†).

(†) Plenius *SOMMER* vom Erb-Marſchall-Amt apud *CARPZOV. cap.* 10. *L. Reg. ſect.* 6. *p.* 253.

Sed vendita Tonna *Gothanis* 1677. *controuerſia haec expirauit* (l) (*).

§. XXIII. Cum *Schoenburgo-Glauchenſibus* comitibus non paruae quondam Saxoniae (m) ducibus lites fuerunt, vtrum illi prae Saxoniae landſaſſiis nihil praecipui habeant, vt inſtar aliorum foro Saxonico ipſi etiam ſe ſubmittere (n) teneantur? Graue id fuit

(l) Omnes vaſallos etiam ſubditos eſſe, Saxonum conſtans eſt doctrina, teſte *L. B. de Lyncker de grau. extraiud. cap. 5. ſect. 1. p. 407.* & Hornio *in feud. iure cap. 13. §. 6. p. 335.* Richter *vol. 2. conſ. 1.*

(*) Glaffey hoc argumentum ex inſtituto tractauit, an omnis vaſallus ſit ſubditus Saxoniae? Sed hoc axioma verum eſt in clauſis territoriis omnibus. Quod ſi extra curtem feudum oblatum fuerit Saxoniae ducibus, omnino fallit maximopere, quia vaſallagii & ſubiecti tunc manet diſcrimen inſigne.

(m) Habeo huius litis in ſupellectili mea *reſponſum ſatis amplum*, quod lucem non vidit. Sed *Chriſtoph. Philipp. Richter* de hoc argumento *Glauchenſium comitum duo conſilia* edidit. Vnum, quod anno 1646. nomine ordinis ICtor. *Ienenſium* ſcripſit, habeturque id *vol. 1. conſ. 41.* alterum, quod inſtar *apologiae* promulgauit *vol. 2. conſ. 2.* Accuſauerant enim auctorem maleuoli apud *Saxoniae electorem*, quaſi officium Saxonici adminiſtri neglexiſſet, reſpondendo aduerſus iura Saxonicae domui vniuerſae communia. Quos calumniantium conatus ita depulit Richterus, vt diceret, *ſe non ſua auctoritate reſpondiſſe, verum ad ſuffragia ICtorum ordinis, adeoque huius eſſe, reſponſum tueri. Deinde de illis, quae a comitibus Schoenburgo-Glauchenſibus ipſi in libello expoſita fuerint, iudicium ſuum dediſſe; Adeoque illud veritati aduerſum non fore, quod iuris academica reſponſa ſemper hac clauſula concipiantur, ſi hiſtoria, in actis expoſita, nitatur veritate. Denique iura ad veritatem dici, necquicquam ad ſenſus principum.* Ceterum retractauit tamen prioris voluminis reſponſum, forte ita facere iuſſus. Inuita enim Minerua eum contrarium in altero volumine *conſ.* 2. reſpondiſſe, ille demum intelliget, qui vtriuſque inuicem expenderit momenta, & dubitandi rationes contulerit cum rationibus decidendi.

(n) Saxoniae electoris argumenta eadem fere ſunt, quae excerpſimus in nota praecedenti, vbi eiuſdem litis contentio fuit cum *Waldeccenſibus*, quorum cauſam ipſe etiam *Richterus vol. 2. conſ. 1.* confutauit: daß die Grafen von Waldeck vor die hohe Obrigkeit zu Altenburg, und dem Hofgericht zu Jena

fuit (*) Schoenburgenſibus, quod honore corruſcent comitum imperialium, & ſuis legibus iudiciisque gaudere videantur (o) (**).

Ee 5 §. XXIV.

Jena zu ſtehen ſchuldig ſeyn. Quapropter huic ille conſilio ſtatim iunxit noſtrum: an *Schoenburgenſes comites, licet S. R. I. addicti ſint* (als Reichs-Grafen), *forum tamen cognoſcere teneantur Saxonicum?* Vol. 1. conſ. 2. Saxonici rationes adferunt has, 1) *quod inſtar axiomatis apud Saxones ſit, omnem vaſallum etiam eſſe ſubditum.* 2) *Quod Schoenburgenſes comites Saxonibus non ſolum fidelitatis iuramento ſe obſtrinxerint; ſed etiam* ſubiectionis. 3) *Quod Schoenburgenſes landſaſſii ſint; omnem autem* Landſaſſium ſubditum. 4) *Quod comitia* prouincialia *frequentare ſoleant Schoenburgenſes.* 5) *Quod ſalutarint* Saxoniae *electorem ſuum* dominum, ihren Landes-Herrn, & quae ſunt generis eiusdem.

(*) Reſponderunt ad cauſam Schoenburgenſium comitum aduerſus Saxoniae duces ICti Argentoratenſes. Quod reſponſum habetur in *Argent. Conſilior. tom. I. conſ. 18.* Siglum enim SH. prodit nomen Schoenburg.

(o) Horum cauſam *Richter* egit *vol. 1. conſ. 41. Num dominus feudi poſſit cognoſcere de cauſis, ad feudum non ſpectantibus?* Facti narratio fuerat haec: *Schoenburgenſes comites duplicis generis feuda poſſidere.* Imperii cauſa illis a *Bohemiae* regibus conferri dynaſtias *Glauchau*, *Waldenburg*, *Liechtenſtein* cetera: a Saxonica vero domo *comitatum Hartenſtein*, dynaſtias *Poenig*, *Kochsburg*, *Wechſelberg*, *Rembſa*. In vltimis, quae feuda Saxonica ſint, Saxonica etiam iudicia agnoſcere; non in primis, quod tamen inde ab aliquo tempore Saxoniae voluerit elector. Ex aduerſo certos eſſe comites, ſe non niſi in *realibus*, quae feuda Saxonica tangant, Saxonem, &, quae ad Bohemica feuda ſpectet, Bohemiae regem iudices habere: cetera in *perſonalibus* actionibus forum ſe nanciſci ſupremarum curiarum imperii, vtpote *aulici* iudicii & *camerae* imperialis. Idque ex rationibus, illorum opinione, manifeſtis. 1) Quod vaſallagium non ſecum trahat ſubiectionem. 2) Quod ipſi comites ſint S. R. I. ſuffragiumque habeant in *S. R. I.* comitiis. 3) Quod in imperialibus dynaſtiis, des Reichs Afterlehen, quas Bohemi illis conferant, ſuperioritate gaudeant territorii. 4) Quod Saxoniae nequeant dici landſaſſii, quia non teneantur ad collectas ordinum. 5) Neque in prouincialibus conuentibus, niſi coacti, vnquam comparuerint. 6) Metus etiam in cauſa fuerit, quod praeſtiterint eine Landes-Huldigung, cum praeſtare tantum teneantur den Lehens-Eyd, & quae ſunt generis eiusdem, quae recenſet reſpondetque *Richter* vol. 1. conſil. 41. n. 6. 13. 29. ceteris.

§. XXIV. De limitibus Saxonici vicariatus ſaepe litigatum

(**) Cum abbate Fuldenſi, qui anno 1628. atque anno 1722. ius reluendi vrſit in dynaſtias Liechtenberg & Salzungen, parentes nunc Eiſenacenſi & Meinungenſi ducibus (1). Verum vterque princeps praeſcriptione ſe credidit tutum, cum quod dynaſtiae venditae anno 1366. ſub clauſula: quandocunque reluere velint; tum, quod ab 1628. vbi lis ea de re mota quieuerit deinceps ad vnius ſeculi ſpatium vſque, temere nunc non reſuſcitandum (2). Meo iudicio neque hoc ſuadendum abbati, ne priſtinae lites de pluribus in Thuringia prouinciis ſubtractis reſuſcitentur eodem iure, ſi nulla cura praeſcriptionis (3).

(1) Eſt hoc veriſſimum. Sed plenior hiſtoria haec. Adolfus imperator in diſſidiis domeſticis Thuringiae Landgrauii cum vtroque filio Franckenſtein, Salzungen, Liechtenberg & Gerſtungen eripuit Landgrauiis, easque dynaſtias dono dedit abbati Fuldenſi, ei amiciſſimo. Sed de amiſſis cum iniuria his pagis ſemper querelas mouere Landgrauii acerrimas quidem. His itaque permotus abbas Fuldenſis cum conſenſu capitali & ordinum prouincialium an. 1366. vendidit illas Landgrauiis pro 6000. marcis, adiectis tamen pactis. Primo, vt quandocunque liceret reluere; deinde perſiſterent illae in nexu clientelari. Poſt vero dynaſtiae varios dominos acceperunt ob initos contractus. Nam venditae fuere Herbipolitano epiſcopo, archiepiſcopo Moguntino, comiti Hennebergenſi, Mansfeldenſi, Stolbergenſi, vſque dum omnes a Landgrauiis recuperarentur. Igitur in diuiſione Saxonicae domus adſignata vna earum Eiſenacenſi, altera Meinungenſi ducibus, qui illis dominantur hodieque.

(2) Argumenta abbatis Fuldenſis ſunt haec: 1) quod iuri reluendi nullo tempore praeſcribatur, 2) reluitio reſeruata ſub clauſula, **zu welcher Zeit das Stifft die Aemter wieder einlöſen wolten;** 3) rem igitur arbitrii meri praeſcribi non poſſe; 4) etiam clientelae vinculum inſtaurandum, &, ſi temere hoc neget vaſallus, eum poenam incurrere feloniae, cetera. Contra Saxoniae duces reponunt: 1) quod aequior doctrina eorum, qui edicant, etiam iuri reluendi praeſcribi XXX. annis; 2) licet formula adſit, quandocunque obtulero pretium, quia hoc ſit intelligendum in ſenſu legali, vbi actiones perpetuae illae audiant, quia 30. annis finiantur; 3) minimum a tempore contradictionis factae an. 1628. inchoandam praeſcriptionem; 4) clientelam tribus ſeculis

tigatum eſſe, memini, quouſque ille ſit proferendus (p). In quaeſtionem venerunt *Haſſia* (q), *Coburgenſis* dynaſtia (r), *Friſia* (s) & regiones, vbi Saxonico iuri eſt derogatum, vtpote in *Bohemia* (t), *Marchia* Venedorum (u), *Weſtphalia* (x) fere vniuerſa.

§. XXV. Cum *Albertinae* lineae principes eorumque *ditiones ſingulares* ſuſtineat Iohannis Georgii electoris teſta-

lis neglectam & forte obſeruatam nullo tempore, cum iniuria nunc reuocari. Imo 5) quod magis eſt, poſſe eodem modo Landgrauios inſtituere recuperatoria iudicia aduerſus abbatiam ob plures olim terras Landgrauiatui ſubtractas.

(3) Haec ad rationes conſilii pertinent, & meo iudicio optime conatus abbatis ita retunduntur.

(p) Nimis largus hic eſt *Goldaſtus Part. I.* ſeiner Reichs-Satzung *p. 6.* qui poſt circulos *Weſtphalicum*, *Saxonicum* qua ſuperiorem, qua inferiorem, Saxonico vicariatui tribuit *Poloniam*, *Moſcouiam*, *Poruſſiam*, *Lithuaniam*. Sed hae naeniae vix animaduerſione dignae ſunt, quam vide apud *Ludewigium* in Comment. ad A. B. tit. 5. §. 2. p. 573. 574. Certe Carolus tum quartus Saxoni vicariatum ibi tribuit: *vbi Saxonica iura ſeruantur*, adde, *ſi territoria ſita ſint in finibus Germanici imperii.*

(q) Haſſiam Saxonico vicariatui negant *Schuzius Part. I. diſp. 5. theſ. 13.* atque *Dieterich ad A. B. p. 42.* ſed adſerunt illi eandem *Buxtorff* ad A. B. §. 57. Id certe conſtat, Saxonicis in Haſſia legibus locum non eſſe.

(r) Die Pfleg Coburg, wie auch die Hennebergiſche Lande. *Vbi Buxtorff* iterum hos tractus Saxonico tribuit vicariatui; ſed *Sprenger* contendit ex aduerſo *de vicariis* p. 178.

(s) Negant Saxoni Friſiae vicariatum, quod Burgundiae quondam feudum fuerit, *Sprenger* p. 175. *de vicariis* & *iure publ. lib. 2. c. 30.* Aperte magis alii, quod Friſii tantam ſibi adrogent ab imperio immunitatem, vt vicario nulli velint ſubeſſe. Quo id iudicio fiat, legatur *Ludew. ad tit. 5. A. B. §. 2 p. 581.*

(t) Videatur Ludewig ad tit. 5. A. B. p. 582. §. 81.

(u) Idem ibidem p. 581.

(x) *Sprenger* p. 179. hanc tribuit vicariatui archipalatini. *Buxtorffius ad A. B. §. 57.* praeterit controuerſiam. Ceterum prouide Saxones, quod hodie formulam vicariatus aliter concipiant, quam factum eſt olim: in ducatum, wo Sachſen-Recht gilt, wie auch NB. ſonſten. Saxonici autem iuris vigor tempore A. B. qui fuerit, & num inde petendi ſint Saxonici vicariatus limites? alibi eſt expeditum.

teſtamentum (y): de eius applicatione diu multumque diſceptarunt. Nam elector limites illius contrahendos eſſe vult, quos illi, quorundam iudicio, iuſto amplius (z) volunt proferre (a).

§. XXVI. Vtrum Saxonum de non adpellando & non euocando priuilegia etiam in *Coburgenſi* praefectura (b), dynaſtia *Koenigsbergenſi*, imo vniuerſim in *Hennebergico* principatu (c), in comitatu *Mansfeldenſi* (*) (*) va-

(y) Quod exhibet *Strykius* in libro de teſtamentis, & *Lunigius* in dem Reichs-*Archiv vol.* 2. *part. ſpec.* 2. *n.* 77.

(z) Acerbum ſatis ſcriptum prodidit de hoc argumento Auguſtus, Adminiſtrator Magdeburgenſis, hoc titulo: *Grauamina Auguſti, Ducis Saxoniae, de iure hereditario attenuato, & non obſeruatis pactis domus*, an. 1668. in 4t. Cuius libelli verba & ſuprema capita ſunt: *Pacta domus ſiniſtrae ſubiiciuntur interpretationi, iisque contrauenitur impune. Percutiuntur foedera abſque praeſcitu & conſilio fratris; miles pro lubitu, non ſine inſigni facti fraterni ſubuerſione, conſcribitur. Ingens diaetarum prouincialium contra ipſiſſimum pactorum tenorem abuſus. Magna hereditariae portionis pars duci Auguſto teſtamento ſcripta indigne prorſus ablata. Ius territoriale, excogitata Schrifftſaſſiorum ſeparatione, miſerrime conuulſum: collectae prouinciales non diuiſae: quinimo ipſum diuiſionis pactum, an.* 1660. *praemeditato initum, inſigniter reſciſſum, & ſi quae ſunt alia, Dreſdenſibus in mentem quotidie venientia.* Sed neque momenta deſunt electori, quae ad haec reponit. Abſit, vt nos in tam graui cauſa nobis aliquid iudicii arrogemus.

(a) Dici non poteſt, quam ſumtuoſa fuerit haec lis. Rident politici ICtos, quod teſtamentum hoc a pluribus optimisque Saxoniae ICtis ſcriptum ſit, neque tamen ideo verba libera ſint ab ambiguitate.

(b) De hoc argumento *Richterus vol.* 1. *part.* 6. *conſ.* 1. reſpondit ex inſtituto: ob das Churfürſtliche Hauß Sachſen ſo wohl wegen der Pfleg Coburg und Amts Königsberg in Francken, als anderer deſſelben Land und Leuten, jenſeit des Thüringer-Waldes gelegen, unter das Kayſerliche Hofgericht zu Rothweil; den Reichs-Hof-Rath; das Kayſerliche Cammer-Gericht, tam quoad viam ſimplicis querelae, quam adpellationis, gefreyet ſey?

(c) Quod affirmare non audet *Richter* vol. 1. part. 6. conſ. 1.

(*) Habet exemplum Herm. VVLTEIVS *lib.* 4. *de iudiciis cap.* 2. *n.* 26. quod Mansfeldenſis comes a ſententia Saxoniae electoris prouocauerit ad imperii ſupremum tribunal. Verba eius

(*) valeant? ſaepius iterumque eſt diſputatum. Quamuis enim modo commemoratae ditiones Franconiae quondam pars fuerint (d) : cum vero Saxoniae ducibus priuilegia data ſint in hoc genere vniuerſim (e), imo Franconiae pago illi tractus ſint excepti (f); Saxoniae

eius ſunt: *Tametſi aliquando comites Mansfeldici periculo ſuo proceſſus adpellationis impetrauerint in camera a ſententia lata ab electore Saxoniae: non tamen vt ab electore, ſed vt a duce Saxoniae.* Quod etiam factum eſt in cauſa Nürnberg contra Mansfeld, die Vierer betreffend, *d. 29. Novembr. 1591.*

(*) Qua de re acriter diſceptarunt nobiles cum ducibus *1596. 1597.* Riſui vere ſe aliorum expoſuit *Carpzouius* cap. 5. de non adpell. §. 52. p. 57. quaſi ob Saxonici iuris ignorantiam priuilegium datum ſit, cum in Coburgenſi tractu vigeat ius commune.

(d) Notum enim eſt, *Coburgenſem* tractum an. *1346.* dotis cauſa; *Regiomontanam* dynaſtiam an. 1400. emtionis iure; *Hennebergicum* vero comitatum cognationis & ſucceſſiuorum pactorum ergo 1583. Saxoni acceſſiſſe. Quae ditiones omnes ſitae ſunt trans ſiluam Thuringicam in pago Franconiae. Per quem ſe extendit Rothweilenſis iurisdictio (**). Cuius nulla facta ſit in priuilegio Saxonum memoria.

(**) An. *1716.* die 20. Sept. Mühlpfortius de hoc argumento ſcripſit ad Saxoniae ducem Meinungenſem, Erneſtum Ludouicum, praeſertim ſuper Frankenſtein & aliis caſtris, olim Hirsfeldenſi abbatiae clientelaribus, admonuitque ſerio principem, ne catalogus horum feudorum prodatur principibus Haſſiae ob metum recuperatorii iudicii. Porro, ne talia vaſallis pateant, qui alias poſſent prouocare ad Landgrauios Haſſiae Hirsfeldenſium poſſeſſores.

(e) Verba priuilegii de non adpellando ita concepta ſunt cum ab imperatore *Sigiſmundo*, tum aliis, qui hunc ſequuti ſunt: **in dem Churfürſtenthum Thüringen, Meiſſen, und andern Herrſchafften und Landen, wo die gelegen, ſolle ſelbiges gelten.**

(f) Saxonis enim in Franconia ditiones non de Franconia ſunt, verum inde exemtae, ac ſuperioris Saxoniae circulo adſcriptae. *Richt. part. 6. conſil. 1. n. 10. 11.*

xoniae duces etiam ad illos hanc extendunt proferuntque immunitatem (g) (*).

§. XXVII.

(g) Eamque immunitatem etiam tuentur in caſibus, alias Rothweilenſi iudicio aduerſus quaecunque priuilegia reſeruatis. Praeterquam in caſu denegatae aut protractae iuſtitiae. Caſus enim nullitatis non attendunt Saxones, vt eapropter deferre debeant adpellationi. *Knichen de Sax. prouoc. c.* 2. *Lynker de grau.* extraiud. *c.* 10. Ex inſtituto *Richter vol.* 1. *part.* 6. *conſ.* 1. *quaeſt.* 2. Ob das Hauß Sachſen auch in caſibus, a Maximiliano I. an. 1472. Rothweilenſi iudicio aduerſus ordinum priuilegia reſeruatis, die ſogenannte Ehehafften befreyet ſey? Quod propterea affirmandum, quia *Saxonicum* priuilegium *de non adpellando electorale* eſt, quod illos etiam caſus complectitur. Imo quoties priuilegia electoris cum priuilegiis aliis pugnare videntur, interpretatio fieri debet pro electore, ſecundum decreta *A.B. tit.* 4. *§.* 3.

(*) Ceterum ſunt etiam alia diſcrimina, quae Saxoniae duces intuitu huius priuilegii cum aliis habent. Neque enim adpellationi locum eſſe volunt in cauſa nullitatis (a); ſi partes adpellationi ſponte ſe ſubiecerint (b); ſi contenderint in Saxonia extranei (c); ſi comites aut alii ordines, qui pariter a Caeſare muniti ſunt priuilegio de non adpellando (d); neque opus eſſe his etiam caſibus, exiſtimant, vt pars ſe iudici ad quem ſiſtat & probet *incompetentiam* (e); in quibus omnibus ex aduerſo contendunt alii. Neque minores ſunt de NON EVOCANDO concertationes. Saxones enim hoc fieri poſſe negant, quamuis alter habeat forum perpetrati delicti aut contractus (f); ipſa pars euocationi promiſerit obtemperare (g); Imperator aut camera euocet in cauſa dicendi teſtimonii (h); quod tamen adſerunt alii ex aduerſo.

(a) *Carpzou.* de non adpell. c. 5. §. *66.* p. 71. 72.
(b) *Carpzou.* de non adpell. c. 5. §. 51. p. 55.
(c) *Carpz.* de non adpell. c. 4. §. 49. p. 53.
(d) *Carpzou.* de non adp. c. 4. §. 49. p. 54.
(e) *Carpzou.* de non adpell. c. *6.* §. *61.* *62.* p. *66.* *67.* *68.*
(f) *Carpzou.* de non adp. cap. 2. §. 27.
(g) *Carpzou.* de non adpell. c. 6. §. 51. p. 55.
(h) *Carpzou.* de non adpell. c. 2. §. 29. p. 29. Contradicunt tamen Saxonibus *Gail.* lib. 1. obſeru. c. 98. n. 3. *Reube us* de teſtib. f. 110. *Rulandus* lib. 5. commiſſ. c. 2. Qui exiſtimant, cameram in contradictorio obtinuiſſe. *Goldaſt.* de R. Boh. lib. 4. cap. 13. n. 29. p. 536. Contra autem prouocant Saxones ad libellum electoris 1559. in quo Auguſtus claris verbis dicit: Wenn Sachſens Untertha-

§. XXVII. Ius PRAECEDENTIAE olim ab anno 1600. inter *Altenburgenſes* ac *Vinarienſes* multis controuerſiis agitatum (h) fuit, illis *lineae*, his *aetatis* & ſenioratus praerogatiuae inſiſtentibus. Controuerſia *dimidii ſeculi* fuit, ab initio *priuatim*, mox *publice* coram *Electore* Saxoniae; ipſo *Caeſare*; in *pacificatione* deinde Weſtphalica; & ſolennibus demum S. R. I. *comitiis*, magna vehementia agitata, atque diuerſis ſubinde temporibus repetita. Eius cauſa factum eſt, vt *Altenburgenſi* ramo, anno 1672. extincto, Gothanus princeps, quod *ſenior* eſſet inter competitores ex fratre primogenito filius, in ditione Altenburgenſi ſuccederet. Anno autem 1702. priſtina haec lis iterum excitata eſt. Cum enim dux *Gothanus* Fridericus, Erneſti filius, ex iiſdem *ſenioratus* principiis praeferri *Vinarienſibus* vellet, quibus hi primogenitam olim lineam *Altenburgenſem* oppugnarant: quaeſitum nuper eſt, an Gothani *filius*, praeſentis aetatis dux, eandem *ordinis* praerogatiuam *patruorum* nomine tueri poſſet, quam pater ſibi quondam adſeruerat? Res in comitiis nunc agitur, vtrinque ſcriptis ibidem promulgatis.

Argumenta ducis Gothani ſunt; a) quod ſenioratui *ſemel locum* fecerint *Vinarienſes; b) Gothanus non* ſuo *nomine, quo & aetate & ordine Vinarienſibus inferior eſſet, ſed* patruorum, *qui Vinarienſes aetate ſuperent, publica Imperii negotia adminiſtret.* Reponunt Vinarienſes *ad* a), *pacta illa in aliis locis iam omiſſa eſſe; ad* b), *nullum intuitum patruorum in aliis caſibus aulam Gothanam habere, quare neque hic ei is prodeſſe poſſit; vt taceant* c) *talia familias pacta non alios obligare, qui eis non ſubſcripſerint. Ceterum priſtina controuerſia non tam* praecedentiae, *quam ſucceſſionis, fuit, quod haec ex iure illius pendere videatur; vt adeo ipſe Electoratus atque*

Unterthanen zu Zeugen gebrauchet werden wollen, ſolle die Reichs-Cammer ſolches an den Churfürſten, als Landes-Herrn, gelangen laſſen, der auf die eingeſchickte Articel dieſelbe examiniren, und die Auſſage der Reichs-Cammer ſchrifftlich und verſiegelt wieder überſchicken werde.
Confer. commen. I. P. L. ad A. B. tit. 8. lit. r.

(h) Diploma Rudolfi II. quo controuerſiam decidit in fauorem lineae primogenitae, exhibet *Lünig part. ſpec.* 2. *n.* 44. *p.* 130.

atque huic innexae ditiones, ſi ſors tulerit, ad ſeniorem *redituræ ſint.* Goldaſtus *eruditum opus pro ſenioratu ſcripſit:* Engelbrechtus *cauſam primogeniturae egit, atque operi Goldaſtiano eruditis animaduerſionibus, quas in MSC. poſſideo, reſpondit. Agunt etiam de his* Limnaeus, Sprengerus, Lampadius, Schilterus, Pfannerus *aliique.*

§. XXVIII. An tres Saxoniae Epiſcopatus, MISNENSIS, MERSEBVRGENSIS, NAVMBVRGENSIS vnquam STATVS Imperii fuerint (i); an vero iuri territoriali *Saxoniae* principum *ſubiecti?* olim litigatum (k) fuit, illud ſibi Epiſcopis arrogantibus, haec iura tenente Electore (*). Hodie Miſnenſem Epiſcopatum in vſus ſeculares verſum eſſe; reliquos de recuperanda dignitate conſilia inſtituiſſe, ſupra attigimus.

Saxones, ſibi Epiſcopatus ſubiectos eſſe, defendebant a) quod Epiſcopi hi in conuentibus prouincialibus comparuerint; b) Saxones electum a capitulo Epiſcopum ſemper confirmarint. Legantur Hortlederus, Strauchius *alii* (**).

§. XXIX. ELECTORATVM SAXONIAE non ſine *Brandenburgici* (l) & *Saxo-Lauenburgici* principum contradi-

(i) Praeter aduocatiae & protectionis iura Saxoniae electori etiam ius tribuit territoriale *Carpz. part. 3. deciſ. 226. n. 10.* cum aliis.

(k) Et litigatur hodieque, proceſſu pendente in aulico Caeſaris iudicio. Poſt innumeros libellos ineditos de hoc argumento videatur: Hertzog Moritz Wilhelms, Adminiſtratoris des Stiffts Naumburg, Mandat zuſamt kurtzer Ausführung der auf Sie gebrachten Erb- und Theilungs-Recht in Dero Erb-Landen zuſtehenden Landes-Fürſtlichen Hoheit und davon dependirenden Homagial- und andern Gerechtigkeiten, edit. 1685. fol.

(*) *SCHOPPIVS cap. 2. theſ. feud. ſect. 1. p. 211.* tres epiſcopos hosce adnumerat Landſaſſiis.

(**) Etiam *Carpzouius* de non adpell. cap. 5. §. 57. 58. vbi notari poteſt conuentio 1616. erklaren ſich die drey Stiffter, 1. Meiſſen, 2. Merſeburg, 3. Naumburg, daß ſie wohl geſchehen laſſen könnten, daß die adpellationes von den Stiffts-Regierungen an Chur-Sachſen giengen; Jedoch daß den Partheyen die adpellatio ad cameram nicht abgeſchnitten, ſondern gleichwohl reſeruirt ſeyn ſollte.

(l) Reuera enim Saxoniae electoratum vxoris cauſa Iohannem alchymiſtam ſibi adrogauiſſe, ſupra ex tabulario Saxonico teſtes produximus.

tradictione in Miſnenſem ſtirpem translatum fuiſſe, expoſuimus.

Spalatinus, Strauchius *&* Schilterus *cauſam Saxonicam tractarunt* (m). *Sed notiſſimum eſt, quod* Saxo-Lauenburgicus *&* agnationis *&* inueſtiturae *iuribus eundem poſtulauerit. Cuius ſucceſſores controuerſiam noua ſubinde memoria renouarunt, titulo atque inſignibus Electoralibus conſtanter adhibitis.*

§. XXX. Saxo-Lavenbvrgicvm ducatum propter pacta *ſucceſſionis*, cum vltimo duce an. 1671. inita, poſt huius mortem an. 1689. ſibi arrogaſſe Saxoniae Electorem, ſupra indicatum eſt. Verum an. 1697. aliquot tonnis auri a Luneburgicis Electori ſatisfactum fuiſſe, creditur (n).

Poſſeſſionem legaliter *ſumſerat Saxonicus adminiſter, quam* armata *manu accipere, is fuerat iuſſus. Quapropter Luneburgicis facile fuit, iura Imperii publica ciuili negotio praeferre. Munus directoris circuli praetermittere noluerat is princeps. Deiecto igitur Saxone, ipſe regionem occupauit. Occupanti deinceps in memoriam venit, hanc laciniam eſſe patrimonii* Leonini. *Quare, quod iniuria alienatum ſit, eius rei aeternam auctoritatem fore, gentium doctores admonere illum videbantur. Saxonica & Anhaltina iura publicis ſcriptis expoſita habes in* Electis iuris publici, *& apud* Schilterum, *quamuis aliae etiam ſchedae apud me extent* (o) (*).

§. XXXI.

(m) Ioh. Georg. *Habnius* addi poteſt, qui *Friderici Bellicoſi electoratum* ſingulari deſcripſit libello diſputauitque Lipſiae eundem 1678. 4t. Qui illa, quae potuit, conduxit. Fidenter hic incedit *Andr. Knichen de Sax. prouoc. cap. 2. n. 1. 19. p. 164. 165.* Anhaltinorum, *Mechouii*, aliorumque, ſcripta recenſet in *Anhaltinis Beckmannus.*

(n) Ita tamen, vt Saxonica domus & titulum continuaret ducatus & ſucceſſorio in eundem pacto gauderet, quod fide ſcribimus *auctoris illuſtriſſimi herois Europaei p. 471.* Neque tamen, quod pariter tradit, conſenſit pacto *linea Erneſtina.*

(o) Illae inprimis, quas Anhaltini conſcripſerunt, neque tamen vltimas promulgarunt. Forte quod non vniuerſae domui arriderent faciendae impenſae.

(*) Vtrum Saxoniae ducum tutela agnatis debeatur omnibus (a) in pari gradu conſtitutis: an vero tantum ſeniori, quaeſitum

§. XXXI. Quod *Erneſtina* linea ELECTORATVM, ſibi olim ereptum, ſaepius iterumque repetierit ab Albertinae principibus, expoſitum eſt.

Argumenta Erneſtinae, *a) quod* felonia *Ioh. Friderici nondum probata ſit; b) eius neque crimen, neque poena agnatos tangat; c) ipſe incuſatus a Carolo V. in integrum (p) reſtitutus ſit; d) in poenam Ordines alii non conſenſerint.* Goldaſtus *non vulgaria hic congeſſit lib.* I. *c.* 3. *de maioratu* (*).

§. XXXII.

ſitum eſt diſputatumque. Sed alterum placuit ordini ICtorum Ienenſi (b).

(a) Quod defenderat Ioan. Leonard von *Pübel* in diſſertatione de tutela illuſtri an. 1669. Ienae habita, praeſide *Richtero*. Sed ordo ICtorum improbauit hanc ſententiam propterea, quod *Pübelium* decepiſſent iura Romana. Quem errorem neque Richterus, praeſes, viderit, ſenectute & morbo tum confectus.

(b) Sententia Ienenſium extat apud *Beierum* in poſitionibus inſtitution. iuris in fine p. 288. anno 1687. concepta: **Befinden, daß in dem Hoch-Fürſtl. Hauſe Sachſen der Erneſtiniſchen Linie, nach dem gemeinen Sachſen-Recht, die** tutela **dem Aelteſten allein, mit Ausſchlieſſung aller der übrigen in gleichem Grad ſich befindenden** Agnaten, **gebühre.**

(p) Anno 1552. tabulas reſtitutionis exhibet *Lünig part. ſpec.* 2. *n. 30. p. 64.* ſed iuri ſuo linea Albertina nuntium miſit an. 1554. *Lünig n. 33. ibid.*

(*) Verum Albertina reponit, iure ſibi delatum electoratum, 1) quod ipſe Ioh. Fridericus in caſtris Wittebergenſibus anno 1547. die 19. Maji nuntium miſerit electoratui; 2) capitis damnatus ſit, verum vita poſt donatus demum; 3) Mauritius cum ipſo decertauerit bello, adeoque iure vti potuerit belli, accipiendo a Caeſare, quod ipſi oblatum; 3) conſenſerint electores omnes, atque Mauritium ordinis ſui adſciuerint cum adplauſu collegam, quae omnia, aliaque plura, momenta diſputat, expenditque Ioan. Ioach. a RVSDORF *in vindic. Palat. cap. 31. p. 399. 400.* Eſt enim is finis Rusdorfio propoſitus, vt Palatinae cauſae & Saxonicae hic diſcrimina doceret, tueretur que, fruſtra & praeter jus deiectum eſſe ab electoratu archipalatinum. Accedit 5) quod poſt Ioannes Fridericus, eius filii, transactione Naumburgenſi, interueniente Daniae rege, facta, non ſolum nuntium miſerint electoratui; ſed eius etiam loco aliquas ditiones a nouo acceperint electore, quod *idem* narrat tueturque cap. 32. Vt adeo

§. XXXII. In NEAPOLITANVM *atque* SICILIAE regna Saxoniae ducibus poſtulatum; quod a filia deſcendant *Friderici II.* Imperatoris ac Regis Siculorum: cuius ſtemma in nepotibus maſculis extinctum eſſe, conſtat.

Albertum *degenerem Miſniae Marchionem* Margaretham, *Caeſaris Friderici* II. *filiam*, *in matrimonio habuiſſe*, *ſupra ſcriptum eſt. Inde ergo cum omnes Saxoniae duces recta linea deſcendant: ad eos*, Conradino, *Siciliae rege, extincto* 1269. *vtriuſque Siciliae regna iure materno deuoluta eſſe*, *videntur. Argumenta, a) quod Siciliae regna feminea ſint; b) Arragoniae rex Petrus vxorem Manfredi*, *e concubinatu geniti*, *duxerit*, *quam ob ſordidas natales iura genitum a regni ſucceſſione excludant; c) Andegauenſes autem Pontificem patronum habuerint*, *in cuius facultate non fuerit*, *regna*, *excluſis legitimis heredibus*, *pro lubitu in alios transferre. Galliae regem nuper cum Saxonibus egiſſe de conceſſione iuris*, *fama accepi aliorum* (*).

§. XXXIII. In regnum HIEROSOLYMITANVM eadem prorſus cauſa. Quod Hieroſolymitanum regnum Fridericus II. & vxoris Iolantae nomine & pacto cum Saracenis ſibi vindicare poſſet.

Legantur huc Summonte, Beſoldus, Fazellus, Collenutius *aliique. Quamuis fere nullus e regibus Europae ſuperſit*,

adeo iudicio illius prudentiores ſint electores Saxoniae, ſi Naumburgenſi transactione vtantur in electoralis iuris defenſione; non delicto Ioannis Friderici, non Caroli V. inueſtitura, non belli iure, quo Saxoniam electoralem ſuae ditionis reddiderunt.

(*) Vtrum indicere debeat conuentus in comitiis vicemareſchallus, iuſſu inſtructus Moguntini ſolius: an vero ante certiorem facere archimareſchallum, ab eoque petere veniam; illud grauiter in Wormatienſibus comitiis eſt ventilatum (†) an. 1522.

(†) Agit de hac controuerſia SOMMERVS vom Erbmarſchallamt apud CARPZOVIVM cap. 10. L. Reg. ſect. 6. p. 253. Vrſit hoc ſemper archimareſchallus eique adſurrexit Pappenhemius. Neque tamen certior fit etiam Saxonicus legatus abſente principe electore. Imo minas ſparſit archiepiſcopus Moguntinus Albertus; ſi Pappenhemius obſequi nolit, illum hac ſparta fore deſtituendum.

ſit, qui titulum in regnum Hieroſolymitanum neſciat allegare. Vt non iura, ſed vires nobis deeſſe videantur. Chifletii *&* Blondelli *opera, in his adhibita, meretur commendationem.*

§. XXXIV. De Cobvrgensi ditione, mortuo *Alberto* 1699, inter *Gothanum* principem & eius *patruos* acerrimae lites pronatae ſunt, quae hodieque perdurant, quamuis amicae compoſitionis ſpes nunc adparere videatur (q).

Gothani *primigenitae lineae habendam eſſe rationem, exiſtimant: quod haec onera publica Imperii ferat, & ſplendorem lineae vniuerſae tueatur. Sed* Meinungenſis *ſenioratum attendi vult, cui teſtamentum Erneſtinum vniuerſam hereditatem adſignauerit. Verum enimuero, poſtquam ab vltima* Erneſti *voluntate inter fratres ſemel receſſum eſt*, conſilii *haec, non vero* iuris, *momenta eſſe videntur. Fortius igitur argumentum in* pactis *reſidet; vbi, viuo* Coburgenſi, *eius hereditatem Gothanus princeps Meinungenſi, quantum in ſe ſit, ſpopondiſſe dicitur. Neque poenitentiae locum dari arbitrantur, cum iura haec ſingulorum ſint, quamuis reliqui fere fratres ad* diuiſionem *prouocare velint;* Saalfeldenſis *imprimis, cuius portionem* tenuiſſimam *eſſe, quiuis agnoſcit. De exitu controuerſiae nondum conſtat; ſed, diuinando ſi quid aſſequi licet, Meinungenſi hereditatem Coburgenſem multa promittunt; fratribus & Gothano per eundem aliis remediis ſatis faciendum eſſe, opinantur. Legatur* der Juriſten-Facultät zu Gieſſen rechtliche Adprobation vor Meinungen in der Coburgiſchen Succeſſions-Sache, *fol. Alias aliorum principum* deductiones *editas eſſe, non conſtat; quamuis pleraſque Academias conſultas eſſe, manifeſtum ſit. Quarum hic diuerſitas docet, quid ſenſibus ac auribus petentium dare ſoleamus* (*).

§. XXXV.

(q) Pacta de hac ſucceſſione plurima exhibet *Lünig* im Reichs-Archiu part. ſpec. 2. n. 151. 157. in ſupplementis paſſim.

(*) Iura territorii in STOLBERGENSEM comitatum. Idque ſi nullo alio argumento, quam quod ille ſitus ſit in Thuringia, quam cauſam ſolam adlegant pacta (1) an. 1568. & an. 1671. inita: Et Stolbergenſes comites frequentant Dreſdae comitia prouincialia, & in re militari agnoſcunt Saxonicum potentatum. Quod olim non fuerat. Nam ne tributa quidem

§. XXXV. Quod SAYNENSEM Comitatum *Iſenacenſis* dux non ſine agnatorum controuerſia obtinuerit, ſupra memorauimus.

Tuentur iura ſua noſtri principes, quod a) Saynenſia *ſint feuda mere feminea; b) pacta autem in familia horum Comitum, pro fauore maſculi ſexus inita, neque in aliis obſeruata, neque a Caeſare confirmata fuiſſe.*

§. XXXVI. An. 1660. conceſſerat *Ioh. Georg. II.* Elector fratri Auguſto *Weiſſenfelſenſi* nobilitatem *Schrifft-Saſſicam* in praefecturis Weiſſenfels & Friburg: ſed, cum ipſa nobilitate, tum ceteris *ordinum Prouincialium* querelas ac conteſtationes facientibus, an. 1681. pacta reſciſſa atque omnia in integrum reſtituta ſunt (r).

Ipſe dux Weiſſenfelſenſis, *quod motus prouincialium videret, cauſae prorſus reſignauit. Diplomata apud Schilterum extant.*

§. XXXVII. Vacante *ſede Moguntina*, DIRECTORIVM in Comitiis S. R. Imperii ſibi arrogat Elector Saxoniae (s).

dem die Land- und Tranck-Steuer Saxoni conceſſerant, vſque dum an. 1568. conuenirent de altera tantum parte ſibi retinenda; altera cedenda Saxoni (2).

(1) Fuerat hoc Auguſti electoris axioma; quicquid in Thuringia; illud eſſe de territorio landgrauiatus. Sed landgrauiatus aliis Thuringiae comitatibus eſt recentior, fuerat ille in vltimorum ſocietate, necquicquam vero ſub eius imperio aut dominatu. Verum Stolbergenſes in plurimis porrigerent Saxoni herbam. Interim gaudent hodieque vectigalibus; mero imperio; iure metallorum & monetandi, neque Saxonico militi largiuntur hybernas, leiden keine Bequartirung.

(2) Pacta 1568. & 1671. exhibet LVNIGIVS in ſpicilegio II. ſeculari.

(r) Tabulas pacti hujus exhibet *Lunig.* im Reichs-Archiu *part. ſpec. 2. ſect. 1. p. 208. n. 69.*

(s) Conferatur diploma der Vertrag zwiſchen Chur-Mayntz und Chur-Sachſen der Umfrage halben an. 1529. ap. *Lunigium* im Reichs-Archiu *Part. 3. ſect. 1. n. 155. p. 383.* & aliud ibidem, Vertrag zwiſchen Mayntz und Chur-Sachſen der Anſage wegen auf dem Reichs-Tag an. 1562. p. 396. n. 156.

Verum & Colonienſis *&* Treuirenſis *Antiſtites in hoc iure volunt praeferri. Sic factum ſaepius eſt, vt in tali caſu conuentus Imperii, neutrum offendendi ergo, prorſus intermiſſi ſint. Neque res hodienum deciſa reperitur.*

CAPVT IV.

EMINENTIA

Gentis Saxonicae, priuilegia & varii generis praerogatiuae.

§. I.

De ARCHIMARESCHALLI S. R. I. officio diuerſa diuerſorum iudicia ſunt.

Alii ſummum Comitem Stabuli *adpellant: alii ſupremum* campi Mareſchallum: *huic nonnulli* criminalis iudicii *in Imperio iura addunt (a). Poſteriores ſententias in* Rheni Palatinatu *cap* 4. *argumentis confirmauimus. Illuſtris* Coccei, Schilteri, Goldaſti, Wagenſeilii, Thulemari *(b) adſerta expendi queunt. De* Subofficiali *Pappenhemio (c) Comite* Wagenſeilius *egit ex inſtituto* (*).

§. II.

(a) Inde Caeſari gladium praefert, idque priuilegio etiam Sigiſmundi an. 1415. Quod exhibet *Lunig.* part. ſpec. 2. n. 2. p. 4. Vnus ergo gladius territorii eſt, alter imperii.

(b) *Knichen de Sax. non prou. iure c. 1. n. 167. 168. p. 156. 157.* Qui originem ſtatuit in an. 1180.

(c) Qui hodieque etiam ſuffragantium colligere ſolet calculos. Quo impedito litigare ſolet, vtrum haec prouincia ſit des Reichs-Quartiermeiſters; an alius, quem ſubſtituerit Saxo; an vero directoris in collegio. Vltimum placuiſſe an. 1640. videre licet apud *Lundorpium* tom. 4. lib. 4. p. 983.

(*) Quo plenior eſt MATTHAEVS ad Pappenheim in hiſtoria gentis Pappenhemiae; quem exhibet per epitomen HVNDIVS im Bayeriſchen Stammb. part. 2. p. 260. & SOMMER vom Erbmarſchall apud CARPZOVIVM cap. 10. ſect. 6. p. 253 Vbi nota: quod illud honori filii det primogeniti des Churprintzens Pappenhemius, vt, ſi praeſens ſit conuentui, ipſi relinquat Spartam *mareſchalli.* Quam negat omnino Saxonicis legatis.

§. II. ELECTORATVS iura in iure publico expenduntur.

Qui originem ad tempora Ottonum referunt; illi Officiales *Imperii cum Electoribus turpiter confundunt.* Schilterus *in Alemannicis;* Schubartus, Meibomius *in introductione ad hiſt. inferioris Saxoniae lucem dare poſſunt in re, tenebris ac ſcopulis errantium expoſita* (*).

§. III. VICARIATVS munere in S.R.I. Saxoniae Electorem gaudere, nemini non conſtat (d): ſed in eo diuerſi ſunt publicorum Germaniae iurium doctores, an qua *Elector;* an vero qua *Palatinus* Saxoniae hoc munere is defungatur. Deinde, an *mortuo* tantum; an vero etiam *abſente* Imperatore, hanc Spartam exornet (e). Poſt, quare hoc munus non alibi, quam in Orientali Germania eidem adminiſtrandum ſit?

Ad primum *reponendum, exiſtimo, neque qua* Palatinum; *rationes in Palatinatus* cap. 4. *recenſitae; neque qua* Electorem, *cur enim non ceteri etiam in huius iuris ſocietate? ſed qua* Archimareſchallum *vices eum ſuſtinere Imperatoris (in* Palatinatu cap. 4.) *In* altera *quaeſtione ita ſentio,* abſen-

 tem

(*) In Daniae regnum ſpem habent ſuccedendi, maſcula ſtirpe extincta (a). Inde litterae Daniae Regis ad Regem Poloniae ſcriptae cIↃ IↃ cc xvIII. dolere ſe, principem hereditarium ad ſacra pontificia transiiſſe. Neque fuiſſe memorem, quod hac cauſa exciderit iure ac ſpe in Daniae regno, caſu ſic ferente, ſuccedendi (b).

(a) Hornius commemorat expectatatiuam in Daniae regnum iur. publ. c. 3. de finib. imper. v. Daniae. Cauſa requirenda in pactis, cum Daniae rege initis, quod Saxoniae electores a Daniae filiabus deſcendant.

(b) Litteras ipſe legi. Nam eſt haec Daniae regni pragmatica lex: ne regnum deferatur principi, pontificiis ſacris addicto.

(d) Diplomata vicariatus paſſim exhibet *Lunigius* im Reichs-*Archiu part. ſpec. 2. ſect. 1. n. 12. ſqq.*

(e) Dignum eſt memoratu, quod Maximilianus I. imperator in Italiam iturus, Saxoniae electorem *vicarium nominauerit*, eique ſalarium dederit annuum 6000. aureorum Rhenenſium. Ne autem Saxo a Caeſaris voluntate accepiſſe videretur, quod ei iure debebatur, ſibi proſpexit litteris *reuerſalibus* a Maximiliano I. ſcriptis an. 1507. & alias. Exhibet illas *Lunig.* im Reichs-*Archiu part. ſpec. 2. n. 15. p. 30. ſq.*

tem *Imperatorem vel* nominare *vicarium; vel* non. *Si* illud, *dandus certe locus erit Caeſaris auctoritati: ſi* hoc, *cura Imperii, ceterorum Electorum interceſſu, pertinebit ad* Saxonem. *De facinore Caroli V. actum, & res ipſa e melioris hiſtoriae monumentis declarata eſt. In* tertio *membro alii* duplicia *Germaniae* iura *in cauſis ponunt; ſed noſtra ſententia e* Palatinatu cap. 4. *conſtat* (*).

§. IV. *Ius Inſularum* principis eſt territorialis in Saxonia (f): quod ſi autem terra auulſa ſit de fundis ſubditorum, tum his inſula ſolet concedi (g).

§. V. PALATINATVM Saxoniae Miſniae Marchionibus cum *Thuringiae* Landgrauiatu anno 1248. accepiſſe, ſupra explicatum eſt; *ducentis* demum annis poſt Saxoniae *Electoratu* ad eoſdem deuoluto. Neque tamen in eius auctoritate & latitudine omnes ſibi conſtant: pauciſſimi in his recte ſentiunt (h).

Saxoniae

(*) Iuri Saxonico derogari non poſſe, per *S. R. I. receſſus* (a), quamuis illi conceptis verbis id velint, Saxonici ICti docent (b), & res vſu apud illos comprobata.

(a) Exemplo eſſe poteſt ſucceſſio filiorum fratris cum patruis, quam ſanciuit Carolus V. an. 1521. *in comitiis Noriberg.* & ita quidem, vt omnes ſublatae eſſe debeant ex aduerſo conceptae conſuetudines prouinciales. Quam tamen ſpernunt Saxonicae curiae.

(b) Ita docent *Colerus* deciſ. 49. n. 9. *Fachſius* in differentiis iuris Sax. 25. *Berlichius* part. 3. concluſ. 24. n. 17. *Illa conſtitutio imperialis in Saxonum terris non eſt adprobata, quia principes contra illam etiam publice ſunt proteſtati.*

(f) Idque conſtitutione *Auguſti* electoris. Nam aequiſſime ita voluerunt patrii mores, partim quod *Albis* & *Moldauia* fl. ſaepius alueos rumpant requirantque impenſas, partim etiam, quod adeſpota ſint principis territorialis.

(g) Ne princeps ex iactura ſubditorum capiat incrementum. Dummodo fraus abſit. Anno enim 1710. ad caſum reſpondi, vbi molitor ſarcinas Moldauiae ingeſſit, quae in fundo arenam conciperent, adcumularentque eam, vt inſula fundo illius acceſſiſſe videretur. Re vera enim ius inſularum principis eſt, ius alluuionum hominum priuatorum. Conf. *Gryphiandes de iure inſularum.*

(h) Loca plerorumque ſcriptorum hic peccant in nimio. In hoc numero ſunt Schaub. Ep. *lib. 1. c. 19.* *Beckm.* Anh. part. 4. c. 4.

Saxoniae Palatinos *a Carolo M. Caeſare Saxonicis iudiciis praefectos eſſe, quidam volunt. Hoc certum eſt, quod* Ottonum *temporibus* Palatinatorum *Saxoniae non infrequens mentio fiat. Quamuis & illud conſtet, Caeſares hanc dignitatem, pro arbitratu ſuo, diuerſis familiis contuliſſe.* Gozecae *(arx eſt inter Weiſſenfels & Naumburg) & poſt* Sommerſenburgi *(locus quatuor leucis a Magdeburgo diſtat) Comites Palatinatui longo tempore ad an.* 1153. *praefuerunt. Poſtea Henricus Leo Sax.* Palatinatum *occupauit: quo proſcripto, is Ludouico IV. Thuringiae* Landgrauio *collatus eſt an.* 1180. *Qui etiam cum reliqua Thuringia an.* 1248. Miſniae *Marchionibus obuenit. Quamuis autem Saxoniae Electores Anhaltinae ſtirpis ſaepius poſtulauerint in* Palatinatum: *permanſit tamen is noſtris principibus, vſque dum an.* 1422. *(vid. ſupra) ipſe etiam Saxoniae Electoratus iiſdem acceſſiſſet. Legantur in hanc rem* Fabricius, Schubartus, Schilterus, Schurzfleiſchius, Paullini, *alii plures. Innexo itaque Saxoniae Palatinatu Electoratui Saxoniae, titulum* Palatinorum *noſtri principes omiſerunt, vt ſoli Palatinatui* Rhenenſi *nomen Palatinatus relinqueretur. Ceterum regionem* Alſtett, *quae hodie ditionis Iſenacenſis eſt (vid. ſupra),* Palatinatum *hunc annexum habuiſſe, omnes fere adſerunt, &* Sagittarius *probat in Antiquitatibus* Alſtettenſibus. *Exinde certus ſum,* Palatinatum *hunc* prouincialem *tantum fuiſſe, de quo in* Palatinatu Rheni *cap. I. ſcripſimus. Etiam quod Vicariatum Saxo non qua* Palatinus *exerceat, plura produnt, a) quod ab an.* 1241. *poſſederint Palatinatum Miſnenſes,* neque *tamen eapropter* habuerint *iura vicariatus Imperii; b) quondam in titulo Palatinatum & Miſniae & Thuringiae dignitatibus* poſtpoſuerint, *certo argumento, maximam vicariatus praerogatiuam inde non pependiſſe; c)* Erneſtina *linea hodie poſſideat* Alſtetti *Palatinatum absque vicariatu; d) ab anno* 1422. *Miſnenſes Palatini titulum prorſus* omiſerunt, *exemplo aliorum* prouincialium *Palatinatuum in Thuringiae & Boioariae quondam regionibus.*

 Caeſa-

c. 4. n. 5. p. 529. *Albinus* tit. 16. Meiſn. Landgr. p. 218. *Cruſius de praeced. c. 17. n. 25. p. 227. Georg. Paul. Hoen c.* 2. von Sächſ. Wapp. *p. 32. 33.* qui habet ſingularia (*).

(*) Palatinatum ac Palatinos Saxoniae recenſet *Brottuff.* in Chron. Sax. mſct. lib. 1. c. 15.

Caeſarum enim iurisdictione ordinaria in his prouinciis exſpirante,& territorii dominis conceſſa: nullis etiam vicariis Caeſareorum iudiciorum opus eſſe videbatur (*).

§. VI. Quondam praeter electoratum omnes Saxoniae prouinciae iuris fuere *diuidui* (i): hodie vero res ſe habet ex aduerſo (k). Quamuis ſatis diſputatum ſit, num iure *primogeniturae* ſuccedatur, an vero iure *ſenioratus* (l) idque vel lineae vel hominis (m).

§. VII. Qua Thuringiae Landgrauii PROCVRATORES ſunt S. R. Imperii.

Diplomata ſuperſunt, vbi dignitatum tituli: Landgrauius Thuringiae, Palatinus Saxoniae, S. R. I. Procurator

(*) Nullos in ditione ſua Iudaeos tolerant Saxones (a), ex quo illos circa annum 1311. expulerunt (b).

(a) Non priuilegio ad ita faciendum muniti ſunt Saxones; Cum territorio, ſuperioritatis cauſa, haec iura ſint adnexa. Quid de tit. 9. A. B. ſentiendum, alibi dictum eſt.

(b) Facinora Iudaeorum tum admiſſa deſcripſerunt *ANONYMVS* de *Thuringiae Landgrau.* c. 155. p. 953. edit. Piſtorian. & *FABRICIVS* lib. 2. rer. Miſnenſ. p. 177. 178. ex eoque *SPEIDELIVS* etiam p. 667. Scilicet, puerulum cruci adfixiſſe; panem etiam, Chriſto ſacrum, ab homine Chriſtiano emiſſe, & ferro pupugiſſe in opprobrium & blaſphemiam noſtri *Seruatoris*, dicuntur. Iisdem legibus viuunt Saxoniae duces Erneſtini. In Lipſienſibus tamen nundinis tolerantur Iudaei, peregrinorum hominum cauſa, qui cum illis negotia exercent.

(i) Teſtibus *Erneſto Cothmanno vol. 1. n. 143.* &, qui plenior eſt, *Springsfeldio de apanagio c. 3. n. 76. 77. ſq. p. 42.* Solle kein Prinz vor dem andern einigen Vorzug haben; ſondern in gleiche Theile gehen, ob es gleich anderſt unter andern Häuſern Pfalz und Brandenburg eingeführet iſt.

(k) Vbi omnes lineae viuunt lege indiuiduitatis. Idque ex pactis maiorum ſingularibus.

(l) De hac cauſa toties ventilata plene agemus ad *tit. 7. A. B.* Conſulantur interim pro iure primogeniturae *Engelbrecht*, & *Schilterus*, pro ſenioratu *Goldaſtus* & *Textor*.

(m) Nam etiam de hoc ipſo certatur. Imo nullus dubito, *ſenioratu* ſemel adprobato, ſtandum eſſe ſine vllo deinceps diſcrimine pro principe *ſeniore*, nullatenus attenta lineae prioritate. Interim homagia ſubditi & vaſalli etiam *apanagiatis* praeſtant *euentualiter Springsfeld de apanag. c. 11. n. 181. 182. p. 210. 211.*

tor (n). *QQ. An Palatinatui hoc regionibus tantum iuris* Saxonici? *An omnium Principum fuerit? an vero Eccleſiaſticorum tantum? Trium quaeſtionum* vltima *membra probabiliora videntur. De veritate rei* Schilterus, Sagittarius, Tenzelius. *Hodie eius muneris vſus & deſuetudine & mutatione iudiciorum Imperii exſpirauit.*

§. VIII. Iure gaudent Saxoniae duces, ſubditos domum reuocandi (o), ſi territorium deſeruerint.

§. IX. Supremus Bvccinatorvm in S. R. Imperio *Patronus*, tutor, ac iudex, der Trompeter-Patron, Saxo haud dubie fuit, qua Imperii Archimareſchallus. *Plura hoc in receſſu habet a) patet inde etiam, Archimareſchallum non* ſtabuli *Praefectum; ſed ſupremum imperialis* exercitus *ducem fuiſſe; b) hos artifices Caeſaris iudicio immediato quondam ſubfuiſſe. Hodie tamen buccinatores omnes ſiue* dome-

(n) Eius generis diplomata extant apud *Wekium ad an.* 1242. *p.* 153. imo literae clientelares ipſae, quibus imperator *PROCVRATVRAM GERMANIAE* Thuringiae Landgrauiis eſt largitus. Eius muneris cauſa *Vogtlandiam* illis acceſſiſſe, ſcribunt. Imo, *Sagittario* auctore, Thuringiae Landgrauius, exauctorato Henrico IV, imperator eſt factus, quod *Procuraturae* imperialis ergo maxima polleret auctoritate. Dubito, annon pertineat huc, quod *Sprengerus in lucerna* p. 149. ex eoque *L. B. de Lyncker de grau. extraiud. cap. 5. ſect. 1. §. 2. p. 364.* de Haſſia Landgrauiis prodit, quod gaudeant munere perpetuo des Reichs-Schultzen-Amts. Fabulae igitur ſunt, quas de *Trutma vno* Weſtphaliae comite narrant, quod ille *aduocatus presbyterorum* fuerit, quo intuitu munus hoc Saxonibus debeatur *Meibomius* p. 25. introd. ad infer. Saxoniam (*).

(*) Ceterum quin hoc elogium contineri poſſit inter limites Thuringiae, exinde quoque intelligitur, quod Schwarzburgici comites ſparta ſunt inaugurati, eines Land-Richters in Thüringen, ab imperatoribus. Hinc proſcripſerunt an. 1334. Muhlhuſium, teſte diplomate.

(o) Idque priuilegio Sigismundi Caeſaris, vt auctor eſt *Knichen de Sax. prouoc. cap. 3. n. 84. p. 258.* Quod argumentum nouiſſime *Hornius, ICt. Vitebergenſis*, reuocauit in memoriam, poſtquam Suecorum inuaſio tum pluribus terrorem inieciſſet, vt emigrare meditarentur. Sed, pace Altranſtatenſi confecta, omnes patrios lares repetierunt, non edictis, ſed dulcedine retracti patrii ſoli.

domeſticos *principum; ſiue foris* bellicos *exercituum ſpectes, dominis ſuis parent, vt ceteri ſerui ac milites, vt adeo Saxonico patrocinio parum indigere videantur. Verba priuilegii recitat* Limnaeus *ex confirmatione Ferdinandi* II. an. 1623. d. 27. Febr. **über die 13. Puncten, welcher ſich die Feld-Trompeter und Heerpaucker wegen der Lehr-Jungen verglichen.**

§. X. Feuda, quae a Bohemiae rege tenent, hodie non ipſi renouant (p), ſed eorum mandatarii legati.

§. XI. ARCHI-PANERIVS ſeu *Vexillifer* habetur S. R. Imperii.

Saepius hoc munere, ſiue ex arbitratu Caeſaris; ſiue ratione Archimareſchallatus Saxoniae Electorem defunctum eſſe, in hiſtoriarum monumentis reperi. An vero temporarium id, an perpetuum fuerit? non definiuerim. Inueſtiturae Saxonis aliquid de hac re inſertum eſſe, non crediderim. Qui enim hoc tempore alias non in ſocietatem celebratiſſimae contentionis venerit? Habent aliqua loca Obrechtus; *& vir ſummus* Leibnizius: *ſed plura ego congeſſi in commentariis.*

§. XII. VENATORES S. R. I. *Miſnenſes* Marchiones fuiſſe, in Auſtriacis annalibus aduerti (q). Atque ideo

(p) Olim, ſi fides eſt *Knichenio de Sax. prouoc. iure cap. 6. p. 240. n. 5.* ſecus rem fuiſſe, eſt opinabile.

(q) Imo, ſi verum eſt, quod electoratuum cauſae imperii archiofficia ſint, quae doctrina eſt recentiorum; quamuis ex aduerſo contendat ipſa A. B. tit. 5. egomet cauſam non video, quare *Imperialis Archivenator* non adſpirauerit ad Spartam electoris. *Nam an. 1357. in Metenſi conuentu* haec narratur hiſtoria. *Vltimo,* poſt archiofficiales reliquos, *Miſnenſis venit archivenator & Comes de Schwarzburg ſubuenator cum tribus canibus venaticis & tubis multis & magnum facientes ſtrepitum ceruum & aprum portant ad menſam Caeſaris cum omni alacritate.* Conſuli hic poteſt *CZECHORODIVS in marte Morauico lib. 4. c. 2. p. 431.* (*). Nouiſſimum diploma, quo eadem iura a Ioſepho Imperatore Saxoni renouantur, exhibet *Lunig.* **in dem Reichs-***Archiu part. ſpec. 2. n. 79. p. 246.* anno ſcilicet 1708. vbi etiam intelligitur, hanc ſpartam quoque complecti *conductum, vectigalia, monetarum* & *metallorum* iura, & quae his vicina ſunt.

(*) Fide autem is ſcripſit BENESSII lib. 4. chron. qui teſtis fuit αὐτόπτης. BALBINVS in epit. Boh. lib. 3. c. 21. ad an. 1357. p. 368.

ideo ab imperatore inaugurati ſunt cum Thuringiae metallis (*).

Inde Iohannes Georgius I. Supremus Imperii Venator, des H. R. Reichs Obriſter Jägermeiſter, *a Leopoldo Caeſare anno* 1660. *creatus eſt. Non nouo quodam, ſed veteri Saxonicae gentis honore. Ceterum* Carinthiae, Pomeraniae, Wurtenbergi *etiam duces idem muneris ſibi arrogare, ſuo loco monui.*

§. XIII. Olim Saxonia *celerum curam* Taxiis reliquit (r), poſtea Brandenburgico electori (s): tandem ipſi Saxoniae electores hanc Spartam coeperunt reſpicere ab anno 1682. (t). Ex hoc tempore (u) tanta incrementa

(*) Diploma in Vinarienſi tabulario ſupereſt f. 10. cui eſt inſcriptio: Thüringiſche Grafen, Friederich, Balthaſar, Ludewig beleihet Röm. König Carl mit den Landen und Bergwerckern, als Röm. Reichs-Ober-Jägermeiſter, Budiſſae an. 1350.

(r) Quamuis enim Auguſtus elector an. 1572. conſilia haberet, celeres diſponere Belgium verſus Italiamque; res tamen caruit ſucceſſu.

(s) Ab anno 1658. *Brandenburgicum* enim electorem oportuerat alere poſtas partim *Cliuiae* ergo, partim etiam *Boruſſiae* cauſa, prouinciarum tantopere diſiectarum. Vt igitur aliquod adiumentum haberet magnarum impenſarum, paſſus eſt Saxo, vt Lipſiae atque alibi in Saxonico territorio ſtationes ab illo diſponerentur. Maxime enim compendia acceſſere Brandenburgicis ex litterario commercio mercatorum Lipſienſium verſus Hollandiam.

(t) *Hoymio* L. B. conſultore prudentiſſimo. Verum de iure quaeſito noluerant Brandenburgici abire. Quod negarunt illis Saxones, habueruntque illam patientiam poſtarum Brandenburgicarum pro mero precario, quod tolli poſſet pro eorum arbitratu. Tandem res pactis compoſita eſt, vt Brandenburgici ſtationes relinquerent. Videantur *Cortreius in Obſeru. hiſtorico-politicis ad ius poſtarum n. 66. p. 47.* & plenius *Ludewig* vom general-Erb-Poſtamt §. 17. p. 12.

(u) Principio reditus vix reſponderunt impenſis. *Daſero* deinde Sparta commiſſa, qui vix duo millia imperialium camerae ſoluit. Poſt *Flemmingio; inde Boſio* illa collata eſt iure clientelari. A quibus eandem *Kaeſius* demum accepit pro vſuris ingentis ſummae, quam mutuo dedit principi. Patris itaque filiique ſolertia factum eſt, vt poſtae Saxonicae auctus ſumerent plusquam inuidendos inprimis per Thuringiam.

crementa ſumſit, vt Saxonicae poſtae nullis aliis, vel celeritate, quicquam concedere (x), videantur (*).

§. XIV. Edictum aduerſus *duella* an. 1706. (y) maxime extolli meretur (z). Cum pax nunc tranquilla ſit vrbibus, academiis (a), villis, pagisque Saxoniae & militares nobilium landſaſſiorum animi (b) temperentur, ne degenerent in ferociam (c) (**).

§. XV.

(x) Leges curſoriae apud Saxones hoc titulo prodierunt: Chur-Sächſiſche Poſt- und Tax-Ordnung, nach welcher im Ober-Poſtamt zu Leipzig, wie auch andern Orthen, wo Chur-Sachſen Poſt-Stationes ſich zu achten, Lipſ. d. 13. Maii 1693. fol. & edictum aliud: daß die pretioſa und Geld auf Poſten anzuſagen, 1705.

(*) Vectigalia Saxoniae hoc fine ac onere ſoluuntur, vt peregrinator, ſi in via damnum eſt paſſus, agere poſſit aduerſus principem Saxoniae, vti aduerſus nautam de receptis in naue (†).

(†) Clara eſt lex in dem Landr. lib. 2. artic. 27. Quem porro illuſtrarunt *COLERVS in deciſ. 189. SCHNEIDEWIN. de feud. part. 2. n. 115. KNICHEN. de Sax. non prouocandi iure v.* Zoll *num. 86. p.* 220.

(y) An. 1706. die XV. April. exemplo Galliae primum, deinde Poruſſiae regis exemplo, qui effrenes nobilium animos his legibus coercuerunt.

(z) Acerrimae enim poenae ſtatutae ſunt in violatores. Imo in *verbales etiam iniurias* grauiſſimis poenis ſolet animaduerti.

(a) Eo enim vſque, qui Muſas colere debuerant, tempus perdiderunt in certaminibus gladiatoriis. Quae ſtudia nunc frigent, poſtquam leges litterarum ſtudioſos & nobiles landſaſſios fecere imbelles. Vt iniurias non ipſi vlciſcerentur; ſed partem aduerſam verbis accuſarent in iudiciis.

(b) Saxonica enim nobilitas militiae ſemper fuit ſtudioſiſſima. Vetuſtiori etiam aeuo ipſi quandoque principi, exempla ſuperius notata ſunt, faceſſiuere negotium. Quod fieri nequit, quam diu vitam colere iubentur inermem.

(c) Imo praeſentiſſimum coercendi remedium hoc eſt, quod illi homines clientelares ſint, vt transgreſſores beneficiis ſeu feudis poſſint deſtitui.

(**) Idem edictum die XIII. menſ. Decembr. 1712. iterum inſtauratum & edictum eſt cum plurimis acceſſionibus & emendationibus (†). Quod etiam ſuo nomine dux Saxo-Merſeburgenſis promulgauit in Luſatia inferiori (††). idem

§. XV. Caesaream dignitatem Saxonicae genti *Noſtradamum*, celebrem Galliae vatem, diuinaſſe, auctorem habeo *Languetum* meum.

Exempla ſupra adduximus Saxoniae principum, qui diadema Imperii declinauerint.

§. XVI. Priuilegio Caroli IV. an. 1350. feuda militaria emere, atque ab Imperii *immedietate eximere* poſſunt, qua Thuringiae Landgrauii (d).

Vtilitas priuilegii an ad praedia immediatae Nobilitatis in Franconia & Sueuia extendi poſſit?

§. XVII. *Monetae* genera alia nulla valent (e) in Saxonia, quam numi Brandenburgici & Brunſuicenſes (f) vi pactorum an. 1690.

§. XVIII. Expectativam, ſi ſors tulerit, in comitatum Hanaviensem (g), Isenbvrgensem, &, quod adſertum nonnullorum eſt, in Frisiae principatum & ditiones Rvtenorvm habent.

Schüzii *diſputatio de expectatiuis. Diploma editum d.* 17. *Sept.* 1638. *a Ferdinando III.* (h) *De poſteriori* Aueman-nus

dem factum haud dubie in Merſeburgenſi & Cizenſi tractibus (†††).

(†) In quo etiam hiſtoria recitatur duellorum inde ab an. 1572. in Saxonia ſaepius iterumque prohibitorum.

(††) Nam ipſe dux Merſeburgenſis edidit in Luſatia edictum an. 1703. die 14. Iul. wider das unhöfliche Umreuten ꝛc. ꝛc.

(†††) Licet horum principatuum alias fuerit propugnata ſuperioritas.

(d) Nam qua electores hoc priuilegio opus non habent. Illi enim A. B. omnes hoc iure ſunt muniti, vt feuda acquirere poſſint ſine Caeſaris peculiari conſenſu. Dummodo priſtina imperii onera non fugiant in nouiter acquiſitis. Errant, qui hoc ius ſublatum eſſe putant deſuetudine.

(e) Poſt imperiales enim numos, ſi aliis praeterea locum faciunt: id fit ex humanitate vicinitatis.

(f) Tabulas pacti exhibet *Lunigius* im Reichs: *Archiu part. ſpec.* 2. *n.* 73. *in ſupplem. p.* 235.

(g) Hanouienſem faciunt illis dubiam Caſſellani, quod etiam reperitur apud *Ludolfum* in der Schaubühne lib. 48. c. 2. §. 49. p. 1518.

(h) Videatur ſupra dictum teſtimonium.

nus *in ſcripto Comitiis oblato*, *pleniſſimo affectuum pro principe* (*).

§. XIX. DIRECTORIVM inter ordines *Euangelicos* in Comitiis S. R. Imperii penes Sax. Electorem (**).

Ziegleri & Bechmanni *adſerta ſunt; non Saxonicae gentis & electoris intuitu*, *ſed quod is praecipuus inter Euangelicos Princeps ſit*, *priuilegium eius hoc eſſe.*

§. XX. Polonica SCEPTRA *bis;* Bohemica *ter*, & amplius Miſnenſium Marchionibus oblata fuiſſe, e genuinis rerum monumentis conſtat.

Singulos caſus in capite I. notauimus. Iudicio addito, *quod in*

(*) Contendit *Saxo*, qua archimareſchallus (a) de *directorio* in comitiis cum Moguntino. Controuerſia transactione eſt compoſita an. 1629. vt in cauſis extraneorum vterque (b) hac Sparta defungeretur.

(a) Sed cauſam iuris in Saxonico palatinatu quaerit *Cocceius* cap. 16. iuris publ. §. 9. & cap. 20. §. 20. Verum non diſcriminis ille meminit inter imperii & *prouinciae* palatinatus, in quo vltimo genere diximus eſſe Saxonicam.

(b) Legi hic poteſt *Arumaeus* cap. 2. de commot. n. 77.

(**) Ex quo R. Poloniae factus eſt pontificius: ex eo etiam excidiſſe creditus eſt iuribus Euangelici directoris CIↃ IↃ C XCVII. Sed cum princeps hereditarius eſſet Euangelicus: ad dies vitae demandatum eſt directorium Weiſſenfelſenſi duci & conſilio intimo Dreſdenſi. Verum ex quo CIↃ IↃ CC XVIII. proditum eſt, etiam tranſiiſſe ad ſacra pontificia; Euangelici de nouo directore cogitarunt. Brandeburgicum electorem ordo tetigit, **als den vorſitzenden Fürſten.** Sed ordines Euangelici perhibuerunt, ſpartam hanc liberae electioni eorundem relinquendam. Quam etiam appetierunt Brunſuicenſes. Huic aleae rem committere noluit Brandeburgicus elector. Quod ei obmouerent nomen Reformatum ſeu Caluinianum: deinde extimeſcerent ordines ad illius exercitum. Hinc e re magis eſſe credidere Euangelici, relinquere rem in priſtino ſtatu. Vnde fidentiores facti conſiliarii Saxonici Weiſſenfelſenſem ducem directorii exercitio deſtituerunt CIↃ IↃ CC XVIII. Praeſertim, quod ſibi timerent, ne quid fieret in gratiam Weiſſenfelſenſis ducis in cauſa Naumburgenſi. Cum vero CIↃ IↃ CC XXVI. Saxoniae elector epiſcopatum Naumburgenſem ſui iuris redderet: denuo deliberatio inſtituta de nouo directore eligendi corporis Euangelici.

in eo tum flore Saxonica gens eſſe potuiſſet, in quo res Auſtriacorum principum nunc perſiſtere videmus.

§. XXI. Director & Dvx circuli ſuperioris Saxoniae eſt Elector (*).

Conuentus circulares Lipſiae *inſtitui ſolent; quamuis minus illi frequentes ſint; quod circulus hic principes deſcribat, qui ſuis viribus, ſine reliquorum ſocietate, res ſuas tueri ac moderari poſſunt.*

§. XXII. Obſeruant, Saxonicam ſtirpem ſaepius iterumque redactam eſſe ad *principes* tantum *duos* (i): inde tamen ſemper nouis eandem auctibus rurſus effloruiſſe

(*) Poruſſiae regi noua nunc cauſa eſt, ſibi adrogandi *directorii* ſocietatem, quod Saxoniae elector factus ſit pontificius. Intereſſe autem circuli, ne habeant ordines Euangelici directorem pontificium. Anno 1718. in comitiis pro Brandenburgico iure eſt actum. Quoniam tum proditum arcanum, principem heredem pariter ad ſacra Romano-pontificia tranſiiſſe.

(i) Es hat GOtt unterſchiedliche mal das Hauß Sachſen mit Kindern und Lehens-Erben reichlich geſegnet, nach ſeinem Rath und Willen aber gemeiniglich auf ein paar Brüder kommen und gelangen laſſen. Wie ſolche Paarung der Gebrüder bey dem Hauſe Sachſen geweſen 1) an Landgraf Friederichen mit dem gebiſſenen Backen, und ſeinem Bruder, Marggraf Dietzmannen; 2) an Hertzog und Churfürſt Friederichen zu Sachſen, der Strenuus genannt, und ſeinem Bruder Wilhelmen; 3) wie auch an Hertzog und Churfürſt Friederichen, Placidus genannt, und ſeinem Bruder Wilhelmen. Das vierdte Paar iſt geweſen Churfürſt Ernſt und Hertzog Albrecht. Das fünfte Paar iſt geweſen Churfürſt Friederich der Weiſe, und Hertzog Johannes der Fromme, auch Churfürſt. Das ſechſte Paar iſt geweſen Churfürſt Johann Friederich, und Hertzog Johann Ernſt, der zu Coburg Hof gehalten. Das ſiebende Paar Hertzog Johann Friederich, der Gothaiſche Herr, wie man ihn genannt, und Hertzog Johann Wilhelm. Das achte Paar Hertzog Friederich Wilhelm, und Hertzog Johannes, ſel. Gedächtnis. Alſo bey der Dreßdniſchen Linie das neundte Paar Hertzog Georg und Hertzog Heinrich, Hertzog Albrechts beyde Söhne. Das zehende Paar Hertzog Moritz und Auguſtus, beyde Churfürſten zu Sachſen. Das eilfte Paar Hertzog Johann Caſimir, und Hertzog Johann Ernſt zu Coburg und Eiſenach. Das zwölfte Paar Churfürſt Johann Georg und Auguſtus. Ita Saxonicus Theologus.

ruiſſe in propaginem valde numeroſam. Vt adeo habeant Saxones, quod ſperent in caſibus deſperatae fortunae, fidantque aeternae numinis prouidentiae.

§. XXIII. Sigillo Maiestatis an. 1456. Saxoniae duces vſos fuiſſe, in ſubſcriptione diplomatis *Koenigsbergi* in Franconia facta reperitur.

Verba miniſtri Saxonici ſunt: Ich finde eine alte Urkunde, daß Hertzog Wilhelm zu Sachſen in einem Entſcheidungs-Brieffe zwiſchen dem Rath und der Bürgerſchafft zu Königsberg in Francken ſub dato Donnerſtages *Diuiſionis Apoſtolorum An.* 1456. dieſe Worte gebraucht: Dieſen Brief haben Wir mit Unſerm Majeſtäts-Siegel bekräfftiget. *Inde ipſe concludere vult,* maieſtatis *quondam iura omnes imperii ſtatus habuiſſe; ſolos autem* electores, *atque inter hos potentiores,* Saxonem *&* *Brandenburgicum, conſtanti vſu ea retinuiſſe* (*). *Verum enimuero* maieſtatis *ibi vox, vel ſenſu vulgari pro poteſtate quacunque accipitur,* (**) *quales ſignificatus* Mabillonius *&* Freſneus *collegerunt; vel Imperatoris auctoritate nititur, cuius tum Saxonem commiſſarium egiſſe, volunt. Vt adeo verae politicae, hiſtoriae, ac iurium publicorum rationes turbare omnes eos, exiſtimem, qui inde vel Saxoni* (***), *vel electoribus, vel ordinibus imperii vniuerſim maieſtatis iura* (****) *adſerere volunt*

(*) Si *WEKIO* eſt fides in *chron. Dreſd. part. 2. tit. 2. p. 173.* ſigillum, quo diplomata feudalia a Saxoniae electore munita ſunt, *maieſtatis ſigilla*, Majeſtäts-Siegel, audiuerunt.

(**) HEINECCIVS part. 1. c. 9. §. 4. ſigilla propterea maieſtatis verbo honeſtata fuiſſe, perhibet, quod inſcriptum habuerint non heraldicum inſigne, ſed ipſam principis imaginem, id eſt, maieſtatem. Sed clientelares Saxonum litterae non aliud ſigillum habent, quam heraldicum idolum.

(***) Aegre haec opinio habet Mich. Henr. *Gribnerum*, qui an. 1712. de *ſigillo maieſtatis Saxonico* diſſertationem ſcripſit habuitque ex inſtituto Vitebergae. Plura certe hanc in rem congeſſit vir celeberr. Verum ab his ſymbolis momenta maieſtatis pependiſſent, non video, quare alii ordines ac principes electores illa neglexerint.

(****) Quod facit *SCHILTERVS de iure obſid. c. 2. §. 6. n. 20.*

ſunt (*). *Quo dogmate rerum gnaris vix aliquid videri poteſt abſurdius.*

§. XXIV. Decimae in Saxonia non raro ſunt inter principis domania (k). Neque nulla ratione (l).

§. XXV. In Vitembergenſi pago ruſticorum praedia conductitia ſunt (m), non illorum propria. Idem fere iudicium *de laſſis*.

§. XXVI. Ius Avstregarvm ab *Auguſto*, Electore, ceterorum agnatorum conſenſu accedente, Anno 1554. d. 24. Febr. in gente Saxonica definitum, atque a Carolo V. Caeſarea auctoritate confirmatum eſt.

(*) Neque enim *Bernb. ZIERITZ* in libro *de principum praerog.* neque *CARPZOVIVS* cap. vlt. *de non adpell.* §. 76. n. 38. 39. p. 82. gratiam faciunt principibus noſtris, qui putant, *maieſtatem* adſerendam eſſe cum Saxoni, tum aliis electoribus, quod *ab intimis Caeſaris* ſint *conſiliis*, inſtar patriciorum Caeſaris Conſtantinopolitani. Ita enim fiet, vt principes accenſere nos oporteat ordini *officialium Caeſaris*, quo ipſo ſuperioritas eorum prorſus euertitur. Memorabilis hiſtoria narratur ad an. 1707. quo princeps puer S. Viennae diſputauerit, defenderitque ex hoc fonte electoribus maieſtatem. Detuliſſe ideo rem hanc Caeſari adminiſtrum, ceu indignam illius maieſtate. Verum, argumenti rationibus expenſis, Caeſar iterum adfigi curauit diſputationem tabulae Academicae, quam ante iuſſerat remoueri. Ferre enim ſe omnino poſſe, repoſuerat Caeſar prudentiſſimus, vt electoribus primae adſerantur inter Caeſareos adminiſtros & officiales. Patet ergo, quam facile fiat, vt optima quandoque cauſa peſſime defendatur.

(k) Ita enim conſtat, ipſum Carolum M. decimas plures *regali menſae* ſiue principis patrimonio deſtinauiſſe. *Knichen encycl. cap.* 1. *n.* 176. 177.

(l) Accedit, quod in his oris deſerta fuerunt, vbi decimarum tributa principi adſignata ſunt ob emphyteuſes & nouelleta. Taceo, *Venedos* ea lege deuictos eſſe, vt hoc genus praeſtarent tributi.

(m) De plurimis loquor. Inde eſt, quod eius ditionis agricolae & collectas ſoluant & locarium Pacht-Korn, Pacht-Geld, Pacht-Vieh. Putauerim itaque, perpetuariae ibi conductionis, des Erb-Pachts, exempla reperiri antiquiſſima. Vicina his conditio eſt *laſſorum*, quorum tamen conductio eſt *precaria*, quod docui in *iure colonario* Germanorum *Sect.* 3. *c.* 5. von Laß-Gütern. Aliter *Carpzouius part.* 2. *conſtit.* 40. *definit. n.* 1. quem ibi me oportuit confutare.

Scilicet ad controuerſias Saxoniae *principum inter ſe componendas duodecim conſiliarii, ex vtraque ſcilicet parte ſex, rogentur, quibus plena cauſae deciſio committatur.* Carpzouius *in pleno tractatu*, Schilterus, Schubartus, Limnaeus, Cocceius, *alii.*

§. XXVII. Ex Saxonico banno prouinciali imperiale fieri, dicunt, ſi illud vltra vnius anni ſpatium perduret (n).

§. XXVIII. Rationes pactorum MVTVAE SVCCESSIONIS, cum *Haſſiaca* & *Brandenburgica* familiis initorum, in *Poruſſia* cap. 4. attigimus (*). Thulemarius, Goldaſtus, Strauchius, Zieglerus *auctoribus addantur, in allegato Poruſſiae loco nominatis. Eſt tamen omnium inſtar hic* Carpzouius (**) *QQ. An cauſae pactorum diffidia ſuper Thuringiae* (***) *Landgrauiatu? quare acceſſerint vtrisque Brandenburgici Marchiones? Quae regionum in ſucceſſionibus relinquendis proportio? An eo etiam prouinciae poſt acquiſitae pertineant? An hoc exemplum inuſitatum prorſus ſit, quod* duo *pepigerint circa hereditatem* vnius (o) (****).

§. XXIX.

(n) Verbis ſcribo iudicioque vtor veteranorum ICtorum. Quibus addi poteſt *Blumius tit. 25. de proceſſu Camerali* §. 33. 37. *p. 98.*

(*) Eſtque illud hic *ſingulare*, quod confraternitatem hanc inter *Saxonicam* & *Haſſiacam* familias, confirmauerint Carolus IV. an. 1373. Sigiſmundus 1433. Fridericus 1471. Maximilianus 1495. & 1505. Quod publica fide docet ZASIVS (†).

(†) Nam is *lib. II. conſ. I.* hanc cauſam reſpondit prolixo commentario, ab Haſſiae Landgrauiis conſultus.

(**) Summa capita exhibet *Carpzouius* cap. 1. de pacto confrat. §. 14. 15. 16. 17. 50. ſqq.

(***) Sed hoc pactum Haſſiaca Thuringica ſucceſſione habent recentius notantque an. 1373. ICti Germani in vol. 1. conſil. 1. Germ. *Reuſnerus* lib. 1. conſil. 3. n. 45. *Zaſius* lib. 2. conſ. 1. *Muſculus* de confratern. th. 7. Verum alii tum foedus non initum eſſe contendunt, ſed confirmatum. *Erenberg* lib. 1. foed. c. 2. n. 35. *Fabricius* lib. 6. orig. Sax. *Carpzou.* c. 1. §. 17. n. 118.

(o) *Schilterus* plura habet, aliis non viſa. Addatur *Knichen de Sax. prouoc. c. 2. n. 61. 63. p. 166.* Pactorum vero tabulas iterum iterumque renouatas exhibet *Lunig.* im Reichs *Archiu part. ſpec. 2. ſect. 1. p. 220. ſqq.*

(****) II.

§. XXIX. Iure condendarum vrbium gaudent Saxones (p).

§. XXX. *Trium* Thuringiae oppidorum PROTECTORES ſunt duces Saxoniae 1) *Muhlhuſii*, 2) *Northuſii*, 3) *Erfurti*.

De Erfurto *ſupra plenius dictum;* Northuſana *autem iura an.* 1699. *Brandeburgicis vendita eſſe, conſtat. De ratione horum iurium ille iudicare poterit, qui Thuringicorum iudiciorum*, der Thüringiſchen Land-Stühle, *naturam probe inueſtigauerit, ducibus* Paullino, Tenzelio, *aliis. Vtinam* Sagittarius *ad haec publica Imperii iura ſolicitius reſpexiſſet.*

§. XXXI. Cum Bohemiae regno pacta MVTVAE DEFENSIONIS (*) fecerunt an. 1570. d. 20. Aprilis.

Diploma a Goldaſto, Limnaeo *deſcriptum eſt. De re ipſa* Strauchius, Zieglerus, Carpzouius. *An id in cauſa fuerit praeſtiti auxilii Ferdinando II. in bello tricennali?*

(****) Illud eſt prorſus ſingulare, quod *Saxonicae principes filiae* excludantur *a ſucceſſione* etiam in allodiis & mobilibus bonis. Quas acquieſcere oportet accepta a patre aut fratribus congrua dote (†).

(†) Eſt operoſus in hoc argumento *ZASIVS*, in eo conſultus, *tom. VI. opp. lib. II. conſ. 1. num. 62. ſqq.* Idque etiam trahit eo, quod Carolus IV. in confirmatione confraternitatis 1373. etiam *mobilium* fecerit mentionem, deferendorum olim, lege confraternitatis, ſocio foederato confratri.

(p) *Knichen in encycl. cap. 1. n. 212. pag. 103. Elector*, inquit, *gaudet, iure vrbes condendi, & pagos vertendi in vrbes. De Saxonico permiſſu mihi conſtat.* Fruſtra ſunt, qui reſcriptum Maxim. I. *an. 1514. d. 6. Febr.* conceptum hic vrgent. Ibi enim non ſui cauſa imperator comitem prohibuit; ſed domini ergo territorialis, ſcilicet archiepiſcopi Magdeburgici, cuius opus eſſe conſenſu videbatur. Ceterum ex quo *Sueciae* rex in pago *Altranſtaetenſi* Lipſiae vicino, qui gentis Friſiorum eſt, ſedem ſuam fixit an. 1706. haec fama tulit, fore, vt iſte in oppidum verteretur. Sed, Suecis diſcedentibus, conſilia euanuerunt.

(*) Quae Warem. ab *Erenberg* lib. 1. foeder. c. 2. n. 37. fruſtra confudit cum reciproca ſucceſſione. Quem etiam in illo errorem caſtigauit *Carpzou.* de pacto confratern. cap. 1. §. 10. n. 21. 22.

§. XXXII. *Priuilegium* de NON ADPELLANDO non elector tantum Saxoniae habet; ſed omnes reliqui eiusdem familiae duces in ditionibus vniuerſis (q).

Non tantum (*) vigore A. B. ſed peculiaribus diplomatibus, Caeſareis Sigiſmundi an. 1422. & Ferdinandi I. an. 1559. d. 2. Maii. *An idonea eius ratio ſit, quod camerae aſſeſſores Saxonici iuris plurimum ignari ſint (**)? Cur renouatum priuilegium poſt A. B.? Ea mihi vera ratio videtur, quod ordines Imperii Auream Bullam rariſſime obſeruarint cum in aliis pluribus caſibus, tum in his etiam (r). Inde eiusdem praero-*

(q) Plura ſunt, quae praecipui iure Saxones hic ſibi adrogarunt. 1) *Primo* enim priuilegium ſe dilatat, extenditque in prouincias Saxoni parentes extra electoratum, puta *Miſniam, Thuringiam*, ceteras; *deinde* 2) hoc iure gaudent Saxones, non electores; 3) neque appellare licet extraneis, ſeu forenſibus. *Lyncker in grauam. extraiud. cap. 5. Sect. 1. p. 363. Zinzerling de appell. concl. 70.* poſt 4) adpellatio non admittitur ſub praetextu nullitatis. *Knichen de Sax. non prou. iure cap. 3. n. 17.* Excepti tamen ſunt caſus vel protractae, vel denegatae iuſtitiae, quod nihil dubii habet.

(*) Hac certe in re ſibi non conſtant ICti Saxonici. Iniuriam enim faciunt ſuperioritati archiprincipum, qui immunitatem ab adpellando & euocando a tempore demum repetunt A. B. Nam 1) ipſa A. B. agnoſcit conſuetudinem vetuſtiorem; 2) Germania olim neſciuit adpellationes, quia iurisdictio archiprincipum adhaeſit territorio, neque potuit ciuis ullus euocari, niſi in cauſa iuſtitiae denegatae, quod hic non diſputatur. Quidquid ſit, CARPZOVIVS de non adpell. cap. 5. repetit argumenta tantum haec, 1) Auream Bullam; 2) priuilegium Sigiſmundi an. 1422. 3) priuilegium Ferdinandi I. an. 1559. cuius momenta exhibet *Ayrer* part. 2. proc. c. 4. obſeru. 4. 4) tempus immemoriale; 5) pacta cum ordinibus, qui ipſi nuntium miſerint adpellationibus 1446. Weiſſenſeae, quae pacta per epitomen exhibet *Carpzou.* theſ. 33. de non adpell. p. 35.

(**) Ita philoſophatur *Carpzouius* cap. 4. qui in cauſis priuilegii huius ponit 1) ignorantiam iuris Saxonici in iudiciis ſupremis; 2) aequitatem & ordinem Saxonici proceſſus; 3) remedia leuterationis, quibus ſibi partes queant conſulere; 4) beneficia transmiſſionis actorum. Verum non opus eſt figmentis in hoc genere, cum rationes nobis pateant genuinae ex moribus reipublicae medii aeui.

(r) Ego autem *iuris de non adpellando* principia pono in ſuperioritate archiprincipum electorum, vt A. B. hoc ius inſtauraſſe

praerogatiuae renouationem Palatinum *rogaſſe in Palatinatu vidimus. Ex inſtituto hic legatur Andr.* Knichenius *de Saxonico non prouocandi iure;* Blumius, Wehnerus, Beſoldus *in peculiari libro de priuilegio de non adpellando*, Carpzouius, Zieglerus, Bechmannus, *alii plures. Quid de* Stiffts-Saſſiis *ſentiendum? Illud reperi, quod hos plures ex hoc numero excipiant.*

§. XXXIII. Huic vicinum eſt de non euocandis ſubditis Saxoniae principum ad iudicia Germaniae alia (s).

Horum enim plurima in Germania fuiſſe, Rothweilanum, Inſprugenſe, Onoldinum, Würzburgenſe *cetera teſtantur. Legantur modo citati auctores.*

§. XXXIV. Vota in Comitiis Imperii haec Saxoniae principum ſunt 1) Electorale, 2) Miſnenſe (*), 3) Vinarienſe, 4) Iſenacenſe, 5) Altenburgenſe, 6) Gothanum, 7) Coburgenſe, 8) Hennebergicum, quod *alternis* vicibus dicunt principes, Elector & Gothanus.

Principum *olim, quam* principatuum, *maiorem rationem habitam fuiſſe in numero ac conceſſione votorum, exinde patet. Quod ſi enim diſtincta territoria Saxonicorum principum numeres: aut plura, aut pauciora vota illi habebunt. Idem iuris*

ſtauraſſe videatur, non inchoauiſſe. Niſi id de electoribus eccleſiaſticis dicas, qui hoc priuilegio neque hodie vtuntur, quod tantam largiri poteſtatem antiſtitibus nolint capituli adſeſſores & prouinciales ordines. Hos enim, putant, Caeſarem non potuiſſe excludere beneficio adpellationis.

(s) Quod tamen omnibus electoribus commune eſt priuilegium, teſte A. B. tit. 8. & tit. 11. & differt multis cauſis a priuilegio de non adpellando, quod *exponit Carpzouius* in libro *de Sax. priu. de non adpellando.* Imo ne quidem teſtimonii dicendi cauſa imperator vel camera euocare poteſt ſubditum ex Saxonia, quod docet *Knichen* de Sax. prou. cap. 2. n. 84. 85.

(*) Miſnenſi non vtuntur Saxones. Non, vt *Cocceius* putat cap. 7. iur. publ. quia Miſnia non ſit prouincia iuris Teutonici, cum tamen vel ex *Arnoldo Lubecenſi* conſtet, Miſniae marchiones in omnibus comitiis iure vſos eſſe ſuffragii: ſed quoniam olim vota non multiplicata ſunt, multiplicatis territoriis. Quoniam ſuffragantium non vicit numerus, ſed vires & magnitudo.

ris Epiſcopos quondam Saxoniae ſibi arrogaſſe, ſupra monuimus. *Dictum de* Querfurtenſi.

§. XXXV. E *Saxonica* Wittekindi gente omnes Europae reges, pleroſque etiam principes deſcendere, communis opinio eſt (t).

Tanta enim latitudine ſtemma Wittekindeum *operoſo ſane tractatu exhibuit* Reuſnerus. *Modo tamen ipſe noſtros principes Wittekindo magno oriundos e certis rerum documentis oſtenderet, in aliis pleriſque facile foret condonandus.*

§. XXXVI. Ivris Saxonici ſupremus *tutor* eſt, defenſorque Elector (u). Et Saxonia ſeminarium audit cauſidicorum.

Vtrum priuilegio, an conſuetudini hoc debeat Saxo? non liquet. Id me legiſſe memini, quod, receſſu Imperii *confecto, Saxoniae Elector proteſtetur:* ne in fraudem aut praeiudicium Saxonici iuris quicquam initum eſſe, videretur. *Ceterum an fideles horum iurium cuſtodes fuerint Saxones? aliorum iudicia ſunto. Id conſtat, eos a veteri iure Saxonico in pleriſque ad ciuilia Romanorum iura tranſiiſſe. Vt ſuo loco dicetur* (*).

§. XXXVII.

(t) Quod etiam inſtitutum fuit *Philib. Pingorii*, qui hic conſulendus.

(u) De quo *Knichen*, *Carpzouius*, *Zieglerus*. Dubitandi autem ratio haec eſſe poteſt, quia Saxonica iura a *Magdeburgico ſcabinatu* denominantur, necquicquam a Lipſienſi; imo vetus codex LL. Sax. quem locum *Ludewig de ſuffragio Bohemico* exhibuit, dicit, quod ſua iura ipſi Lipſienſes Saxones, aliique petierint a Scabinis Magdeburgicis; quid? quod prouocationes e Polonia, Poruſſia, Bohemia, Luſatia, Sileſiaque factae ſint Magdeburgum, non vero ad loca territorii Saxoniae electoris. Sed de his curſim.

(*) Ante etiam A. B. Saxoniae Electores & Marchiones *Miſniae* iura metallorum habuiſſe, ſcribunt ICti Saxones (a). Quod facile largior. Neque tamen id priuilegio tribuerem imperatorum: ſed potius ius hoc adnexum fuiſſe puto territoriali ſuperioritati (b).

(a) Teſtes ſunt *Conſilium 4. n. 2. vol. 2.* Modeſtini *PISTORIS*, & poſt illum *SIXTINVS lib. 2. c. 16. n. 80. de regal. p. 286.*

(b) Cauſas expoſuit Ludewig *ad tit. 9. A. B.* Conferri praeterea poteſt *Hornius* cap. 9. iur. feud. §. 13. p. 247.

§. XXXVII. Dos principum feminarum in electorali quondam domo fuerat 30000. Ioachimicorum: in ducali familia 20000. florenorum (x). Quam ipſe olim princeps ſoluere tenebatur, dona enim ordinum liberalitati debuit, non iuris neceſſitati (y).

§. XXXVIII. Nobilitatem & antiquitate & redituum vbertate non ſpernendam in ſinu alit Saxonia (z). *Gleichenſes, Mansfeldenſes, Beichlingenſes, Barbienſes, Solmenſes, Stolbergenſes, Schoenbergios, Ruthenos, aliosque S. R. I. comites territoriorum cauſa vaſallos habent. Vt nihil de illuſtribus numeroſae nobilitatis familiis dicam. Hunc* cardinem *Saxoniae principum nonnemo dixit. Quod contenderint ſaepius cum ipſis Principibus; imo ad* immediata *Imperii iura adſpirauerint, in* Vizthumiis, Kauffungiis, *& Grumbachii aſſeclis vidimus* (a) (*) (**).

Gg 5 §. XXXIX.

(x) Teſte *Springsfeldio cap. 12. de apanagio n. 36. pag. 233.* ſed hanc ſummam hodie oportuit adaugere.

(y) Non meo iudicio hic vtor, ſed iterum *Springsfeldii cap. 12. n. 54.* vbi inquit: *In Saxonica domo dotatio filiarum ac ſororum principis domanio, non vero ſtatibus prouincialibus, incumbit,* den Landſtänden. *Ita vt potius ſtatus prouinciales charitatiuo ſubſidio domanium principis augere ſoleant, quam collectari patiantur. Prout ex actis prouincialibus conſtat.*

(z) *Knichen encyclop. cap. 1, n. 70. 71.* ait: *Saxoniam olim tot reges habuiſſe, quot nobiles landſaſſios;* tot territoria, quot praedia.

(a) Quod arcanum prodidit *Languetus*, qui auctor eſt deſcriptionis Grimmenſteinenſis.

(*) Inter priuilegia nobilitatis (a) etiam hoc eſt, quod *ius circa metalla* non principis ſit, verum landſaſſii (b). Niſi fodina ſit adeo diues, vt aurum vel argentum in aere vincat pretia plumbi, cupri, ſtanni, aliorumque, quae in illo continentur, vilium metallorum. Sed hodie obſtat electorale edictum (c).

(a) Etiam inferius ſigillatim aliquid de terrifodinis dictum, quae landſaſſiorum ſunt, necquicquam vero inter principes apud Saxones regalia *lib. 3. cap. 5. §. 3. p. 203. lit. a.*

(b) *In territoriis electoris & ducum Saxoniae inueterata conſuetudine factum, vt, ſi quis cum mero mixtoque imperio inueſtitus ſit aliquo praedio, in quo metalla naſcantur, ex quibus aes, ſtannum, plumbum vincat pretia auri & argenti,*

§. XXXIX. *Saxonia* LITTERATISSIMA eſt, quae artium ac literarum ſtudio prae reliquis Germaniae prouinciis excelluit. Tres ACADEMIAS alunt, LIPSIENSEM *an.* 1409. *d.* 2. *Decembr.* (vid. ſupra.) VITEMBERGENSEM (b) *an.* 1502. *d.* 18. *Octobris* (vid. ſupra): IENENSEM *an.* 1555. *d.* 25. *Ian.* conditas.

Lipſienſis *Academiae hiſtoriam dabunt* Peifferus & Schneiderus, *Chronicis ex inſtituto ſcriptis.* Vitembergenſem *recenſuit Andreas* Sennertus *in Athenis.* Ienenſis *ortum ac progreſſum Adrianus* Beierus, *& ante hunc* Reuſnerus *in peculia-*

argenti, fodina ſit landſaſſii; contra ſi maius auri vel argenti pretium domino tantum cedat, verba ſunt ICtor. Saxonicorum *Reinhardi* Sax. different. 8. p. 6. *Heigii* lib. 1. quaeſt. 13. n. 42. *Arumaei* ad A. B. diſc. 5. §. 5. p. 215. *Rauchbar* quaeſt. 22. n. 9. ex eoque *Sixtinus* lib. 2. regal. c. 16. n. 30. p. 275.

(c) An. 1687. a Iohanne Georgio III. verbis conceptum, quae recitat *HORNIVS cap. 9. iuris feud. §. 16. p.* 253. Cum tamen hoc edictum priſtino ordinum iuri derogет, ſtrictae erit interpretationis, neque extendi poterit ad priſtina tempora, vbi omnis landſaſſius in fundo ſuo iura habuit metallorum. Vt adeo *Hornius*, tanti nominis ICtus, ſatis audacter erroris arguere videatur.

(**) Ius ſalinarum ſibi vindicant Saxoniae principes (d), niſi vaſalli illo ſigillatim ſint donati (e).

(d) Sententias Scabinatuum habes apud *Carpzouium* part. 2. Conſtit. 53. def. 2. Dieweilen aber die Saltz-Quellen unter die Regalien gehören, und die Nutzung derſelben, ohne des Churfürſten zu Sachſen ſonderliche Nachlaſſung, keinem Landſaſſen oder Unterthanen zukommet: als habt ihr der in euren Teichen ereigneten Saltz-Quellen euch nicht anzumaſſen; an. 1614. *Fritſchius* de iure ſalin. c. 2. n. 9.

(e) Ita docent *Heigius* part. 1. quaeſt. 13. n. 30. *Hornius* feud. c. 9. §. 33. Sigillatim de Gothano ducatu *ord. prouinc.* part. 2. c. 4. tit. 5. & *Sekendorff.* part. 3. Fürſten-Staat c. 3. n. 11.

(b) Poſſident Muſae meae MSCtum *hiſtoriae inquiſitionis* in vtramque academiam an. 1609. a Saxoniae electore factae per commiſſarios. Dici non poteſt, quam neſanda denunclauerint inuicem tum Profeſſores electoralibus mandatariis, & quam pudenda prodita ſint de maximae famae theologis. Neque componi ante potuit maledicentia, quam omnibus ſub grauiſſima poena ſilentium imponeretur.

peculiaribus libris enarrarunt. De Coburgenſi *&* Gothano *Gymnaſiis conſilia fuerunt, eis quoque Academiae iura conciliandi. Quid? quod alterum a Caeſare* Leopoldo *haec iam obtinuiſſe, aiunt. Sed res euentu hactenus caruit. Et vero aeque laudis eſt, veteres Muſarum ſedes nouis beneficiis fouere, quam nouas inſtituere; non ſine veterum detrimento. De* Portenſi, Grimmenſi, *ac* Miſnenſi, **den dreyen Fürſten-Schulen**, *ſupra ſcripſimus* (*).

§. XL. In Erneſtina linea *ſenioratus* obſeruatur: in Albertina palmitibus *primogenitura.*

In priori controuerſias vide ſupra expoſitas; etiam ſupra de Iſenacenſi diſcrimine contra primogenituram.

§. XLI. In tutelis principum Saxoniae illud ſingulare eſt, quod locus ſit teſtamentariis, etiam in ipſo electoratu (c); quod tutores Caeſari non addicant fidem formula iuriſiurandi (d).

§. XLII. Olim etiam hereditario *Mareſchalli* fuere epiſcopi Herbipolitani, qua Hennebergici comites (e) & pincernae hereditarii abbatis Campidunenſis (f).

CAPUT

(*) Priuilegio Caroli IV. *Thuringiae* & *Miſniae* ciues debent, quod integrum ſit illis, *feuda* acquirere nobilium (a).

(a) Verba priuilegii ſunt haec: *vt bona feudalia, quae Quiritibus proprie debentur, ciues emere & acquirere poſſint.* Recitant illa *SCHILTER ad ius Alem.* §. 19. *HERTIVS ſect. 4. de feudo nobil.* §. 7.

(c) Exemplum vidimus in Chriſtiano II. ſuperius. Egomet grande volumen MSCtum poſſideo rerum ab his tutoribus geſtarum in Saxoniae electoratu.

(d) Teſtimonio *Lynckeri* ad tit. 7. A. B. Confer. **Umſtand der wider Hertzog Wilhelm Ernſt zu Sachſen-Weimar von Hertzog Johann zu Sachſen-Eiſenach über den unmündigen Printzen Johann Wilhelm zu Sachſen-Jena geſuchten Mit-Vormundſchafft**, 1687. fol. Porro: **Klare Bewandnis, wie Sachſen-Weymar in ſolcher Vormundſchafft von Eiſenach beeinträchtiget worden**, 1687. fol.

(e) Spangenberg. p. 93. Chron. Henneberg. & plura in *Chronico Würzburgenſi*, quod poſſideo MSCtum, auctore Herbipolitani tabularii praefecto.

(f) Lynkeri fide ad tit. 7. A. B. p. 67.

CAPVT V.

DESCRIPTIO

politica regionum Ducis Saxoniae.

§. I.

Complectitur ditio Saxonum (a) 1) SAXONIAM Electoralem, den Chur-Creyß, 2) MISNIAM, 3) THVRIN-

(a) Cum Sueci An. 1706. in diuiſionem politicam Electoratus Saxoniae inquirerent, ordines huius Electoratus Lipſiae congregati ita mentem ſuam declararunt, Electoratus ſeptem eſſe partes ſeu circulos.

I. Eſſe Circulum Electoralem, und zum Chur Creyſe gehöreten: Creyß-Amt Wittenberg, Amt Schweinitz, Liebenwerda, Schlieben, Annaburg, Seyde, Gräffenhaynichen, Beltzig, Gommern, Pretſch, Bitterfeld, ſo Sachſen-Merſeburg zuſtändig, Barby, ſo Hertzog Henrich zu Sachſen-Weiſſenfels gehörig.

II. Circulum Thuringicum. Zu dieſem Creyſe gehören das Churfürſtliche Creyß-Amt Tennſtädt, ſo aber nur in dieſem Städtgen ohne Dörffer beſtehet, das Schul-Amt Pforta und folgende Aemter zu Sachſen-Weiſſenfels gehörig: Weiſſenfels, Langenſaltza, Sangerhauſen, Weiſſenſee, Freyburg, Eckardsberg, Sachſenburg, die alte Schrifftſäſſige Ritterſchafft aber gehöret dem Churfürſten, die Fürſten und Grafen zu Schwartzburg wegen der Aemter Ebeleben und zugehörigen Dorffſchafften Kelbra und Heringen, die Grafen zu Stollberg wegen Roßla, die Grafen zu Mannsfeld ſequeſtrirten Theils wegen des Amts Artern, Bornſtädt, Leinungen, Volckſtädt, Rammelburg, Walbeckten, Endorff, Eißleben, ſo viel davon Sächſiſcher Hoheit, aber alle Intraden der Graffſchafft Mannsfeld ſind der Königlichen Frau Mutter zur Suſtentation des Königlichen Printzen angewieſen, die Balley Thüringen, wie auch die Aemter Tautenburg und Frauen-Prießnitz, Sachſen-Zeitz gehörig, die Comthurey Griefſtädt um brunſt den Sächſiſchen Antheil Treffurth, indem dieſe Vogthey dreyherriſch, als Chur-Mäyntz, Chur-Sachſen und dem Fürſtlichen Hauſe Heſſen gehörig.

III. Circulum Miſnicum. Darinne ſind folgende Aemter: als Creyß-Amt Meiſſen, Amt Dreßden, Procuratur Schul-Amt, die Stiffts-Dörffer zu Meiſſen, das Brücken-Amt zu Dreßden, Leibnitzer-Amt, Hoſpital S. Materni, Moritzburg, Radeburg, Oſchatz, Torgau, Senfftenberg, Pirne, Solpe, Hayne, Hohenſtein,

RINGIAM cum *Hennebergico* principatu, 4) LVSATIAM. *Cunctarum prouinciarum ratio babenda* ſeorſim.

§. II. Quod ſinguli *Principes Saxonici* poſſideant e regionibus, iam nominatis, recenſitu dignum eſſe, exiſtimauerim. ELECTORIS igitur ditiones ſunt 1) *circulus Electoralis*, der Chur-Creyß. 2) *Miſniae* Marchionatus. 3) *Luſatiae* Landgrauiatus *ſuperior.* 4) *Mansfeldica* ſequeſtrata. 5) *Praefecturae* Magdeburgici Burggrauiatus

ſtein, Mühlberg, Grillenburg, Lauſitz, Zabeltig und Dippoltiswalda.

IV. Circulum Lipſienſem. Zu demſelben gehören Creyß-Amt Leipzig, Amt Düben, Eulenburg, Grimma, Leißnig, Coldiz, Rochliz, Mutſchen, Dölizſch, Zörbig, dieſe beyde hat Sachſen-Merſeburg, Pegau gehöret Sachſen-Zeitz, ferner Borna, ſo wiederkaufflich an Sachſen-Gotha überlaſſen worden, Stifft und Amt Wurzen, it. die Gräflich-Schönburgiſchen Herrſchafften Penick, Wechſelburg, Roßburg, Remſen, wie auch das Dorff Ziegelhayn, ſo vormals nach Waldenburg, welches Kayſerl. Reichs-Lehn, gehörig, und voritzo nach Wechſelburg geſchlagen.

V. Circulum Montanum. Zu dieſem gehören Creyß-Amt Freyberg, Noſſen, Auguſtusburg, Chemnitz, Stollberg, Zwickau, Mitweida, Creyß-Amt Schwartzenberg mit Grotendorff, Amt Grünhayn, Mühlen, Amt zu Annaberg, Wolckenſtein, Lauterſtein, Frauenſtein und Altenberg.

VI. Circulum Voigtlandicum. Zu dieſem gehören die Aemter Plauen, Voigtsberg, Pauſa, ſo alle Sachſen-Zeitz zuſtändig, die Schrifftſäſſige Ritterſchafft aber nebenſt dem Städtgen Schonen iſt Churfürſtlich.

VII. Circulum Neoſtadienſem, davon die ſämtliche Ritterſchafft ſo wohl Schrifft- als Amtſäſſige, wie auch Aemter und Städte Sachſen-Zeitz gehören.

Und aus dem Project, ſo in der Schwediſch- und Sächſiſchen Staats-Cantzley, wie 8344. rationes in die 7. Creyſe zu vertheilen, zu ſehen, wie viel einer vor den andern ertragen könne. Denn nach daſiger Rechnung kommen zu

500. rationes dem Chur-Creyſe.
963. dem Thüringiſchen.
2254. und eine halbe dem Meißniſchen.
1845. und drey Viertheil dem Leipziger.
2005. dem Ertzgebürgiſchen.
497. und eine halbe dem Voigtländiſchen.
278. und ein Viertheil dem Neuſtädtiſchen.

Fides horum omnium ſit penes auctores.

uiatus quatuor; (vid. ſupra.) 6) Aduocatiae quatuor: *Quedlenburg*, *Erfurth*, *Muhlhauſen*, *Northauſen*; quarum tamen *prima* & *vltima* venditae Brandeburgicis; ſecunda Moguntino conceſſa. Weissenfelsensis, Mersebvrgensis, Navmbvrgensis Saxoniae Principum dominia ſingula ſupra deſcripta ſunt. In *ERNESTINA* linea VINARIENSIS habet 1) Vinariam, 2) Iſenacum, 3) Ienam, 4) Berka, 5) Brembach, 6) Illmenau, 7) Roſslau, 8) Hartisleben, 9) Lichtenburg, 10) Creuzburg, 11) Marckſula, 12) 13) Gerſtungen, 14) Breitenbach, 15) Rinkleben, 16) Suanſee, 17) Ruderſtedt, 18) Markuippach, 19) Kalten-Northeim, 20) Kraimberg, 21) Burgau, 22) Cappellendorf, 23) Altſtett, 24) Dornburg, 25) Burgel, 26) Heusdorf, 27) Gebſtaed, 28) Magdela, 29) Budſtaed, 30) Raſtenburg, 31) Sulza, 32) Oſtheim, 33) Lobeda, 34) Buddelſtaed, 35) praefecturas foreſtales prope Erfurtum & Zilbacum, 36) dominia directa Comitum Suarzburg, Hazfeld, Stolberg, Kirchbergenſium Burggrauiorum, Apoldae & Remdae, Fiſchbergae, & quae alia ſunt: quoniam vero quaedam in communione iurium vtriuſque rami permanent; alia vero ſigillatim ab vno quoque poſſidentur: vitandae prolixitatis & incertae fidei ergo coniunctim eas tradere maluimus, quam cum erroris periculo inuicem ſeiungere. Gothanae ditionis ſunt 1) Gotha, 2) Cranichfeld, 3) Altenburgenſis Principatus late patens. Cobvrgensis 1) Coburg, 2) Neuſtadt, 3) Rodach, 4) Sonnenberg, 5) Sonnenfeld, 6) Neuhaus, 7) coenobium Munchrode. Meinvngensis 1) Salzungen in Thuringia, 2) in Hennebergico comitatu Waſungen, 3) Sand, 4) Frauenbreitung, 5) Meinungen, 6) Masfeld. Roemhildanae 1) Roemhild, 2) Themar, 3) Beringen. Eisenbergensis 1) Eiſenberg, 2) Camburg, 3) Ronneburg, 4) Roda. Hildbvrghvsanae 1) Hildburghauſen, 2) Eisfeld, 3) Koenigsberg, 4) Schalkun, 5) Veilsdorf. Saalfeldensis 1) Saalfeld, 2) Poeſenek, 3) Lehſten, 4) Zeile, 5) Grefenthal.

Haec fide Zechii *&* Gaſtelii *domeſticorum teſtium deſcripſimus, vt inter portiones, toties diuiſas, aliqua tantum lux ſit.*

Ceterum

Ceterum ita has partes aeſtimant, *vt* Gothano, *propter Altenburgenſem acceſſionem* (*vid. ſupra*) *in virium ratione* primas *tribuant:* poſtremas *vltimis quatuor ramis*, *quorum reditus annui ſummam* 20000. *thal. vix egredi creduntur:* medias *autem* reliquis, *quorum prouentus non ſemel & iterum*, *ſed aliquoties*, *illos ſuperant.*

§. III. Si vni principi ſubeſſent Saxonum ditiones: potentia omnes Germaniae principes facile anteirent.

Sic enim a) nihil non haberent, *quod ad victum & cultum pertinet; b) praeter ſolam Auſtriacam domum nullus potentior vicinus eis eſſet extimeſcendus; c) omnes regiones quaſi in vnum orbem conglobatae*, *firmiſſimo nexu cohaererent; d) leges vbique eaedem animos etiam ciuium facile obſecuturos pollicerentur.* Saxonicum *enim ius* Thuringia *quoque agnoſcit.*

§. IV. Saxoniae Electoris oculum & manum MISNIAM dixeris, auitum principatum. Haec regio (1) FERTILISSIMA eſt, vini, frumenti, frugum omnis generis feraciſſima. *Paſcua* etiam & *prata* amoeniſſima habet: *Siluas* omni *ferarum* genere ſpiſſas: *flumina*, lacus, ſtagna piſcoſa ſunt: ſolum ipſum in harum deliciarum varietate in planitiem fere prolatum.

In metalliferis vero, *hisque vicinis regionibus etiam in montes aſſurgit Miſnia*, *vt ſuo loco.* Vini *ea praeſtantia eſt*, *in vineis maxime*, *quae Miſniae vrbi vicinae ſunt*, *vt alio nullo*, *neque ciues opus habeant*, *neque ipſi olim Principes fuerint delectati.* Frugum *varia genera exteris etiam vendunt*: *niſi quod montanae regiones*, der Ertzgebürgiſche Creyß, *frumento viuant Bohemorum.* Carnes *omnis fere generis viliſſimo pretio emuntur.* Equos *etiam ruſtici alunt ſatis praeſtantes. Huc pertinent* die verſchiedene Churfürſtliche Stuttereyen, *venatus*, *aucupia*, die Reyherbeitzen, Faſahnen-Jagden, *piſcatus*, Forellen-Lax-Fänge. *Vtique & olim mereri haec videbantur*, *vt Miſniae Marchio Venator S. R. I. adpellaretur.*

(2) COMMERCIIS etiam florent haeregiones, quae cum vicinis aeque ac exteris gentibus, vſu *Albis* fluuii, ab incolis exercentur. Excellunt in his Nundinae Lipſienſes 1) im Neuen Jahr, 2) Oſtern, und 3) Michaelis.

An

An Lipſienſes iure nundinarum priuatiue *gaudeant intra* XV. milliaria *Germanica? acriter olim litigatum eſt, neque hodie viciniis ciuitatibus priſtinarum litium omnis memoria excidit. Allegantur pro his a) quod Erfurtenſis, Islebienſis, Francofurtana, Halenſis, Naumburgenſis ciuitates huic Lipſienſium poſtulato non communi tantum conſilio; ſed ſigillatim publice & priuatim perpetuo contradixerint ab anno* 1470. *quas omnes iniquitatis aut erroris damnare durum videatur, b) prouocant* Lipſienſes *ad priuilegium* Friderici III. *Auſtriaci Caeſaris an.* 1458. *ſed dubitant alii* 1) *an illud* priuatiue *conceptum ſit?* 2) *an terminus XV. milliarium poſitus?* 3) *an vicinae & nominatae ciuitates auditae fuerint? c) Idem hic Caeſar* Halenſibus *& ius* nundinarum, *& ius* ſtapulae *conceſſit, eodem fere tempore, vt adeo nulla obliuionis ſuſpicio adſit priuilegii Lipſienſium: quin potius manifeſto iure pateat, illud Halenſi obeſſe, in aula Caeſarea creditum non fuiſſe. d) Maximiliani autem, Caroli V. ſequentium imperatorum priuilegia Lipſienſibus prodeſſe contra illas ciuitates non poſſunt, quae antiquiora iura habent. e) Naumburgenſes* nundinae *quotannis hodienum inſtitui ſolitae claro & manifeſto exemplo ſunt, Lipſienſibus nulla fundamenta eſſe, vicinis ciuitatibus ſe opponendi. Quamuis vulgi ſermo ſit:* **die Leipziger wolten gerne ihre Neu-Jahrs-Meſſe verliehren, daß die Naumburgiſche nicht mehr wäre.** *Vt taceam, quod, iure* territoriali principum *a Caeſare pactis publicis adprobato, haec talia diuerſos effectus habere videantur. Haec referre, hiſtorico integrum fuerat, nulla addita iudicii proteruitate. Inter impedimenta omnium nundinarum referuntur* 1) *viles monetae an.* 1675. *imprimis, vbi quorundam generum nummi in Germania vix alteram partem bonitati pretii interni reſpondere videbantur;* 2) *nimietas onerum in merces vel inferendas, vel exportandas;* 3) *mercatorum frugalitas, ne aes alienum conſumendo, fidem incolarum apud exteros labefactent.*

(3) Omnium autem pretia *Miſniae* METALLIFODINAE ſuperant, quae ab an. 1171. quo primum apertae ſunt (vid. ſupra) immenſis diuitiis Saxonicas regiones ditarunt. Et quamuis hodierni priſtinis reditibus non reſpondeant: hoc tamen alias cauſas habet, quam vt

vt matricem metallorum aliquid exhauſtam fuiſſe dicamus. Praeter haec GEMMAS multorum generum eadem regio profert, quarum catalogos exhibebimus. Vnde conſtare poterit, non fruſtra viros ſtemmatum ac munerum gloria illuſtriſſimos, peritia autem rerum naturalium celeberrimos in orbe vniuerſo, *Schoenbergium* ſcilicet, & *Tſchirnhuſium* principi Electori nuper auctores fuiſſe, praeter metallurgica etiam officinas inſtituere polionum, vbi gemmae ac lapides Miſniae ad vſus & pretia hominum praepararentur.

Inſtitutus eſt peculiaris circulus montanus, der Ertzgebürgliche Creyß, *qui huius loci. Oppida potiora* Freiberg (*b*), Schneeberg, Annaberg, *aliaque. Id veriſſimum eſſe, reperi, ſtupenda fodinarum ac officinarum opera exterorum iudicio mereri, vt inter portenta Europae referantur.* Albinus, Agricola, Mollerus *multa ſui temporis enarrarunt. Verum* ſubterraneam Miſniam *ante aliquot annos, auctore ſupremo rerum metallicarum praefecto, Illuſtriſſ. Dn. de* Schoenberg, *elegantiſſimis picturis deſcriptam vidi, quae inter cimelia archiui Metallurgici cuſtoditur. Eiusdem viri hoc iudicium eſt: ſi mille annos ſteterit hoc vniuerſum, Miſniam non metallis cariturum eſſe, dummodo ligno non ſit caritura. Et praeſtaret forte*, ferrifodinas *prorſus negligere, quam bis tantam lignorum copiam abſumere.* Catalogus *metallorum gemmarum ac lapidum varii generis in Miſniae ſupellectili Schoenbergiana hic eſt:* Was vor Erze, Edelgeſteine und Bergarten das Chur-Sächſiſche Erzgebürge in ſich führet: 1) Roth- grau- blaufarbicht- ſchwartzbraune Goldhaltige Körner, Goldflitſchen in Seiffen und Schwartzwaſſer; 2) gewachſen Silber; 3) Glaß- Rothgültig- weißgültig- Erz; 4) Schwartz- Grau- Fahl- Gänßeköthigt- Silber- Erz; 5) gediehen gewachſen Bley, derber Bleyglanz weiß- ſchwartz- gelb- braun- Meergrün Bley-

(b) In dem Ertzgebürgiſchen Creyſe iſt 1) in der Haupt-Berg-Stadt Freyberg das Ober-Berg-Amt, 2) ſind darinne 13. Aemter und Berg-Städte, Annaberg, Schneeberg, Marienberg, Scheibenberg, Johann-Georgenſtadt, Eibenſtock, Schwartzenberg, Ehrenfriedersdorf, Geier, Voigtsberg, Altenberg, Glaßhütte und Berggießhübel.

Bley-Ertz; 6) gewachſen Kupfer, Kupfer-Laſur, Kupfer-Blumen, Gelb-fahl-grün-braun-Kupfer-Erz; 7) gewachſen gediehen Eiſen (*c*), Xiſtus, Haematites, Weiß-ſchwartz-braun-roth-gelber Eiſenſtein; 8) Schwartz-braun-gelblicht-röthlichte Zinngraupen; 9) Grau-roth-ſchwartz-gelblicht-weiſſer Zwitter; 10) Magneſia, Wißmuth-Ertz; 11) Ertz-Farben-Schirbel-Fliegen-Kobold; 12) Kupfer-Nicol, Mareaſith; 13) Weiß-gelb-rothlichter Schwefel-Kieß, Vitriol-Kieß; 14) Spießglaß; 15) Waſſerbley-Ertz; 16) Schwartze gelbe Blende; 17) Arſenic-Kieſe; 18) Mißpückel; 19) Wolfrum. STEINE, 1) Diamanten, ſo beſſer als die Böhmiſchen; 2) Amethiſten; 3) Aqua Marin; 4) Chalcedon; 5) Achaten von allerhand Farben; 6) Topas; 7) Granaten; 8) Opale; 9) Carniole; 10) roth- und grau-roth- und gelber Jaſpis; 11) grün-gelb-blau-braune Malachiten; 12) Chalcedon, Jaſpis und Amethiſt in einem corpore; 13) Grauer, ſchwartzbrauner, Schwefelfarbichter, röthlicher, gelber mit rothen Tropfen, grau mit Granaten, grün-roth- und grauer Serpentinſtein; 14) weiſſer, ſchwartz- und weiſſer, roth- und weiß-ädericht, grau mit rothen Tropfen, grau- und rother Marmor; 15) Magneten; 16) Biſalten; 17) Schmirgel; 18) Wurſt-Stein; 19) Alabaſter. FERNER 1) Steinkohlen; 2) Alaun-Ertz; 3) weiſſer, gelber Talck; 4) Lignum foſſile; 5) rother, gelber, roth- und grüner Harnſtein; 6) Weiſſer, brauner, rother, grüner Spadt; 7) Violſtein; 8) Weiſſer Tropfſtein. *Meretur cum ob hanc, tum ob alias cauſas* Metallophylacium Schoenbergianum *videri*, *cum vniuerſi fere orbis metallis*, *eleganti ordine repoſitis*, *inſtructa ſit. Habent etiam id peculiare Metallurgica Miſnenſia* a) *quod leges*

(c) Ferri tanta in Miſnenſibus copia, vt landſaſſii in fundo ſuo infodere queant, nullo quamuis inſtructi ſint priuilegio. Ein jeder Edelmann habe vi vtilis dominii in ſeinem Gut die niedere Metallen. Neganti ergo tum incumbit probatio. Hodie illud in ius vocari ſolet in illis locis, vbi ſiluae rariores ſunt, quae abſumuntur eius generis officinis, durch Eiſenhütten. Conf. ſupra.

ges eorum de rebus metallicis, **die Chur-Sächſiſche Berg-Ordnungen**, *a multis ſaeculis vniuerſae Europae optimae ac perfectiſſimae habitae ſint*; b) *hinc a Suecis*, *Anglis*, *Polonis de iure*, *in hoc genere controuerſiarum conſulti*, *reſponderunt*, *vt* Scabinatus Metallurgici *auctoritatem habere videantur*, **eines Berg-Richterlichen Schöppen-Stuhls**; c) *virgularum praeſtantiſſimos diuinatores habeant*, *qui in plurima alia regna inde euocantur. Verum ſatis de his.* OFFICINA etiam VITRIARIA *ante aliquot annos non procul a Dreſda*, *vrbe*, *inſtituta eſt*, *vbi*, *praeter vaſa vitrea*, *aliis in Germania longe praeſtantiora ſpecula etiam conflantur*, *colore*, *puritate*, *pelluciditate*, *ipſa etiam magnitudine Venetis non poſthabenda.*

(4) VRBIBVS, oppidis, pagis, villis, arcibus inſtructiſſimae ſunt Miſnenſes regiones. Excellunt prae reliquis *Dreſda*, *Lipſia*, *Friburgum*, *Torgauia*, *Miſnia*, vrbes, quae ornatu ſuo plerasque alias Germaniae noſtrae ſuperant. Inter optima MVNIMENTA ſunt *Dreſda* & *Koenigſtein.* Arx memoratu digna Auguſtiburgum, **die ſchöne Auguſtsburg.**

Iter per Miſniam facientibus ſaepius loca patebunt, *vbi vno intuitu vltra* viginti pagos *numerare liceat.* Dreſdam *nuper deſcripſit luculento opere* Weckius; Lipſiam,*praeter ſupra laudatos*, Heidenreich *in Chronico* 4t. Friburgum *Mollerus iam ſupra citatus.*

(5) INGENIA Miſnenſium humana ſunt, moribus, lingua, literis prae aliis Germaniae locis exculta. Deſiderant alii, quod multa eorum neque labores ferant, neque conſtantiam probent, ſaepius etiam leuitatis arguenda.

In vernaculae elegantia ſibi principatum prae reliquis Germaniae ciuibus vindicant. Miſnenſes loquaces *eſſe*, *ſcribunt aliqui: ego hos profectus ſcholarum & academiarum multitudini tribuero; Inprimis tempore Lutheri*, *qui tot Varrones Germanicos Vitebergam aliunde vocauit*, *vt ſacri codicis interpretatio elegantior prodiret. Huic dicendi generi poſtea Lutherus ipſe aſſuefactus fuit; cuius ſcripta*, *quae tum in Saxonibus regnarunt*, *ciues Saxones ſunt imitati. Multi quondam eruditi in Saxonia*, *pauci Saxones.* Lutheri *ac* Melanch-

Hh 2 thonis

thonis *exempla pleroſque hoc iudicio adfecerunt. Sed* ICtorum *ſemper feraciſſima fuit Saxonia. Hodie omni literarum gloria florentiſſima eſt.*

§. V. SAXONIAE ELECTORATVS *Miſnenſium* facultatibus vbique cedit. Quae cauſa eſt, quare principes Electores *hic*, quam *ibi* ſedem ſuam malint habere; contra morem ac inſtituta collegarum ſuorum in Germania.

Habent tamen, quantum ad cultum & victum ſatis eſt. Commoda Albis fluuii ſaepius aulae Saxonicae a rerum gnaris oſtenſa ſunt, ad florem commerciorum augeſcendum. Multi exules Galliae, Hugenottos, ad hoc inſtitutum commendarunt, **daß man Frantzöſiſche Manufacturen anrichten möchte:** *quin vero conſilia euentum habuerint, religio eis obſtare videbatur. Vt regio; ita incolarum ingenia Miſnenſibus locum faciunt. Et vero longiſſimo temporis vſu vicinitate ac conſuetudine vtriuſque gentis contigit, vt parum in vicem hodie differre videantur.*

§. VI. DEEST Saxoniae & Miſniae regionibus SAL, quem ab *Halenſibus* ſalinis accipiunt.

Equidem an. 1696. Salſuginem *in loco, qui* Luzenae *in Merſeburgenſi tractu vicinus eſt, inuenerunt: vbi etiam, Lipſienſium mercatorum impenſis*, ſalinae *effectae ſunt. Sed multi de ſucceſſu dubitant*, a) *quod aquae purae ingens copia ſalſugini in ipſa ſcaturigine miſceatur;* b) *ligni non ea abundantia, vt* c) *reditus ſumtibus faciendis reſpondeant, in tanta vicinitate Halenſium;* d) *quibus paucitas ſalis excocti nihil detrimenti adferat;* e) *ipſum opus ante ſeculum & quod excurrit, intra primos conatus deſertum eſſe, ruderum de veteri ſtructura indicia ſint. Salinatoribus autem Halenſibus* Miſnenſes 1) *papyrum*, 2) *aſſeres*, 3) *metalla*, 4) *terras coloriferas vendunt, aut cum ſale commutant.*

§. VII. THVRINGIAE & vicinarum regionum a Miſnia & Saxonia diuerſa prorſus natura eſt. (1) *Solum* montibus ac ſiluis impeditum eſt, in pleriſque locis vix tantum frumenti profert, quantum incolis ad victum ſufficit. (2) Habet tamen lacus ac fluuios, qui *piſces* praeſtantiores alunt. (3) Prata etiam iumentis ac ouibus alendis ſufficiunt, **groſſe Schäffereyen.** (4) Siluae feras

ras & multas & varii generis fouent, ea inprimis, quae a Thuringia nomen habet, & in multorum itinerum ſpatia profertur (d). (5) Ligni vt ingens copia; ita maximi eius reditus. Vicinis enim regionibus & ad ignem alendum & ad aedificia extruenda, & ad manuarias operas alias vendunt. (6) *Hennebergica metallurgia*, argenti & ferrifodinae inprimis, alicuius quoque pretii ſunt. (7) *Salinas* deinde cum alias, tum *Franckenhuſanas* habent (*). (8) Neque *vini* haec regio prorſus ſterilis eſt, vt adeo, quod ad victum & cultum facit, nihil eidem deeſſe videatur. Sed *Albertina* parum de Thuringia habet: pleraque *Erneſtinae* paret, locis ſupra cuique principi adſignatis. (9) Incolae in pagis *boriferos* valde mores habent: militiae vero laude praeſtant.

In Thuringia vili *pretio* viuitur, *non ad delicias, ſed neceſſaria alimenta. Hinc Ienenſi Academiae ſua frequentia: quod ibi, quam in alia nulla Germaniae Academia, pauciores ſumtus faciendi ſint. Cauſae a) quod vicinae Thuringiae regiones omnium rerum copia abundent; vt vendere, praeter ligna, parum his queant Thuringi; b) mores eorum non delicati ſunt, ſed ſuae regionis facultatibus adſueti; c) quae ad victum & cultum ſufficiunt. Ceterum in Thuringiae quibusdam locis & vaccas & boues ſeſſores ferre; eidemque iugo & bouem & equum videas alligatos* (**). *Siluae Thuringicae accolae e praeparatione variarum rerum viuunt, quas exteris vendunt.* **Sie brennen allerhand Waſſer, machen Schachteln, Hecheln, Schauffeln, Tröge, u. ſ. w.**

(d) Der Thüringer-Wald hat mehr Nahrung, als manches ſchönes Land: 1) Aus Pech, 2) Schwefel, 3) Hartz, 4) Kühnruß, 5) Schachteln, 6) gebrannten Waſſern, 7) Eiſen-Hütten, u. ſ. w.

(*) *An. 1585. die 15. Ian. comites Schwarzburgici ab electore Saxone Auguſto ſalinas* Artrenſes, *quae vicinae ſunt* Frankenhuſanis *pro 41000. florenis redemerunt, cum pacto:* Da gleich Churfürſtl. Durchl. ein Saltzwerck in proprio territorio aufrichten wurden, gleichwohl die Landſtraſſen und commercium nicht geſperret, noch von Franckenhauſen die Fuhrleut und Unterthanen abgehalten werden ſollten. Igitur Schwarzburgici comites, penes quos ſalinae Franckenhuſanae ſunt, ius habent contradicendi. *Fritſchius* de iure ſalinar. c. 6. n. 23. 24.

(**) Imo, quod magis eſt, ſo werden die Ochſen beſchlagen, die Kühe an den Wagen und Pflug geſpannt.

§. VIII. Lvsatia cuius ditionis ſit, id ſupra explicatum eſt. (1) Regio ſatis praeſtans, quae *ſale* tantum caret, quem incolae ab Halenſibus emunt. (2) *Lana* illi & *lino* abundant: inde *pannos* & *lintea* magna copia in exteras regiones mittunt (*). (3) Bautzen, Goerlitz, Zittau, Loebau, Lauben, Camenz pagum Hexapoleos efficiunt, **der Sechs-Städte**, in tractu *ſuperiori*. (4) *Incolarum* natura aliquid *duritatis* habet; agrorum cultores animo, moribus, lingua veteris barbariei tenaciſſimi ſunt.

Venedorum naturam, qua ipſi gente oriundi, vbique referunt. Miſeret hominum iſtorum, quod, poſt tot ſeculorum interualla, ex quo tempore Luſatia Chriſto nomen dederat, in tanta dogmatum Chriſtianorum ignorantia relicti fuerint, nulla fere culpa ſua; quod e pluribus rerum argumentis patet a) ante vnius ſeculi ſpatium in pagis Venedorum, **der Wendiſchen Bauren**, *conciones in* Germanica *lingua habitae, cuius ipſi idiomatis prorſus ignari & olim fuerunt, & nunc ſunt; b)* catecheſi Venedica *paucis ab hinc luſtris caruerunt; c) verſionem ſacri codicis neque nunc habent; d) Paſtores, ad Venedos e ſacra cathedra verba facturi, ſacros textus in vernacula eadem abſurditate allegant, ac olim vulgatam verſionem monachi noſtrae plebi creparant. Pio igitur & commendabili inſtituto* Frencelius *eruditus apud Budiſanos paſtor interpretem Venedum egit ſacrarum literarum. Quod opus, vt publicis ſumtibus tandem prodeat, & votis & precibus publicis expetendum eſt. Nomina illorum e coetibus Chriſtianis delenda ſunt, qui inter dynaſtas Luſatos piiſſimo conatui huic vel ſub famoſi criminis praetextu ſtudia ſua obiiciunt, ne, quod aiunt, dum nimis pios faciant ruſticos ſuos Venedos, minus obſequentes eoſdem experiantur. Iugum enim ſeruitutis, ſub quo miſeri homines nunc & virtutis & vitiorum ignauiam probant, Chriſtiano nomine indignum fore & ipſi domini credunt, profeſſione Chriſtiani.*

§. IX.

(*) Abſonderlich in Zittau, da ſie Schleſiſches feines Garn noch darzu kauffen, und koſtbares Zeug verarbeiten; daß der König in Engelland ein Tafeltuch und Servietten 1723. mit 1000. Rthlr. bezahlet. Inde incrementa capiunt huius loci diuitiae.

§. IX. Ad *rem* IVDICIARIAM Saxonum pedem nunc moueo. LEGES Saxonicae hic primum occurrunt. Eas vero & olim celebratiſſimas (e) fuiſſe, & hodie ad eaſdem (f), quamuis mutatas (*) aliquantum & cum iure Romano commixtas, in Saxonibus viui, extra dubitationem eſt.

Quatuor ius Saxonicum *interualla habuit, quibus omnino internoſci debet. Primum eſt* ante Carolingicum: *deinde* Carolingicum: *poſt* Repkovianum: *denique* Auguſteum. *Leges Saxonum a)* ante Carolingicae 1) *fuerunt non ſcriptae; ſancitae tamen* 2) *paganiſmo infectae;* 3) *diuiſae* in Land-Recht, oder Sachſen-Spiegel; Lehen-Recht, oder Ritter-Recht; Stadt-Recht oder Weichbild, auch Marck-Recht genannt. *Has b)* Carolus M. *deuictis Saxonibus an.* 800. *non ſuſtulit; ſed* 1) *ad normam dogmatum Chriſtianorum emendauit,* 2) *in volumen ſcriptum congeſſit,* 3) *ſua auctoritate corroborauit. Hunc codicem* Legum Saxonicarum *ediderunt cum aliis antiquis LL.* Heroldus; *deinde* Lindenbrogius (g). *Sed c) ab hoc plane.*

Hh 4

(e) Hodie iuris Saxonici vſus nullus eſt in 1) *Polonia*, 2) *Poruſſia*, 3) *Bohemia*, 4) *Marchia Brandenburgenſi*, 5) *Mecklenburgenſi*, 6) *Pomerania*, 7) *Brunſuicenſibus* principatibus, 8) *in Coburgenſi* tractu, Franconiae confini, de quo Knichen *de veſtiturar. paction. part.* 1. *c.* 1. *n.* 135. *ſq.* In *Magdeburgico* ducatu, *Halberſtadienſi*, *Anhaltino* aliisque ita temperatum eſt, vt *ante* non obtineat, quam receptum eſſe doceatur.

(f) Adeo prouidi ſunt Saxones, ne domeſtici iuris conuerſionem patiantur, vt edito *imperii receſſu* publice teſtentur, ſe illi non ſubſcribere in momentis iuri Saxonico aduerſis. Schurffius *cent.* 3. *conſil.* 37. Betſius *de pact. illuſtr. c.* 2. *§.* 3. *p.* 10. Quo tamen faciat haec contradictio, vix intelligo; quoniam & reliquorum imperii principum prouincialibus inſtitutis per imperii receſſus non derogatur. Imo his prohibitum non ſit nouellis ſtatutis derogare receſſibus.

(*) Ita olim Saxonico & Thuringico iure dotis ratio ex republica ſublata. *HEIGIVS part.* 1. *quaeſt.* 8. *n.* 66. *PARTHENIVS litigioſus lib.* 2. *c.* 11. *n.* 30. *p.* 424.

(g) Inde cauſam eruere ſolent, quare iuris *Sueuici* & *Saxonici* tanta ſit harmonia. *Reinecc. in hiſt. Car. M. lib* 4. *ad an.* 803. *p.* 58. Quod Carolus quidem *iura* domeſtica reliquiſſet Saxo-

ne diuerſum eſt SPECVLVM *illud* SAXONICVM (*h*) *ab* Ekio *de* Repkau, *homine priuato*, *rogatu iudicis cuiusdam*, *Comitis Hoyeri de Falkenſtein*, *primum in Latina Lingua conſcriptum*, *mox Germanice verſum*, *ac notis poſtea auctum editumque*, *quod etiam ſub ſpeculi* (*i*) *nomine*, *quae vox eo tempore monachis in omnibus fere libris adhibita fuit, hodienum in typis publicis extat. De cuius interpretis aetate quamuis non accurate conſtet: certum tamen eſt*, *eum* quatuor *fere ſeculis poſt Caroli M. tempora circa an. Chr.* 1200. *opus hoc congeſſiſſe*, *putido dicendi genere*, *leui ingenio*, *iudicio infirmo*, *mira literarum ac iurium barbarie deformatum* (*k*). *Notari*

Saxonibus, quibus tamen dederit *Franco-Sueuicos iudices.* Quorum ſententiis Saxones a priſtinis moribus eſſent deſuefacti. Negat alterum Knichen *in expl. c.* 1. *num.* 1. 156. *p.* 102. Sed ego cauſam harmoniae tribuo egregio pari *ſpeculatorum*, Quorum alter alterius arauit vitulo, & forte Sueuus Saxonem exſcripſit.

(h) Quod pleniſſimum eſt vulgarium nugarum, maxime in notitia iuris publici, vbi auctor bardus fecit, vt nulla ratione ad illum in hoc argumento prouocetur. Addo, quod neque in ipſo electoratu Saxoniae *ſpeculum* hoc fuerit vnquam receptum. Claris enim verbis *Hartm. Piſtoris part.* 1. *quaeſt.* 16. *num.* II. & *part.* 2. *quaeſt.* 25. *num.* 55. *quaeſt.* 26. *num.* 18. ſcribit, *ſpeculum* in foro attendendum non eſſe, niſi, qui ad illud prouocet, ante doceat, illo caſu id receptum fuiſſe. Fidem ergo ICti non merentur, qui ex aduerſo contendunt cum Knichenio *de Sax. prouoc. c.* 3. *num.* 14. *p.* 255. & *de veſtit. pact. part.* 1. *c.* 2. *num.* 541. ac Hornio, *ICto* Vitebergenſi. Adde Ludewig *de Bohemico ſuffragio c.* 2. §. 3. vbi cumulatius actum eſt de ſpeculatorum eius generis nugamentis.

(i) Ita enim *Vincentius hiſtoriam ſuam ſpeculum* adpellauit: ita barbari ICti ſyſtemata & lexica iuris tum eodem *ſpeculi* verbo inſcripſerunt.

(k) Diploma apud Hamelmannum anno 1336. conceptum *in Chron. Oldenburg. p.* 93. memorabile eſt; Quod Monachus, qui manu ſua ſpeculum deſcripſit, librum dicat *nouum*, & paulo ante confectum. Bechmannus aliud diploma exhibet in Anhaltina hiſtoria, vnde conſtat, ſeculo XIII. & Repkavven vixiſſe & Falkenſteinium anno ſcilicet 1215. quod prodit *part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 2. *p.* 312. & 317. idemque Repkauii vitam deſcripſit *part.* 7. *c.* 3. *p.* 356. Cum vero manuſcriptorum codicum maxima ſit varietas, dubito, an ille Repkauii ſit, quem nouiſſime Zobelius & alii recentiores in lucem protu-

Notari in eo merentur 1) *quod* Speculum *hoc* prouinciale *tantum ius Saxonicum*, das Land-Recht, *exhibeat:* Feudalia *autem &* Weichbildica *ſeorſim extent;* 2) *cum Carolingicis Saxonum legibus id parum commune habeat;* 3) *Conſtitutionibus Saxonicis Ottonibus atque aliorum Caeſarum auctum ſit;* 4) *plura etiam conſuetudinibus debeat, tum in literas primum relatis. Praeter hoc Speculum extat Ius FEVDALE SAXONICVM*, das Sächſiſche Lehn-Recht, *quod alibi etiam* das Ritter-Recht *dicitur. Auctor collecti operis a nemine hacteinus proditus eſt. Hunc tamen poſt annos* 1200. *Chr. Nat. quos* Repkouio *adſignauimus* (l), *id inſtituti ſuſcepiſſe, vt,* Prouinciali *Saxoniae iure conſcripto, etiam* Feudale *hac ratione prodiret, plura argumenta ſunt* (m). *Poſt* Zobelii *& aliorum editiones promulgauit ius* Feudale *Saxonicum Ioh.* Schilterus, *a quo eruditiſſimo viro nouam epocham poſteri facient reductorum veterum patriae iurium in fora Germaniae* (n). *An vero idem* Repkau, *eques forte Saxonicus, quod Schilteriana editio habet, auctor etiam harum legum ſit? cum aliis admodum dubitauero. Denique reſtat in Legibus Saxonicis IVS WEICHBILDICVM*, das Stadt- oder Marckt-Recht, *vulgo etiam* das Magdeburgiſche (o) Weichbild. *Aetas huius* voluminis *quicquid etiam de*

protulerunt. Loquor autem vom Land-Recht; in *feudali* enim & Weichbildico iure tanta non reperiuntur diſcrimina. Quae tamen ipſa etiam non ſunt leuia.

(l) Quod extra dubitationis aleam poſuit Bechmannus *hiſtor. Anhalt. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 312. 317. Vt adeo opinionibus aliis opus non ſit, quibus diſtracti ſunt Conringius de orig. iur. Germ. Heigius in quaeſtion. Colerus in hiſt. iur. Sax. Schilterus ad ius feud. Alemann. aliique.

(m) Iuri tamen clientelari Saxonico alii alium tribuunt parentem, eumque Repkauio longe iuniorem. Nam in hoc codice veſtigia plurima ſe produnt iuris Longobardici, quod Germaniae ſerius longe putant innotuiſſe.

(n) Vtinam vero Schilterus frequentius vſus eſſet diplomatibus, quam ingenio & ſordidis dogmatibus ſpeculatorum.

(o) Inde eſt, quod aliqui Saxonicas leges adpellare maluerint Magdeburgicas. In hac enim ciuitate 1) floruit Scabinatus, de quo inſtaurando conſilia aliquorum ſunt nouiſſima; 2) ad hunc ſcabinatum, ceu principem Saxonici iuris interpretem, prouocauerunt cum Germaniae prouinciae, tum

iure ipſo dicendum, ſeculum XIII. non attingit: quamuis ad Conringii fere tempore in Ottone M. Caeſare eius natales quaeſitae ſint. Typis publicis exſcriptum proſtat in Zobelii *editione* **des Sächſiſchen Land-Rechts**, *poſteriori parte. Aduerti in eo merentur* 1) *quod & Feudali & Prouinciali Saxoniae iuribus recentius ſit;* 2) *neque tamen correxerit haec; ſed tantum auxerit;* 3) *nomen a Scabinatu Magdeburgico acceperit* **Magdeburgl. Weichbild**; *quamuis non Magdeburgicis tantum, ſed etiam reliquis Saxoniae vrbibus praeſcriptum ſit;* 4) *ciues tantum in vrbibus, non vero ruricolas in agris, obligauerit;* 5) *eiusdem cum reliquis Saxoniae vrbibus auctoritatis factum ſit. TRIPLICIS huius IVRIS SAXONICI ea ſeculis XIII. XIV. & XV. CELEBRITAS fuit, vt vniuerſa* Polonia, Poruſſia, Liuonia, Bohemia, Sileſia, Luſatia, Miſnia *deinde*, Thuringia, Saxonia, Weſtphalia *his legibus viuere in deliciis habuerint. Quo ipſo tamen alii abſurde inferunt, has omnes prouincias* iurisdictioni *Saxonum* ſubiectas *fuiſſe.* Arbitrii *enim hoc fuit*, *non* imperii. *Eadem enim libertate, qua gentes hae, ſignatis temporibus ius Saxonicum admiſerunt, poſtea ſeculo XVI. idem iterum abrogarunt, Hiſpanos forte imitati, qui iura Romana coluerunt; ſed, Caeſaribus noſtris a iure Romano ad iurisdictionem Imperii Romani conſecutionem facientibus, Rex Hiſpaniae pro* crimine *habere iuſſit, in regno ſuo vel nominare legem e codice iuris Romani. Reſtant vltima fata aeui* AVGVSTEI. *Nam* Auguſtus *princeps Elector, cuius vitam ſupra deſcripſimus, id operis ſuſcepit, vt* Saxonicum *ius noua facie prodiret. Hunc enim* Iuſtinianum Saxonicum *dixeris, cuius iuris Saxonici conſtitutiones cum* Mauritii & Ioh.

regna peregrina Polonia, Poruſſia, Bohemiaque; 3) &, quod magis eſt, ipſis Saxoniae ducibus volupe fuit, iura petere ab hoc tribunali, quod codex *manuſcriptus Ludewigianus* docet, cuius excerpta habes in *diſſert. de ſuffragio Bohemico cap.* 3. §. 17. demum 4) celebritati iuris Saxonici magnum attulit momentum Magdeburgenſis ciuitatis cathedra Patriarchae & Primatis Germaniae, quod argumentum excuſſit *Ludewig* in diſſert. *de Germaniae primatu*; 5) ſparta Burggrauii ab archiepiſcopo pependit; 6) quae multoties aliis delata fuit, quam ducibus Saxoniae, vt adeo huic nullo nexu adfixa fuiſſe videatur.

Ioh. Georgii I. *ſanctionibus & pleni operis (p) volumen efficiunt, & in vſu fori Saxonici hodieque verſantur. Vbi nota, quod in his 1) harmonia iuris Saxonici cum iure Romano (q) quaeſita ſit, ſaepius in alienos ſenſus tractis legibus Saxonicis; 2) e principiorum vtriuſque iuris diuerſitate non raro etiam nouiſſima haec iura non adeo cohaereant; 3) merum ac purum ius Saxonicum non amplius in foris Saxoniae obtineat; hinc ipſe* Carpzouius *inter primarios Saxonum ICtos Iurisprudentiam ſuam forenſem non* Saxonicam, *ſed* Romano-Saxonicam *inſcripſit. Forte mutatio haec in cauſis fuit, quare populii alii iuri huic nuncium dederint (r), vt leges, quae olim latiſſime patuerunt, hodie praeter vnicam* Sileſiam, *intra fines Saxonicae tantum ditionis contineantur. In rebus vetuſtioribus legantur.* Albinus, Riccius, Conringius, Colerus, Gryphiander, Schilterus *aliique (s). QQ. An ipſi*

(p) Quod in vernacula prodiit inſcriptum: *volumen Conſtitutionum Saxonicarum* in fol. Verum quoniam *definitiones iuris Auguſtei* partem eius faciunt potiſſimam, easque cum amplo, erudito, pleno, luculentoque commentario Carpzouius exhibuit: inde eſt, quod eius ICti liber in foris tantummodo regnet, & ipſum Conſtitutionum volumen illo rarius adhibeatur. Carpzouium compleuit Esbachius. Vterque plura debet Piſtoriis, Sculteto, Heigio, Colero, Berlichio, Rauchbaro, aliisque Saxonici iuris anteſignanis. Imo, niſi prorſus fallor, vix tanta Romanarum legum in Germania eſſet auctoritas, niſi illi viri eam Saxoniae primum in docendo ac iudicando conciliauiſſent. Vnde poſt exemplum ſumſerunt alii Germaniae principatus.

(q) Poſt Heigium & Piſtorium alii ICti Saxonici patriarum conſuetudinum rariſſimam faciunt mentionem, quod adſueti eſſent legibus Romanorum. Dolendum itaque eſt, in conficiendo Augusteo codice adhibitos eſſe iuris Romani profeſſores: non ruſticanos praetores, agricolas, tribunos, quibus magiſtris patrii iuris notitiam adſcripſit Schmidius, Boiorum Tribonianus.

(r) Nullus dubito de hac cauſa. Ceterum Erneſtinae lineae territoria ius quidem *Saxonicum commune*, id eſt, vetuſtum hodieque ſequuntur: non vero *Auguſteum*, quod electorale dicunt, ne ab electore ceteri principes Saxonici ceu legislatore pendere viderentur.

(s) *Imprimis Petr. Heigius part. 1. quaeſt. 8. p. 108. de Saxoniae gentis priſcis moribus & inſtitutis: iure non ſcripto & ſcripto & huius, quod nunc ſpeculi nomine extat, auctore primo.*

ipſi etiam principes Saxoniae inter ſe iure teneantur Saxonico? quod probarunt Colerus *&* Schilterus. *An* noviſſimae *etiam conſtitutiones* veteri *iuri derogent*, *inprimis ſi vel res inter principes Saxoniae agatur*, *vel extra territorium Augusti Electoris?*

§. IX. IVDICIA *Saxonica* vel *ciuilia* ſunt, vel *eccleſiaſtica.* Haec *conſiſtoriis* abſoluuntur a) *Dreſdenſi*, quod ſupremum, der Kirchen-Rath, und das Ober-Conſiſtorium, b) *Lipſienſe* & c) *Wittenbergenſe*; vt inferiora taceam, quae his ſubſunt. In ſecularibus a) ſanctior Senatus, der geheimde Staats-Rath, cuius exordia ſupra indicauimus; b) aulicum iudicium, der Hof- und Juſtitien Rath; c) ſupremae prouocationis, das Appellations-Gericht, ad quod & in ciuilibus & in eccleſiaſticis confugere licet. Certis vero tantum menſibus conuentus ſuos aſſeſſores habent; d) das Ober-Hof-Gericht zu Leipzig, vbi principes etiam Saxoniae conueniri poſſunt; e) das Hof-Gericht zu Wittenberg. Haec iudicia ſunt principum lineae *Albertinae. Erneſtina* vero, praeter ea, quae in aulis principum ſunt, vnum communi iure reſpiciunt, das Hof-Gericht zu Jena.

Olim (t) quatuor Electori conſiſtoria, 1) Wittebergenſe, 2) Lipſienſe, 3) Miſnenſe, 4) Zwikauienſe: *verum Auguſtus princeps Elector vltima duo abrogauit*, Dreſdenſi *loco eorum inſtituto*, *quod huic annexus eſſet* der Ober-Kirchen-Rath. WITTEBERGENSI *paret* der Chur-Creyß; LIPSIENSI der Leipzigiſche, Voigtländiſche, Thüringiſche; *quorſum etiam refertur Merſeburg*, *Weiſſenfels*, *excepto tamen* Querfurtenſi *principatu*, *vbi iura ſacrorum cum aliis territorii iuribus ad principem Weiſſenfelſenſem pertinent.* DRESDENSI der Ertzgebürgiſche und Meißniſche. *Conferatur Iob. Volk.* Bechmannus *ad A. B. &* Paulinus *ſigillatim de Ienenſi.*

§ X. Saxoniae ordines tam nobiles landſaſſii, quam ciuitates (u) id iure quodam praecipui habent, quod hodieque

(t) Haec certiori fide *Bergerus* doceat, cuius verba enarrata ſunt ſuperius.

(u) Nam comites, praelati, in quorum etiam claſſe ſunt academiae, nobiles landſaſſii, ciuitatumque deputati ordinem prouincialem, der Land-Stände, ſolent abſoluere.

dieque illi gaudeant (x) iure *prouincialium comitiorum*, der Land-Tåge, quae rationes (y) habent peculiares & ſigillatim

(x) Neque dicis cauſa comparent, verum multa fieri non poſſe exiſtimant ſine eorum conſenſu. Imo plurima quoque ponere ſolent in deſideriis, quae appellant verbo *grauaminum* der Land-Stånde. Speciminis loco ex codice manuſcripto proferam ſumma capita, quae anno 1592. ordines a principe rogarunt. *1) Conſtituantur iterum conſiliarii prouinciales*, Land-Råthe, *quorum munus deſuetudine fuerit ſublatum; 2) gaudeant iure conuentus inſtituendi inuicem nobiles landſaſſii, inſcio etiam principe electore; 3) temperetur iuris feudalis rigor nouiſſimus, qui a priſtinis Saxonum moribus alienus ſit debeaturque academicis profeſſoribus, patriae conſuetudinis ignaris, quorum animi adſueti ſint iuri Longobardico; dolere ordines hanc metamorphoſin, quam paſſi ſint tempore Auguſti electoris; 4) princeps elector aditum faciat, quoties illum petierit nobilis landſaſſius*, neque audiat tantum intermedio *adminiſtro*; *5) in cauſis criminalibus Vitebergenſem etiam ſcabinatum liceat conſulere, qui hactenus reſpondere potuerit non niſi ciuiles; 6) iurisdictio etiam nobilibus landſaſſiis ſit in viis publicis, electori tantum reſeruentur criminalia publica*, die hohe Brůche; *7) in rebus ad victum & cultum ſuum pertinentibus landſaſſii nobiles a vectigalibus ſint immunes; 8) venatione non interdicantur nobiles*, in Cloſter-Gůtern und Amts-Gůtern. Hodie facies rerum, quae ſit in his cauſis, indagare debent alii, & quae ſunt generis eiusdem. 9) Nemo promoueatur, niſi *formulae concordiae* ſubſcriptor; 10) *peregrini* non adhibeantur ad munera publica; 11) conſiſtoria non peccent in patronos eccleſiarum; 12) tollantur der Forſt-Bedienten abuſus.

(y) *Rationes*, quibus inſtitui & haberi ſolent eiusmodi *conuentus*, dabo ex *codice manuſcripto* Sächſ. Land-Tags-Sachen anno 1609. Torgauiae. *Principio 1) indicit* comitia princeps, quoties & vbi voluerit, ſuis ordinibus 2) *Formula*, quae ſequitur: Unſern Ehrbarn Land-Stånden, Prålaten, Grafen, Herren, der Ritterſchafft, Ståbten und Univerſitåten. 3) *Typis* illa editur, cuius exempla mittuntur toparchis, qui 4) *Schrifftſaſſiis* illa per nuntios inſinuant, amtſaſſii vero eius gratia inuitantur, vt ipſi illa accipiant; 5) *Schrifftſaſſii ipſi* comitiis ſinguli interſunt, *Amtſaſſii* vero ex ſingulis praefecturis & *ciuitates* atque *academiae deputatos* ablegant, numero tres aut quatuor. Quod ſi abſentes eſſe etiam velint *comites* & *praelati*, nuntii eorundem abſentiam excuſare tenentur. 6) Die ſtatuto adſunt ordines, quibus 7) principis archimareſcallus locum ſignificat, in quo conuentus ipſe ſit haben-

latim detructas. Vnde vero excludere volunt viros atauis

habendus. 8) Ordines in conclaui principem exſpectant. 9) Poſtquam ipſe comparuit, adminiſtrum ſtatus, **einen geheimden Rath**, iubet, vt deſideria eius ordinibus exponat ſummatim, libellumque porrigat illis, de hoc argumento ſcriptum. Recitat 10) illum ſecretarius camerae 11) *vnum* exemplum datur comitibus & dynaſtis, **den Herren**; *alterum* praelatis & academicis; *tertium* nobilibus; *quartum* ciuitatibus. 12) Nobiles landſaſſii, qui numero aliis ſuperant, faciunt *ſelectum* aut viginti aut triginta virorum ex omnibus circulis, (**den engern Ausſchuß**); 13) Hi iterum nominant ex nobilitate collegium altera parte maius, (**den gröſſern Ausſchuß**); 14) Suffragia colligit *mareſchalcus hereditarius* Saxoniae, initio factae **von der Saley Thüringen**; 15) Sententiam primum fert **der engere Ausſchuß**, cui 16) etiam collegia ciuitatum id, quod ſentiunt, transmittunt. 17) Si vtrique conſentiant, illud maiori collegio nobilium litteris ſignificant, **dem gröſſern Ausſchuß**. 18) Quod ſi etiam hi calculos ſuos addunt ſententiae, illa demum vniuerſae nobilitati aperitur, quae conſenſum vel diſſenſum ſuum per nuntios exponit, **den engern Ausſchuß**. 19) Quod ſi ergo conſpirant in ſuffragiis nobilitas vniuerſa & ciuitates, tum demum litteras mittunt ad *praelatos* & *academias*; *comites* & *dynaſtas*, idque per duos landſaſſios nobiles. 20) Qui tamen, quod ciuitatibus & nobilitati placuit, raro mutant, verum ſuo etiam iudicio ſolent adprobare. 21) Inde verbis concipitur libellus, quem quatuor landſaſſii nobiles totidemque deputati ciuitatum ad principem ipſum deferunt. 22) Accipit illam princeps ſpatiumque definit ad deliberandum cum ſuis conſiliariis. 23) Quo facto, reuocat deputatos, & ſi minus reſpondeant poſtulato placita ordinum, rogare ſolet, vt, ſepoſitis ambagibus in deſideria principis eant, nil iniqui habeant. 24) Deputati, quod acceperunt, referunt ſuis; 25) qui vlterius, ordine modo indicato, deliberant eouſque, donec principi cum illis, illis cum principe conuenerit, quam multum & quando principi tributa praeſtanda. 26) Ne vero id gratis accipere videatur, ordines eodem tempore ſua grauamina exponunt, quibus princeps, ne ſolutio differatur, plerumque adſurgit vel optimam facit ſpem. 27) Diſcedunt itaque ordines, quibus tamen reddi debent impenſae, quas tempore fecerunt comitiorum ad victum & cultum, quae certe ingentem pecuniae vim ſolent abſorbere. Vt ſaepe de illis abrogandis non ſolum eapropter conſultum ſit; verum etiam ne ordines moras trahant in deliberationibus ad facienda compendia. 28) A princi-

po

uis non editos nobilibus (z), imo litem etiam fecere peregrinis (a) (*) (**) (***).

§. XI.

pe tandem *reuerſales* exiguntur, ne pro ordinariis titulis habeatur, quo ipſi extra ordinem principi ſubuenerint. 29) Summa aeris *typis* exſcribitur; 30) nominanturque ex nobilitate & ciuitatibus aliquot viri ad rationes inueſtigandas. Hactenus *codex manuſcriptus*. Num fidem mereatur, inquirant illi, quorum intereſt.

(z) Neque enim ſufficit, praedium acquiſiuiſſe nobilis landſaſſiatus; quamuis olim neque haec vendi potuerint viris *ex ordine ciuium*. Detur vero hoc, nolunt tamen dominum ante in conuentibus ordinum prouincialium admittere, quam vetuſtam is docuerit nobilitatem. Recens enim a Caeſare creatos nobiles ſolent ſpernere. Quapropter in eo tantum faciliores ſunt, quam cathedrales canonici, quod matris ibi non curetur natiuitas, ſed paterni ſufficiat nobilitas ſanguinis. Et, quod magis eſt, exempla habeo, vbi ipſius principis priuilegio in hoc genere ſunt obloquuti. De cauſis tantae aemulationis vid. SCHILTER *ad ius Alem. rubr. §. 18. & c. 1. §. 1.* HVGO *de Statu reg. c. 4. §. 25.* HORNIVS *in iure feud. c. 3. §. 19. p. 72.* (†). Ego vero ita praeter rem fieri exiſtimo, partim, quod comitia non intuitu *gentilitiae dignitatis*, ſed praedii frequententur, partim etiam, quod ante ſeculum XIII. neque litteraria, neque alia cognita fuerat nobilitas, quam *liberi praedii poſſeſſio*. Ceterum eo tempore, quo ſeruitutes in Germania ſublatae fuere, inuido oculo nobiles landſaſſii eum intuiti ſunt, qui manumiſſionis memoria nondum deleta, fieri ſic voluerat ſocius eorundem. Quod hodie non ſit, vbi non de libertinis quaeſtio, ſed de viris ingenuis, vt his fruſtra lis moueri videatur.

(†) *HERTIVS de feudo nobil. ſect. 4. §. 7. LVDEVIG de feud. Luſat. different. 7.*

(a) Etiam *Torgauiae an. 1609.* ante in tributa ab principe electore poſtulata noluit conſentire; quam conſuetudo in legem iret: ne praedia, nobilitatis honore inſignia, vel *exteris* vendantur nobilibus, vel etiam ignobilibus ciuibus dominatis. Daß die Ritter-Güter dem bürgerlichen Stande und Ausländiſchen von Adel nicht möchten verkaufft oder geliehen werden. Daß allein denen Einheimiſchen, und inſonderheit dem Adel der Herſchafft ihre Aemter und Güter verpachtet werden möchten. Daß auch die eingebohrne Adels-Perſonen vor fremden zu Dienſten und Beſtallungen möchten befördert werden.

(*) Saxoniae nobilitas iuredicundo inſtructa vſu ac moribus habet (††) vt iudicet in propria cauſa.

(††) Ad

§. XI. Sedes primaria horum principum olim *Miſniae*, deinde *Wittebergae* fuit; nunc *Dreſdae* ea dignitas eſt, qua aula principis electoris illuſtratur.

Videri

(††) Adſcribi poſſunt verba CARPZOVII & BERLICHII. Ita enim ordo ICtorum Hallenſium reſpondit, an. 1713. conſultus.

(**) In Saxonia Eccleſiarum patroni ius habent campanas mouendi ſpatio vnius menſis ante ſuorum inſtitutas exequias (a). Tamdiu etiam lugere tenentur patronum illi, qui coetui ſunt addicti (b). Etiam populus in Eccleſiis commendat patronum in publicis precibus nominatim (c). Praeterea liberae ſepulturae patrono nobili in templo (d).

(a) Anno ꟾↄ Iↄ cc xiv. menſe Novembr. reſponderunt ICti Halenſes, quaeſiti ab Hanſteiniis Themariae incolis. Qui, licet patroni non eſſent, adrogarunt tamen ſibi 1) ius liberae ſepulturae in eccleſia, 2) campanarum vſus. Sed Princeps contradixit. Cui calculum dedit ordo ICtorum. Quia campanarum vſus excitare debet ruſticos ad preces fundendas pro anima defuncti ex purgatorio. Ergo merito negantur ei, der nicht in dem Kirchen-Gebeth eingeſchloſſen worden.

(b) Etiam hoc ius eſt adfixum patronatus iuribus, nempe domino iurisdictionis. So lang auch die Schencken ohne Spielleuthe ſeyn müſſen.

(c) Quod competit patrono, licet non habeat iurisdictionem.

(d) Alius nempe redimere tenetur ſepulturam pretio.

(***) Saxoniae Landſaſſii olim adfectarunt ius, paganos (e) de agris ſuis depellendi pro arbitratu. Quod tamen poſt illis Princeps negauit (f).

(e) Ita enim haud dubie ruſticos habuerunt pro Colonis precariis. Deinde exempla in aliis regionibus propoſita habuerant. In Brunſuicenſi ducatu die Schillings-bauer oder Schillings-Güter (†), in Sueuia die Schupff-Lehen (††).

(†) Latine BONA SOLIDORVM, de quibus loco omnium legi meretur *Celeb. Frid. Carol. BVRI* in der Erläuterung des in Teutſchland üblichen Lehn-Rechts, ſiue in den Anmerckungen *ad Ioh. Schilteri Inſt. Iur. feud.* pag. 1221. ſq. cuius eruditiſſimi libri continuationem tantopere mecum expetunt iuris clientelaris cultores. Abeſt vero ille a LVDEWIGII ſententia pag. 471. *§. 3. Iur. Clientelar.* expromta.

(††) De quibus vti ſolet, optime ſcripſit vir ex doctrina, litteris atque humanitate celebratus, ſupra ſummam & honori-

Videri merentur in hac vrbe a) *arx capaciſſima, an.* 1701. *alteram fere partem igne deſtructa ;* b) *palatium, cui ſtabuli nomen, vbi inſtrumenta equeſtria & militaria adſeruantur ;* c) *camera rariorum ;* d) *armamentarium ;* e) *palatia diuerſa in vrbe, aliaque. Quae ſingula rerum omnium copia inſtructiſſima ſunt, vt iis omnia Germaniae loca hactenus omnino poſthaberi debuerint. Sed praeſtat, nihil, quam pauca, dicere. Ex dignitate rem tractat* Wekius *in Chronico Dreſdenſi (b).*

§. XII. Aeſtimare ex his liceat domum Saxonicam, quam felix & potens ſit omnium fere rerum affluentia. Non vnius tantum & alterius ; ſed *aliquot myriadum* ſummam excedere reditus annuos, quidam diuinare volunt.

Exer-

honorificam ſenectutem ex trecentis quoque aliis laudabilibus cauſſis venerandus illuſtris ordinis ICtorum Tubingae de iure reſpondentium, Senior, *Dn. D. Wolffg. Adam SCHOEPFF* in vtiliſſimo & practicae, vti vocant, ſcientiae pleno Tr. *de bonis vitalitiis Sueuiae*, von Fall- und Schupff-Lehen, Fall- und Schupff-Lehen-Güter; Quem laudauit BVRI l. c. pag. 1226. ſq. & hanc materiam non prolixe tractauit, quia, (vti coniectura auguror) huic ſolido exploratoque ſcripto vix aliquid noui addi potuit, & ille abſolutus ipſe & perfectus ICtus ex alterius libro nihil exſcribere voluit. Interim formulas conceſſionum, quas Dn. D. SCHOEPFF coronidis loco diſputationi ſuae, an. 1718. habitae, addidit, diligenter penitusque inueſtigauit, & acute enucleatas apte ac dilucide explicauit. Sed recens editio, priori multo auctior, nouisque ornata documentis, eo tempore nondum fuit in manibus Dn. BVRI, quippe quae nunc demum Tubingae 1747. prodiit, & cui acceſſit: Kurtze und in Praxi nützliche Nachricht von der Eigenſchafft und Beſchaffenheit der ſogenannten Schupff-Lehen, auctore *A. R. I. A. N. P. I.*

Cauſſas negari in Saxonia iuris ex LL. Roman. repetiunt. *Caſpar ZIEGLER* in concl. 1. n. 185. fol. 186. In *Boioaria* multum diſceptatum eſt de hoc argumento. Nobilibus adſeruerunt hoc in Hofmarchiis vſu docti iudices: ſed LL. Romanarum patroni hoc illis negarunt. In *vltimo* numero eſt *MANZIVS dec. 2. deciſ. 19. n. 3. ſq.*

(b) Quem inferius etiam laudaui nominibus non poenitendis.

Exercitus electoralis numerum duodecim millium *ſemper fere ſuperauit: hodie* triginta millia *militum in armis habere dicitur* (*).

CAPVT VI.

SCRIPTORES

domeſtici prouinciarum gentis Saxonicae.

Felicior fere ceteris Germaniae principibus familia Saxonica eſt, quod rerum ſuarum ſcriptores habeat plenos, elegantes ac eruditos. Quamuis plures etiam cauſae ſuadeant, vt hanc ſpartam, poſt duorum fere ſeculorum interualla, idoneo homini iterum exornandam committant.

Cauſae a) *quod ſuperiori ſaeculo Saxonia theatrum fuerit rerum maximarum in Germania;* b) *plures fabulae in meliori hiſtoriae luce de originibus Saxonicis nunc excuſſae ſint, in quibus optimi*

(*) Saxoniae nobilitas quondam ius protimiſeos ſibi adrogauit (a) in bonis, quae ſubditi eorundem venum exponerent, ferrentque in ciuitatem. Sed Princeps ab hoc poſtulato ſubditos liberabit (b).

(a) Teſtis rei eſt *RAVCHBAR part.* 2. *quaeſt.* 22. *in pr.* vbi ait: *ipſe memini, cum pagani de Nobilibus querelas mouerent, qui illos adigere carceribus voluerint, vt merces ante illis offerrent, quam afferrent illas ad fora ciuitatum, mandatum fuiſſe, vt ab hoc iniquo poſtulato deſiſterent.* Forte nobiles ſe defendere voluerant cum conſuetudine, tum hac ratione, quod graue non ſit, conductori id imponi a locatore. Ruſticos enim habere ſolent in numero colonorum.

(b) Docet hoc *CARPZOVIVS part.* 2. *iuriſpr. for. conſt.* 51. *def.* 10. *n.* 4. Cuius ratio nobis ſe non commendat, quod ex iure Romano petita ſit, in quo nemo tenetur vendere inuitus vel emere. Sed Romani hoc ius in paganos non habuerunt, quod dare Germani ſolemus nobilibus landſaſſiis. Potius dicendum eſt, quod Principis interſit, tueri ſubditos, ne onera nobilium eos deplument, atque impares reddant publicis tributis. Qua cauſa etiam *Hofmarchiarum dominis* id negatum eſt in Boioaria, teſte *MANZIO dec.* 2. *deciſ.* 12. *n.* 4. 5.

optimi e domeſticis ſcriptoribus deprehendantur ; c) *multa rerum Saxonicarum argumenta nondum exhauſta ſint, quae publicorum Germaniae iurium gnariſſimum ſcriptorem volunt, quo hactenus caruit Saxonia inter tot celeberrimos hiſtoricos.*

DE MISNIA ET SAXONIA (*) (**).

I. *Petri* ALBINI hiſtoriographi Saxonici nouae Saxonum hiſtoriae progymnaſmata (a), *Vitebergae* 1585. 8.
1) de Saxonum origine, 2) de regali ſtirpe Saxonica, 3) de religione veterum Saxonum, 4) de proceribus ac nobilitate eorum, 5) de ornamentis familiae Wittekindeae.

II. Eiusdem Meißniſche Land- und Berg-Chronica, edit. *Dreſdae* 1589. *fol.*
Pars prior hiſtorica *eſt : poſterior* Metallurgica. *Principio auctoris huius mentionem facio, quod ipſe peregregie de rebus Saxonicis meritus ſit. Profeſſorem Vitebergenſem egerat; inde Dreſdam auocatus eſt, vt principi Electori a ſecretis eſſet. Vt adeo & doctrinam & idonea monumenta ad has lucubrationes attulerit.*

Eiusdem Stammbuch der Chur- und Fürſten zu Sachſen, continuiret durch Matthiam Dreſſerum (b), mit Bildniſſen, 1602. in 4t.

Ii 2 III.

(*) *Schilterum* de iure publico Saxoniae commentarium ſcripſiſſe, ex notis illius patet ad *Struu.* feud. iur. c. *6.* §. 10. p. 47. quod repetit *Hornius* cap. 13. *feud. §. 6.* p. 337.

(**) *Erneſti BROTTVFFII* chronicon Saxoniae, Venedorum, Miſniae, Burggrauiorum Magdeburgicorum, Palatinorum Saxoniae & Thuringiae ineditum eſt (†).

(†) Codex manuſcriptus ſupereſt, dicatus Senatui Magdeburgico. Abſoluit ille iuſtum in maxima forma volumen. Initium eius a temporibus Carolingicis ad an. 1552. Sermone liber eſt ſcriptus Germanico. Plura etiam habet aliis haud notata, ſed ſcriptor nulla monumenta laudat, neſcitque, fabulas euitare, praeſertim in gentium migrationibus & genealogiis. Aliud volumen de rebus Anhaltinis conſcripſit, longe magis auctum illo, quod editum habemus.

(a) In quibus ea reperiuntur, quae de antiquiſſimis Saxonum regibus, ducibus, rebus geſtis in Wittekindo Corbeienſi, Cranzii, Spalatini, Agricolae & aliorum, qui res Saxonicas tractarunt aut attigerunt, libris non extant.

(b) Liber quamuis credulus ſit, vtilis tamen eſt. Inſignium plurium idola prodit de ſingularibus Saxoniae dynaſtiis.

III. *Georgii* Fabricii, Chemnicenſis, origines illuſtriſſimae ſtirpis *Saxonicae* ex recognitione Nicolai *Reuſneri*, *Ienae* 1598. fol.

A principio gentis ad an. 1540. (c) plene, erudite & mira dictionis ſuauitate argumento ſatisfecit. Rectorem ſcholae Miſnenſis egit, & publica Auguſti Electoris auctoritate ſcripſit. Vir poeſeos etiam laude multum valens. In rebus vero antiquis ſaepius a Germanicis (d) Chronographis deceptus eſt, quod etiam Albino poſt ipſum contigit (*) (**).

IV. Eius-

(c) Cum illo coniungendus eſt *Ioh. Sebaſtian. Müllerus*, cuius Annales **des Chur- und Fürſtlichen Hauſes Sachſen von** Anno 1400. **bis** 1700. Vinariae in fol. prodierunt. Qui ſcriptor res prodidit lectu vtiliſſimas, idque ad fidem principis tabularii. Laudem meretur hoc inſtitutum, quo optimus princeps theſauros hos litterarios viris doctis aperit; cum illi apud alios cum tineis & blattis certare videantur.

(d) Hinc *Meibomius* ſcribit in Introd. ad Sax. inf. Hiſt. Iam tum vero a Petro Albino in noua Saxonum Hiſtoria annotatum eſt, Fabricium omnia fere ex Teutonica Agricolae hiſtoria vertiſſe, pauca de ſuo addidiſſe.

(*) *Petri CVTSEMII*, presbyteri Colonienſis, *Saxonia Catholica* (a), hoc eſt, Chriſtianae fidei, quam Auguſtae Saxonicae domus principes, reges & imperatores coluerint (b) glorioſa confeſſio, edit. *Coloniae Agrip.* 1621. 8. *in 13. ſch.*

(a) Id ſibi proponit auctor, vt *Ioh. Georgio I.* Saxoniae electori oſtenderet, maiores illius *Catholicae*, quam putat, fidei addictos fuiſſe. Vt adeo magnopere abhorruerint a nouaturientium dogmatibus Lutheranis. Et ſane non leui brachio rem tractat auctor; verum Saxoniae principum ſingulorum rationes habet ſigillatim, idque cum magno ſcriptorum adparatu.

(b) Spes enim tum adfulgere videbatur hominibus pontificiis, vt in Saxoniam, Auſtriae tum valde amicam, reducerentur.

Eiusdem APOLOGIAM pro Saxonia Catholica (c), edit. *Colon.* 1623. in 8.

(c) Biennio enim poſt, quam libellus Saxonicis Theologis & Hiſtoricis innotuiſſet, vtrique ſui officii eſſe crediderunt, vt, auctoritate *HOEI*, eundem confutarent. Ex aduerſo enim Saxoniae electorum maiores euangelicos in tenebris etiam papatus fuiſſe, contenderunt *Henr. HOEPFNERVS*, Theologus; *Ioh. Frid. FRANCVS*, Hiſtoricus, & *Samuel MVLLER*, antiſtes. Quibus *CVTSEMIVS* inſtituit hic reſpondere.

(**) *Henr*

IV. Eiusdem Rerum Miſnicarum *Libri VII.* edit. *Lipſiae* 1560. 4t. Extat idem etiam liber in modo laudato *Originum (e) Saxonicarum* volumine.

Annales vrbis Miſenae *vtramque fere paginam faciunt. Tandem* epitomen *addit* Siffridi, *Miſnenſis Presbyteri, qui praeter Miſnenſem hiſtoriam alia plura de rebus peregrinis recenſet ad an.* 1307.

V. *Eliae* REVSNERI Stemma Wittekindeum, edit. *Ienae* 1598. fol.

Egregiam operam praeſtitit Reuſnerus, omnium fere principum genealogias repetens e gente Wittekindea. Modo tamen monumenta allegaſſet (f), vnde cognoſcatur, qua fide ab ipſo actum fuerit.

VI. *Ioh. Ern.* MVLLERI domus Saxonicae hodie (g) imperantis capita diſput. *Ienae* edita 1691. 4t.

VII. *Sylueſtri* KVNDTMANNI, Medic. D. kurtze Chronicka (h) von 12. Churfürſten zu Sachſen, ab anno 1424. ad 1656. edit. *Zittau* 1669. 12.

Ii 3 VIII.

(*) *Henr. HOEPFNERI* Saxonia Euangelica Cutſemio oppoſita (d) ad mandatum (e) electoris Ioh. Georgii I. cum epiſtolis inter *HOEVM* & *CVTSEMIVM* de hoc argumento (f), *Lipſ. 1672. in 4t. ſcb. 65.*

(d) Quod fieri poterat non difficulter. Nam merito infitias iuerat Hoepfnerus, Catholicam fidem pendere ab exemplis principum Saxoniae ſuperſtitioſorum. Ita enim eſt, quod plerique naſcantur Chriſtiani, pauciſſimi fiant.

(e) Ne electorem amicitia cum Auſtriacis aduerſus Bohemiam Euangelicam in ſuſpicionem adduceret, quaſi ipſe in ritus pontificios inclinaret Auſtriacorum.

(f) Aculeos habuit vehementiores Hoeanae, quam Cutſemii, qui lenis & moderatus.

(e) Scripſit quoque Fabricius lib. II. rerum Germaniae Magnae & Saxoniae vniuerſae memorabilium mirabiliumque huc referendos, quos *Iacobus Fabricius* filius Lipſ. 1609. fol. edidit, qui etiam patris Saxoniam illuſtratam libris II. a N. C. ad an. 1606. continuatam eod. anno Lipſiae publici iuris fecit.

(f) *Schurzfleiſchius* annotauit, quod in Genealogiis fere ſequi ſoleat Hieronymum *Henningium.*

(g) Supplere ex illo poteris genealogias ſui temporis. Cetera ſunt vulgaria.

(h) Scriptor eſt nullius pretii, quoniam verſatur in vulgatiſſimis.

VIII. *Nicolai* REVSNERI imagines Imperatorum, Regum, Principum, Electorum & Ducum Saxoniae, edit. *Ienae* 1597. fol.

Imaginibus ſingulis aliquot verſus addidit ad nitorem magis, quam hiſtoricam doctrinam. Omnes hi tractatus volumine V. laudati, cum eodem coniunctim prodierunt (*).

IX. *Laurentii* PEKENSTEINII, Hiſtoriographi Saxonici, Theatrum (i) Saxonicum, edit. *Ienae* 1607. fol. Prima *pars illuſtrium ac nobilium vaſallorum ſtemmata ac hiſtorias complectitur;* altera *arcium;* tertia *vrbium ac oppidorum deſcriptiones in lingua Germanica. Opus ipſum valde eximium eſt, archiuis illuſtratum.*

X. Eiusdem Wittekindeae familiae proſapia, edit. *Ienae* 1597.

Miſniae, Thuringiae, Brandeburgi, Haſſiae Principes hic recenſet per epitomen.

XI. *Laurentii* FAVSTI, Paſtoris, Erklärung des Fürſtlichen Stamm-Baums aller Hertzogen und Chur-Fürſten zu Sachſen, *Dreſdae* 1588. 4t.

Addidit etiam Miſenae *vrbis hiſtoriam in epitome recenſitam. Sed, lectis, quos ſupra laudauimus, his carere poſſumus, qui vulgares Chronographos in vernacula ſine iudicii lima ſequuntur.*

XII. *Reineri* REINECCII commentatio de Saxonum originibus (k), hisque implicata de vrbe & ducatu Brunſuici;

(*) Georgii LANI mauſoleum Saxonicum, in quo electorum *lineae Albertinae* (†) vita, mors & res geſtae dicta ſunt, *Lipſ.* 1695. 8.

(†) Vix operae pretium eſt, eum h. l. recenſere. In gratiam ſcripta haec ſunt iuuentutis. Eius generis etiam eſt Cornelius *Nepos Saxonicus*, vbi ducum vitae deſcribuntur ad imitationem Nepotis.

(i) Schurzfl. in Diſſ. de Marchia Miſnenſi putat, Theatrum eius multa continere, quae caſtigari oporteat, eumque longe infra Albinum & Fabricium fuiſſe.

(k) Argumentum in eo potiſſimum verſatur, vt Saxoniae ducum priſtina in Brunſuicenſem ciuitatem iura renouet, tueaturque illos aduerſus adfictam illis a Bodino tyrannidem.

uici, inſtar apologiae adu. Ioh. Bodini inconſideratam adſertionem, opus poſthumum, Hanouiae 1612. 4t. (*).

XIII. *Ioh.* GARZONIS, Bononienſis, de rebus Saxoniae (l), edit. *Baſil.* 1541. 8.

XIV. *Cyriaci* SPANGENBERGII Hennebergiſche (m) oder Sächſiſche Chronica, *Francofurti* 1686. fol. Eiusdem Mansfeld. Chron. ibi fol.

Huic inter omnes Germanicos Chronographos palma facile debetur. Modeſtiae cauſa is Chronicon ſuum Hennebergicum *inſcripſit*, & alterum *Mansfeldenſe*. Addi etiam auctoris huius poteſt *Querfurthenſe* Chron. 4t.

XV. *Georgii* WEINRICHII, Lipſienſis epiſcopi, de rebus (n) praeclare geſtis ducum Saxoniae a Friderico bellicoſo oratio vna: altera *Michaelis* WITHII de amplitudine ſtirpis Wittekindeae in multiplices propagines, cum programmatibus, dum Ioh. Philipp. Sax. dux rector eſſet magnificentiſſimus, *Lipſiae* 1613. 4t.

XVI. *Sigmund. von* BIRKEN Sächſiſcher Helden-Saal a principio ad an. 1670. *Norimb.* 1677. 12.

Non ſpernendus hic libellus eſt; ſequitur enim auctor Fabricium. Sed imagines principum Electorum aliunde addidit, ſatis elegantes.

XVII. *Ioh.* WEIGELII, Martisburgenſis (o) de hodierno

Ii 4

(*) Wolffg. HEIDERI (†), Ethices & Politices Prof. publ. Ienenſis, Orationes parentales quinque numero de vita & morte *Iohannis*, Saxoniae ducis, edit. Ienae 1616. in 4t.

(†) Cuius auctoris etiam Ethica ſuperſunt & politica, in quibus, ſi progreſſus aeui illius in hoc genere doctrinae ſpectes, non ſine laude & pretio poteſt dimitti. Orator in hoc themate non minus induſtrius eſt, quam etiam dicendi copia & rerum vbertate facundus.

(l) Extat auctor etiam in 4to. Breuis eſt & in rebus verſatur vetuſtioribus brachii ſat leuis.

(m) Chriſtianus Iunckerus euulgauit Proiect von Einrichtung der Hennebergiſchen Hiſtorie an. 1702. fol. ex quo videre licet, eum orbi erudito hiſtoriam Hennebergenſem e monumentis fide dignis ac tabulariis nummis &c. diplomatibus exornatam velle ſiſtere.

(n) Primus quaedam ſingularia adfert ad Saxoniae ducum biographiam: alter autem leui rem tractat brachio.

(o) Auctor deſcribit faciem ſui aeui, quam habuerat *eccleſia*, *aula*,

dierno Miſniae ſtatu beato & felici, edit. *Ienae* 1597. 4t.

XIIX. *Gabr.* SCHNELLBOLZII icones (p) Saxoniae ducum ab an. 842. ad an. 1563. ligno expreſſae cum elogiis ſingulorum, *Wittebergae* 1563. 4t. (*) (**).

XIX. *Ioh. Conradi* KNAVTHII Miſniae illuſtrandae Prodromus, Einleitung zu des Marggrafthums Meiſſen Landes- und Geſchicht-Beſchreibung, *Dreſdae* 1682. 12.

Maioris

aula, forum, militiaque Saxoniae electoratus, tempore adminiſtratoris Friderici Wilhelmi. Vbi certe aliqua reperiuntur anecdota, quamuis alia quoque parum abſint a ſtudio adſentandi. Vitas recenſet Georgii de *Ponika*, Abrahami *Beckii*, Ottonis a *Dieskau*, Ottonis a *Tetteborn*, Henrici ab *Einſiedel*, Dauidis *Pfeifferi*, Georgii *Schleinizii*, Ioh. *Badebornii*, Ioh. Georg. *Godelmanni*, a *Milka*, ab *Ende*, a *Luttich*, a *Brandenſtein*, *Gerſtenbergeri*, *Moſeri*, *Spelini*, *Friſii*, *Wexii*, *Hauwizii*, *Reoſti*, *Goldſteinii* aliorum.

(p) Affabre ſatis imagines hae delineatae ſunt *Cranachio*, aliisque auctoribus, quas alii poſt ſibi in exemplum propoſuere. Elogia concepta ſunt breuiter, eaque in oratione ligata, & auctores habent diuerſos. Editor Schellbolzius typographus fuit, Merſeburgo oriundus.

(*) *M. Matthaei LVNGWITII* (a) *admiranda diuina Saxonica*, ſiue opera eccleſiaſtica & politica, quibus Ioh. Georgius I. (b) cum quibusvis ſiue Regibus, ſiue Caeſaribus eſt conferendus, *Lipſiae* 1652. in 4t. In 35. B.

(a) Eccleſiae Rochlitienſis antiſtitem archidiaconum egit vicinumque ſeptuagenario.

(b) Huius electoris deſcribit vitam, virtutes, resque geſtas. Sed vtitur auctor digreſſionibus taedii pleniſſimis. Vt adeo, ſi reſecaueris aliena, vix aliquot paginae principi huic propriae eſſe, videantur. Interim quandoque etiam prodit ſingularia, aliis neglecta, vt adeo locum mereatur in claſſe Saxoniae hiſtoricorum.

(**) *Matthaei RAZENBERGERI* (c) hiſtorica relatio de Ioh. Frid. electore, Mauritio & Auguſto Saxoniae ducibus, Luthero & Philippo, codex ineditus (d).

(c) Hunc enim libri auctorem eſſe, coniectura eſt Chriſtiani *Thomaſii* in Erörterung der Ehe- und Gewiſſens-Frage cap. 1. §. 10. p. 30. Qui etiam fidem huius ſcriptoris & candorem in prodendis anecdotis valde commendat, praeſertim in controuerſiis eius aeui eccleſiaſticis.

(d) Eiusdem quoque videtur meminiſſe *Hortleder* tom. von Urſachen des Teutſchen Krieges lib. 2. c. 29. f. 153.

Maioris operis delineatio eſt, vnde vero iam patet, quod conatus hic auctorem habeat rerum patriarum callentiſſimum. Capita ſunt Miſniae illuſtrandae a) Chronographia, b) Hydrographia, c) Geographia, d) Metallographia, e) Enchoriographia, f) Topographia, g) Politigraphia, h) Hierographia, i) Stemmatographia, k) *Miſnia* erudita, l) Technographia, m) Eimarmenigraphia *Chronographica*, n) *Miſnia* ſubterranea.

XX. *Wolffg.* KRAVSII Meißniſche Chronicka, nebſt Michael Beuthers Bericht, wovon die Marggrafen von Meiſſen herkommen. *Lipſiae* 1576. 4t.

Cum fructu in eius lectione verſabitur, qui album a nigro norit diſtinguere.

XXI. *Georgii* AGRICOLAE enumeratio omnium principum domus Saxonicae. *Lipſiae* 1611. 4t.

Auctor hic diligenter lectus Albino; quamuis Fribergenſium is metallorum praecipuam curam habeat.

XXII. *Georgii* SPALATINI Chronicon Saxonicum, *editum in* 4t. (*).

In antiquitatibus Saxonicis plus ſenſui principum, quam veritati, dediſſe videtur. Ceterum ſcriptor breuis, ſed magnae auctoritatis.

XXIII. *Erneſti* BROTTVFFII (q) Chronica des Stiffts Merſeburg. *Lipſiae* 1557. fol.

Huc inprimis etiam pertinet; ſed infinitis fabulis ſcatet. Hahnii *etiam Chronicon Merſeburgenſe ibidem proſtat, eiusdem fere pretii; illo rarior.*

Alios quosdam rerum Miſnenſium ſcriptores laudat Albinus.

Plerumque ineditos, quos cum elogiis in der Meißniſchen Land-Chronica *recenſet.*

Ii 5 XXIV.

(*) Inſertus etiam eſt libellus eius apud *Hortlederum* lib. 4. de cauſis belli Germanici cap. 23. p. 1500. ſq. Scriptus enim eſt ad iniurias retundendas Henrici iunioris Brunſuicenſis ducis aduerſus gentem Saxonicam.

(q) Exhibet Catalogum Epiſcoporum & Adminiſtratorum Merſeburgenſium, de vrbe autem Merſeburgenſi extat libellus exigui pretii Ioh. Vulpii: Fürtrefflichkeit der Stadt Merſeburg. *Quedlinburg.* an. 1700. 4t.

XXIV. *Iohannis* Roſini Exempla Pietatis, vitae Saxoniae Ducum Friderici (r) ſapientis, Iohannis conſtantis, Ioh. Friderici (s) magnanimi; *Lipſiae* 1596. 4t. & *Ienae* 1611. 4t.

Theologum haec ſcripſiſſe, (paſtor enim Naumburgenſis fuit,) & ſtylus prodit & materiae. Qui nonniſi inter vulgares locum meretur.

XXV. *Philiberti* Pingonii arbor gentilitia (t) Saxoniae & Sabaudiae, cum figuris ducum & inſignium, *Taurini* 1581. fol.

XXVI. *Balthaſaris* Mencii Stammbuch. *Vitebergae* 1602. 8.

Auctor hic non ſpernendus eſt, quamuis & ipſe in rebus vetuſtis communi errore peccet.

XXVII. Eiusdem Narratio de ſeptem Electoribus Saxoniae & vno Proelectore, qui Academiam Wittebergenſem condiderunt, fundarunt, & priuilegiis dotarunt.

In illis rebus praecipue verſatur, quae ad renouationem puriorum ſacrorum pertinent.

XXVIII.

(r) Conf. *Schurzfleiſchii* eruditiſſima diſſ. Fridericus III. Sapiens, Sax. Elect., & Valent. *Loeſcheri* Diſp. 1697. Witteb. habita, qua Frid. Sap. contra calumnias Pallauicini, Maimburgii & Varillaſii defendit.

(s) Habemus quoque *Ioh. Forſteri* libellum von der Gefängniß und Erledigung Johann Friederichs, nec non *Thom. Stylri* Leben eiusdem, Lipſ. an. 1602. 8. Prae ceteris autem commendanda Ioh. Friderici Diſſ. Praeſide *Sagittario* habita Ien. 1698. cuius titulus: Hiſtoria Io. Friderici, Electoris Sax. pii, magnanimi, conſtantis, inclyti.

(t) In vſum principis iuuentutis apud Sabaudos liber hic ſcriptus eſt. Equidem auctor ſe incuſatum eſſe dicit ab aliquibus, quod tale opus ediderit Saxoniae ſeptemuiro inconſulto, qui, ceu caput ſtirpis Wittekindeae, meliorem eius habere poſſit notitiam. Verum in re adeo vetuſta nil dandum eſt traditionibus, neque Saxonica tabularia aetatem habent, quae reges Saxonicos poſſit attingere. Ceterum origines ſequitur vulgares, incipitque a Sigueardo, Saxonum rege an. 636. & in Carolo Emmanuele, Sabaud. duc., ſubſiſtit anno 1575. Quandoque etiam prouocat ad fidem tabulariorum Italiae.

XXVIII. *Henr.* MEIBOMII introductio ad hiſtoriam inferioris Saxoniae (u), edit. *Helmſtad.* 1687. 4t.

XXIX. *Wolffg. Abrab.* HERMANNI Genealogia der Könige (x), Hertzoge, Chur- und Fürſten, ſo aus dem Hauſe Sachſen herkommen, vom 1570. Jahr hergerechnet bis aufs Jahr 1660. edit. fol.

Saxonis Grammatici, *Cranzii*, aliorumque, qui ad hiſtoriam Saxonicam pertinent, mentio fiet in ducatu Brunſuicenſi.

Huc refer Reineccii, Meibomii, Maderi, Conringii tractatus.

IN THVRINGIA.

XXX. *Caſparis* SAGITTARII Antiquitates Gentiliſmi & Chriſtianiſmi Thuringici, *Ienae* 1685. 4t.

XXXI. Eiusdem Antiquitates *regni* Thuringici, *Ienae* 1685. 4t.

XXXII. Eiuſdem Antiquitates *ducatus* Thuringici, *Ienae* 1689. 4t.

XXXIII. Eiusdem Epiſtolae de *antiquo* Statu Thuringiae ſub indigenis Francorum Germaniae regibus, *Ienae* 1675. 4t.

XXXIV. Eiusdem Gründlicher Bericht Landgrafens Henrichs in Thüringen, Pfaltzgrafen in Sachſen, Röm. Königs-Wahl, *Ienae* 1692. 4t.

Praeclare auctor meritus eſt de Thuringia, quam patriam fere habuit. Cuius etiam induſtria opus erat ad fabulas vulgarium chronographorum excutiendas. Vtinam 1) ad recentiora tempora perueniſſet, 2) iurium publicorum Germaniae maiorem adhibuiſſet curam.

XXXV.

(u) Is in rebus vetuſtioribus Saxoniae ante conſuli debet, quam recentioris aeui legantur annales, ſpiſſi anilibus fabulamentis.

(x) Quatuor tantum ſchedarum hic libellus eſt, nullis teſtibus idoneis munitus; ſed ex vulgaribus exſcriptus annalibus veteranorum. Sui tamen aeui principum inde ſuppleri & emendari poſſunt chronologiae, genealogiae, matrimonia, liberorum numeri vtriusque ſexus. Imo habet quandoque res eorundem familiares & domeſticas.

XXXV. *Iohannis* BANGII Thüringiſche Chronica, a Friderico Schmidio primum delineata, poſt aucta & edita, *Mühlhauſen* 1599. 4t.

Fabuloſus eſt, quales ſequentes alii omnes. Aliena plura immiſcet, rarus in rebus Thuringicis, in vtrisque ieiunus.

XXXVI. Anonymus de Thuringiae Landgrauiis habetur in tomis Rer. Germ. Piſtorii (y).

XXXVII. *Marci* WAGNERI Thüringer-Königreichs gegründeter Auszug, *Ienae* 1593. 4t.

Plenior hic in rebus domeſticis illo; ſed parum melior.

XXXVIII. *Iohannis* RIVANDRI Thüringiſche Chronica ab origine ad an. 1567. *edit.* 1596. 8.

Non meliori ceteris iudicio dignus eſt.

XXXIX. *Ioh.* BINHARDI Thüringer-Chronica von Chriſti Geburt bis 1613. *Lipſiae* 1613. 4t.

Praeſtantior ceteris, non ſine fructu legendus, quod ad haec tempora non peruenerit Sagittarius. Praetereo alios plures, & notiſſimum anonymum (z), *qui in omnium manibus eſt. Viros erudititiſſimos,* Tenzelium, & Paulinum, *in rebus Thuringicis ſuperius laudauimus.*

XL. *Ioh.* OLEARIVS Rerum Thuringicarum Syntagma (a) edidit, *Francof.* an. 1704. in 4to.

XLI.

(y) In rebus vetuſtioribus maximi eſt pretii. Operoſus etiam in noſtris deſcribendis genealogiis.

(z) Scripſit quoque *Pfefferkornius*, Superintendens Tonnenſis, librum non contemnendum: Merckwürdige und auserleſene Geſchichte von der berühmten Landgrafſchafft Thüringen, anno 1658. 4t. Hic non ſolum in antiquitates inquirit, ſed etiam res nouiores notatu dignas habet, nec ſua laude caret.

(a) In vernacula. Auctor plerasque vrbes ſecundum ordinem alphabeticum deſcripſit. Pluraque ab illo volumina de rebus Thuringicis expectamus.

XLI. Collegit quoque epitaphia, & imagines Comitum & Landgrauiorum *anonymus Vinariae* an. 1624. ſub titulo: **Bildniß und Grabſchrifften der Grafen und Landgrafen, auch Gräfinnen und Landgräfinnen in Thüringen, ſo viel derſelben auf Grabſteinen im Cloſter Reinhardsbronn zu ſehen.**

XLII. *MSC.* Codex in bibliotheca mea extat, qui hiſtoriam Thuringicam complectitur ab origine ad annum 1525. fol.

Haſſiae Landgrauiatum, eique annexos comitatus, in primis diligenter recenſet. Waldecciorum etiam comitum vitas deſcribit. In cuius voluminis lectione eruditus lector non ſine fructu verſatur.

XLIII. *Ioh. Iuſti* WINKELMANNI **vom Urſprung und Anfang der Thüringer** (b). *Brem.* 1694. 8. (*).

XLIV. *Sam.* REYHER monumenta Thuring. Landgrauiorum ac Miſniae Marchionum, quae in ſepulchris ſpectantur (c). *Kilonii* 1692. fol.

XLV.

(b) Scriptor conciſus eſt, Haſſiae Studioſus.

(*) *Ioh. Georgii REINHARDI* antiquitates marchionatus, & origines Landgrauiatus Thuringici, Dreſdae 1712. 4t. (†).

(†) Auctor an. 1719. morte praematura obiit, Saxonico electori a conſiliis eccleſiaſticis. Liber eſt eruditus, & cum cura ſcriptus, emendatis paſſim Sagittarii & Tenzelii opinionibus. Sed *formula imperii* Thuringici eum latuit, quo lumine indiget hoc opuſculum. Tum enim intelligetur demum, lubrica principia hic eſſe, quae a nominum varietate Landgrauiorum & Marchionum ſolent repeti. Vtinam duumuiris rerum Gothanorum ſcriptores non idem impoſuiſſet glaucoma.

(c) Sed multa eorum non videntur genuina, quoniam iuniorem ſapiunt aetatem. Ceterum imagines ſcite pictas refert cum inſcriptionibus & genealogiis, vt inter potiſſima Thuringiae monumenta omnino mereatur referri. Poſſideo exemplum manu viri eruditi aliquot in locis auctum & emendatum.

XLV. *Chriſtiani Franc.* PAVLLINI (d) rerum Germanicarum ſyntagma (e). *Francof.* 1698. 4t. Eiusdem Geographia (f) curioſa de pagis veteris Germaniae, *Francof.* 1699. 4t.

XLVI. *MSCta* etiam alia, hiſtoriam Saxonicam concernentia, in ſupellectili mea ſunt. 1) *Dauidis* SCHIRMERI vita Mauritii Electoris, opus cum iudicio ſcriptum & plenum (*). 2) Eiusdem **Beſchreibung, mit was vor Gepränge Churfürſt Moritzen die Chur zu Lehen übergeben worden.** 3) *Bernhardi* FREYDINGII, Saxoniae Electori a ſecretis, **Verzeichniß des Thuns Herzog Henrichs zu Sachſen, wie dieſe Landes-Regierung nach Herzog Georgen Tod an Ihn kommen, darburch das Evangelium darinnen angefangen, auch wie Er in deſſen Erkänntnüß ſeelig verſchieden**; fol.

Plura

(d) Natione Thuringus, profeſſione medicus, re ipſa eruditus, ac felix rerum Germanicarum indagator. Vtinam diplomatum rariorum codicem haberemus, quem ille patriae ſuae promiſit. Sed haec forte tanto viro indigna.

(e) Chronica & diplomata aliorum inedita exhibet hoc volumine, ſigillatim de rebus *Iſenacenſibus*, *Huxarienſibus*, *Mindenſibus*, *Numburgenſibus*, *Altenburgenſibus*, *Oldburgenſibus*, *Badeslebienſibus*, *Corbeienſibus*, *Fuldenſibus*. Quos libros omnes notis auxit in margine. Cuius exemplum vtinam alii ſequerentur rer. Germ. editores.

(f) Praeſertim Thuringiae, Saxoniae & Anhaltinos pagos exhibet ex lucubratiunculis Meibomii ac Knauthii in hoc argumento.

(*) Quod an. 1719. in 8. euulgauit WEBERVS *Gieſſenſis*, ſed, quod fieri non debuerat, interpolatum reiectis orationibus, hiſtoriae inſertis. Eſt vero *Dauid* SCHIRMER interpres non ſcriptor *operis*. Quod auctorem habet *Georg.* ARNOLDVM, cancellarium Naumburgenſem, qui 1588. obiit, ſcripſitque illud Latine, vnde Germanice vertit Schirmerus.

Plura his in voluminibus leguntur, alibi non prodita (**).

DE LVSATIA.

XLVII. *Caſparis* SAGITTARII Hiſtoria Luſatica, *Ienae* 1675. 4t.

Ab origine ad an. 1656. aliquot paginis Luſatiae res complectitur. Breuis, neque etiam ſubſidiis inſtructus, quae deſumi poterant e Bohemiae ac Morauiae monumentis.

XLVIII. *Chriſtophori* MANLII, Goerlicenſis, MSC. deigma Luſatiae nondum editum.

Laudauit opus Albinus, Sagittarius *quoque id legit, & cum opuſculo ſuo contulit. Neque vero is, neque* Leuberus, *quem in Luſaticis pariter allegat, mihi viſi ſunt.*

XLIX. *Caſpari* PEVCERI Idyllium patriae ſuae, quod hiſtoriam Hexapoleos Luſatiae ſuperioris exhibet, multi quoque commendant, editum *Budiſſae* 1594. 4t.

L. Statum Luſatiae hodiernum accurate deſcripſit *Martinus* GRVNWALDVS in richtiger Beſchreibung der beyden Marggrafthümer Ober- und Nieder-Lauſnitz. Görlitz an. 1698.

LI. *Adam. Erdman.* MIRI (g) *de rebus Luſaticis. Budiſſae* 1695. in 8.

LII. *Cunradi Samuelis* SCHVRZFLEISCHII Luſatia edita *Vitembergae* 1676. 4t.

Plura huius viri, merito ſuo celeberrimi, opuſcula extant, vnde rebus Saxonicis magnum lumen accedere poteſt. Wittekindus *magnus; Animaduerſiones in vitam* Alberti *animoſi, ſcripta-*

(**) *Eliae Martini* EYRINGII vita (†) Erneſti Pii, Saxoniae ducis, *Lipſiae* 1704. 8.

(†) Bonae frugis plurima habet ille libellus. Erneſti enim inſtituta in rebus *eccleſiaſticis, ciuilibus, litterariis, oeconomicis* aliisque deſcribit. Vt adeo ad artes profit pie ſapienterque regendi rempublicam.

(g) Conferantur auctores in *Auſtriacis* ſupra laudati.

ſcriptaque alia huc pertinent, haud ita nuper ingenti literariae reipublicae commodo vno volumine promulgatae. Et, ſi quid votis daretur hominum literatorum, hunc tandem communi ſuffragio illi digniſſimum cenſerent, cui Sparta hiſtoriae Saxonicae iterum committeretur.

LIII. *Wilhelmi Erneſti* TENZELII Saxonia nummis illuſtrata, *Dreſdae* in 4t.

Promiſit eam auctor (h), harum rerum callentiſſimus. Et vero intereſt gloriae principum Saxoniae, vt conatui publicis ſumtibus ſuccurrant. Vidi ego ante aliquot annos Lipſiae *volumen* Haubizianum, *quod omnis generis nummos ac monetas Saxonicas eleganter depictas complectebatur.*

LIV. MAVSOLEA Principum olim *Miſniae*, poſt (i) *Vitebergae*, fuerunt, nunc (k) *Fribergae* omnes principes Electores condi ſolent.

Reliquorum principum tumuli in ſede cuiusque ordinaria reperiuntur.

LV. ARCHIVVM, potioribus monumentis inſtructum, Vitebergae adſeruatur, communi principum vtriuſque lineae iure cuſtodiendum.

Cuique etiam vna ad id clauis commiſſa eſſe, dicitur, vnde acceſſus difficillimus eſt. Neque omnes principes Saxonici facile in vno conuenient, cui hiſtoriam Saxonicam ſcribendi munus offeratur. Ea enim tempora deſcribenda ſunt, vbi agnatae lineae facile colliduntur. Hoc igitur rerum ſtatu non fiet, vt

(h) Imo ſtetit promiſſis, ediditque deſcriptionem nummor. Sax. aliquot voluminibus in 4t. Plurimum etiam faciunt ad hiſtoriam Saxonicam eius *ſupplementa ad hiſt. Gothanam* in 4t. eiusd. *faſti Saxonici* cetera.

(i) Conf. *Balthaſ Mencii* Syntagma epitaphiorum ac rerum Wittebergenſium an. 1604. 8. Sennerti Athenae.

(k) Extat Mauſolei huius Saxonici deſcriptio, ſub titulo: Beſchreibung der Churfürſtl. Sächſiſchen Begräbniß-Capell Freyberg, an. 1669. 4t. nec non Dauidis Schirmeri Conditorium Saxonicum, Frib. an. 1619. 4t.

vt nouos hiſtoriae Saxonicae conditores, poſt hactenus recenſitos, accipiamus.

Hiſtoriam Saxonicam illuſtrant praeterea egregie:

LVI. *Antonius* WECKIVS (l) in ſeiner Beſchreibung und Vorſtellung der Churfürſtl. Sächſiſchen Reſidentz und Haupt-Veſtung Dreßden. Nürnb. an. 1679.

LVII. *Zacharias* SCHNEIDERVS (m) & HEIDENREICH.

LVIII. PEIFFERVS, 8v. quorum Chronica Lipſienſia *Lipſiae* edita ſatis obuia ſunt.

LIX. *Andreas* MOLLERVS, Pegauienſis, cuius Theatrum Friburgenſe Chronicon non ſolum vrbis ac metallifodinarum ortus, ſed & res intra D. annos in Miſnia geſtas e monumentis ad probandum idoneis refert (n).

LX. *Caſpar.* SAGITTARIVS in Hiſtoria Gothana, cum ſupplementis Wilhelmi Erneſti Tenzelii, quod opus inprimis commendandum Germanicae, Miſnicae ac Thuringicae Hiſtoriae ſtudioſis (*).

LXI.

(l) Qui plurima exhibuit magni pretii inedita diplomata. Fertur, a partibus quandoque minus ſtare Dreſdenſis ſenatus.

(m) Qui pariter diplomata prodit inedita.

(n) De Friburgo alia quoque opuſcula prodierunt: 1) *Friburgum Iob. Boceri*, Lipſiae edit. 1567. 4. carmine non infelici deſcriptum. Cui volumini acceſſerunt: *Richardi Sbrulii* elegia in laudem Friburgi, & de ſubterraneis ibi locis; *Ioach. Camerarii* elegia metallaria; *Phil. Melanchthonis* de venis metallicis, gratiarum actio; Adami *Siberi* carmen ad Fribergam.

(*) *Baſilius* GVPNER nouum nunc opus adornauit hiſtoriae Gothanae, in quo libro ſe commendant 1) diplomata, quorum numerus ſat eſt magnus; 2) reſcripta principum recentiora; 3) quod plenus ſit reſpiciatque etiam ad iura prouincialia, iudicia, politicam atque eius generis momenta alia, quibus tractandis par non eſt nec philoſophus, vel theologus.

LXI. Hoen in Hiſtoria Saxo-Coburgenſi, quae II. libris lingua Germanica edita *Cob.* 1706. in 4t.

LXII. Eiusdem des Chur- und Fürſtlichen Hauſes Sachſens Wappens und Geſchlechts Unterſuchung, zu mehrerer Erläuterung ſeines Stammbaums (o) mit alter und neuer Wappen Abriſſen. *Lipſ.* 1704. 8. (*).

LXIII. *Ioh. Georg.* Pertschivs de origine Voigtlandiae, *Wonſidelae* an. 1668. in 8. cum quo coniungi poteſt

LXIV. *Ehrenfried* Dürr de terra Aduocatorum, *Ienae* an. 1675. in 4.

LXV. *Pauli* Ienisii Annaebergae vrbis (p) hiſtoria a principio vrbis ad annum 1604. edit. *Dreſdae* 1605. 4t.

LXVI. *Ioh. Sebaſt.* Gatheni Poligraphia Meinungenſis (q), *Gothae* 1676. 4t.

LXVII. *Tobiae* Schmitt (r) Zwickauiſche Chronica, edit. Zwickau 1656. 4t.

CAPUT

(o) Scriptor libelli induſtriam nobis probat & Saxonicarum rerum, Thuringicarum maxime magnam notitiam. Inprimis chronologiae & genealogiae communes & inueteratos errores corrigit emendatque.

(*) Eiusdem Hiſtoria des an. 1561. zu Naumburg der Augsburgiſchen Confeſſion halben gehaltenen Conuentes, Francof. 1704. 8.

(p) Chronicon hoc Latine ſcriptum eſt, atque vna parte momenta *vrbis*, altera res *geſtas ducum* Saxoniae, enarrat. Ibi ſcriptor curatior pleniorque eſt, quam hic, quoniam praeſidio & arte diplomatum fuit deſtitutus.

(q) Locum is habet inter vulgares & plebi commendandos rerum imperitae.

(r) Non ſpernenda eſt huius viri induſtria, cum paſſim etiam prouocet ad ciuitatis tabularium.

CAPVT VII.

INSIGNIA

Electoris & Ducum Saxoniae heraldica.

§. I.

Sequemur hic ordinem, quem titulus habet (a), ſupra deſcriptus, & ſingularum ditionum imagines dabimus ſigillatim (b).

SAXONICVM.

§. II. Scvtvm Saxoniae *nigrum* eſt (c), quin-
Kk 2
que

(a) Quoniam huic ordini lector cap. 2. adſuefactus, idemque in Auſtriaca eſt obſeruatus. Accedit demum, quod diuerſae Saxoniae ducum lineae ſcutum ſcindant, findantque diuerſimode. Vt adeo conſultius ſit, ab ordine in ſcutis abſtinuiſſe.

(b) Partim, quod ita plenius illa deſcribi poſſint; partim, quod clypeorum ornamenta luculentius pateant; partim etiam, quod hanc curam neglexerint alii. SPENERVS inſignia Saxonica recenſuit ex inſtituto in libro ſingulari edito *Francof. 1668. 4t.* quem vero auctiorem deinde addidit magni operis heraldici parte ſpeciali principio. *Georg. Paul.* HOENNIVS autem in libello Sächſiſchen Wappens Unterſuchung, edit. Lipſ. 1704. 8. curatior, magisque induſtrius fuit, qui, in omnium manibus eſſe, meretur.

(c) BECMANNVS *hiſt. Anh. part. 4. c. 5. p. 538.* trabibus adſignat *nigrum* colorem, fünf ſchwartze Balcken. Sed contra ſentio. Quoniam ita ſcutum dicendum eſſet *aureum*. Heraldicis autem rationibus quodammodo eſt aduerſum, cum, quod ſcuta prorſus aurea ſint, tum, quod alio colore aurum tegatur, deleaturque.

que (d) *trabibus* (e) *aureis* transuerſis (f) diſtinctum, atque *rutaceo ſerto* (g), quod hactenus crediderunt, ſuper-

(d) Numerus tamen is perpetuus non eſt. In bracteatis enim numis nunc tres, iterum quatuor, plerumque vero quinque trabes obſeruaui.

(e) Alii non 1) *trabes* dicunt; ſed 2) *tractus* quatuor eleuatos, totidemque depreſſos, quibus verbis codex vtitur Doberlucenſis apud TENZELIVM *in ſupplem. hiſt. Goth. p.* 445. Ligna 3) *ſtratoria* autem adpellat CRANZIVS *lib.* 2. *Sax. cap.* 24. Nonnulli 4) *faſciae* verbo exprimunt, *Hoennius cap.* 1. *p.* 10. Mihi *trabs* idolum propterea placuit, quia vulgus & vetuſtas opinioni, licet forte non optimae, fecere patrocinium. Inde eſt, quod, Ballenſtätt olim Balckenſtätt dictum eſſe, voluerunt, vt inſigne verbo reſponderet, damit ein ſelbſt redendes Wappen heraus käme. BROTTVFF. *in hiſt. Anhalt. p.* 170. & POMARIVS *in Chron. Sax. p.* 161.

(f) Cauſas der fünf Balcken varii reddunt varias. Sunt 1) qui *Ballenſtaedt* olim Balkenſtaett dictum eſſe, fingunt, quorum modo vidimus commenta. Weil Ballenſtatt vor deme ein Blockhauß geweſen. Alii 2) faſciam inſigne eſſe putant illius, qui pro fide Chriſti vincula non extimeſcat; aut qui ideo cingulum ſumere, & in militiam ire cupiat. BECM. *part.* 4. *c.* 5. §. 2. ad ſimilitudinem faſciae Auſtriacae *cap.* 5. *p.* 456. Mihi etiam 3) ſenſu abundare liceat meo. Certe, Anhaltinos Magdeburgici archiepiſcopi vaſallos fuiſſe, nemini eſſe poteſt ignotum. Quod ergo Magdeburgici clientes alii, vtpote *Mansfeldenſes*, *Querfurthenſes*, *Somerſchenburgenſes*, imo ipſi Burggrauii *faſciis* vſi ſint transuerſis SCHWANBERG. *in hiſt. Anhalt. lib.* 1. *c.* 40. opinabile eſt, hoc inſigni Anhaltinos profeſſos eſſe Magdeburgicam clientelam. Praeſertim cum nobiles de *Maſchwiz* landſaſſii ſint Magdeburgici, eodemque gaudeant heraldico inſigni. Vicus enim *Maſchwiz* vna hora diſtat a ciuitate Halenſi, verſus orientem. Quod meum eſſe ſolet Tuſculanum (*).

(*) Deſertum tamen, quod tributarium eſſet, & opus creuiſſent ad redimendum equeſtria praedia momenti maioris.

(g) Notiſſima eſt fabula, nouum Saxoniae *ducem* nouum etiam inſigne voluiſſe, quod, Henrico Leone exauctorato, eius poſteri *equo* Saxonico nihilominus vterentur. Caeſarem Fridericum I. igitur propterea rogatum nouo duci, ſtirpis

ſuperinductum oblique a dextra ad *ſiniſtram* (h). *Apex* (i) illius *cornu* quoddam *copiae* (k) habet *coronatum*

Kk 3

pis Anhaltinae, Bernhardo, *ſertum rutaceum* Anhaltinis trabibus ſuper induxiſſe, quod de capite ſuo deſumſerit, quo tum aeſtiuo tempore fuiſſet redimitus anno 1180. Ita *Cranzius*, *Spalatinus*, *Fabricius*, innumerique alii apud HOEPPINGIVM num. 727. Verum hanc opinionem figmenti incuſare ſolent recentiores, quos nominauimus ſupra *cap.* 3. Ceterum recentiori demum aeuo factum eſt, vt Sabaudiae & Montisferrati duces idem ſibi inſigne adrogarent, quaſi ita ſe oriundos dicerent ſtirpe Witiekindea. Cum tamen hoc non Saxonum vetuſtiorum ſymbolum ſit, verum gentis Anhaltinae. Imo, me auctore, praeter rem fecit anno 1422. Fridericus bellicoſus *cap.* I. *§.* 13. quod Anhaltinum ſymbolum cum Saxoniae electoratu ad ſe pertinere crediderit. Maximopere, quod tum etiam temporis *Anhaltini* & *Saxo-Lauenburgici* principes optimum ex hac Saxoniae teſſera petere argumentum potuerint, non ſolum, quod a Saxoniae electorali familia oriundi eſſent, ſed etiam, quod agnatico ſucceſſionis iure gauderent in Saxoniam. Cuius memoria ſymbolo Saxonico ſubinde cum ipſi admonerentur, tum imperator ac imperium, vt ſimultanea inueſtitura non opus eſſe videretur (*).

(*) Et Chriſtoph. Henr. *Starkium*, qui reſp. Adamo Rechenbergio anno 1664. diſſertationem Lipſiae habuit: *ſertum ſentaceum domus Saxonicae inſigne*, qui ſequitur vias prorſus vulgares.

(h) Diſcriminis loco a ſiniſtra ad dextram has faſcias gerere *Maſchwizios*, monet *Spenerus* p. 7.

(i) Qui tamen in vetuſtioribus inſignibus ſaepe vel abeſſe ſolet, vel pro arbitratu cuiusque principis variare. Quapropter non eſt, quod in apicibus deſcribendis tantum operae nobis ſumamus. Hoc forte conſilio apices prorſus ſolent omittere.

(k) Alii *pileum* dicunt turbinatum (einen hohen Hut, wie man vor deme getragen,) alii *columnam* apud *Spenerum* p. 33. Sed primum non videtur, quoniam plumae pauoninae non adſcitae ſunt, verum ex meditullio eius adſurgunt: neque alterum, quod neque Hercules columnam in capite tulerit, neque plumae columnam decent. Opinabilius igitur eſt, hanc teſſeram quendam pennarum contextum feciſſe, quem poſtea *faſciis* ſiue trabibus Saxo-Anhaltinis cinxerint.

tum (l), *aureis* iterum *faſciis* (m) quinque, & *ruta* cinctum, vnde *eminent* orbes *pauonini* (n). Elector hunc faſciculum inter duo *cornua* (o) *argentea* includit recuruis & apertis extremitatibus (p), ac ex vtroque latere adfixis *vexillis* (q), olim Saxonicis decem, quandoque paucioribus (r).

IVLIACVM.

§. III. De his, & quae Iuliacenſi ducatui ſunt adnexa, in Poruſſicae gentis notitia plenius, atque ex inſtituto.

ELE-

(l) Principes enim a galea ſimplici quondam abhorruerunt, niſi adparatus eſſet prorſus militaris. Accedit, quod faſciculum aptiſſime condecoret corona.

(m) Plerumque enim ex ſcuti inſigniis quoque ornamenta deſumſerunt in apice.

(n) Pfauen-Spiegel in vernacula. Quod plumae capitis ornamentum, inter quas eminent pauoninae.

(o) Quod capitis inſigne apud Germanos erat frequentiſſimum ad incutiendum hoſtibus terrorem, *Tacito teſte de M. G. c. 7.* Gallorum hic de cornutis capitibus liuorem cum Spenerus explodunt, tum Limnaeus.

(p) Vt accederet ad tubulae ſimilitudinem, einem Horn, darauſ man blaſen kan, vel etiam, vt infigi poſſet aliud praeterea ornamentum.

(q) Argumentum hoc eſſe videtur aliquibus, mareſchalli ſic ſpartam notari, qui olim *vexillifer fuerit imperii*, de quo cap. 4. §. 7. Verum de hoc ſenſu propterea dubito, quoniam multitudo vexillorum huic inſtituto, der allgemeinen Reichs-Fahnen, fuiſſet inconcinnum. Ex vtroque enim cornu decem vexilla pendent, ad numerum indicandum decem trabium, quae mea eſt coniectura.

(r) Variant enim praeſertim in vetuſtioribus aetatibus. Nunc *tria* vexilla, nunc *quatuor* quodque cornu ſuſtinere videtur.

ELECTORIS ET ARCHIMARESCHALLI.

§. IV. Huc pertinet ſcutum ſuperiori parte *nigrum;* inferiori *album* (s): cui ſuperinducti ſunt *duo gladii* rubentes (t), ſurſum (u) & in *decuſſim* traiecti (x). Ita enim munus ſignificatur cum archiprincipis (y); tum

(t) *Atri* enim coloris ſenſus eſt *mors; albi, vita.* Quo ſymbolo haud dubie ſignificare voluit antiquitas, archimareſchallum imperii enſem geſtare, ad facinoroſos puniendos, & tutandos bonos legumque amantes. Partim vt de alba clypei parte diſtingui poſſent; partim etiam, ne ſigna eſſe viderentur otioſa. Ceterum multoties pictum eſſe vidi vtrumque euaginatum enſem colore ferri naturali.

(u) Nam *Saxo-Lauenburgici* principes eapropter cum electorali domo Saxonica in has leges conuenerunt, vt primi duos gladios deorſum, alteri ſurſum adhiberent.

(x) Hoc ordine diſpoſitos aduertes in heraldicis inſignibus duas claues; lanceas duas; cultros duos; duo peda; baculos duos; duo tormenta, aliaque, quibus ſignificant ſpartam ſuam officiales. Quamuis haec ſigna alias non imprimi ſcutis, ſed poſt illa ſoleant recondi.

(y) Ieiuni huius argumenti interpretes illi ſunt, qui gladium vtrumque officii admonuiſſe Saxonem volunt, vt armis obtrudat Chriſti ſacra Venedis. Quae naeniae cleri ſanguinolenti apud ALBINVM *chron. Miſn. tit. 16. p. 435.* Zwey Schwerdt das Marſchallamt bedeuten, die Wendiſche Heyden auszureuten. Egomet *vnum gladium* iuribus adſero archiprincipatus. Ita enim 1) obſeruo in numis bracteatis, quod archiprincipes cum *ferro* in manibus ſculpantur, alii vero ordines imperii cum vexillis; 2) in prouerbium iuit das Chur-Schwerdt, non quod illo opus ſit electori in electionis munere, ſed in ſignificando domi archiprincipatu. Primum errat LIMNAEVS *lib. 3. iur. publ. c. 10. n. 19.* 3) Quapropter Bremenſis & Herbipolitani antiſtites, ex quo ſuperioritatem territorialem accepere, *enſe* & ſtola inſtructi eſſe, videbantur; 4) eccleſiaſtici electores gladio non gaudent der Chur-Schwerdter, quoniam ipſi olim ſuperioritate hac caruerunt; 5) Hodie poſtquam recentiores etiam principes, tam eccleſiaſtici, quam ordinis ciuilis ſuperioritatem

tum archimareſchalli (z). Ad primum etiam clypeus referri debet *rubei coloris* (a), der Blutbann.

MISNICVM.

§. V. Miſniae SCVTVM *aureum* eſt, cui inſcriptus *leo niger* (b), dextrorſum *gradiens* inter rubea *corcula*

ritatem accepere, omnes illius priſtino ſignaculo, enſe, inaugurantur; 6) Saxo qua Mareſchallus non duobus gladiis opus habet; ſed tantum alterutro. Et quae argumenta ſunt generis eiusdem, quae comes de ARCO recitat in *formula Marchiae §. 9. p. 81. lit. e.*

(z) Nam S. R. I. *archimareſchallus* iudex fuit & arbiter ſupremus *criminalis; ciuiles* enim cauſae fuerant penes Rheni *archipalatinum.* Id enim plura arguunt: 1) ratio muneris *vetuſtior*, 2) *vicariatuum* inde *duorum* par, vnius in ciuilibus, in criminalibus alterius; 3) gladius, *inſigne* criminalis iudicii perpetuum; 4) ritus, *Caeſari gladium praeferendi* in itu ac reditu; 5) muneris archimareſchalli ratio hodierna, qua ius iudicii habet animaduertendi in crimina, in comitiis admiſſa a legatorum ſatellitibus. Sed opponunt ex aduerſo, qui gladium vtrumque adſerunt muneri *archimareſchallatus*, *primo*, quod Pappenhemius vicemareſchallus eodem vtatur ſymbolo. *Reſpond.* Multa fieri ad vulgi opinionem. *Deinde*, quod alii officiales hodieque, quoties ſui muneris inſtrumenta adhibent, duo adhibere videantur. *Reſp.* Id fit aeuo recentiori pone ſcuta. Sed figura Saxonici ſymboli eſt vetuſtiſſima ſcutoque inſcripta, cui ritui vnus gladius ſufficere potuiſſet.

(a) Is eandem cauſam habet cum primo *gladio*, nuntio ſuperioritatis territorialis, iam per gladium ſignificati, quam per *clypeum* rubentem. Imo etiam rubeum *vexillum* quandoque additum fuit, die Blut- oder Landes-Hoheits-Fahne. Haec omnia olim archiprincipatuum ſignacula fuerunt, poſt vero, quam ceteris quoque ordinibus ſuperioritatem largiri ſunt imperatores, etiam his facta ſunt communia. Primum intelligitur ex eo, quod hoc clypeo hodie & *Boii*, & *Palatini*, & *Brandenburgici* electores vtantur. Quod notat *Comes ab* ARCO in formula Marchiae §. 9. *p. 83. lit. b.* Ceterum *Hoennius* huic ſcuto apicis loco addit *duas alas*, qui poteſt *cap. 5. p. 66.* cum noſtris conferri.

(b) Ein gecrönter, ſchwartzer, zur Rechten ſehender Löwe, mit ausgeſchlagener rother Zungen, fürgeworffenen rothen Bran-

corcula (c). Caput leonis *coronam* (d) geſtit miniatam; eiusdem coloris vngues & lingua (e); cauda bifurcata (f). In APICE eminet *herma* manca *virilis* (g) taeneis alternis argenteis & rubeis diſtincta (h), barba & crinibus explicatis (i). Mitra, qua tegitur, argento fulget, e faſtigio exſurgunt plumae pauoninae (k).

THVRINGICVM.

§. VI. Thuringiae SCVTVM *coeruleum* (l) eſt, cui

Brancken, und einem in die Höhe aufgewundenen doppelten Schwantz in güldnem Feld. Ita *Hoennius cap. 1. p. 19.*

(c) *Albinus c. 15. p. 187.* roſarum folia dicit, inter quae ambulet leo, vt Halae Venedorum aſinus ſuper roſas. Sed opinabilius eſt, corcula ſimul animi imperterriti fortitudinem indicaſſe, leonis ſociam: quae tribui debuerat Miſniae Marchioni, ad hoſtes de orientali Germaniae limite depellendos.

(d) Quaſi fortitudinis victricis praemium. Quae ergo male negligitur.

(e) Ad indicandum leonis ſenſus pugnaces.

(f) Inſtar Bohemici leonis *lib. 1. c. 7. §. 4.* in Auſtriacis.

(g) Ein Manns-Kopff und Rumpff mit grauen und fliegenden Haaren und Bart ohne Arm, auf welchem eine Zipfel-Mütze, daran oben ein Pfauen-Schwantz herfür raget. *Hoennius c. 1. p. 19.*

(h) Alii malunt nigrum & aureum colorem, qui reſpondeat ſcuto Miſnico.

(i) Quaſi in torneamentis certaret, equo incitato.

(k) Hunc apicem *Wettinenſibus* debent acceptum, maioribus ſuis, quod vidimus *c. 1. §. 6. p. 23.*

(l) Non aureum, quo errore labitur *auctor* der Durchl. Welt *part. 1. ſect. 2. p. 195.*

cui *leo* (m) *corona* (n) redimitus, & quinque *argenteis*, totidemque (o) *rubeis*, (p) *faſciis* (q) diſtinctus, *dextrorſum* (r) gradiens, *lingua* (s) & *vnguibus* aureis.

(m) Inſigne vulgatiſſimum. Quod ſi verum eſt, hunc *leonem* accepiſſe Ludouicum Barbatum ab Imperatore Cunrado II. Salico, quod auctores tradunt apud HOEPPINGIVM *cap.* 6. *part.* 5. *n.* 788. *p.* 38. coniector, voluiſſe Caeſarem Francicum, vt ſymbolo vteretur cum Francis communi. Alii tamen perhibent, *leonem* Thuringos a Franco-Gallis accepiſſe tempore Merouingorum, qui Thuringos primi ſubiugauerint. HOENNIVS *cap.* 1. *p.* 5. Quibus contradicunt cum TENZELIVS *in ſupplem.* 2. *hiſt. Goth. p.* 460. tum etiam SCHLEGELIVS *de numis Iſenacenſ.* Neuter enim *leonem* in Thuringico ſigillo vidit ante annum 1200.

(n) Victoriae illius ſymbolum, quod in Miſnia diximus, non priſtini *regni* Thuringici commemoratio.

(o) De numero faſciarum nil certi definire licet. In ſepulchralibus ornamentis nunc *octo*, iterumque *nouem* aut *decem* faſcias reperi, tam in Saxonicis clypeis, quam in Haſſiacis; Prout ſcilicet idoli magnitudo paſſa eſt, plures faſcias exprimi. Vt adeo fruſtra in horum numero aliquod fingere diſcrimen ſoleant inter Haſſiacum leonem & Thuringicum, quaſi primus octo, alter nouem aut decem faſcias habere videatur, quae argutiae ſunt MVNSTERI *lib.* 3. *Coſm. c.* 17. quem *Hoeppingius* & *Spenerus* tuto ſequuntur.

(p) Quaſi in ſpe praedae & rapinarum leo eſſet conſtitutus.

(q) Ex numis enim bracteatis, SCHLEGELIO editore, inter *Iſenacenſes* patet, antiquiſſimis temporibus Thuringiae dominos *faſciis rubeis* & *argenteis* vſos fuiſſe, quae *bacillorum* nomine aliis veniunt, *Hoennius cap.* 1. *p.* 5. Vt opinabile ſit, Thuringos his ipſis ſignaculis ſuum *leonem* ab aliis diſtingui ac internoſci voluiſſe.

(r) Non ad ſiniſtram, quae opinio eſt aliorum apud *Spenerum ſect.* 1. *p.* 4. §. 2.

(s) Vt color eſſet coronae concinnus. Quamuis etiam argentum vtrinque repererim, quod cum faſciis ex argento conſpirat. Sed faciles hic ſunt errores pictorum.

Digitized by Google

reis. Apex duo *cornua* habet (t) *argentea*, recuruis atque apertis extremitatibus (u). Vtraque cornua *octo bacilli* (x) ornant cum foliis (y).

LVSATICVM.

§. VII. Saxones *Luſatiae* INFERIORI (z) tribuunt SCVTVM argenteum, cui bos inſcriptus rubeus, ventre albicante (a). Apicis loco addunt *aquilae* vel caput & collum argentea (b), vel erectum *bouem* (c). Svperiori Luſatiae dant *ſcutum* coeruleum, cum flaui coloris *muro* in pinnas ſurgente (d).

(t) Der Helm iſt offen mit einer Crone bedecket, und mit zweyen an den Spitzen auswärts gebogenen ſilbernen Büffel-Hörnern, deren jedes mit 3. bis 4. 5. 6. ausgeſchlagenen Aeſten oder Stumpfen beſetzet, und jeder von dieſen mit zwey Zacken allenthalben in ein Blatt auslauffend verſehen ſind.

(u) Inſtar Miſniae cornuum.

(x) Myrtillorum fruticeta dicit *Freherus Orig. Palat. cap. 9. p. 73.* Cui conſentire videtur ſigillum Marpurgenſe apud *Hoeppingium n. 807. p. 359.* Numerus itidem variat, reſpicitque forſitan numeros Thuringiae comitatuum: quod idem etiam credere licet de Miſniae vexillis. Quod conſtet, Miſniam ſyſtema eſſe *decem* comitatuum.

(y) Vt cornua virere & frondeſcere viderentur. Quae figura heroicis imaginibus communiſſima.

(z) Noſtro iudicio *bos* vtriuſque Luſatiae ſymbolum eſt heraldicum, quod diximus *lib. 1. c. 7. §. 20.* Ex aduerſo ſentit *Hoennius c. 3. p. 41.*

(a) Etiam dorſum bouis album volunt alii.

(b) Linguam & roſtrum cocco tingi vult *Spener c. 2. §. 9. p. 35.*

(c) Ita *Albinus chron. Miſn. p. 444.* Vt apex ſcuto reſponderet. Verum Saxones vtuntur inſigni priori, non altero.

te (d). Quem etiam in apice ponunt inter alias (e) vel in pinnis, ala impoſita (f).

HENNEBERGICVM.

§. VIII. SCVTVM *aureum* eſt, cui inſcripta nigra *gallina* (g) barbatula & criſtae rubicundae (h); Quae tricipiti inſiſtit colliculo viridi (i). APEX *virginem* habet (k) nudatam, ſed mancam, quae in capite

(d) Quod inſigne ciuitatis Budiſſinae pictum in carmine Peuceriano, vti diximus *lib. 1. c. 7. §. 20.*

(e) Ita memini, me etiam conſpexiſſe.

(f) Vel potius alarum par, vt tamen altera poſt alteram lateat, *Spener. cap. 2. §. 2. p. 32.*

(g) Habes itaque vere ſic dictum inſigne *loquax* & *garrulum.* Forte, quod gallinae nidus repertus eſt in loco, cui arx Hennebergenſis fuit inſtructa. Ita HOENNIVS *in chron. Coburg. Lib. 1. c. 22. p. 189. ſeqq.*

(h) Natiui ſcilicet coloris. Nam & niger gallinae color nil habet a natura alienum.

(i) Colliculus tamen multoties abeſt. Variare etiam ſolet color. Vt adeo hoc ſymbolum ſua patiatur diſcrimina.

(k) Palladem facit vetuſtus poeta apud HOENNIVM *in hiſtoria Coburgenſi lib. 1. c. 22.* qua imagine Caeſar donauerit Bertholdum Comitem: Wegen ſeiner Weißheit hochgehalten, Ihm auf ſeinen Helm geſetzt die Jungfer Palladem ehrend, die man ſonſt auch Minerua nennt; apud HOENNIVM *lib. 1. hiſt. Cob. c. 22. p. 126.*

capite coronam (l), & huic iniunctam mitram (m), ſiue faſciculum (n) ſuſtinet plumarum pauoninarum.

BVRGGRAVIAT. MAGDEBVRGICI.

§. IX. Scvtvm Burggrauiatus rubeum eſt (o), idque ſciſſum in duas partes (p). Vni *aquila* dimidia, capite tamen pleno ad dexteram verſo, eſt inſcripta (q); alteri quatuor aut quinque *faſciae* albae (r). Apex

(l) Quaſi corona vel principatus denotetur, vel Franciae regum clientela. Ego neutrum exiſtimo, quoniam vbique coronarum abuſus patet in medio aeuo.

(m) Nihil prohibet, quin mitrae extremitas proferat *plumas pauoninas*. Quod de pileo dicere non potui in Miſnicis.

(n) Diximus de hac opinione in *Miſnia* cap. 7. §. 5.

(o) Aureum ſignat SIBMACHER *part. 2. p. 7.*

(p) Bipertitum ſcutum indicium eſt duplicis cauſae, quorſum illud reſpicit. Putauerim, primam quondam partem Burggrauii fuiſſe, alteram archiepiſcopi.

(q) Aquila inſigne vulgariſſimum in regionibus Venedorum, *lib. 1. c. 7.* Abſit, vt dimidiam partem exiſtimemus aquilae imperialis.

(r) Opinabile eſt, hunc *colorem faſciarum* ſiue *trabium* debere Burggrauium Magdeburgicis archiepiſcopis; Quippe qui ſcuto gaudent tranſuerſim bipartito, vbi ſuperior pars *rubra*, inferior *alba*. Quod itidem fit in ſymbolo Burggrauiatus. Scilicet, vt inſignia & colores vaſalli domino, archiepiſcopo, eſſent concinni. Ita enim omnino ſentio, non alia cauſa *Anhaltinos*, *Querfurthenſes*, *Manſfeldenſes*, & ſi qui alii, faſciis vſos eſſe ſiue trabibus, quam propterea, quod omnes hi addicti eſſent Magdeburgicae clientelae. Vt adeo nil inſolenter fiat, ſi eodem argumento vtamur in Burggrauiatu, Magdeburgicae cathedrae clientelari. Confer *p. 251. cap. 7. §. 2. lit. f.* libro eodem.

Apex *cornua* duo habet (s) *albi* itidem ac rubri coloris.

BARBIENSE.

§. X. Scutum *coeruleum* eſt (t), cui duo *mulli barbati* (u) inſcripti ſunt: circumiectis quatuor *roſis* (x). Apice Saxones hic vti non ſolent (y).

PALATINVM.

§. XI. Saxonicum *palatinatum* ſignant *ſcuto coeruleo* (z), cui *aquila* eſt inſcripta flaui (a) coloris. Clypei

(s) HOENNIVS *cap.* 3. *p.* 49. deſſen gecrönten Helm (errore ſuperius confutato) werden insgemein ein Paar roth und weiſſe geſtreiffte Büffelhörner aufgeſetzt.

(t) Quo colore haud dubie aqua notatur, vt in illa piſces viuere videantur.

(u) Ex aduerſo ſibi oppoſiti, erectique, colore naturali. Vt adeo hoc *inſigne garrulum* eſſe, nemo non videat.

(x) Verum & *roſae* ſymbolum produnt garrulum, notantque dynaſtiam *Roſenburgenſem*, Barbiae vicinam, & Magdeburgico archiepiſcopatui clientelarem. Cuius etiam princeps vtile dominium aere redemit a poſſeſſoribus an. *1696.* Quapropter Saxones cauſam non habent roſarum.

(y) Olim comitum inſigniis duo clypei tribuuntur. Vnus, cui inſideat *canis;* alter, cui *duae lanceae* ſint infixae. De quo legi poteſt HOENNIVS *cap.* 5. *p.* 72. 73. Ceterum de Barbienſi comitatu diplomata exhibet BECMANN. *part.* 3. *lib.* 2. *hiſt. Anh. cap.* 5. *p.* 340. 341.

(z) Viridem colorem ſcuto huic tribuunt *Pomarius* & *Münſterus.*

(a) Aquila nunc conſpicitur cum corona, nunc abſque illa, teſte *Schlegelio in epiſtola de numo c. Blankenburgenſis.*

pei ornamentum duo *cornua* (b). A quo *Thuringiae palatinatus* inſigne in eo differt (c), quod ſcutum huius ſit *nigrum*.

§. XII. Sufficiant haec territoriorum inſignia, quorum mentionem faciunt Saxones (d) in titulis ſuorum principum. Quamuis enim ſcutum Saxonicum aliis pluribus vetuſtiorum comitatuum ſymbolis (e) inſtructum ſit: operae tamen pretium non eſſe credidimus, tenere auditores illorum explicatione (f). In eo certe Saxones a moribus abeunt principum Germanice aliorum (g), quod titulus curialis alias vel

(b) Vtrique palatinatui, Saxonico & Thuringico, communia.

(c) Vtinam hiſtoriam haberemus vtriuſque huius palatinatus, in qua *Sagittarius*, *Schurzfleiſchius*, aliique fuere occupati; a quibus *Hoennius c.* 2. *p.* 36. abit, qui vtrumque palatinatum habet pro eodem, qui tantum inter lineas diuerſas fuerit diuiſus. Quam coniecturam adiuuat vtriuſque heraldici ſymboli ſimilitudo. Ceterum ratio tamen ſingularum Germaniae prouinciarum vult, vt credamus, Caeſarem in quaque ſingulare palatium habuiſſe, & ſingularem palatinum. Atque haec forte cauſa eſt, quare vterque palatinus *aquilam* gerat, inſigne forſitan omnibus palatinis prouincialibus commune. Vt illud indicio eſſet, palatinos officiales tantum eſſe, necquicquam vero dominos peculiaris ac proprii territorii.

(d) Cetera enim territoriolorum inſignia, quae ipſi in titulo non commemorant, neque nobis digna viſa ſunt ſingulari explicatione. Accedit, quod *Spenerus* Saxonica inſignia in peculiari libello deſcripſit, quem paſſim emendarunt *Hoennius*, *Tenzelius* & *Schlegelius*, eruditae antiquitatis indagatores.

(e) Ita enim *Saxonici palatinatus*, *Orlamundani*, *Vinarienſis*, aliorumque comitatuum & dynaſtiarum ſymbolo conſpiciuntur. Quae rationes habent vetuſtate ſepultas. *Deinde* inter ipſos Saxoniae duces inſignium diſcrimina ſunt. Quidam enim territoria noua acquiſiuerunt, quibuscum alii Saxoniae principes nil habent commune, Iſenacenſis ducis exemplo, qui ſymbolorum *Wittgenſteinenſium & Saynenſium* fieri vult mentionem.

(f) Ne his ſymbolis recenſendis nimium temporis abeat, ſtudio rerum aliarum deſtinati.

(g) Quod etiam *Hoennius* aduertit *cap.* 2. *p.* 32.

vel inſtructior (h) ſit inſigniis, vel iiſdem ex aſſe reſpondeat (i); contra Saxones prouincias plures pingere ſolent in ſcuto (k), quam in titulo commemorare.

(h) Ita enim Auſtriaci longe vberiores ſunt in recenſendis prouinciis in titulo, quam in inſigniis, vbi ne principatus quidem omnes conſpiciuntur, *lib.* 1. *c.* 7.

(i) Qui mores ſunt plerisque communes.


(k) Si quid coniectando adſequor, putauerim, hoc fieri ex idonea & ſatis momentoſa ratione. Nam in titulo recitari ſolent ditiones S. R. I. *immediatae* tantum, non autem illae, quae ſunt prouinciales, & ſub generali prouinciae nomine iam comprehenduntur. Exempli loco *Vinarienſis*, *Orlamundanus*, *Gleichenſis*, *Pleiſſenſis*, *Eiſenbergenſis* comitatus & dynaſtias a Saxonibus vel Miſniae, vel Thuringiae territorio adſcribuntur. Ne igitur aliis ſuſpicionem excitent, e. g. *Vinarienſem* comitatum eſſe quidem in Thuringia, ſed non de Thuringiae landgrauiatu: conſultum magis eſſe credunt, ab vſu tituli illius abſtinere. Notum enim eſt, quod Thuringia tot comites habeat, qui S. R. I. parere volunt absque principe landgrauio intermedio, negantque, ſe eſſe de Thuringiae landgrauiatu. Eadem cauſa idem faciunt *Boii* & *Brunſuicenſes*. Ita egomet rem accipio, in qua coniectura ſi errauero, veniam eius erroris peto a viris rectiora doctis.

FINIS TOMI I.

GERMANIAE PRINCIPIS
LIBER IV.
NOTITIA
BOIOARIAE
ET
PROVINCIARVM,
QVAE HVIC ADNECTVNTVR.

TOMVS II.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

DE

BOIOARIAE ELECTORATV S. R. I.

CAPVT I.

HISTORIA Boicae Gentis.

§. I.

Boicae *gentis* conditor parentem habuiſſe fertur *Agilolfum*, virum primariae inter ſuos nobilitatis; cuius vero & incerta aetas eſt, & dubia admodum in poſteris eius ſucceſſio (*).

(*) Licet BOICA lege, aeterno iure, cautum, ne alii vllo vnquam tempore, quam ex AGILOLFINGICA gentilitate ac ſtirpe (†) ſuccederent in Boioariae ducatum.

(†) In *CODICE LL. BOICAR. tit. II.* §. 20. verba habentur: *AGILOLFINGI ſummi ſint principes inter vos. DVX enim de GENERE AGILOLFINGORVM & fiat & eſſe,*

Capitularia RR. Francorum noſtros principes Agilolfingos dicunt; inde coniecturarum de Agilolfo *libertas.* Aventini, Brunneri, Bucelini, *in Agilolfingica ſtirpe proferenda, laudandi conatus (a).*

§. II. Neque minor de vniuerſi populi ortu inter auctores diſſenſus. Plerique tamen Boios pro Galliae *colonia* habent, quae, Rheno fl. transiecto, inde in Germaniam, Tarquinio Romae regnante, emigrauerit.

Sunt quoque aliorum coniecturae, qui nominis, gentisque origines ex Armenia (b), vel, vt aliis placet, e Phrygia deducunt (c). Ceterum adpellationem gentis antiquiſſimam alii in ſiluis Germ. Boſch, Buſch: *alii in armorum genere* einem Bogen: *alii in heroe quondam Boiamundo: alii alibi quaerunt. Et ſunt, quibus* Beck *(d) Phrygum hic arridet. Antiqui enim auctores* Boii, *non* Bauari, *dixerunt. Inde hoc aliqui pro compoſito habent nominum,* Boius & Auares, *quae Hungaricae gentis vox eſt (e). Sed credibilius forte, barbaram dialectum Boiar, Baiar, Baiarus, Babarus, tandem Baua-*

debet; deinceps porro, iure aeternum duraturo. De quo in *diſſert.* de *Lege caducaria cap. vlt.* §. 8. B. Ludewig.

(a) Adeo, vt hac cauſa hodierni etiam Boioariae duces a *regali* ſanguine *Agilolfingico* originem ſoleant repetere. Per epitomen hic it *Wolfg.* LAZIVS *lib. 7. de migrat. gent. p. 236.* Plenius rem tractat ADELZREITER *lib. 6. hiſtor. Boic. p. 76.* Quae ſententia Boioariae ducibus nullo non tempore animos addidit, vt archiprincipibus Germaniae vellent aequari, vt proedriam ipſis etiam diſputarent rebus publicis liberis, Venetae aliis; vt de regali cogitarent dignitate, ſuae genti iterum recuperanda.

(b) Quod etiam narrat *Auentinus in annal. Boic. p. 77.* Quaſi Friderici I. tempore in Armeniis populi reperti ſint, qui Boica lingua fuerint vſi. Alias ad fingendum cauſas ſuppeditat *Lazius lib. 7. p. 225.*

(c) Delirio *Becani*, quod Phrygum *Bek*, panis, Bois notaret piſtorem. Quaſi vocabulum non commune eſſet vniuerſae Germaniae.

(d) Quaſi *Boi* olim *Bekii* ſint adpellati. Siculae gerrae.

(e) Quoniam Hungari *Auares* dicti, contiguique populi ſint Boioariae. Vt adeo vtraque gens commiſceri potuerit, iterumque ad vnum verbum contrahi. Idem dicunt in *Franco-Gallia* eueniſſe.

Bauarus, vocabula, quae in medii aeui ſcriptoribus ſingula reperiuntur, effeciſſe.

§. III. Populum *Regibus* paruiſſe, fide conſtat Romanorum: neque viuendi migrandique rationes, ſcriptoribus adnotatae, aliud imperium admiſerunt (f). Tempora, cauſas, loca migrationum rite noſſe, difficilis inſtituti eſt, cum diuerſis hic ſcriptoribus diuerſa probentur (g). Scribunt aliqui, Boios e Gallia in Germaniam colonos veniſſe (h); inde, alpibus conſcenſis, manus in Italia conſeruiſſe (i) cum Romanis (k); rediiſſe hinc in Bohemiam (l); tandem factum, vt in Norico (m) ſec. V. conſiderent.

 Inde

(f) Oportuit enim populos, qui in colonias deducti ſunt, pendere ab imperio vnius.

(g) *Welſerus* hic inprimis congeſſit veterum huc facientia teſtimonia.

(h) V. ill. a COCCEIIS potiſſimum praeſtat huic opinioni patrocinium, *Boios* non ex Gallia Rhenum traieciſſe verſus Germaniam: ſed potius ille ex aduerſo contendit, Germanos principio in ipſam Galliam colonias deduxiſſe, *in iuris publ. proleg. n. 16. 17. ſq.* qui omnino conſulendus. Mihi certe non licet eſſe hic ita ſubtili & prolixo, ne ſcholis meis eueniat illud Iuſtiniani, vt habeam diſciplinae deſertores, qui rebus vetuſtate ſepultis atque curioſis magis, quam vere vtilibus abſolui putant hiſtoricorum inſtituta. Diſſentit WERLHOFFIVS *in notitia imperii lib. 1. c. 2. §. 14.* Taciti locum aliter explicat VOBVRG *tom. 1. p. 21.* rationesque iterum peculiares HERTIVS ſequitur, in libro nouiſſimo de *notitia veteris Germaniae.* Id enim cauendum eſſe putant Germani, ne victas manus dent *Bodino lib. 1. methodi hiſt.* vbi Germanos pro Gallica habet propagine, proptereaque Gallis ſuis *& recuperatoria iudicia* commendat aduerſus Germanos, & iura procdriae Gallis ſuis adſerit ante Germanos. Ita enim, *Bodini* conſilio, vtiliter mentiri & fingere licet pro patriae ſalute.

(i) Imo Gallorum Senonum memoriam, qui Romam expugnauerint, pro Boiorum habere quidam ſolent propagine. Inde *Bononiam* a Boiis conditam opinantur.

(k) Qui enim ex populis Germaniae Romanis innotuere, primi ſunt Boii, anno V. C. 150.

(l) Quae nominis vetuſtam rationem loquitur, hodieque Boienheymat. Late Goldaſtus lib. 1. c. 3.

(m) Apage nugas de Herculis filio, qui Noris ſit dictus. *Lazius.*

Inde eſt, quod non Boioariae, *ſed* Boiorum *reges dixerint principes ſuos. Auentini, Welſeri, Brunneri, Lazii, Adelzreiteri collatae inuicem atque expenſae rationes de migratione Boiorum* (*n*).

§. IV. Boioariae autem regnum, quod Romanis ſaepe moleſtum fuit, neque legibus victoris paruit vnquam (o), in *Francorum* demum poteſtatem conceſſit. Potentiſſimae enim gentis vicinitate, & incuſſo inde noſtris terrore, factum eſt, vt principes Boiorum amicitiam Francorum, mox & clientelam admitterent. Dederant in principio honori Chlodouaei magni Reg. Franc. *regali* etiam tum nomine diſſimulato (p), ne potentis vicini inuidiam contraherent. Poſteris autem Francorum regibus vt parua domi auctoritas fuit: ita minor Boiorum erga illos obſeruatio. Inde cauſam ſibi Pipinus habere eſt viſus, vt principem Boiorum ad priſtina erga Francorum imperium obſequia armis reduceret. Carolus autem M. Thaſſilonem, nouas iterum turbas excitantem, vicit ſubiugauitque, euerſo *Agilolfingorum* regno, & Boioaria in prouinciae formam redacta (q) an. 788. (*).

Qui

(n) Imo Toliſto Boios alios in Macedoniam, alios in Aſiam vſque dicunt e patria emigraſſe.

(o) Bella cum Romanis deſcribunt paſſim *Liuius*, *Halicarnaſſenſis*, alii, quorum loca congeſſere *Auentinus*, *Adelzreiterus*, *Megiſerus lib.* 1. *Carintbiae c.* 1. *Welſerus.*

(p) Imo *Adalgarionem* regem exuiſſe hac dignitate *Chlodouaeum* affirmant. Sed a partium ſtudio liberi non ſunt Francorum annales, quos exſcribunt noſtri AVENTINVS *lib.* 3. *in pr.* CRVSIVS *part.* 1. *lib.* 8. *c.* 9. *annal. Sueu.* MEGISERVS *in Carintb. lib.* 5. *c.* 1. SCHOENLEBEN *in Carniola lib.* 1. Plura habet KNICHEN *de Sax. non prouoc. iure* cap. 1. n. 77. p. 7.

(q) Thaſſilo enim factus eſt vaſſus Caroli M. FRAGM. *annal. Bau. ad an.* 787. *vaſſaticus*, quod habet AIMOINVS *ad an.* 757. item ſuus, quod RHEGINO dicit *ad ann.* 756. 888. Formula itaque Boioariae *clientelaris* ab his demum temporibus repeti debet, non a temporibus Chlodouaei, quod facit V. ill. a *Cocceiis cap.* 3. *iur. publ.* §. 5. 6. Carolingici enim reges non priſtina in Boioariam iura reduxerunt, ſed nouo eandem belli iure recuperarunt. Imo cauſas etiam habuerunt ante Boii, vt, Merouingica ſtirpe extincta, & ipſi

Francis

Qui Boioariam principio rexerint? non certo conſtat (r). *Memorant tamen a* Theodone *an.* 550. *vſque ad* Thaſſilonem *vltimum* 780. *reges Boiorum numero XVI.* (s). *Cum absque dubio regnum* electitium *habuerint Boii, vſque dum Theodoni*, Agilolfingicae *familiae equiti, faſces regni cum hereditario in poſteros iure commiſerunt. QQ. an Boii veros* reges *habuerint? an ſacra Chriſtianorum cum Franco-Gallis ſec. V. admiſerint* (t)? *an* regalis *dignitas Boicae familiae a Pipino demum collata, an vero inſtaurata tantum? an, regibus euerſis*, regni *gloria manſerit Boioariae?* (*)

§. V. Agilolfingica ſtirpe euerſa (u), Boioariae

t

Francis nuntium mitterent. Ceterum maximi facere ſolen- iuris feudalis interpretes hanc *Thaſſilonis* hiſtoriam, quod exemplum illis videtur *Francicorum Feudorum* antiquiſſimum: quamuis a rationibus feudalibus ſatis alienum ſit, quod vidit etiam *Knichen de territor. c. 1. n. 80.* cum meliori iure referri debeat in rationes exemplaque foederum inaequalium.

(*) Num Thaſſiloni per ſceptrum contulerit Boioariam Carolus M.? diſquirit *KNICHEN de Sax. non prouocandi iure* p. 17. cap. 1. num. 368.

(r) Vetuſtorum certe temporum tanta obſcuritas eſt Boioariae, vt credendum ſit, hiſtoriam illos tum deſeruiſſe. *Auentinus lib. 1. in fin.*

(s) Qui per epitomen videndi ſunt apud *Lazium* & *Bucelinum*, qui ſtemmata exhibent eorundem, inſtituto ſatis quidem audaci. VALESIVS quoque illos reges recenſet curare.

(t) Verum Boios, Romanis vicinos, maturius ſacra Chriſtianorum accepiſſe, opinabile eſt. *Caniſius* in tomis variarum lectionum, & domeſtici *Salisburgenſis*, *Friſingenſis*, *Paſſauienſis*, *Ratisponenſis* eccleſiarum hiſtorici plurima ſuggerunt in hoc genere argumenta, quorum narrationes euangelici ſcriptores habuerunt pro figmentis. Id ſatis eſt, paganiſmum per Francorum regem Chlodouaeum abolitum fuiſſe per Bauariam vniuerſam. Cum ante Chriſtianis ritibus vterentur in Boioaria ſegreges familiae.

(*) Eſt hoc omnino imis ſenſibus notandum, quod Boioariae duces regis Francorum vaſſi ſint facti, nullo tamen beneficio ab iſtis accepto. Vt adeo claſſi oblatorum feudorum omnino debeant adnumerari. *KNICHEN de Sax. non prouoc. iure* cap. 1. num. 80. 81. ſq. p. 7. ſq.

(u) Aut potius ſuppreſſa. Quod Agilolfingorum propago hodieque credatur perdurare.

deinceps regio a diuerſis *imperatorum* adminiſtris (x), vt aliae prouinciae, in Germania adminiſtrata fuit. Sed an. 890. liberiori iure faſces imperii Boiici *Arnulphus* imperator LVITPOLDO cuidam, quem annales propinquum Caeſaris dicunt, commiſit. De cuius cognatione cum *Carolingis* auctores inuicem vehementer contendunt (y). Is enim idem ille eſt, vnde numeroſam atque illuſtrem Boicorum principum familiam integra ſerie ad praeſentem aetatem vſque deducunt (z).

Qui tricis Genealogorum animum inuoluerunt, illi crediderint, cum Bucelino *ſtirpem* Agilolfingicam *nunquam penitus extinctam fuiſſe, e qua Auſtriacae, Brandeburgicae, Brunſuicenſes, Würtenbergicae, Badenſes, familiaeque aliorum principum, bodienum deſcendant. Sed neque minor de maioribus* Luitpoldi *lis eſt. Alii* tritauum *eius Carolum M. faciunt; alii aliis grandibus Carolingicae genti eum admiſcent; alii agnationem cum eadem prorſus negant, quod argumentis firmat* Blondellus. *Nobis neque tempus, neque otium eſt, bis minutiis mentem defigere. Q. an praeter dignitatem* iuris *aliquid in S. R. I.* Bois *accedat (a), ſi in expedito babeant, genus*

(x) Scilicet *Thaſſilone* criminis laeſae M. damnato, Carolingici reges Boioariam non iterum dederunt *vaſallo* cuidam, ſed eandem adminiſtrarunt per *officiales*, quos *comitum* vel *ducum* verbis adpellarunt, idque fecerunt iure precario & ſemper reuocabili.

(y) Iuerat enim tum in mores regum Carolingorum in Germania, vt cum alias Germaniae prouincias ſingulares, tum *Boioariam* maxime, *vſufructuario quodam iure* agnatis ſuis committerent, ita tamen, vt illi nihilominus ſupremum in illas retinerent imperium. Recentiores ICti id *paragii* vel *apanagii* vocabulis exprimerent, quorum veſtigia hic luculenter ſatis reperiuntur.

(z) Vt a *Carolingis* aeque deſcendant, quam a priſtinis regibus *Agilolfingis*.

(a) Si Luitpoldus *maſcula* ſtirpe deſcendit a *Carolingis*, cadunt Boioariae duces gloria ortus *Agilolfingici*. Si vero in feminis praeſidium ponunt, parum habent aut nihil exinde, quod nulli fere Germaniae archiprincipes ſint, qui a feminis non deſcendant Carolingis. Et quis Germanus minutias curauerit Gallorum, qui in vetuſtiſſimorum temporum tenebris iura ponere velit recuperatoria?

genus ſuum, maſcula ſtirpe, deſcendere a Carolingis? *Vſus politicus talium quaeſtionum* (*b*).

§ VI. Arnvlfvs filius (c) *Luitpoldo* in Boioaria ſucceſſit. Hunc, contrario elogio, alii *malum* cognominant, alii *bonum*. Cum enim, an. 912. extincta *Carolingica* ſtirpe, *Cunradus* Francus in Imperatorem eligeretur: huic ille obſequium negauit (d). Eadem arma, Hungaris adiutoribus, ſucceſſori in imperio *Henrico aucupi* obiecit; ſed pace cum eo facta, Boioariae & *ſuperioritati* in eandem reſtitutus (e) eſt; m. 937.

Aaa 5 *Plura*

(b) Oratores magis decent, quam hiſtoricos. Et ſi his etiam venia datur fingendi in rebus antiquis; ICti ab hac ſcena debent eſſe alieniſſimi V. ill. a *Cocceiis prolog. iur. publ.* §. 3.

(c) Vnde ſatis conſtat, *Luitpoldum* paragii quodam iure poſſediſſe Boioariam; non vero inſtar officialium Carolingicorum.

(d) Nam, extincta Carolingica ſtirpe apud Germanos an. 912. factum eſt, vt *Arnulfus*, princeps Boioariae *paragiatus*, ſibi in eadem adſereret *ſupremam poteſtatem*. Cauſas ſuperius *prooem. cap.* 4. §. 30. congeſſimus, quae hic debent repeti. Inde 1) *Arnulfus* ſalutatur rex Boioariae *Coſmae Pragenſi ad an.* 937. & *Auentino lib.* 4. *p.* 292. Inde 2) ad *regalem* etiam Franciae ſ. Germaniae dignitatem ipſe non minus contendit, *Luitprandus lib.* 2. *c.* 7. *Arnolphus* ſeu Arnoldus *cum vxore & liberis a Boioariis & orientalibus Francis ſuſcipitur: ſed, vt rex fiat, ab eis vehementer expoſcitur.* Inde 3) ſacrorum ſibi iura tribuit in ſuo Boico territorio, *Chron. Ratiſpon. ad an.* 913. Inde 4) belli & pacis iure vſus eſt aduerſus Hungaros inconſulta Caeſaris auctoritate, *Ditmarus* p. 330. Quis dubitabit de ceteris *regalibus*, quae modo dictis ſunt minora. Si enim *belli* & *pacis* iura tum non dependerunt a Germaniae rege in Boioaria; quis *collectandi*, *leges* ferendi, *iuriſdicundi*, *muniendi*, *condendi* vrbes aut poteſtatem eius generis aliam arbitratui eiusdem adligabit. De primo autem quaeſtio eſt, ergo fruſtra diſputatur de altero.

(e) Cum ex his pactis *formulam Boioaria* acceperit permanſeritque ea deinceps penes omnes Boioariae duces, operae pretium eſt, vt de eadem plene conſtet. Recitat eandem his verbis AVENTINVS *lib.* 4. *p.* 297. ad fidem medii aeui monumentorum: *non ſolum Boioariae regnum*, inquit rex Henricus, *vtpote Nariſcos, Alemannos, Chambos, Boethos, Iliſſos, Marcomannos, Vindelicos, Noricos, Auſtriacos, Tyrollios, Atheſinos, Venonas, Styrios, Carinthios, Venedos, Charithios,* *Panno-*

Plura in receſſu habet ea hiſtoria. *QQ. an* hereditario *iure parenti ſucceſſerit? an Boioaria inter omnes S. R. I. principatus* primum *facta hereditaria* (*f*)? *Hoc probe demonſtrato*, veteres *Boiuariae limites num repetent Schirenſes? Quas cauſas is habuerit*, Cunrado I. regi *ſe opponendi* (*g*). *An* 1) *iure* cognationis *ſucceſſionem poſtulauerit in S. R. I.* 2) *an vero a reliqua Germania Boioariae regnum petierit* auelli (*h*)? 3) *cur* regali *titulo vſus ſit?* 4) *quem depoſuit admodum difficulter. Cunradus R. in principum iudicio* dem Fürſten-Recht Arnulfum *proſcripſit* (*i*), *Sepult. Ratisb.*

§. VII. Diſſidiis vero *trium* filiorum, *Eberhardi*, *Arnulphi*, *Hermanni*, quos reliquerat *Arnulfus*, factum eſt, vt *Boioariae* prouincia poſteritas eius excideret. Cui praeter *Schirenſem* & *Wittelsbachicum* comitatus nihil in Boioaria ab Ottone M. Imp. fuit relictum.

Cauſae (*), *quare paterno ducatu filii* mulctati (*k*) *ſint*, 1) *quod*

Pannonios, tibi ſicuti poſſides, permitto: verum ſacrarum aedium quoque, opum eccleſiaſticarum, epiſcoporum, ſacerdotum, myſtarum, monachorum, antiſtitum omnium curatorem te eſſe iubeo & patronum. Illos tibi in clientales dico. Modo nomen regis inutile abdicato. Cuncta alia tibi habeto. Quid nunc aliud tibi vis? quod tibi poſſit ad ſupremam territorii tui poteſtatem deeſſe. Atque haec de origine iuris territorialis in Boioaria ſufficiant. Addatur *Andreas* PRESBYTER *in Chron. Bau. p.* 34. 35. qui ſcribit his ſimilia; minus autem recte hic iudicat *Knichen de territ. c.* 10. *n.* 101. 102.

(f) Necquicquam. Nam eodem tempore *Suenia* dominum territorii accepit Bertholdum; *Saxonia* Ottonem; *Thuringia* Popponem; *Vandalia* Geronem; *Lotharingia* Zwentebolдum, vt adeo Germaniae regi poſt Franciam Rhenenſem nil videatur ſuperfuiſſe. vid. Ludewig de *Conrado I. cap.* 3. §. 2. 3. *ſq.*

(g) Illas dedimus in *prooemio c.* 4. §. 30.

(h) Quod conſilium cuique Germaniae populo tum fuerat.

(i) Quod tamen caruit effectu, cum Arnulphus Cunradi & Francorum mandata parum curaret.

(*) Iudicium quoque de filiis, ducatu Boioariae ab Ottone M. deſtitutis, agit *KNICHEN de Sax. non prou. iure* cap. 1. p. 8. 155.

(k) In eo ſane minus recte fecit Otto, imperator, adeo vt conſilium hoc, fide iudicioque annalium domeſticorum, ad vim referri debeat, ducali familiae in Boioaria illatam. Quam-

1) *quod ſinguli ſpernerent* obſequia *Imperatoris ;* 2) *ipſi inuicem de* partitione *ducatus acriter contenderent ;* 3) *dubia eſſent iura hereditariae* ſucceſſionis ; 4) *Boica domus Saxonicae pridem* ſuſpecta *videretur in aemulatione ad faſtigium Imperii R. A. Boioariae igitur ducatu excluſi, non alio titulo vtebantur, quam Comitum Palatinorum* (l) *de* Scheiren, *atque hoc loco poſtea coenobitis dicato, de* Wittelsbach. *Quae arces hodieque in Boioaria ſuperſunt. Qua dignitate eos acquieſcere oportuerat ab an.* 955. *ad an.* 1180. *Quo poſt duorum ſeculorum lapſus in auitum ducatum quodam poſtliminii iure reſtituti ſunt.*

§. VIII. Arnulfi itaque *filiis* a ſucceſſione ampliſſimi ducatus excluſis, Boioaria ſpatio *duorum* ſeculorum a *diuerſarum* gentium principibus recta fuit (m), quod Imperatores Romani ſuos plerumque *agnatos* aut *populares* ad hanc Spartam promouerent.

Ne

Quamuis, ſi verum eſt, quod alii ſcriptores dicunt, Boioariae heredes ne quidem imperatori facere voluiſſe clientelare iuramentum, iudicandum eſſe videatur ex aduerſo.

(l) Palatinus Comes idem eſt, qui *vicarius prouincialis* Caeſaris. Inde nomen die Kayſerliche Pfaltz Scheiren oder Wittelsbach. Dubitaueris autem, qui factum ſit, Saxonicum Caeſarem familiae peregrinae ſibique inimicae hanc ſpartam contuliſſe. Verum parua fuit Palatinorum auctoritas, ducum ſalua poteſtate. Corrigendi ſunt ad has rationes *Welſer. rer. Boic. lib. 3. p. 165. Knichen. de Sax. prouoc. c. 1. n. 115. 116. p. 155.*

(m) Id tamen notandum eſt; *Primo,* Boiis non inuitis obtrudi potuiſſe ducem, ſed landſaſſiorum praeceſſiſſe conſenſum. *Deinde* ducatum non alia formula delatum eſſe, quam illa, de qua conuenerant Boii cum Henrico aucupe. *Poſt* ipſos Caeſarum agnatos, ex quo duces facti fuerant, iuris territorialis in Boioaria fuiſſe tenaciſſimos, vt Caeſaribus frontem toties opponerent, quoties illi *ſuperioritatem* eorundem voluerunt atterere & diminuere. *Porro* multitudinem familiarum, quae rexere Boioariam, non tribuendam eſſe Caeſarum arbitratui, ſed caſibus aliis, quibus illae vel extinctae ſunt, vel ſe a ducatu abdicarunt. *Tandem* Caeſares tamen nonnunquam extirpaſſe duces priſtinos, nouos autem ſemper iuribus vſos eſſe poſtliminii. Nullo itaque tempore Boioariae ducibus conuenire poterat cum Imperatoribus Germanicis. Hi enim recens inauguratos duces iure aeſtimarunt, feudis datis proprio, ſed illi ad priſtinam formulam, cum Henrico aucupe initam, prouocarunt.

Ne tot mutationes dominii Boici impedimento ſint hiſtoriae duorum ſeculorum; ſucceſſiones principum in tabulis exhibebimus ad faciliorem rei intellectum:

Duces Boioariae e ſtirpe Saxonica.
Henricus auceps m. 936.

Otto M. Imp. m. 973.
- Otto II. Imp. 983.
  - Otto III. Imp. 1002.
- Ludolfus m. 957.
  - (3) OTTO D. *Boioar.*

(1) HENRICVS m. 955. *Boioariae* Dux Schirenſib. excluſis.
- (2) HEZILO D. *Boioar.* proſcriptus, m. 996.
  - (4) HENRICVS Dux *Boi.* poſtea Imperator. Raderus ſtirpem eius a Schirenſibus Comitibus deducit. m. 1024.
- Hermann.
  - Sigfridus
    - (9) OTTO Dux *Bau.* deiectus iterum ab Henr. IV. m. 1083.

Duces Boioariae ſub *Franc.* & *Sueuicis* Imperatoribus (*).
Cunradus Salicus Imperat. m. 1039.
- (5) HENRIC. III. Dux *Bau.* ſtatim a parente factus, poſt Imperator, m. 1056.
  - (6) CVNRAD. Dux *Bau.*
  - (7) HENRIC. IV. D. *Bauar.* poſt Imper. m. 1106.
    - (8) CVNRAD. Dux *Bau.* ob rebellionem deiectus.

Duces Boioar. e *Guelphis.*
(10) WELPHVS IV. beneficio (n) Imperatoris Henr. IV. Dux Bau. m. 1101.
- (11) HENRICVS NIGER, Dux *Boioar.* Vx. heres ducatus Luneb. 1125.
  - (12) HENRICVS Superbus aemulatione S. R. I. a Cunrado III. Caeſare Boioaria (o) pulſus m. 1139. Vx. heres Saxoniae vniuerſae.
    - (13) HENRICVS Leo a Friderico Imp. in Boioariae ducatum (p) reſtitutus 1156. ab eodem poſt Boioaria iterum deiectus (q), m. 1195. vltimus Boioariae ducum e Guelphica ſtirpe, ducatu ad Schirenſes tranſlato.

§. IX. Poſt *diuerſorum* dominia Boioariae tandem ducatus priſtinis poſſeſſoribus ſuis, qui intra *Wittelsbachii* Comita-

(*) Quod *Henricus* SANCTVS, propter effuſas in monachos largitiones pater monachorum (†) dictus, fratri vxoris *Cunigundae*, ex gente Luxenburgica, *Hornio*, contulerit ducatum cum haſta, KNICHEN refert *de Sax. non prouoc. iure* c. 1. p. 17. n. 366.

(†) Chron. Laurishamenſe ad annum 1002. Auctor vitae apud Caniſium T. VI. p. 384.

(n) Ita enim *Andreas* PRESBVTER *p. 48. 49. Chron. Bau.* ſcribit: *Anno 1071. Otto, dux Bauariae, ducatum amiſit. Hic Otto Saxo fuit genere. Hanc quidam Egino apud Imperatorem accuſauit, quod ſecum de regis morte tractauiſſet. Obtulit ſe ob id ad duellum, quod Otto, Boioariae dux, contemſit. Sic ducatum Bauariae Otto, reus maieſtatis, amiſit: quem Welfo quidam illuſtris, vt acer & bellicoſus, natu Sueuus, accepit.* Recentiores id non ſine fato quodam prouidentis numinis factum eſſe, putant, quoniam *Welfus* hic *IV.* ordine, qui Altorfi & Rauensburgi tenuerit dominatum, cum maioribus ſuis & ipſe oriundus fuerit a Boioariae regibus Agilolfingis, ita ADELZREITER *part. 1. lib. 16. n. 14. p. 422.*

(o) Meretur hiſtoria narrationem ſingularem, quam per epitomen dare poterit *Andr. Presb. p. 56. 57.* Suffectus fuerat Lothario Caeſari Cunradus III. Quod aegre tulit *Henricus Superbus, Saxoniae & Bauariae dux, ipſamque electionem dixit clandeſtinam.* 1) Quod ei neque Saxones, neque Boii adfuiſſent. 2) Quod ipſe gener eſſet defuncti Caeſaris Lotharii praeteritus a populo electore. 3) Quod a Caeſare ordinibus eſſet commendatus. 4) Ab hoc faſces imperii accepiſſet. 5) Ipſe robore & duarum prouinciarum potentia plurimum valeret. *Poſt varia itaque bella, Cunradus III. Caeſar comitia indicit Würzburgi, accuſat Henricum perduellionis, citat eundem, damnat, proſcribit, Boioariae ducatu deſtituit, eumque fratri ſuo confert Leopoldo, Auſtriae marchioni, hactenus Boioariae ducis clienti & vaſallo. Henricus Boioaria exul moritur.*

(p) Pergit ANDREAS *p. 58. ad an. 1156.* his ſcribere verbis: *Henricus, Henrici Superbi filius, qui iam adoleuerat, pergit ad curiam Franckfurto repetitam Boioariam patri iniuſte ablatam,* quem imperator iubet expectare. *Imperatore autem Cunrado vita functo, Fridericus I. Imperator, rogatu principum imperii*

Comitatus anguſtias *duo* ſecula latuerant, redditus eſt recuperatusque. Proſcripto enim *Henrico* Leone an. 1180. OTTO, *Wittelsbachio - Schirenſis* Comes, a *Friderico I.* Imperatore Boioariae ducatu donatus (r) eſt, familiaque decori maiorum reſtituta. Vnde principes, etiam nunc Boioariam regentes, indirupta ſerie deſcendunt.

Vt nexus conſtet Arnulphi, ſuperius deſcripti, cum hoc Ottone, tabellam dabimus.

LVIT-

perii plurimorum, Henrico Leoni paternum ducatum reſtituit. Sed hac lege, vt Henricus patruus, qui hactenus Boioariae dux fuerat, cederet quidem Boioaria, ſed Auſtria retenta, ſubductaque ducatui Boioariae in ducatumque euecta. Nam huсuſque quatuor marchiones, 1) Auſtriae, 2) Styriae, 3) Iſtriae, & 4) Chambenſis, qui & ac Vohburg euocati ad curiam ducis Boioariae veniebant, vt hodie comites & nobiles iſtius terrae facere tenentur. Id eſt, Boioariae fuere landſaſſii. Addatur *Chron. Reichersbergen. Geuoldi ad an. 1156. p. 195.*

(q) Idem *Andreas* PRESBYTER p. 64. rem ita narrat: *Henricus Leo, recepta ab Imperatore Bauaria, bonis amori, malis terrori fuit, vtriuſque Saxoniae & Boioariae dux. Tandem indignationem incurrit Caeſaris, vt ad generalem curiam citatus, dum non compareret, proſcriberetur vtroque ducatu anno 1180. Cauſam tanti facti non legi, niſi in quodam Chronico vulgari. Scilicet Henricum pro Caeſare exercitum in Italiam duxiſſe. Recuſaſſe Caeſarem, quod res eſſent pacatae idque flexis genibus. Dum haec fierent, quendam Henrici Leonis adminiſtrum ita eundem eſſe allocutum: domine imperii coronam, ad pedes tuos proſtratam, quid impedit, quo minus tollas eandem tuoque capiti imponas. Cuius verbi Caeſar nullo tempore potuit obliuiſci.* Arcanas hic cauſas vt ſcrutemur, impedit religio. Partium hic ſtudio laborant annales Boioariae recentiores. Ex illo enim naufragio Wittelsbachii profecerunt, quorum hodierni duces ſunt propago.

(r) Nam ex quo *Schirenſes* per Ottonem M. Caeſarem excluſi fuerunt auito ducatu, nullo fere tempore intermiſerunt, quoties occaſio tulit, quod amiſerant, repetere. Poſtquam Henricus Leo ad *Ratiſponenſia* comitia citatus, non comparuiſſet, *Otto* de manu Imperatoris Boioariae ducatum accepit. *Chron. Reichersb.* p. 156. an. 1180.

LVITPOLDVS Dux *Bau.* m. 907.

Arnulphus Malus — Bertholdus

Arnulphus Malus: Eberh. Arnulph. Herman.
- Arnulph.: Werner C. *Schirenſ.*
  - Otto I. — Ekhard.
    - Otto I.: Otto II.
      - Otto III. *Wittelsbachii* conditor; Palatinus Boioariae.
        - Otto IV. m. 1046.
          - OTTO V. *inſtaurator Boici ducatus* a. 1180.
            - LVDOV. m. 1231.
              - OTTO m. 1253.
                - LVDOVICVS m. 1294.
                  - Rudolf. inde PALATINA Linea.
                  - Ludouic. *Imp.* inde BOICA Linea.
          - Otto minor.
            - Otto parricida Imperat. Philippi. 1208.
    - Ekhard.: CVNNO, quem Henr. III. feciſſe creditur Ducem *Bau.*

Bertholdus
- Berthold.
  - Henricus
    - Henricus S. Imperat.

De cauſis proſcripto Leoni *obiectis? a) conſpiratio cum Pont. b) perduellio; c) contumacia; d) arrogantia. Veriores forſitan, a) inuidia Imperatoris in praepotentem domum; b) Imperii aemulam; c) potiſſimor. S. R. I. ordinum par animus in Leonem. Dicterium Ioh. Friderici, D. Brunſuic., vtinam pro Henrico* dem Löwen, *Henricum* das Schaaf *numeraremus in ordine principum noſtrae domus! Q.Q. An ſuperior Auſtria a Boioaria demum auulſa ſub* Leopoldo *Auſtriaco, qui in praemium redditae* Leoni *Boioariae, quam Auſtriacis Cunradus III. addixerat, eandem acceperit? Quo iure* Ratisbona, Tirolum, *exemtae? Cauſae redditae* (s) Schirenſibus

(s) Legantur AVENTINVS *in annal. Schirenſib. ad ann. 1180.* vnde ſua repetit KNICHEN *de Sax. prouoc. c. 1. n. 117. p. 155. ducentorum & triginta annorum interiectu Schirenſes Boioaria, auito principatu caruerunt.*

renſibus *Boioariae a) ſides Imperatoribus probata in factionibus Gibelingo-Guelphicis; b) vota ſubditorum; c) memoria priſtini iuris; d) quod Otto a parente Imperatori obſes datus in aula Caeſarea fuerit educatus; e) ad Praefecturam Praetorii ab eodem aſcitus; f) Caeſari tandem a conſiliis belli ac pacis; g) vexillifer S. R. I.*

§. X. Mortuo an. 1183. *Ottoni, inſtauratori*, filius LVDOVICVS in ducatu ſucceſſit. Caeſaris Friderici II. beneficio RHENI PALATINATVS huic principi obuenit. Cuius tamen gratia poſtea excidit, manu ſicarii 1231. occiſus.

Cauſae acquiſiti Palatinatus Rheni, *qui poſſeſſore vacuus erat, a) gratia Caeſaris Friderici II. Eidem enim a conſiliis fuit Ludouicus noſter; b) vt potentiores hoſtes Guelficae factioni, Sueuicae gentis Imperatores excitarent; c) procerum S. R. I. aſſenſus, quorum auctoritas in Comitiis Ratisponenſibus acceſſerat. Huic principi tribuit, cum Boicis Scriptoribus, Gewoldus 1) ſummi in S. R. I. Palatinatus; 2) Septemuiratus & inde pendentia iura (t): quae non acceperit cum Rheni Palatinatu, quod Freberus aliique volunt; ſed ſuis meritis*

(t) Quemadmodum *Gewoldus*, Freheri aemulus ſcriptor, in eo nimius eſt, quod *palatinatum Schirenſem Boicum* aequet Rhenano archipalatinatui: ita eius veriſſima tamen eſt ſententia, quod Boioariae ducem principio rerum Imperator numerauit inter *ſeptemuiros* ſiue *electores* imperii. Nam 1) Boioariae populus neque a comitiis excludi potuit, neque ab inde pendenti in Caeſaris electione ſuffragio; 2) apud *Wipponem*, *Fuldenſes* annales ſcriptoresque medii aeui alios populi Boici in comitiis, eligendi Caeſarem ergo inſtitutis, mentio ſit perpetua; 3) electoralia iura ipſa A. B. teſte pendent a iure archiprincipatus; 4) Boioariae dux in plurimis diplomatibus Caeſareis, Saxoni, Palatino aliisque ordine antefertur; 5) e codice Viennenſi iuris Saxonici, quem Lambecius laudat, abunde conſtat, Boium cum inter electores fuiſſe, tum munere defunctum eſſe archipincernae, ante tempora Friderici II. 6) *ſubpincernae* eapropter fuere Wartenbergici dynaſtae. qui locus vicinus eſt Ratisponae. Delirant ſane, qui Boioariae ducem ex matricula quondam electorum volunt expungere. Taceo 7) Auream Bullam, quam Carolus IV. condidit, aemulis ſuis, Boiis, parum aequus, & Palatinarum partium ſtudioſus ex cauſa affinitatis.

meritis acquiſita, eidem primus intulerit. Variae de eius exceſſu opiniones. Alii mortem a Sticbo morione inflictam; alii ab Aſſaſſino, quem aemulus imperii Henricus ſubornauerit, illatam: nonnulli ſcribunt, ipſum Caeſarem ſicarium amandaſſe. Quod crimen Innocent. IV. pontifex exprobrat Friderico. Sed Petrus de Vineis de huius lacrumis teſtatur, audita principis morte.

§. XI. Otto, *pater patriae* dictus, parentem excepit. Hic feliciſſimo ſibi matrimonio iunxit *Agnetem*, filiam Henrici vltimi in ſua ſtirpe, Comitis Palatini ad Rhenum, an. 1225. Inde enim factum eſt, vt, mortuo ſocero, noua cauſa eſſet Friderico Imperatori, Rhenanum Palatinatum 1227. in domum Boicam transferendi (u). Aliis etiam regionibus auxit ducatum Boioariae. Quod Caeſari fidem probaret, ab improbo pontifice ſacris excluſus eſt, an. 1253.

Filione, an parenti principio obuenerit Palatinatus Rheni? An cauſa, an occaſio tantum fuerit tanti beneficii matrimonium? An Palatinatus pro femineo, aut tali potius feudo habendus, qui, licet poſſideri nequeat a femina, per feminam tamen ad maſculos poſſit transferri? Eidem quoque acceſſiſſe notant Phalainenſem & Libenauienſem *Comitatus iure clientelari* 1240. Bogenſem *Com.* 1242. *eodem iure* Cluenbacenſem 1247. *eodem* Waſſerburgenſem & Schardinganum

(u) Acriter inuicem diſputarunt *Freberus* & *Gewoldus*, quo iure Boioariae duci acceſſerit Palatinatus Rhenenſis, num *Caeſaris* beneficio, an vero iure *matrimoniali?* Egomet vtriuſque ſententias ita puto eſſe conciliandas, *Primum* ſine *altero* fieri non potuiſſe. Quamuis enim cum principatus ceteri Germaniae, tum inprimis munus archipalatini *maſculae* tantum fuerint ſucceſſionis; quod tamen *domania* in illis vix ſufficerent neceſſario aulae adparatui, imo *allodia* potiſſimam prouentuum conſtituerent partem: inconſultum eſſe videbatur, ſeparare a *feudis allodia*. Potius allodialibus heredibus feminis relictum eſt, vt viris nuberent, illo honore dignis, qui ſpartam ſuſtinere poſſent clientelarem, vt adeo nulla feudi ab allodio opus eſſet ſeiunctione. Certum eſt, idem etiam hic in Rhenano archipalatinatu eueniſſe, quod plurima produnt argumenta, de quibus in deſcriptione ipſius archipalatinatus.

ganum *Com.* 1248. *eodem*, *portionem item* Meraniae *hereditatis.*

§. XII. Parentis hereditatem filii partiuntur LVDOVICVS, cognomento Seuerus, & HENRICVS. *Ille* cum *Palatinatu Rhenano Bauariam ſuperiorem;* hic *inferiorem* ſeu ſeptentrionalem accepit. Linea vero Henrici in eius pronepote Iohanne poſt *centum* fere annos iterum extincta, an. 1340. omnis Bauaria ad poſteros *Ludouici* rediit. Huius principis, natu *maximi*, cum fratre Henrico, natu *minori*, ſuper *Electoratu* S. R. I. aſſiduae contentiones fuerunt. In qua tamen lite is eo facilius vicit, quod *Rudolphum* Habsburgicum Imp. & generum haberet & ſingularem amicum; fratre ex aduerſo ſtante a partibus Bohemiae Regis Ottocari; m. 1294.

Tabulas diuiſionum exhibet Adelzreiterus. Ludouicus *natu maior* 1) *Rheni Palatinatum*, 2) *Burggrauiatum Reginoburgenſem*, 3) *Regenſtauſſium*, 4) *Lengenfeldam*, 5) *Calmunzium*, 6) *totam Boicam ſuperiorem:* Henricus *cum* 1) *ducis titulo*, 2) *Chambum*, 3) *Kelheim*, 4) *Erdingae*, 5) *Landshut*, 6) *Oettingen*, 7) *Burkhauſen*, 8) *Halam*, 9) *Straubingen*, 10) *Landun*, 11) *Schardingen*, *& quicquid eſt adiacentium. Diuiſio haec an parentis* teſtamento *facta? Hoc certe, vt communi iure omnes regiones vterque adminiſtraret, voluit iuſſitque; ita tamen, vt primogenitus* Palatini, *alter* ducis, *titulo vterentur. Notabiles tum controuerſiae:* 1) *annon* ducis (x) *etiam adpellatione vti poſſet natu maior?* 2) Electoratus *iura communi nomine exercenda. Volebat alter, alter negabat. Scribunt tamen* 1273. *in conuentu Electorum vtrumque fratrem votum dixiſſe* (y), *aegre id ferente Bohemo,*

(x) Ipſe enim partem poſſederat Boioariae ducatus; ipſe familia ortus fuerat ducali. Verum ducatus olim indiuidui: neque ducis verbo uſi ſunt apanagiati.

(y) Ego tum potius de *archiofficio* lites fuiſſe exiſtimo, quam de *electoratu.* Aut ſi illae de hoc fuere, temporum obliuione factum fuerat, vt, quid diſputarunt principes, ipſi neſcirent. Nam *archiofficium* Boicum an. 1186. Bohemo delatum fuerat, ex quo Boioariae duci cum archipalatinatu obuenerat archidapiferatus. Verum vti *electoratui* cum hoc nil commune eſt; quod ille iuribus ſingularis populi adhaereat, quae in dubium vocari nequeunt Boiis: ita Boii, *archiofficio* Palatinis relicto, gaudere potuerant *electoratu.* Quod nemo archiprincipum aegre ferre poterat, cum ſatis conſtet, ante

Bohemo, quod ita octauus *electoratus videretur acceſſiſſe. Gewoldus diploma exhibet; vbi in cauſa dubia Rudolphus Imp. an.* 1275. *pronunciauerit pro Ludouico Seuero*, Electoratus *iura non Palatinatui, ſed* Boico *ducatui innexa remanerent. Sed hoc declinat Freherus. De* Cunradi *Sueuiae ducis teſtamento, quo Boioariae duces heredes fertur ſubſtituiſſe; aut opimis tamen* legatis *eisdem proſpexiſſe.*

§. XIII. Notabilior longe *Ludouici* Seueri filiorum partitio fuit, qua Rheni *Palatinatus* a ducatu *Boioariae* ita ſeiunctus eſt, vt nunquam deinceps *vterque* ſub *vnius* dominatum rediret, vtriuſque potius lineae principes litibus, offenſis, concertationibus ſtudiisque perpetuis inuicem colliderentur. Mortui enim parentis hereditatem an. 1294. duo filii adierunt RVDOLPHVS, conditor factus *Palatinorum* Rheni, der Rudolphiniſch- oder Pfälziſchen Linie: & LVDOVICVS, *Boioariae* ducum propagator, in cuius etiam poſteris opera noſtra nunc verſatur, Palatina domo in alium librum remiſſa. Magnis acceſſionum incrementis extulit *Boicam* auxitque Ludouicus. A. 1314. in Romanorum *Imperatorem* eligitur. A. 1322. filio *Ludouico* Marchiae *Brandenburgicae* Electoratum, poſſeſſore vacuum, confert; dolentibus agnatis Anhaltinis. Qui idem filius an. 1346. matrimonii iure cum Maultaſchia herede *Tirolenſem* Comitatum acquirit. Ipſe Imperator Margaretham, *Hollandiae*, *Selandiae*, *Hannoniae* heredem, vxorem ducit, Wilhelmo filio comitatibus poſtea relictis. Tandem an. 1340. *Iohanne* agnato mortuo, *inferiorem Boicam* partim agnationis iure, partim teſtamento defuncti, recepit. Multis etiam praediis praefecturisque, Boicae *vaſallis* extinctis, inſigniter auctus. Maxima autem fortuna aduerſis etiam caſibus commixta fuit. Numerari in his poterunt diffidia fratris Rudolphi, qui cum aemulo eius Friderico contra Germanum conſpirauit. Facinora deinde peſſimae feminae Maultaſchiae, quae, Boici ſanguinis marito relicto, *Tirolenſem* Comitatum

ante Boioariam ſingularem electoratum ſemper conſtituiſſe, quam coniuncta eſſet cum archipalatinatu. Vt adeo, vtroque principatu iterum in partes eunte, cuilibet ius hoc ſingulare redierit poſtliminio.

tum tranſtulit in *Auſtriacos*. *Belgicis* etiam prouinciis Boici principes in tertio herede iterum *exciderunt*. Neque horum ſtabilior fortuna in Marchia Brandeburgica fuit, quam Otto, tertius poſt primum ac alterum, Ludouicos, fratres luxuria deſidiaque amiſit Vt adeo fortunam in parente oſtenſam magis, quam conceſſam filiorum calamitates teſtarentur. Sed haec animo praeſenſit noſter: annis vero non attigit. Turbas a Pontifice contra eum in S. R. I. excitatas, & deficientium ordinum motus in hiſtoria Imperatorum docemus; m. 1347.

Parentis Ludouici Seueri *tabulae*, *vt* viciſſitudinario *iure & fratres fratrumque filii ac poſteri omnes poſſiderent Electoratum. Haec pacta Caeſarem Carol. IV. in fauorem* Palatini: *odium vero* Boicae *ducum in A. B. aiunt mutaſſe. Hinc dubitant aliqui de valore legis. Reſtitit Rudolphus fratri in electione Imperatoris, a) ne incrementa nimia Boici caperent, ei periculoſa; b) a viciſſitudinario iure Electoratus non ſe dimoueri pateretur Ludouicus; c) Friderico operam addixiſſet, antequam ei de animo fratris conſtitiſſet. Ex hoc autem tempore fatales inimicitiae ſubortae inter lineae vtriuſque agnatos. Aduerſio quorundam, quod inter haec diſſidia bene floruerint res Auſtriacorum. Et enim lacinias Boicae fortunae definiit nonnemo potentiam Auſtriacam. De* Brandeburgicis *lib. II. c.* 2. *de* Tirolenſibus *lib. I.* Belgica *iura A.* 1436. *Iacobaeam heredem in gratiam Burgundicae domus eieraſſe, dicunt: ſed neque fieri id potuiſſe, regerunt alii, agnatis diſſentientibus in Boioaria. Super hereditate* inferioris *Boioariae contenderant* 1) *cum Ludouico Imperatore*, 2) *Auſtriaci, qui amitae defuncti filii erant*, 3) *Rudolphi Palatini filii, quod vtrique ad ſocietatem hereditatis admitti poſtularent. Sed obtinuit in cauſa Imperator.*

§. XIV. STEPHANVS, inter quinque fratres, ſolus gentis propagator fuit. Quamuis autem *Ludouicus* Imperator, publicis tabulis ſanxiſſet, *indiuiſam primogenito* dominii Boici hereditatem relinquendam eſſe; filii tamen, poſt mortem parentis, cuius voluntatem improbabant, eandem in *ſex* partes diſtraxerunt. Sed *Ludouico* ſeniore, *Wilhelmo*, *Ludouico* Romano, quod in ea vrbe natus eſſet; *Ottone* porro ſine ſobole mortuis; *Alberti* etiam

etiam poſteritate deinde in Iacobaea pronepte extincta, vnius *Stephani* familia ſuperſtes remanſit. mort. 1377.

Tabulas diuiſionis exhibet Auentinus, *quae, vno & altero fratre extincto, ſaepius iterumque mutatae ſunt. Cum autem fatorum prouidentia, quod diximus, disiectam tot portionibus Boicam coniunxerit iterum: non eſt, quod operoſe eandem bic exponamus. Ceterum attritis ita ac debilitatis viribus contigit, vt Palatinis facilius eſſet, Rhenani* Electoratus *iura contra infirmos aemulos tueri. Vices enim mutare cum Boicis ducibus ea in re promiſerant olim Ludouico Imperatori. Sed odii baec ſemina fuerunt, quae nulla aetas euellere poterat ex animis principum conſanguineorum.*

§. XV. Nihil moderatiores *Stephani* filii fuerunt, qui, incertum an patris voluntate, portionem paternam iterum diſtribuerunt, vt FRIDERICVS *Landsbutani*, STEPHANVS *Ingolſtadienſis*, IOHANNES *Monachienſis* ramorum ſatores eſſent (z). Sed tamen *primi* & *alterius* principum progenies iterum defecit: *tertii* propago continuauit. Is mortuus eſt an. 1397.

Ingolſtadienſis *in nepote finita* 1445. Landshutana *in pronepte* 1504. *Notabilia ſunt a) eieratio iurium in Marchionatum Brandeburgicum a ſingulis fratribus Carolo IV. Imp. facta. b) Odia diſſidiaque principum agnatorum de finibus limitibusque diuiſarum regionum. Neque ego crediderim, vllum vniuerſae Germaniae principatum toties diuiſum fuiſſe, vt nihil mirum ſit, potentem domum, tot dominationibus oneratam, diſſidiisque concuſſam, exinde ſaepius titubaſſe, vt ruinae proxima videretur.*

§. XVI. WILHELMVS & ERNESTVS, filii Iohannis *Monacenſis*, iterum ſua partiuntur; ſed *illo* 1435. mortuo, omnis in *bunc* translata eſt hereditas. Ea auctus titulo is vti *Dei gratia* incipit, nouo (a) tum inter principes Germaniae exemplo, m. 1438.

Bbb 3 *Memo-*

(z) Quo tempore Boloaria tot ſuffragia habuit in comitiis imperialibus, quot aluit principes, quae tamen ipſa cum principum familiis iterum expirauerunt. Cauſam alibi dedi, quoniam ſuffragia viribus aeſtimata ſunt, non autem numero. Vt adeo prouinciae nulli vel multitudo eorundem prodeſſe poſſet vel obeſſe paucitas.

(a) Ita quidem perhibet *Auentinus* lib. 7. p. 508. aliique: ſed fallun-

Memorabili exemplo filium Albertum ab impari *matrimonio abſtraxit Erneſtus, Sponſa eius, Chirurgi filia, quae Bauariae* duciſſam *ſe ſcribebat, vltimo capitis ſupplicio ſuffocata Straubingae.* Trithemius *facinus improbat, quod iuuencula innocens fuerit; quod multi nobiliſſimi reges ex humiliori ciuium genere ſine confuſione vxores deſumſiſſent. Sed Adelzreiterus tergemino ſcelere eandem peccaſſe ſcribit, nupſiſſe toto coelo impari. Auentinus lepidam tragoediam dicit; quod pater occiſae puellae ſacellum poſtea exſtruxerit, manibus eius expiandis* (*).

§. XVII. ALBERTVS, vnicus defuncti parentis heres, ſequitur, *pius* cognomento. Qui enim amando peccant, raro ſaeuiunt aut diteſcunt de alieno. Elogio hoc dignus videtur, quod magna animi moderatione Bohemiae regnum, a proceribus oblatum, recuſarit, m. 1406.

Cauſae oblati regni poſt mortem Alberti II. (Lib. I.) quod a) puerum *nollent ordines* Ladislaum, *b) Albertus callens eſſet Linguae Bohemicae, c) vicinus, d) moderatus princeps, e) neque Auſtriacis addictus. Dolent aliqui, optatiſſimam, gentem extollendi, occaſionem ab hoc principe neglectam fuiſſe.*

§. XVIII. Quamuis Albertus numeroſam prolem reliquiſſet; edicto tamen ſupremae voluntatis ſanxit, vt vnicus eſſet ſuarum ditionum dominatus. Sic tamen, vt *duo* maiores natu communi iure ac nomine *Boicam* adminiſtrarent. Fuerunt hi IOHANNES & SIGISMVNDVS, quos pater in ſocietatem curarum viuus adſumſerat. Sed *ille* triennio poſt, quam mortuus fuerat parens, an. 1463. obiit: *hic* in fratris ALBERTI, *cognomento ſapientis*, manus 1465. Boici imperii faſces viuus tradidit. Has ſoli Alberto relinquere nolebant fratres eius natu minores

falluntur. Contra enim docent diplomata vetuſtiſſima, in quibus Boloariae duces *Dei gratia* verbis vtuntur. Exempli loco eſſe poſſunt illa, quae exhibet *Chronicon Reichersbergenſe ad an. 1141. p. 174. Ego Luitpoldus, dux Boioariorum Dei gratia* cetera. Symbolum certe hoc eſt omnibus archiprincipatibus commune poſt Carolingos.

(*) Vtuntur hoc exemplo ſcriptores ICti in principum aeſtimandis imparis ſortis connubiis *ARNISAEVS lib. 2. de republ. c. 2. ſect. 13. n. 12. NIC. MYLERVS AB EHRENBACH in gamologia cap. 24. §. 4. p. 518.*

nores, *Chriſtophorus* & *Wolffgangus*. Quorum conatus ille vi compeſcuit. Maior longe diſceptandi materia ſe obtulit 1503. in *Georgio* diuitis *Landshutanae* lineae vltimi principis opima hereditate. Quae res poſt varia bella iis conditionibus compoſitae ſunt, vt, quas hodie *Neoburgicas* regiones dicimus, illae *Palatino* ad Rhenum cederentur; reliquae Alberto ſapienti remanerent, *Primogeniturae* lege ſancita, m. 1508.

Iuniorum fratrum contra Albertum non iniqua poſtulata fuerunt. Nam 1) *paternum teſtamentum non vni, ſed* duobus, *principibus Boicam adminiſtrandam attribuit;* 2) *pariter ſocietate* rexerant *maiores natu*, Iohannes & Sigismundus; 3) *optimum hoc videbatur inter ſingulare & toties diuiſa imperia temperamentum. Sed reponebat pars aduerſa* 1) primogenituram *in Boica Ludouicum quondam Imperatorem lege ſanxiſſe;* 2) *iuri ſuo remiſiſſe* Sigiſmundum; 3) *diſſidiorum ſemina cauenda inter fratres Albertum & Chriſtianum, pridem diſcordes. Ceterum* Ratisbonae *poſtea occupatae cauſas reddidit* Albertus. *a*) *quod ſub* Guelphis *adhuc ciuitas municipalis fuerit; b*) *a Friderico I. Imp. nullo iure* exemta; *c*) *Boioariam non* laceratam, *ſed integram priſtino iure deberi Schirenſi familiae; d*) *ipſa ciuitas* malit *eſſe ſub imperio Boiorum. Sed reddidit is ciuitatem S. R. I. iura vero in eandem non eierauit. De* Landshutana *hereditate plures ſtudiis diſſidiisque contendunt.* (*I.*) *Rupertus Palatinus* Rheni; a) *quod vltimo defuncti Georgii* filiam *heredem Eliſabetham in matrimonio haberet;* b) *a genero* teſtamenti *fide ſcriptus eſſet cum vxore heres;* c) *pacta* dotalia *idem firmarent.* (*II.*) Albertus *eam ſibi aſſerebat*, a) *quod* agnatus *proximus eſſet defuncti;* b) feminarum *nulla in ducatibus iura attendenda;* c) *multo minus* voluntatem *reſpiciendam vltimi poſſidentis in re feudali;* d) *ſententiam is* Caeſaris *an.* 1497. *pro ſe accepiſſet.* (*III.*) Wolffgangi, *fratris Alberti, poſtulatum; diuiſa manerent feuda haec Boica, qualia hucuſque fuiſſent. Verum in fatale* bellum *erupit lis, quod* Rupertinum *vulgo dicunt. Cui* inteſtino *diſſidio cum* exteri *etiam principes ſe immiſcerent: finem id habuit, genti Boicae pernicioſiſſimum. Pace Colonienſi enim* 1507. *facta*, (*I.*) PALATINIS *ad Rhenum obuenit* Neoburgicus

cus Palatinatus; Sultzbach, *aliaque plura circumiacentia.* (*II.*) *Accipiebant exteri adiutores*, a) Maximilianus *Imperator Ratenberg*, *Kueffſtain*, *cum nemoribus*, *quantum ſatis eſſet ad Tirolenſes metallifodinas*, *Kirchbergenſem C. Weiſſenborn*, *Pfaffenhofen*, *Praefecturam & Aduocatiam Salisburgenſis Archiepiſcopatus*, *Paſſauienſis epiſcopatus*, *pluraque alia*; b) Zollerani *Spizen & Schwalbach*; c) Würtenbergici *Haidenheim*, *Prendal*, *&c.* d) Marchio Brandeburg. *Freienſtad & Hirsberg*, *redemta deinde a Palatinis; alii alia ex iſta clade reportabant*, *cetera manſerunt* Alberti. *Huic tandem cum fratre Wolfgango conuenit*, *vt in Boica*, *quam herciſcundae hereditatis litibus in nouiſſimis bellis laceratam viderent*, *iura primogeniturae colerentur.*

§. XIX. Wilhelmum IV. filium natu maiorem nouiſſima familiae pacta vnum ac ſolum ad ſucceſſionem in Boicae ducatum vocarunt. Sed de iniuria, ſibi his pactis illata, frater eius Ludouicus publice conqueſtus eſt. Cui cum principes quidam vicini accederent: *conſilii* maiores, quam *iuris* rationes habendas, maior natu exiſtimans, cum fratre imperium diuiſit. Quod princeps in coelibatu, quem amabat Ludouicus, ſpem ipſi aut poſteris eius facere videretur, Boicae ſub vnius olim dominatum iterum reducendae. Incidit horum principum aetas in ea tempora, vbi plerique Germaniae principatus ſacrorum ritus ad Lutheri dogmata immutarunt. Sed alter fratrum maximo odio Lutheri placita inſequebatur: vterque priſtinorum ſacrorum tenaciſſimus fuit aſſertor. *Ludouicus* m. 1545. quinquennio poſt *Wilhelmus* quoque diſceſſit 1550.

Singulare eſt, *ſolam fere* Boioariam *in Germania vniuerſa a mutatione ſacrorum ſe immunem praeſtitiſſe. Suadere eandem videbantur* a) *nimiae cleri* diuitiae; b) vitia *eius multis principum edictis olim caſtigata*; c) exempla *vicinarum vrbium*, *Ratisbonae & Auguſtae*; d) aemulatio *cum domo Auſtriaca. Inter obſtacula ponunt* a) *Boicae plebis nimiam* ſuperſtitionem *in priſtinis dogmatibus*; b) *aemulationem contra domum* Palatinam; c) *ſpem* Caeſareae *dignitatis olim obtinendae*; d) Pontificis *R. ſtudia pro Boicis principibus in priſtina fide retinendis*; e) Ieſuitarum *indefeſſam operam*,

peram, quos 1541 *in Germania Boioariam primum recepit;* f) *quod a rerum* nouarum *ſtudio Ludouicus princeps valde abhorreret. Ceterum* 1548. ſeptemuiratus *dignitatem, ex lege in Ludouico Bau. deſcripta, Boioariae dux in Comitiis Auguſtanis poſtulauit contra iniquos vſurpatores Palatinos. Sed effectu res caruit: quamuis Caeſar* proteſtationem *banc publicis actibus iuſſerit inferendam.*

§. XX. Albertvs V. *maximus* dictus, quod vtriuſque Boioariae, parente Wilhelmo mortuo, vnicus heres factus eſſet. Is domui Auſtriacae, a qua parens fuerat alienior, iterum conciliatus, *Ferdinandi* & *Maximiliani II.* Imperatorum, cum illi in Hungaria bellarent, *vicarius* conſtitutus S. R. Imperii comitia *Vice-Imperator* bis inſtituit habuitque, magna exinde Boicae domui accedente inter ordines Germaniae auctoritate. Proteſtantium dogmata animos plurium in Boioaria hoc tempore occuparunt, ipſa etiam nobilitate in priſtinis ſacris multum deſiderante. Vtriuſque cauſam in Tridentino Concilio egit princeps: nolens tamen aduerſus torrentem nauigare, priſtina conſilia mutauit abiecitque. m. 1579.

Cauſae amicitiae cultae cum Auſtriacis a) *Ferdinandi I. animus tractabilior Carol. V.* b) *vires Proteſtantium in Germania;* c) *Turcarum in Auſtriam Hungariamque excurſiones, quae vicini principis fidem ſuadebant Auſtriacis;* d) *matrimonium initum cum Ferdinandi filia;* e) *in Auſtria & Boica inteſtini motus pro religione. Fructus & commoda huius amicitiae,*a) *vicariatus Imperatoris in Comitiis Ratisbon.* 1556. b) *iterumque an.* 1567. c) Hagenſis *comitatus Ladislao, vltimo gentis ſuae* 1567. *mortuo, in Boicam domum translatus;* d) *auctoritas maxima in S. R. I. De ſacrorum ſtudiis negotiisque ſcriptores diuerſimode ſentiunt, cuinam parti ſe addictiorem praebuerit noſter? Non alienum prorſus a Proteſtantibus eum fuiſſe, plura argumenta fidem faciunt,* a) *quod Nobilitas Boica communi nomine vrgeret coenam Domini ſub vtraque;* b) *Maximilianus II. qui Proteſtantibus fauit, principem in ſuas partes traxiſſe videretur;* c) *ipſe Albertus ſua, non Pontificis auctoritate liberum calicis vſum ſubditis per aliquot annos conceſſum vellet;* d) *Legatum ad Concilium Tri-*

dentinum hoc mandato inſtrueret, vt facinori Cleri, qua poſſet, ſermonis libertate exponeret, poſtularetque ſufficiens remedium, prauos eorum mores corrigendi: deinde communionem ſub vtraque *omni ratione tueretur, quod vix fieri poſſet, vt a libertate, plebi ſemel indulta, eadem reuocaretur. Verum enimuero ab his conſiliis poſtea diſceſſit,* a) *quod in Academiis ſuis Theologi omnes principis animum fatigarent dehortando;* b) *Ieſuitae, priſtina dogmata partim defendendo, partim in ſuſpicionem adducendo recentiora, principem occuparent;* c) *filiis ad maximos Germaniae Archiepiſcopatus in religione Proteſtantium via praecluderetur;* d) *auctoritatem tot patrum conſcriptorum in numeroſiſſimo conuentu Tridentino floccipendere, res videretur maximi momenti. De praecedentiae controuerſia cum Venetis ſuo loco.*

§. XXI. Wilhelmvs V. Alberti proles pietatis maiorem, quam imperii rationem habuit, quod etiam in filii Maximiliani manus 1598. reſignauit. Vixit tamen integros 28. annos poſt factam abdicationem, diuino cultui officiisque pietatis in pauperes vnice intentus, m. 1626.

Errant, qui, Principem monachum factum eſſe, ſcribunt. Crediderim tamen, plus eum pietatis habuiſſe, quam monachos plerosque in vniuerſa Boioaria. Non enim coenaſſe ſcribunt, niſi cum pauperibus: luſtraſſe per vrbem, per vicos ac pagos aegrotorum cubilia, non, vt nummis ſubueniret, ſed vt ſeruiret eisdem: alios graueolentiam moribundorum abominatos, ipſum haec ſua roſetta dixiſſe: tergum flagris ſecaſſe, corpus frequenti excruciaſſe ieiunio: veſtem ſetis horridam ac aſperam induiſſe, & quae alia per integros 28. *annos memorant de eodem, non neceſſitatis, non voti aliqua lege; ſed religionis nimietate ſtudioque, vitam Seruatori ſuo probandi. A trigeſimo nono aetatis anno cum vxore pacta perpetuae continentiae, omiſſo thori vſu, ſancte coluit. Plurium templorum, collegiorum, noſocomiorum, xenodochiorum in Boioaria conditor.* Ieſuitis, *quos maximi habuit, hanc gratiam poſteri debent, qui Principis animum hoc cultus genere occuparunt. Alia paulo mens fratrum ſuorum.* Ferdinandus *ex impari matrimonio cum* Pettenbeckia *ſator fuit lineae Comitum* Wartenbergicorum. *In has enim leges conuenit huic cum Wilhelmo, vt filii*

lii ex inaequali coniugio prognati a Ducum *Boioariae titulis abſtinerent ;* Wilhelmi *tamen poſteris extinctis*, *ad ſucceſſionem in* ducatu *Boioariae demum vocarentur. Inde eſt*, *quod tabulae Weſtphalicae Pacis* Wilhelminae *tantum lineae Electoratum conferant*, Wartenbergica *excluſa. Alter frater* Erneſtus, *Gebbardo* Truchſeſſio *ob nuptias celebratas remoto*, *Archiepiſcopus Colonienſis factus eſt*, *cuius cauſam* Wilhelmus *noſter milite ac armis ſtrenue promouit. In ſingulari felicitatis argumento ponunt ; quod*, *fortunae filiorum ſpectator*, *poſteritati ſuae vere dici poſſet interfuiſſe. Vidit enim* Philippum *in purpura Romano :* Ferdinandum *&* Maximilianum *in Oſtro Imperiali :* generum *Caeſarem habuit. Larga Ieſuitis materia*, *de praemiis bene merentium in Eccleſiam Catholicam perorandi. Et vero ex eo tempore Boicorum Principum mirum ſane creuit religio in Pontificem Romanum.*

§. XXII. MAXIMILIANVS omnes Boioariae duces, quotquot floruerunt vnquam, longiſſimo poſt ſe ſpatio reliquit. Is ille princeps eſt, qui gloriae pleno feliciqne imperio vltra dimidii ſeculi ſpatium non Boioariam tantum rexit; ſed bello tricennali concuſſam vndique Germaniam ſuis exercitibus viriumque robore librauit ſuſtinuitque. Quem duriſſimorum temporum & negotiorum curſum, inter omnes, quorum memini, Germaniae Principes ſolus a capite ad calcem, prudentiſſimo certamine, confecit. Rerum ab eo geſtarum memoria omnibus Germaniae annalibus celebrata eſt deſcriptaque, vnde nos ea contrahemus, quae Boioariae faciem proxime tangunt. Literarum ſtudia cum *Ferdinando*, Auſtriae Archiduce, tractauit Ingolſtadii. Quo tempore prima inter vtrumque principem amicitia in iuuenili aetate contracta, quae viris mox profuit. An. 1607. *Donawerdenſem* vrbem, ab Imperatore proſcriptam, expugnauit, ſuaeque ditioni adiecit. *Salisburgenſem* deinde Antiſtitem, hominem rerum nouarum ſtudioſum, ad ſaniorum mentem reduxit, ferocia eius carcere caſtigata. A. 1609. foederis principum ſuae religionis caput eligitur. Inde exercitum paulatim conſcribit, vt ſpartam ſibi commiſſam tueri poſſet. A. 1618. Bohemia deficiente,

te, vnicum Auſtriacae domui praeſidium fuit, quo rebellium Bohemorum facinora caſtigata, omnes ad regis ſui obſequia reducti ſunt. A. 1623. in praemium auxilii praeſtiti *Electoratus* Rhenanus in publicis Imperii Comitiis eidem collatus. Additus poſt an. 1628. *Superior Palatinatus*, quo vtroque perfidiae crimine priſtinus poſſeſſor fuerat exutus. A. 1646. *Leuchtenbergenſem* Landgrauiatum accepit. *Chamenſi* Comitatu idem auctus. Clades Palatinis, Bohemis, Danis, Suecis ac Gallis inflictae a Boicis exercitibus aliunde conſtant. Vindicarunt eas Sueci, inuaſione facta in Boioariam; ſed res pactionibus mox finita. Auertere Germania vltimorum bellorum calamitates poterat: ſi, quod ſuaſerat noſter, an. 1635. pace facta in victoriae proſecutione ſibi Auſtriaci temperaſſent. Rarius tamen ipſe certaminibus praeſens fuit. E ſuo conclaui, rectrice ſapientia, eum gubernaſſe prouincias, adminiſtraſſe bella, pugnaſſe, viciſſe, trophaea ſibi comparaſſe, prudentes rerum aeſtimatores ſentiunt. Praeter publica elogia prudentiſſimi oeconomi laudem tulit. Quapropter opes Boici ducatus mirum auctae ſunt. In ſuprema ſenecta m. 1651. reg. 53.

Adelzreiterum ſcriptorem habent principis huius res pace belloque geſtae. De cauſa Donawerdenſi publica ſcripta proſtant. De re ipſa ſuo loco. Iura translati in Boicam familiam Electoratus dubia facere videbantur, a) quod Palatinus nondum auditus eſſet; b) neque in Ferdinandum qua Imperatorem; ſed qua Bohemiae regem peccaſſet; c) filii Friderici innocentes eſſent; d) Saxo, Brandeburgicus, Treuirenſis Electores ſententiae calculum ſubtraherent. Sed vicit tamen in cauſa Imperator, a) quod priſtina Boicis iura ſint in Electoratum; b) Electores vniuerſi reddendorum ſumtuum condemnaſſent Palatinum, iniuſtum ac temerarium litigatorem. Sed debebant eius cauſa Auſtriaci Boioariae duci ſummam XIII. millionum: hypotheca interim Auſtria ſupra Anaſum dem Ländgen ob der Enß *conſtituta. Ad haec igitur nomina diluenda, ne alienae culpae poenam ferret, non* Electoratum, *ſed* Palatinatum *quoque* ſuperiorem *Boicae domui offerendam, Imperii ordinibus Caeſar proponebat. Neque etiam poſtea habuerunt* pacificatores, *quod aequiſſimo poſtulato opponerent. De*

Leuch-

Leuchtenbergenſibus, Chamenſibus, *aliisque controuerſiis ſuo loco. Ceterum ſcribunt aliqui, mortuo Maximiliano,* capſam *inuentam, in qua theſaurum pretioſiſſimum ſibi promiſerint heredes. Sed ciſtam ab iis apertam horrida* macerandae carnis inſtrumenta, *bene trita flagella, ferream catenam longis hiſpidam cuſpidibus prodidiſſe. Caeſaream dignitatem, mortuo Matthia Imperatore, oblatam, principem declinaſſe aiunt, ne frater eius,* Colonienſis *Antiſtes & agnatus* Palatinus, *corrupti eſſe viderentur.*

§. XXIII. Ferdinandvs Maria parentem quidem in ducatu excepit: ſed auo quam patri ſimilior is fuit. Cuius praeterea aetas in tempora magis tranquilla incidit. Controuerſia enim de *vicariatu* S. R. I. an. 1657. calamo, non armis contra Palatinam domum defenſa fuit. Sed vxor eius *Henrietta Adelheida* inter heroinas ſuae aetatis numeranda, quae in oneribus imperii maritum omnino ſubleuauit. Nam prudentia, ſolertia, vſuque tandem publicorum negotiorum laudem ſexus ſui eſt longiſſime ſupergreſſa. Dolent quidam, in Belgicis bellis ab an. 1672. Boicum principem neutras partes ſequi maluiſſe, quam cum Auſtriacis exercitibus militem ſuum Galliae Regis conatibus obiicere. m. 1679.

Inter Imperii Romani Candidatos 1657. hunc principem fuiſſe, dubio prorſus caret. Neque res ſucceſſu caruiſſet, niſi mentem a regnandi cupiditate prorſus alienam, officiisque priuatae pietatis addictiorem is habuiſſet. Mortuo Imperatore, de vicariatu *S. R. I. quaeſtio orta: vtrum haec iura Electoratui, an Palatinatui, innexa eſſent.* Illo *caſu Boii:* hoc *Rhenani poſtulabant. De elogiis* Henriettae *vxoris plura. Patriae, quam Boicae maiorem rationem habuiſſe, in femina excelſae mentis deſiderant. Multitudo Italorum in aula: plusquam regalia dona trans alpes miſſa: laxata amicitiae vincula cum Auſtriacis: occidentis grata magis facies, quam orientis.*

§. XXIV. Maximilianvs Maria Emmanvel Caietanus Ludouicus Franciſcus Ignatius Antonius Ioſephus Felix Nicolaus Pius n. 1662. Is, parente mortuo, ſub tutela patrui *Maximiliani Philippi* vixit per triennium. Sed *decimo octauo* aetatis anno, quod pacta familiae volunt, ad gubernacula imperii 1680. ipſe admotus fuit.

Viuam

Viuam aui ſui, maximi principis, eum imaginem dixeris, cui ſolertia, prudentia, perſpicacitate omnino par: excelſi vero atque inuicti animi magnitudine hoc quoque ſuperior. Vicenario vix maior 1683. militiae tyrocinia edidit, Turcis in fugam coniectis, qui, antemurale Imperii Romani, Viennam, oppugnabant. Praeclare de Auſtriaca domo deinceps in Hungaricis bellis meritus eſt, *Buda* inprimis 1686. ferro in manibus expugnata: Belgrado etiam, munimento vniuerſae Hungariae firmiſſimo, 1688. eo pugnatore in deditionem accepto. Salutem Imperii & Auſtriacae domus 1688. affinitati Galliae Regis, cum dilectiſſima ſorore, paulo ante contractae praetulit, nihil inde pollicitationibus motus a Gallia ſibi factis. Magni illius foederis 1690. communi Europae hoſti obiecti non ſocius tantum fuit, ſed auctor adiutorque. Sabaudiae principis animum eius tandem precibus, ſolicitudine amicitiaque tandem expugnatum eſſe, vt ceteris foederis accederet, ſermone aliquorum accepi. Factum eſt primo matrimonio, quod cum *Maria Antonia*, Caeſaris Leopoldi filia, Caroli II., *Hiſpaniae* Regis, ex ſorore Margaretha Thereſia *nepte*, an. 1689. iniit, vt amicitia Auſtriaca non ſolum firmiori vinculo adſtringeretur; ſed etiam virtus noſtris inque rebus gerendis fortitudo aulae *Hiſpanicae* innoteſceret. Anno igitur 1692. ſummus *Belgii praefectus* ab Hiſpaniae Monarcha nominabatur: quo eodem anno vxor *IOSEPHVM* Ferdinandum Leopoldum filium edidit, magnum, ſi ſors tulerit, Hiſpaniarum heredem. Dici non poteſt, quantum exinde in Belgio Hiſpanico impendiorum pace fecerit belloque noſter, vt Spartam ſibi commiſſam ex dignitate exornaret. In Gallico bello ingentis exercitus ibi Imperatorem egit: Angliae Monarchae in certaminibus, praeliisque ſingulis aſſiduus ac fidiſſimus comes adiutorque. Sed pace an. 1697. Riſuici procurata, altero anno poſt repentina ac immatura morte filius vnigena praeripitur, vt fata temporum tranquillitati eum inuidiſſe videantur. Hunc cum an. 1700. & ipſe Hiſpaniarum Rex in ſupremo exitu ſequeretur: vtroque hoc funere vniuerſus terrarum orbis non tam luctu commotus,

quam

quam rerum futurarum formidine vehementer concuſſus eſt. Subditi Boioariae funeſtum caſum maximi Principis ſui *praeſentia* ſolantur, per *octo* annos tot votis ac deſideriis expetitam. Ceterum mortua 1692. priori coniuge 1694. Thereſiam Cunigundam, Iohannis Sobieskii, Poloniae Regis, filiam vxorem duxit, prole nunc admodum foecundam. Mortuo ſocero 1697. principem noſtrum inter praecipuos regni iſtius Candidatos fuiſſe, a primariis aulae viris audiui: quem tamen recuſarit honorem, ne Hiſpanorum animos Belgici muneris abdicatione offenderet, quos tum negligere inconſultum videbatur.

CAPVT II.

TITVLI

Regionum Electoris Boioariae.

SVPERIORIS & INFERIORIS BAVARIAE.) Viciſſitudines Boioariae capite proximo recenſuimus. *Regnum* ſcilicet fuiſſe p. 531. a Carolo M. *euerſum* p. 531. poſt Luitpoldo cuidam titulo alicuius *ducatus* commiſſum p. 532. a variis deinde Imperatoribus diuerſis familiis Boicam traditam p. 535. ſq. Henrico autem Leone proſcripto, *Schirenſibus* ſeu *Wittelsbachiis* Comitibus collatam p. 536. Vnde noſtrae aetatis principes hodienum deſcendant. Quod vero ſigillatim & *ſuperioris* & *inferioris* mentio hic fiat; diuiſio in cauſa eſt p. 538. ſq. explicata. *Vtramque* autem Boioariam 1340. ſub *vnius* Ludouici Imp. dominatum poſtea iterum rediiſſe p. 540. ſq. ſcriptum eſt. Ex quo tempore conſultum videri poterat, Boicas olim *re* ipſa diuiſas, neque *vnico* deinceps nomine adpellare.

Sed iure primogeniturae nunc firmato, omnique Bauaria iterum conſolidata, *cautione hac vix opus eſſe videtur. Ceterum Boioariae quondam limites nonniſi Danubio, Licbo & Oeno fluuiis Alpibusque finiti ſunt, vt Auſtriam ſupra Anaſum comple-*

complecterentur. Superior *Licbo & Iſaro:* inferior *Iſaro & Oeno fluuiis tum incluſae.*

NEC NON SVPERIORIS PALATINATVS DVX.) Quo titulo, tempore, principe regio haec Boicae acceſſerit, valde obſcurum eſt. *Sueuiae* partem fuiſſe, *Freherus* vult, a Cunradino, Sueuiae duce, alii eius loco Cunradum nominant p. 540. Boiis donatam: nonnulli *Meraniae* ducatus portionem habent p. 538. multi *Boicae* genti exiſtimant *ſemper* paruiſſe. Certiori fide ſcimus, quod tractum hunc Ludouicus *Bauarus* Imperator Rudolphi fratris, qui exul in Anglia mortuus fuerat, ſuperſtitibus filiis, Comitibus *Palatinis* ad Rhenum tradiderit, vt eis de iure ſatisfieret in hereditatem Bauariae *inferioris* p. 541. Inde *ſuperior* audiit die Ober-Pfaltz, vt a Rhenano der Unter-Pfaltz hac adpellatione diſtingueretur. Sed Rheni Palatinos 1628. eodem mulctatos eſſe, regione in Maximilianum, Boioariae ducem, collata, *Pax* Weſtphal. artic. IV. §. *vt primo* definit, & nos plenius cauſam hanc p. 549. tractauimus.

Quod veteris Boioariae portio & olim fuerit: mal'ent quidam ſub vnius Boioarii *ducatus nomine ſuperiorem Palatinatum complecti, quam peculiari eundem vocabulo ab eodem diſtinguere. An* ducatus *titulum mereatur, cum* Palatinatus *tantum elogio venerit Rhenanis?*

COMES PALATINVS RHENI.) Agnationis iure titulum *gentilitiae* regionis adhibet Elector Bauariae: quamuis Rudolfina linea p. 540. eandem poſſideat.

Aduertendum, quod ducatui Bauariae *Rheni bic* Palatinatus *poſtponatur: ſed Rhenani principes* hunc *praeferant* illi, *quod ſua regio cuilibet lineae potiſſima videatur. Ceterum & ipſam Bauariam ſuos* Palatinos *quondam habuiſſe (p.* 536. *ſq.) ſatis conſtat. Priſtino autem inter Germaniae principes vſu,* maior *titulus abſorpſit* minorem. *Hinc* ducatu *Boioariae recepto, familia Schirenſis &* Comitis *nomen omiſit &* Palatini. *Quod ſi autem vtraque dignitas ius* regni *in Comitiis olim habuit; nunc forte cauſa repetendi, quae olim non fuerat, cum vni principi non niſi vnicum votum eſſet, neque ea cum territoriorum numero, quod hodie fit, augerentur.*

S. R. I.

S. R. I. ARCHIDAPIFER.) Erꝫ-Truchſes in vernacula nunc dicimus. Valde autem dubium, annon *Droſet* vel *Droſt* priſtinae voces cum *Truchſes*, loquentium inſcitia, commutatae. Scribit *Loccenius*: regni Sueciae *Drotſetus* eſt *vicarius* regis; vulgo *Archidapiferum* nominant, voce huc non pertinente. Iudicet nunc aliquis, annon haec *Drotſeti* ſignificatio propius ad *vicariatum* iudiciumque Imperatoris accedat, quod habuit quondam exercuitque Palatinus, quam ad munus *dapiferi*. Quae coniectura nouo firmamento cauſam Boicam corroborat in poſtulato iure S. R. I. *vicariatus*, quod in hoc officii genere Drotſeti potiſſimum munus conſtitutum fuiſſe videatur, vt adeo inde nequeat diuelli. Equidem & *Archidapiferatus* honorem ſibi relictum olim Palatini argutati ſunt, nihilque Pac. Weſtph. in Bauaricam domum praeter *Electoratum* translatum fuiſſe, a quo *Archidapiferatus* iura omnino ſeiungenda. Verum huic poſtea cauſae ipſi renuntiarunt, *Architheſaurarii* munere in eius locum accepto.

Noua difficultas, annon Boioariae dux & olim archidapifer aut Drotſetus *fuerit? Cum hoc munere Bohemiae rex in S. R. I. defunctus fuiſſe legatur: vnde ob plures cauſas in Boicam familiam potuerat deuolui.*

ET ELECTOR.) Vtrum *Bauariae* Ducatui, an *Palatinatui* Rhenano olim innexum fuerit ius *eligendi* Imperatorem R. tot ſeculis magna ingeniorum contentione agitatum eſt inter vtriuſque lineae principes agnatos. Signauimus nos loca p. 538. ſqq. Ceterum an. 1623. in Comitiis S. R. I. Palatinis principibus Electoratum perfidiae cauſa ablatum fuiſſe, Boicis poſtea conceſſum p. 549. ſq. expoſuimus.

Mirari quis poſſet, quare Electoratus *dignitas titulo* Palatini Rheni *poſtponatur. Cum tamen a) Boii Electoratum poſſideant, non item Palatinatum Rheni; b) vſu conſtet, quod ſeptemuiri omnes titulum gentilitium vnicum praemittant, quem ſtatim deinde excipiat dignitas Electoralis; c) neque e re ſit Boiorum, vt Palatinatus Rhenani dignitatem ad hoc faſtigium extollant: quo enim ea minor, eo facilius ad probandum fuerit, Electoratum Boiis olim qua* Ducibus *conceſſum, non qua* Co-

mitibus *Palatinis. Et ſane mirum, alias tantae gloriae ac potentiae ducatum, qualis Boioariae eſt, adeo neglectum fuiſſe, vt nullo eum S. R. Imperii munere decoraſſent Imperatores.*

LANDGRAVIVS LEVCHTENBERGENSIS.) Vltimo gentis principe, *Maximiliano Adamo*, ſine maſcula ſobole mortuo, in Landgrauiatu 1640. dux Boioariae *Albertus* ſucceſſit, frater Maximiliani, primi ſuae lineae Electoris. Quod is *amitam* vltimi Landgrauii, vxorem haberet *Mechtilden*, Georgii Ludouici Landgrauii filiam. Sed cum *priſtina* etiam iura in Landgrauiatum hunc Boicae domui eſſent, quae primogenito omnino deberi videbantur; Albertus Landgrauiatum fratri ceſſit, cui ex aliis *Boicae* regionibus poſtea fuerat ſatisfactum.

Priſtinam Landgrauiorum familiam Lazius, Hundius, *aliique deſcribunt. Vendiderant iam olim an.* 1280. *Boiis iura quaedam Leuchtenbergici, facta etiam in aliis ſpe. Vt dubium ſit, an priſtino, an vero recentiori matrimonii titulo Comitatus in Boicam translatus ſit. Ceterum* principatus *dignitate Landgrauiatus gaudet*, iſt eine gefürſtete Landgraffſchafft. *Contentiones praecedentiae ante* Sulzbacenſem *inde iudicandae, quod* ibi regionis, hic *Principis rationes habeantur.*

CAPVT III.

PRAETENSIONES iuraque controuerſa Electoris Boioariae.

§. I.

Sermone habeo magni in aula (a) adminiſtri, quod *Adelzreiterus*, cancellarius, cum alibi, tum in hoc genere inprimis operam doctrinamque Principi, nutritori ſuo, probauerit. Supereſſe enim huius viri *Syſtema Praetenſionum Boicarum* in archiuo Electorali, admiranda induſtria ac fide lucubratum. Opus aliquot volumina abſol-

(a) Liberi baronis *de Prielmeier*, quem virum litterae, candor, facundia, induſtria, vſus rerum, ipſa tandem canities fecere laudabilem.

abſoluere, quod inter ſacra Principis cimelia adſeruetur (b).

Vtinam huius aulae exemplum alii quoque Principes ſequerentur (c). Neque crediderim, ſalarium male collocatum iri: ſi vni alicui idoneo viro Sparta domeſticarum praetenſionum committeretur, in qua digne exornanda eum tempus omne ac otium ponere oporteret.

§. II. Conſignabimus hic, quae nobis in lectione ſcriptorum obuenerunt.

I. In Hollandiae, Seelandiae, & Hanoniae olim comitatus, a Boica principe Iacoba 1436. in Burgundum fruſtra nulloque iure deuolutos (y).

Duxerat an. 1324. Margaretham *vxorem Ludouicus Imper. cognomento* Bauarus, *filiam Wilhelmi Comitis Hollandiae, Seelandiae, Hanoniae. Anno autem* 1344. *deficiente maſcula ibi prole, in germano Margarethae,* Wilhelmo, *de ſucceſſione in* tres *Belgii Comitatus quaeſitum. Re ad publica Imperii comitia ab Imperatore delata, communi ordinum ſententia, Comitatus omnes ad S. R. Imperium,* vacui *iure, deuolutos eſſe, iudicatum. Caeſar, ne* iuris *rigore* conſilio *ob-*

(b) De *Auentini* ſcriptis narrantur fere ſimilia. Eius enim hiſtoriam ſingularium Boioariae locorum in principis tabulario dicunt ſupereſſe.

(c) Abſit, vt nos defendere velimus, quae in ius vocant Boici ſcriptores. Recenſemus aliorum opiniones hiſtorici, trutina aliis relicta.

(y) Tabula hic inſerenda eſt, vnde patent ſucceſſionis argumenta.

Wilhelm.

Ludouic. Imp. 1324. vxor Margaretha m. 1356. heres Holland. Seeland. Hanoniaeque.

Stephan. m. 1375.	Albertus m. 1407.	Wilhelmus.
Iohann. m. 1397.	Wilhelmus 1417.	
Erneſtus m. 1438.	Iacoba donatione inter viuos transfert tres Belgii principatus in Burgundos an. 1428.	
Albertus III. m. 1460. reliqui.		

Legi de hoc argumento poſſunt *Matth.* VOSSIVS *lib. 10. annal. Hall. p. 110.* AVENTIN. *lib. 7. p. 505.*

uerſaretur, Comitatus vxori donat, partim, quod Belgae haec feminea *feuda haberent; partim ne D.* Iuliacenſis, *Mariae nomine, haec iura arriperet. Iurant igitur an.* 1346. *fidem ac obſequium MARGARETHAE ſubditi: ea* 1356. *mortua WILHELMVS filius: hoc ſine prole decedente, frater eius ALBERTVS m.* 1407. *poſt filius huius WILHELMVS II. m.* 1417. *ſuccedunt: tandem filia IACOBA; quae an.* 1428. donatione *inter viuos, vel irreuocabili teſtamento in Philippum, Burgundiae Ducem, omnem hereditatem transtulit. Sed vero contradixerunt negotio ſuperſtites eo tempore duces Boioariae,* a) *quod feudum ſaepius laudatorum Comitatuum hereditate nequeat ad feminas deuolui decreto Imperialium Comitiorum;* b) *adeoque neque ipſam Iacobam veram heredem vnquam fuiſſe;* c) *ſed Ludouicum Caeſarem ius Clientelare trium Comitatuum vniuerſae familiae contuliſſe, arguebant (d). Vnde Boicae duces deſcendant: quamuis e poſteris non ſint vxoris Batauiae, aui ſui Ludouici, Imperatoris.*

II. In Tirolensem Comitatvm vi pactorum dotalium *Ludouici* Boii & *Margarethae* Maultaſchiae, herede Tirolenſium (e).

Quomodo peſſima femina Boicis illuſerit, lib. I. & ſupra dictum. Huic adhuc iuri aliud accedere dicebant principes Boioariae, quod certum ſit, Tirolenſia a Boica olim ditione auulſa fuiſſe, vid. ſupra. Sed nuncium ſeculo ſuperiori miſiſſe Boioariae duces veteri poſtulato in gratiam Auſtriacorum, memini, me legiſſe (*).

III. In

(d) Valde miror, ipſos Belgas an. 1570. hoc argumento Germanos ad auxilia aduerſus Hiſpanos inuitauiſſe, quod Boiis ius ſit in tres Belgii potiſſimas prouincias. Conf. *Ludewig de iure adlegandi cap. 1. §. 20.*

(e) Satis de hac lite diximus *lib. I. c. 3. §. 34.*

(*) Sed tamen legitur in *DIVRNIS VIENNENSIBVS die VI. Martii 1734.* Quod Boioariae dux requirat a) Carinthiam & Tirolenſem Comitatum vi teſtamenti Maultaſchiae Margarethae an. 1363. quod illa non potuerit poſt migrare in Auſtriaci Rudolfi gratiam; b) vrgeat pacta confraternitatis cum Auſtriacis ſub Ferdinando II. ipſo Bohemiae regno incluſo; c) pacta Leopoldi Caeſaris cum vltimo defuncto electore nouiſſima.

III. In RATISBONENSEM ciuitatem (f) a Friderico I. Imperatore Boioariae iurisdictione exemtam,& eius Burggrauiatum (g). Cui etiam addicti fuerant ciuitatis huius Iudaei.

Dictum eſt aliquid hac de re ſupra. Qui enim Boioariae ducibus opponunt, non potuiſſe eos plus *petere, quam Fridericus I. Schirenſibus comitibus in literis* inueſtiturae *olim conceſſiſſet, vid. ſupra, eis ipſi reſpondent;* noua *in Boioariam iura non dediſſe tum Schirenſibus Caeſarem; ſed* priſtina *familiae ſuae ſupra tantum reddidiſſe, quae integra hodienum poſtulent* (**) (***).

(f) De quo ADELZREITER *part. 2. lib. 6. p. 204. 102.* Quae argumenta recenſemus nos hiſtorici, nec quicquam vero adprobamus.

(g) Ita lego in codice manuſcripto: das Burggrafthum Regensburg begreifft 1) das Schultzen-Amt, 2) das Friede-Gericht, 3) das Cammer-Amt ſamt Müntzey, Zoll und Mauthen. Es iſt an. 1256. als ein Reichs-Lehen an Bäyern kommen. Inde Scultetum Ratisponenſem a Boioariae duce iure clientelari accipere den Blut-Bann, ſcribit *Hundius in metrop. p. 221.* (*). Facies rerum hodie mutata.

(*) Inde eſt, quod Boioariae duces Iudaeos Ratisponae habuerint in ſua iurisdictione, dixerintque eoſdem des Hertzogs in Bayren Cammerknecht, *SPEIDELIVS in v. Iud.* Quod ius cum Boiis ſubtraxerit Caeſar Maximilianus an. 1504. teſte *HVNDIO in epiſcopis Ratiſpon. n. 49. p. 83.* eius quoque ſedulo repetere ſolent memoriam.

(**) De proedria litigarunt cum Saxoniae ducibus praeſertim in comitiis (†) tempore Friderici V. Caeſaris.

(†) Ita enim efferbuit dux Boioariae, cum Pappenhemius ipſi Saxonem praetuliſſet vocando, vt cum prouocauerit ad duellum. Imo ſunt nimium ambo ideo degladiari. Quorum tamen iras diſſipauit poſtea heres Caeſaris rex Romanorum Maximilianus I. Qua de re *SOMMERVS* apud *CARPZOV. de L. Reg. c. 10. ſect. 6. p. 253.*

(***) Poſtulauit etiam in Comitiis Auguſtanis ius, Caeſari praeferre enſem (††). Fruſtra tamen. Quoniam illud non territorii ſignum, verum imperii, quod imperialis omnino mareſchalli.

(††) *SOMMERO* teſte in dem Erbmarſchallamt apud *CARPZOVIVM de L. Reg. cap. 10. ſect. 6.*

IV. Cum Ratisponenſi quondam epiſcopo de iure clientelari Landgrauiatus (h).

V. Quondam in Cunradini Sueuiae ducis hereditatem (i).

§. III. In vrbem DONAWERDENSEM intra fines quondam Boioariae.

Henricum VI. Imperatorem hanc ciuitatem plena S. R. I. libertate donaſſe, eius aſſertores defendunt. Sed Boici ſcriptores anno demum 1434. *Ludouicum* Ingolſtadienſem *eadem a Sigiſmundo Imper. mulctatum eſſe, nihil culpae habentibus ceteris* agnatis, *ducibus Boioariae. A.* 1607. *vrbe ab Imperatore proſcripta, quod religionis cauſa ciues inuicem clades excitaſſent, in manus venit Boioariae ducis, cui* executio *a Caeſare fuerat demandata. Ciuitatem* 1) *nunc* poſſident *Boii*, 2) vetera *iura renouant*, 3) noua *addunt propter* impenſas *factas in deditionem. Celebris eſt auctor* der Donawerthiſchen *Acten, qui cauſam agit ciuium ſuorum.*

§. IV. Duces etiam Boioariae, qui Electores non fuerant, cum VENEDORVM Republica de PRAECEDENTIA contenderunt.

Electorum S. R. I. cauſa facile contra Venedos defenditur. Sed in Conſtantienſi *Concilio legatus Boicae* DVCIS *Venedorum legato cedere loco recuſauit*, a) *quod Boioaria* regnum *fuerit, charactere etiam nunc indelebili, poſtquam duces illud poſſideant;* b) Septemuiralis *in S. R. I. dignitas Boicae quondam innexa;* c) *neque terminata lis ſit, eapropter facta Palatinis. Locum tamen, ſemel occupatum, retinuit Venedorum Legatus: ſed, conteſtatione facta, in ſaluo quoque poſita eſt cauſa Boicorum* (*).

§. V. Cum ORTENBVRGICIS (**) Comitibus de

(h) Fontes argumentorum ex diplomate ſumi poſſunt an. 1205. concepto, quod exhibet TOLNERVS *hiſt. Palat. p. 65.*

(i) De quo ſupra diximus *cap. 1. §. 12.* Quod etiam attingit ADELZREITER *lib. 20. p. 682.*

(*) Praeſertim in Concilio Tridentino Boicus legatus ceſſit quidem loco Venedo; ſed addita conteſtatione, fieri hoc amore pacis & ſacri conuentus. Ceteroquin proedria ante Venedos ſemper ſalua; *ADELZREITER part. II. lib. II. §. 21. p. 279.*

(**) Ortenburgenſium Comitum hiſtoriam deſcripſit HVNDIVS im Bayriſchen Stammb.

de *homagio* praeſtando ducibus Boioariae (k).

Magna contentione ſeculo XVI. inter vtramque partem publicis ſcriptis cauſa haec agitata eſt. Argumenta fuerant Boicae *ducum*, a) *quod comitatus in ducatu Boioariae ſitus;* b) *de territorio Boico ſit;* c) perſonae *immedietas Ortenburgicis relinquatur, quamuis* territorialis *pereat, praeſtito iuramento;* d) *nihil noui, in S. R. I. haec iura diſtingui, quod Waldecciorum, Mansfeldenſium atque alia exempla plura doceant. Sed litem* 1573. *iudicio Camerae Imperialis definitam eſſe ſcribunt, in qua Boioariae etiam duces acquieuerint.*

§. VI. De SALIS commercio cum Archiepiſcopo SALISBVRGENSI.

Bellum, eius cauſa 1609. *inter vtramque partem excitatum, deſcripſit Adelzreiterus* (l). *Hala Boica, ſalinarum foecundiſſima, in confinio imperii Salisburgenſis. Hinc* 1) *de iure, ſal in alienum territorium vehendi;* 2) *de lignandi facultate in ſiluis Salisburgenſibus litigatum. Res* 1610. *pactis compoſita eſt* (*).

§. VII. BVRKHVSANVM Comitatum, Gebhardo mortuo, Sec. XII. Boicae ducibus acceſſiſſe, ſcriptum reperio. Quo iure, non ita tum expeditum fuerat.

Gebhardi enim ex fratre nepotes ſucceſſionem in comitatu, agnationis beneficio ac iure, exegiſſe, apud Hundium *&* Brunnerum *lego. Quod ſi hoc verum eſt, vacui iure Boicis obuenire is non poterat. Ceterum* Burkhuſianorum *Comitum proſapiam etiam nunc in Sileſia ſuperſtitem eſſe, probant, qui in hac familia* Barones *de Burkhauſen numerant, ad* Comitum *dignitatem ante quinque, & quod excedit, luſtra euectos.*

(k) Euolui de hac lite poſſunt SCHWANEMANNVS *deciſ 10.* GYLMANN. *lib. 1. deciſ. 46.* & *tom. 1. ſymphorem. part. 1. tit. 7. vot. 6. n. 90. p. 489.* MEICHSNER *tom. 3. deciſ vot. 6. p. 100.* ACTA *Ortenburgenſia* & quae ex illis repetiit KNICHEN *de veſtit. pact. part. 2. c. 5. p 434.* BESOLDVS *in verb.* Huldigung *p. 402.* Heſſiſche articulirte Deduction contra Waldeck *art. 188. p. 25.*

(l) *Part. I. hiſt. Boic. lib. 19. p. 656.*

(*) Cum NORIBERGENSI ciuitate intuitu caſtri ROTENBERG (†) aliorumque, quae in bellis gentilitiis tempore Maximiliani I. Imperatoris Boioariae ſubduxerunt.

(†) Proſtat de hoc argumento ſcriptum ſatis amplum.

Quapropter in Caeſareo etiam diplomate verbis perſpicuis habetur, Comitis dignitatem non recens Burkhuſianis Baronibus conferri; ſed renouari priſtinam, *quam ante aliquot ſecula iam habuerint, diſſimulauerint vero eo vſque ob facultatum anguſtias* (*).

§. VIII. De PRAECEDENTIAE iure qua *Leuchtenbergenſis* Landgrauius cum *Sulzbacenſi* Principe agnato.

Anno 1701. *in comitiis circularibus, Waſſerburgi tum habitis, res in contentionem venit. Ne cauſae ſuae noceret Sulzbacenſis, conteſtatione facta, noluit conuentui intereſſe. Vna pars maiorem* poſſidentis: *altera vero* rei *poſſeſſae maiorem rationem habendam exiſtimant* (**).

§. IX.

(*) De GLAZENSI ad ſiluam Bohemicam comitatu lites habuit cum Würtembergico duce 1560. (†). Nam Erneſtus, patruus Alberti ducis, Saliſburgenſis Archiepiſcopus, eum ſuo redemerat aere (††). Hoc mortuo ſucceſſionem ſibi adrogauit ſororis Erneſti filius dux Würtembergicus. Sed ſpe concepta excidit.

(†) Litis cauſam recenſet ADELZREITER *part. II. lib. 11. §. 17. p. 277.*

(††) Eodem ADELZREITERO teſte *part. II. lib. 11. §. 7. p. 272.* Cui addi poſſunt *annales Saliſburgenſes.*

(**) Problema an. 1504. acerrime diſputatum inter AGNATOS & FILIAM ac generum ducis Georgii (a). Nam vltimi poſtulauerant ſucceſſionem; Idque partim *ab inteſtato filia*, partim ex *teſtamento* patris (b). Deinde in primis requiſiuerant ſibi principio *allodialia* quaeque praedia, quorum numeri plures (c); deinde *mobilia* quaeque & *pretioſa* (d). Sed regeſſerunt AGNATI, vniuerſim *Boioariae* ducatum *gentilitium* eſſe & pactis & iure imperii. Deinde *teſtamentum* ideo ſuper re aliena conditum. Praeterea *allodia* inſtar *acceſſorii* ducatus non poſſe ab eodem auelli. Demum *mobilia* pariter ex *deſtinatione* & *vſu* conſeruanda territorii domino ac ſucceſſori. Cruenta hinc bella, quae deſcripſere eius aetatis hiſtorici.

(a) Agit de hoc argumento, conducitque libellos ab vtroque parte in Comitiis Conſtantienſibus exhibitos, cum ſententia ab imperatore lata in gratiam agnatorum, Mullerus im Reichs-Tags-Staat lib. II. cap. 18. p. 369. ſqq.

(b) Ineptum fuerat, regulam hic vrgere: ſi filia ergo heres. Gener ipſe fuerat filiae ſubſtitutus.

(c) Ad

§. IX. De proedria etiam quondam Boioariae duces (m) cum Auſtriae archiducibus contendiſſe, alibi commemorauimus, idque ex libello inedito.

§. X. De VICARIATV S. R. I. an. 1657. cum *Palatinis* Rheni.

Magna litigantium acerbitate ſuper hoc iure certatum eſt, mortuo Ferdinando III. Imperatore in illo XIV. menſium interregno. Argumenta Electoris Boioariae a) *quod Electoratus cum omni* officio *&* regalibus *in Boicam familiam translatus ſit; inter officia autem eſſe ius vicariatus;* b) *in literis inueſtiturae Ferdinandi Mariae Caeſar etiam Vicariatus expreſſam faciat* mentionem; c) *ab Electoratu prorſus nequeat is* auelli; d) Drotſeti *tandem* des Reichs-Ertz-Troſtes, *quem errore vulgi* Trochſeſs *dicant, praecipuum munus verſetur in vicibus Imperatoris peragendis. Res ipſa publicis ſcriptis in vtramque partem acta fuit, quorum pleraque ſuo operi inſeruit* Gaſtelius: *ſed plura poſſideo, ſigillatim impreſſa. Ceterum diuerſa remedia adhibita, litem componendi, vt vel* diuiderent *vicariatum vtriuſque lineae principes, adſignatis cuique parti regionibus ſigillatim: vel* vicibus *eundem adminiſtrarent* alternis: *vel* communi *nomine vtrique hoc ius exercerent: vel denique certo conſilio inſtituerent vtrique* ein Vicariats-*Collegium, cui negotia, vicariatum concernentia, committerentur. Verum Rege Romanorum nunc electo, quieſcere poſſunt vicariatus controuerſiae: ſiquidem componi easdem nulla ſpes ſit.*

§. XI. Olim etiam a tempore *Ludouici* Bauari Imperatoris inter Boioariae duces, & Rheni Palatinos ſuper ELECTORATV magna diſſidia fuerunt.

Argumenta Boicae ducum a) *quod Electoratum Otto & Ludouicus vtriuſque lineae maiores Sec. XIII. non qua Palatini,*

 ſed

(c) Ad hanc claſſem retulerant plures dynaſtias, a regnatoribus ducibus redemtas ſuo aere. Porro eccleſiaſtica feuda, quae pariter deferri debeant ad filiam.

(d) Auri, argenti & gemmarum relictam eſſe magnam vim. Adeoque haec mobilia bello potius deſtinanda fuerant aduerſus agnatos pro obtinendo ducatu; quam vtrique auctoritate imperatoris facere nuntium.

(m) Conferenda huc ſunt, quae diſputauimus *lib. 1. c. 3. §. 39.*

ſed qua Boicae duces *habuerint ;* b) viciſſitudinario *iure eundem exercendum pactis conuenerint Palatini cum Ludouico Bauaro Imp.* c) *Carolus IV. in A. B.* odio *indulſerit in Boicam familiam, quod manifeſtum ;* d) *Boioariae duces cum* Boh. *quondam rege ſuper Electoratu contendiſſe ;* e) *Rudolf. Habsb. pro Boicae duce pronuntiaſſe ;* f) ducatum *in Germania nullum ex iſtis antiquis ſupereſſe, qui Electoratu exornatus non fuerit ;* g) *ducatum Boioariae, in tot lineas ſciſſum,* nequiuiſſe *ius ſuum proſequi contra potentiores Palatinos. Legi hic poſſunt eruditiſſima ſcripta* Gewoldi, *Boicam:* Freheri, *Palatinam cauſas agentium* (n). *Sed hodie vtilitate haec carent* (*).

§. XII. Et quod magis eſt, ipſis quondam *Bohemiae* regibus de ELECTORATV controuerſiam mouerunt duces *Boioariae.*

Cum

(n) Diploma, quod Rudolfus I. Caeſar ſteterit pro Boiis, exhibet *Goldaſtus* ad an. 1273. *de regno Boh. p. 29.* in den Beylagen.

(*) Bauariae quaedam in *pontificis Romani patrimonio* fuiſſe, aliqui audent contendere (a) antiſtites. Verum hoc argumenti genus in *crimen Status* vocari poſſe (b), nullus dubito.

(a) Impudens huius rei adſertor eſt Ieſuita *Iac. GRETSERVS lib. de munificentia principum in ſedem Apoſtolicam cap. 30. p. 75.* vbi non ſolum Boioariam recitat in claſſe pontifici clientelarium prouinciarum: ſed etiam claris verbis ſuum ipſemet iudicium prodit his quidem verbis: *Sanctum Petrum in Bauaria habuiſſe bona quaedam vectigalia, expreſſe colligitur ex epiſtol. 63. Ioh. VIII. Papae, quae eſt ad Carolomannum, Ludouici Germaniae regis, filium.* Sed locum epiſtolae ipſum audiemus: *Quaeſo, committite Salisburgenſi ea, quae apud Boioariam B. Petrus habet, vti nobis annualiter reditus eius Romam transmittat.* Idemque in epiſt. 64. ad ipſum Antiſtitem Salisburgenſem: *Quae B. Petrus Apoſtolus apud Boioariorum terram iure proprietatis poſſidet, tuae induſtriae ſagacitatique committimus. Quatenus a modo & deinceps annuos eorum reditus Romam ſine mora transmittas.*

(b) Qui *Herwarti, Burgundi, Auentini,* aliorumque Boioariae domeſticorum ſcriptorum meminerit, is facile intelligit, ſatis animi eſſe Boiis pro fide in hoc argumento. Dubito, quin victas manus daturi ſint principes, quibus potius durum eſt, in ſinu ſuo fouere papae Romani in hoc genere paraſitos.

Cum enim priuilegium eſſet in S. R. I. vt Boius *princeps & Imperatorem* eligeret, *&* archipincernam *ageret: quaeſtio orta, vtrum* Boius *in* Norico; *an Slauicus in* Bohemia *ſint intelligendi? Argumenta pro duce Boico* a) *quod ducatus hic manifeſtum* feudum *principio fuerit S. R. I. cum de Bohemia res ſit longe incerta;* b) *Boii ſint iuris* Germanici, *Bohemi iuris Slauici;* c) *quod* im Käyſerlichen Land- und Lehn-Recht *legatur (o):* Der Hertzog in Bäyern iſt des Reichs Schencke; d) *difficillimum ſit ad credendum*, Boicum *celebrem ducatum in Archiofficiis S. R. I. praeteritum, prorſusque neglectum fuiſſe. Lis tandem a Rudolfo Habsburg. Imp. compoſita, vt Bauarus Archidapiferatum exerceret, relicto Bob. Regi munere Archipincernae (p) (*).*

§. XIII. Cum *Pontifice* quondam de CONFIRMATIONE ELECTORATVS in Boicam familiam 1628. translati.

Id enim publicis literis, quas poſſideo, Pontifex Rom. ſuperiori ſeculo egit, vt Boioariae dux a ſede Romana in Electorali dignitate peteret confirmari. Sed, iurium S. R. I. probe edocti Boii contra Pontificem, eius poſtulatum modeſte declinarunt.

§. XIV. BVRGOVIAE Marchionatum in Sueuia ſitum A. 1324. *Ludouicum Bauarum* Imp. ſibi contra Auſtriacos vindicare voluiſſe, ſcriptum reperio.

A. 1282.

(o) Inprimis exemplum codicis Friderico II. fere coaeui, quod exhibet LAMBECIVS *lib. 2. bibl. Vindobon. cap. 8. p. 827.*

(p) Imo an. 936. *Wittekindo* teſte, Boioariae duces S. R. I. fuere *archimareſchalli.* De quo cumulatius agit *Tolnerus cap. 6. hiſt. Palat. p. 166.* Vnde fontes argumentorum 1) Boioariae duces nullo tempore deſtitutos fuiſſe iure archiprincipatus ſiue electoratus; 2) archiofficia tum ambulatoria fuiſſe, necquicquam adfixa ſingularibus territoriis.

(*) Iam an. 1548. Boioariae dux, Leonardo ECKIO interprete, a Carolo V. requiſiuit, vt ſibi *electoralis* dignitas reſtitueretur, qua praeter ius & fas priuati fuerint a conditore aureae bullae (†), Carolo IV. Boioariae infeſtiſſimo hoſte.

(†) Recenſet diſſidii hiſtoriam ADELZREITER *part. II. lib. 10. §. 61. p. 266.* ſed addit, Carolum V. rem detuliſſe ad comitia, quod minus fauerit Boicis incrementis, ceu Auſtriae confinalibus.

A. 1282. *Henrico, vltimo Burgouiae Marchione mortuo, regionem a Rudolfo Habsburgico Imper. filio collatam eſſe, lib. I. aduertimus: ſed pro Boioariae feudo eandem habuit Ludouicus Bauarus Imper. Mox vero litem armis proſequi & ipſe omiſit, quorum poſteros non lego Auſtriacis eandem iterum intendiſſe.*

§. XV. In VETERES & regni ducatus Boioariae LIMITES, *Auſtriam* pleramque *Styriam* ac *Tirolenſem* Comitatum quondam complexos (q).

Priſtinos enim poſtulant limites, quod p. 557. *dictum, cum alii contra ſentiant, nihil Boiis deberi, quam quod inueſtiturae literis ab Imperatore Friderico I. illi accepiſſent, ſupra p.* 537. (*) (**).

§. XVI.

(q) Quos ſolicite deſcribit AVENTINVS *lib. 3. p. 151.* ADELZREITER *part. 1. lib. 5. p. 117.* CONRINGIVS *part. 4. theſ. p. 644.* Vbi tamen diſcrimen negligere video ſcriptores inter *Boioariam* & *Boioariae ducatum.* De altero quaeſtio eſt, non de primo.

(*) Inprimis plurima *Bohemiae* regno praeſertim a Carolo IV. Caeſare (a) innexa ſunt: quae olim iuris fuerant Boici.

(a) Memorabilis hic locus eſt BALBINI in epitom. Rer. Boh. lib. 3. cap. 21. p. 386. 387. vbi ex tabulario Bohemiae Regis *vrbes*, *villas*, *caſtra*, *praedia*, *dynaſtias*, locaque alia recenſet, quae ſolus Carolus IV. defalcauerit de Boioaria, Bohemiaeque adſcripſerit, partim vt regni fines proferret, partim etiam, vt propior eſſe Noribergenſi ciuitati, vbi inſtitui debuerant ordinaria comitia. Sunt autem haec: *1) Sulzbach*, *2) Roſenberg*, *3) Neidſtein*, *4) Hertenſtein*, *5) Honeſtein*, *6) Hiltpoltſtein*, *7) Lichtenek*, *8) Direndorf*, *9) Frankenberg*, *10) Aurbach*, *11) Herſpruck*, *12) Lauff*, *13) Velden*, *14) Plech*, *15) Eſchenbach*, *16) Pegniz*, *17) Hauseck*, *18) Werdenſtein*, *19) item munitiones & oppida*, *20) Hirſau*, *21) Neuenſtatt*, *22) Sturnſtein*, *23) Lichtenſtein*, *24) Plargenſtein*, *25) Reichenſtein*, *26) Reicheneck*, *27) Hauſek*, *28) Stralenfels*, *29) Spis*, *30) Ruprechtſtein*, *31) Bernau* cetera. Qui autem factum ſit, quare ex his locis plurima hodie Bohemici iuris non ſint, non proditum eſſe memini. Id ſcio, electore Bau. proſcripto, Auſtriacis quendam ICtum conſilia ſuggeſſiſſe, vt hac cauſa in Bohemia inſtitueret iudicium recuperatorium.

(**) Imo etiam Maximil. I. Imperator eripuit *Ratenburg* & *Kuffſtein*

§. XVI. Ingentem HISPANICAE MONARCHIAE hereditatem nuptiae promittere videbantur Boicae familiae; ſed repentinum caſum vnigenae p. 552. doluimus: *Sunt, qui exiſtimant, ſponſum & ſponſam iura ſua in Hiſpaniae hereditatem, pro ſe & poſteris ſuis, euentualiter in manus Auſtriacorum conceſſiſſe, Belgio Hiſpanico ſibi forſan vnice reſeruato. Sed quis de pactis dotalitiis ſumme arcanis certi aliquid affirmabit?*

Iuniorum vſui tabella lumen afferet, ad huius quondam iuris intellectum.

Spaniſche Linie.			Oeſterreichiſche Linie.
	Philipp. I. Rex Hiſpan. m. 1506.		
Carol. V. Imp. m. 1558.			Ferdin. Imp. m. 1564.
Philippus II. m. 1598.			Carol. Archid. m. 1608.
Philippus III. m. 1621.			Ferdin. II. Imp. m. 1637.
Philippus IV. m. 1665.	Anna Maria Mauritia vx. Lud. XIII. R. Gall. 1615. vnde natus Ludou. XIV.	Maria n. 1606.	Ferdinand. III. Imper. m. 1657.
Carol. II. vltimus Hiſp. R. m. 1700.	Maria Thereſia vx. Ludou. XIV. Reg. m. 1683.	Margaretha Thereſia m. 1673.	Leopoldus Imp. nat. 1640.
	Ludou. Delph. n. 1661.	Maria Antonia Ioſepha m. 1692. Vxor Maxim. Mariae Emanuel. El. BAVAR.	
	Philippus V. Dux Andegau. n. 1683.	Ioſephus Ferdinand. Leopold. n. 1692. m. 1699. (*)	

§. XVII.

Kuffſtein Bois (b): quae loca hi ab Auſtriacis repetunt (c).

(b) Scilicet in diſſidiis inter Boioariae principes agnatos de hereditate.

(c) Quod ipſi Auſtriaci ICti agnoſcunt teſtanturque. KIEFFER diſſert. *de domo Habsburg. quaeſt. 30. p. 172.* Quem locum exſcripſi in *Auſtriacis cap. 3. §. 54.*

(*) Iura ſuccedendi Mecklenburgicorum Ducum in Landgrauiatum

§. XVII. In Archiepiſcopi *Colonienſis* HEREDITATEM, a Fürſtenbergio 1688. ſurreptam.

Maximilianus Henricus, Dux Bauariae, & Archiepiſcopus Colonienſis, teſtamentum condiderat, in quo bonorum heredem inſtituit agnatum ſuum noſtrae aetatis Electorem Bauariae. Sed Fürſtenbergius Cardinalis, ſucceſſione in Colonienſi Archiepiſcopatu per fratrem Electoris excluſus, hanc iacturam in Boica familia vindicauit, omni facultate defuncti antiſtitis ſecum in Galliam ſubtracta. Myriadis ſummam hereditatem aiunt ſuperaſſe. In pace Riſuicenſi 1697. *priuatam iniuriam Elector Boioariae, qua eſt, animi magnitudine remiſit, vt publicae vtilitati conſuleret.*

CAPVT IV.

EMINENTIA

Electoris Boioariae, priuilegia, & varii generis praerogatiuae.

Si in Principis *vnius* dominatu Boioariae regiones omnes perſtitiſſent: completam magis confertamque *praerogatiuarum* copia hanc ſectionem fore, exiſtimauerim. Sed, quantum licet, nos hic recenſebimus.

Obfuerunt maximae domui a) *ſaepius repetitae diuiſiones*, b) *inteſtina cum Palatinis diſſidia*, c) *Bohemicae familiae Imperatorum odia aduerſus duces Boioariae*, d) *horum aemulationes cum Imperatoribus gentis Auſtriacae*, e) *Guelphica etiam bella cum Gibelingicis Imperatoribus cauſae huic multum nocuerant.*

§. I. ELECTORATVS, ARCHIDAPIFERATVS, VICARIATVS, & hinc pendentia iura, *Wildfangiatus*, *iudiciique* Imperatorii, & quae alia ſunt generis eiusdem, partim expediuimus; partim in Palatinatu Rheni expedienda reſtant.

Sane

uiatum Leuchtenbergenſem vi expectatiuae a Maximiliano conceſſae (†).

(†) Occurrunt ſcripta eius argumenti publica in der Staats-Canzley part. XIII. p. 416. 417.

Sane in ſingulis hiſce praerogatiuis aemulatio Boiorum verſatur cum Rheni Palatinis.

§. II. Floruit in ipſis Boioariae quondam regionibus PALATINATVS S. R. I.

A temporibus Ottonis M. vſque ad Ottonis IV. aeuum, per annos circiter ducentos ſexaginta, Schirenſis *familia Palatinos Boioariae dedit, vulgo dictos* die Pfalzgrafen *(a)* zu Wittelsbach, *item* die Pfalz Wittelsbach, *vel etiam* die Bayeriſche Pfalz. *Colligunt inde aliqui* a) *quod Schirenſes ſ. Wittelsbachii* gefürſtete Grafen *fuerint;* b) *Palatinatus ſynonymia ſcriptoribus ſaepe impoſuerit, vt Rhenano Palatinatui tribuant, quae ad Boicum potius ſint referenda. De cauſis* extincti *Boici Palatinatus nihil definio. Id lego, ad memoriam* regicidii *delendam, quo ſe an.* 1208. *polluerat Otto Princeps, arcem Wittelsbachicam quoque funditus deletam fuiſſe. Cum ergo finiti palatinatus hoc tempus fuerit: an cauſa quoque in hoc facinore quarenda? Titulum pridem abſorptum ſupra ſcripſimus.*

§. III. Iura, vrbes, oppida, arces, CASTELLA, condendi, muris circumſepiendi MVNIENDIQVE in vniuerſa *Boioaria* priuilegio debent Ottonis III. Imperatoris.

Inſigne tum temporis priuilegium (b) fuit, quod nulli ex Ordinibus Imperii ſine praeſcitu & auctoritate Caeſaris hoc facere integrum eſſet. Hodie, quae Principum S. R. I. vi iuris territorialis *poteſtas, in doctrina Iurisprudentiae publicae traditur.*

§. IV. Ius quondam ſacrorum habuit dux Boioariae (c) idque exemplo ſingulari. Vt taceam omnes

(a) Quamuis *comites* de Scheiern vel Wittelsbach ſaepius in diplomatibus nominentur, quam *Palatini* Boioariae. *Tolnerus hiſt. Pal. p. 10. 11.*

(b) Ita quidem egomet credideram, ſentientium multitudine deceptus. Poſt enim in rebus medii aeui facile reperi, quod ſuperioritas territorialis vt omnia regalia, ita hoc quoque ſub ſuo haberet complexu. Cuius origines ſupra vidimus in Arnulfo. Repeti enim formula debet concepta verbis Henrici Aucupis.

(c) Formulae id adſcribunt Arnulfinae cum Henrico Aucupe, quam *cap. 1. §. 6.* recitauimus. Id veriſſimum eſt, quod etiam

mnes in Boico territorio epiſcopatus fuiſſe prouinciales (d) (*) (**).

§. V. *Regum*, primi etiam ordinis, LEGATIS DEXTERAM NEGAT Elector Boioariae.

Sueciae Regis legato, id Bauarum acceſſuro, prior in domo iſtius abnuebatur, quam reliqui Electores conceſſerant. Inde ne vel Regi vel ceteris Electoribus praeiudicii quid adferret, minore bonore admiſſo, exuto legati charactere velut priuatus Monachium ingreſſus, negotium ſuum expediuit, verba ſunt ſcriptoris ſeculo ſuperiori.

§. VI.

iam in archiprincipatibus Germaniae Caeſares gauiſi ſint iure ſacrorum. Haud dubie, quod ſacri antiſtites nollent, reducta Germaniae libertate, ſuam conditionem reddere duriorem & principum agnoſcere imperia, quae olim vni dederunt Caeſari. Ipſe etiam pontifex noluit, ſcindi in tot ſacrorum arbitros Germaniam. Inde dux Boioariae habuit ius ſynodorum.

(d) Territorium epiſcopale ab epiſcopali munere prorſus differt. Primum enim nullo non tempore prouinciale fuit, vt in aliis archiprincipatibus; ita enim in Boioaria. Verum exemta ſunt ſacra antiſtitum patrimonia a Boioariae ducis poteſtate poſt extinctos Guelfos. Addatur AVENTINVS *lib. 4. p. 292.* CONRING. *part. 4. theſ. p. 553.* HERTIVS *vol. 2. diſſert. p. 91.*

(*) Iudaei e Boioaria expulſi ſunt (a), non ſine inſigni ceterorum incolarum emolumento. Quamuis olim *Boicae camerae ſerici* audiuiſſe legantur (b).

(a) Aeneas SYLVIVS de Statu Europae cap. 32. *Succeſſit Henrico Ludouicus filius, qui Iudaeos omnes publice, poſitis editis, a ſuis dominiis exterminauit.* Quem etiam librum exhibet FREHERVS *vol. 2. rer. Germ. p. 79.* Neque hodie Iudaei in Boioaria tolerantur.

(b) Id quod notatu digniſſimum. Vnde, quantum ego adſequor, omnium manifeſtiſſime patet, Iudaeos *camerae ſeruos imperialis*, tantum audiuiſſe in Caeſaris domanio, non in prouinciis, domino territorii inſtructis. Neque enim Iudaei vllo vnquam tempore imperatori cenſus & tributa vel in Bohemia ſoluerunt, vel in Vandalia, vel in Boioaria. Quin potius *Boicae camerae ſeruos* dictos eſſe Iudaeos, teſtis eſt HVNDIVS *in metrop. Salisburg. fol. 215.* SPEIDELIVS *ſ. b. v.* LIMNAEVS *ad A. B. tit. 9. §. 2. obſeru. 3. n. 3. p. 358.*

(**) Diurni menſ. Martio 1739. docuerunt, pacta ſucceſſoria inita fuiſſe a Boioariae duce cum Ferdinando II. eaque

reciproca

§. VI. Eſt inter perpetuos deputatos (e) imperii in ordine principum.

§. VII. DIRECTORIVM in Boico circulo habet, (f) exercetque cum Archipraeſule Salisburgenſi vicibus alternis.

Singulare eſt, quod 1643. *Bauariae Elector id ſerio egerit, vt* Boicum, Franconicum *&* Sueuicum *circulos inter ſe vnitos ſuam ſub directionem traheret.* **Daß Jhn alle drey Creyſe zu ihrem Creyß-**Director **erwählen und annehmen ſolten.** *Quod* a) *haec vnio vires augeret, vicino hoſti Regi Gall. opponendas;* b) *plerique ordines inſtitutum approbarent. Sed aliis ſecus viſum eſt, qui nimiam ducis Boioariae potentiam credebant extimeſcendam eſſe. Ceterum* tertio *loco poſt Burgundicum & Auſtriacum Circulos S. R. I.* Boicum *numerandum eſſe, exiſtimant: Franconico tamen aliisque Boico* praeferri *volentibus.*

§. VIII. Superiori ſeculo inter potiſſimos S. R. I. CANDIDATOS fuerunt duces Boioariae.

Multorum certe ſuffragia Electorum habuerant Boioariae duces 1657. *Quod* a) potentia *Boicae ſufficeret, oneribus atque impenſis Caeſarei muneris;* b) ſacrorum *ratio conſiliis Imperii non obeſſet;* c) *ſtudia Gall. R. eſſent, promouere cauſam Boicorum, vt Auſtriacos ab hoc faſtigio retinerent;* d) *amicitia Auſtriaco-Boica ſoluenda videretur, Germanis in bello tricennali ſatis moleſta. Sed temperarunt ſibi ab intempeſtiuis conſiliis Boii, non ſine laude moderationis.*

§. IX. Fide annalium Fridericus III. cum Ludouico Bauaro Imperatore pepigit, vt AVSTRIACI BOICIS SVO IVRE CEDERENT, ſi inter vtrosque de IMPERIALI FASTIGIO contentio exiſteret.

Sed

reciproca mutuaque, ſi vna in gente deficeret maſcula proles.

(e) Nulli hoc contingit neque ipſis vel Auſtriacis, vel Salisburgenſibus, qui iure *deputati* ſunt viciſſitudinario: Boioariae autem dux permanet in hac ſparta. LVNDORP. *act. vol. 4. lib. 4. p. 1098.*

(f) Imo etiam Sueuici quondam circuli caput fuit an. 1519. DATTIVS *lib.* 2. *de pac. publ. c.* 25. *§. 78. p. 449.*

Sed negant hoc Auſtriaci ſcriptores Rous, Cuſpinianus, Fuggerus, *alii plures.*

§. X. Priuilegium DE NON ADPELLANDO non in Boioariae tantum Electoratu; ſed etiam in ſuperiori Palatinatu, aliisque regionibus annexis.

Olim ſumma appellabilis in Boico ducatu 200. *fl. anno* 1559. *auctus numerus ad* 500. *fl. Sed Ferdinandus III. Imper.* 1638., *diplomate d.* 28. *Aug. edito, omnem adpellationem in Boioaria prorſus ſuſtulit. Caeſareum Priuilegium* 1644. *in Camera quoque adprobatum eſt, extenſione etiam facta in Palatinatum ſuperiorem. Illuſtr. Dn. de* Rhetz, Blumius, *alii.*

§. XI. Boioaria, ſi qua vlla alia prouincia id etiam habet, vt vaſalli eius ſimul ſubditi ſint (g), & quicquid in territorio ſit, illud etiam de territorio eſſe videatur (h).

§. XII. Si quis olim etiam *ducem Boioariae conueniret*, illud coram eius CONSILIARIO facere debebat ob ſingulare priuilegium.

Haec facies olim Boicae fuit, vid. Ordinat. *Cameral.* Schwanemann. & Wehnerus, *qui auctor eſt tractatus de modis adpellandi ſingularibus, in Symphorematibus* Gylmanni.

§. XIII. Etiam Dux Boioariae Epiſcopatus BAMBERGENSIS DAPIFER eſt hereditarius.

E doctrina iuris publici notum eſt, quod Henricus Sanctus, temporum ſuperſtitione motus, voluerit, iuſſeritque, vt, qui Archiofficiales S. R. Imperii ſunt, iidem & officiales Eccleſiae Bambergenſis eſſent, a ſe modo inſtitutae: feudis etiam a Bambergenſi antiſtite eius rei cauſa in Archiofficiales collatis, ne onus hoc fruſtra ſuſcepiſſe viderentur. Extat igitur apud Gewoldum diploma Brechtoldi, Epiſcopi Bambergenſis, in quo a) *dapiſe-*

(g) Quae doctrina cum *Saxonum* eſt, tum aliorum Germaniae archiprincipatuum, qui territoria habent concluſa. Omnis enim Boioariae vaſallus eſt *landſaſſius*, id eſt, ſubditus Boioariae. Conferantur huc *Ortenburg. acta p.* 473. 477. & *Andr.* KNICHEN *de veſtitur. pact. c.* 5. *n.* 142. 146 *p.* 434.

(h) Exemtio enim a Friderico I. facta non praeſumi debet, ſed probari. Aliud iudicium merentur illae prouinciae, quae non in partes diſiectae ſunt, ſed duce, vt Sueuia & Franconia, prorſus deſtituuntur. Ibi enim omnes ordines praeſumuntur immediatae.

dapiferatus Eccleſiae Bambergenſis, b) *feuda hinc pendentia*, *Caſtrum* Hochinſtein, Harsprük, Vilſek, Auerbach, Paegenz, Velden, *duci Boioariae*, *renouantur. Certo, vt credunt, argumento, ipſum quoque Archiofficii S. R. I. munus cum Bambergenſi officio coniunctum, inter Boicas praerogatiuas numerandum eſſe* (*).

§. XIV. *Alterum* nunc *ſeculum* eſt, ex quo Boioariae ſemper principes in ARCHIEPISCOPATV COLONIENSI ſucceſſerunt (i).
Sacri quidem collegii ſuffragio. Quamuis 1688. *plures e Canonicis conſpirationi* Fürſtenbergicae *hoc tegumentum dederint, ne Archipraeſulatus* Boicis *principibus* hereditarius *eſſe videretur. Ceterum inaeſtimabile commodum hoc eſt Boicae domui, quod principes ſecundo ac deinceps natos ad inſignes Germaniae praeſulatus* Leodienſem, Hildesheimienſem, Friſingenſem, Ratisponenſem *aliosque promouere queant, cum ſoli fere e* ſecularibus *Principibus in Germania ſupereſſe videantur, qui Romanis ſacris addicti permanſerunt; vt adeo nulla fere ſuperſit aliorum Principum circa hanc ſpartam cum noſtris aemulatio.*

§. XV. Olim CARDINEM dixerunt Boicam domum, in quo PRINCIPVM S. R. I. *auctoritas* verteretur.

(*) Niſi iuris ſit publici, communis certe id quoque in Boioariae ducatu praecipuum eſt, quod ducatus non imperatori imperioque aperiatur, ſed ordinibus prouinciae, denen Landes-Ständen, penes quos etiam illud ſit, *ſibi eligere ducem nouum ſuo arbitratu* (†).

(†) Agnoſcit hoc non ſolum *Henricus S.* cum hanc ſpartam Hezilo ambiret, de quo ADELBOLDVS in vita Henr. S. num. 10. edit. Leibnitii & p. 769. in editione noſtra rerum Bambergenſium; ſed etiam Lamb. SCHAFNABVRGENSIS in Henr. IV. an. 1070. De quo in A. B. tom. 2. cap. 29. vid. infr. §. XIX.

(i) Quo factum eſt, vt, deficiente apud pleroſque epiſcopali ordinatione, ne ſacerdotes ſucceſſione in Boioariae ducatum excluderentur, habiles non eſſent Colonienſes antiſtites ad vngendum & coronandum. Quo rerum ſtatu hac ſparta defuncti ſunt Moguntini. Inde lites inter vtrosque antiſtites ortae, quas integris voluminibus diſputarunt *Conringius*, *Boeclerus*, vtriuſque principis alii adminiſtri.

Daß der Reſpect des Fürſtlichen Collegii einzig noch auf Bayren beruhe.

Noxium igitur Principum collegio fuit, Boicum ducem Electoribus acceſſiſſe. Noluerat enim Boica domus, praeter eligendi iura, Septemuiris S. R. I. in vllo praerogatiuarum genere vel latum vnguem cedere. Inde eſt, vt, eo etiam tempore, vbi Electorali dignitate caruerant, a) *praeferri vellent liberis Rebuspublicis,* b) *Serenitatis titulum,* c) *ius primi ordinis legatos mittendi pluraque alia exigerent, Principibus S. R. I. etiam* potentatu *inſtructis, valde in dubium vocata.*

§. XVI. Ivs primogenitvrae, domeſtica olim lege ſancitum eſt (*); ſed a *centum* & *ſexaginta* demum annis in Boioariae regionibus *obſeruatum* (k).

Ludouico Imperatori tribuunt legem, an. 1340. *datam, vt* vniuerſae Boioariae *ditiones ſub dominatu* vnius *remanerent. Quod tamen inſtitutum poſteri eius non attenderant, repetitis ſubinde Boioariae diuiſionibus. Verum enim vero* 1507. *ſanctio haec iis ſolennitatibus repetita, vt* a) *omnes agnati conſentirent,* b) *lectorum ex omni Prouincia LXIV. ſacri profanique ordinis optimatum teſtimonia accederent atque auctoritates;* c) *aeterna demum lege in tabulas relata ſtatueretur, ne quis principalium filiorum, praeter natu* maximum, *ſummae rei praeeſſet; ceteris* Comitum titulus *& digna ſuo ſanguine conditio*, verba recito, diplomatis, *ex hereditarii cenſus vſuaria aliqua contributione ſeruaretur; vid. ſupra. Qua legis obſeruatione effectum eſt, vt Boica domus, Rheni Palatinis antehac ſemper inferior, exinde* hos *longo ſpatio anteiret.* Ducis *tamen titulo quosque agnatos vti, obſeruantia teſte docemur.*

§. XVII. Boici Electoris legatos ante Saxoniae electorem, in Mulhuſano aliisque conuentibus ſupe-

(*) A Ludouico IV. Caeſare, idque iure quodam poſtliminii in Boioaria.

(k) Conſulendus hic eſt LIMNAEVS *lib. 4. c. 8. §. 119.* (**).

(**) Cui poſſunt addi ARNISAEVS *lib.* 2 *de republ. c.* 2. *ſect. 7. n. 37.* SPRINGSFELD *c. 3.* KNIPSCHILD *de fideicommiſſ. c. 6. n. 286.* LVDOLPH *de iure primog. part. gen. §. 13. n. 5.* Quamuis conſultum hic magis ſit, legere hic domeſticos ſcriptores, in iisque Adelzreiterum.

ſuperiori ſeculo PRAESENTEM, locum tenuiſſe (1), ardua in ſimili negotio 1652. conſecutio eſſe videbatur.

Poſtularat tum in Ratisponenſibus Comitiis Palatinus *Elector, quod* praeſens *eſſet, legato* abſentis *Electoris Boioariae* praeferri. *Sed quamuis pro Boii cauſa praeiudicia ſtarent; decretum tamen, vt Electores* praeſentes *abſentium collegarum legatis ſine diſcrimine anteirent. Aſt aliis* principibus, *quamuis illi praeſentes eſſent, locum non conceſſerunt* Boici legati.

§. XVIII. MAIORENNITATEM principum Boicorum *decimo octauo* aetatis anno lex etiam domeſtica definit.

Lata ab Alberto Sapiente 1506. nono Cal. *menſis Auguſti* (*).

§. XIX. Priuilegio *Ottonis III.* Imp. ad Boicam domum pertinet CVSTODIA INSIGNIVM IMPERII crucis, lanceae, globi, ſceptri, coronae.

Hereditarium hoc ius Boioariae ducibus ex Imperatoris voluntate *fuiſſe, nullus dubito: ſed tamen ex hiſtoria conſtat, quod* ipſi *Imperatores inſignia S. R. I.* cuſtodiuerint, *donec, ob grauiſſimas cauſas,* Norimbergae *ea commiſſa ſunt, vbi hodienum adſeruantur. Crediderim, ſi hoc priuilegium Boioariae relictum fuiſſet, non adeo facile Caeſaream dignitatem in vna familia tamdiu perſtitiſſe, cum filii & agnati*

 defuncti

(1) De hac lite dictum in *Saxonia cap.* 3. §. 17. Ceterum *Henrici* quidem, *Superbus* & *Leo*, Saxoniae propoſuerunt Boioariam, quod diplomata docent in *Chronico Reichersbergenſi ad an.* 1162. *p.* 213. 217. Sed hoc propterea eſt factum, quod illa ſcripta eſſent in cauſis Boicis. Secus forte in Saxonicis, vbi Saxonum nomen Boico antefertur.

(*) Iure *legitimandi* (a), & veniam aetatis concedendi (b), vtuntur principes Boioariae.

(a) Imo teſtis eſt Caſp. *Schmid*, Cancellarius Boioariae, *in obſeru. ad ius Boicum p.* 5. *n.* 12. *tom.* 2. quod Boioariae duce largitore etiam Ingolſtadienſis academia gaudeat facultate *illegitime natos natalibus reſtituendi.*

(b) Eodem *Schmidio* teſte *ibidem.* Quamuis ratio illius ſatis eſſe non videatur. Dum inquit: *Si Boioariae dux legibus poteſt tollere terminum maiorennitatis ciuilis, quem etiam quadriennio fecit breuiorem, quidni etiam quibus ſuccurrere hic poterit priuilegio?*

defuncti Imperatoris, arreptis Imperii inſignibus, ſibi viam non raro fecerint ad ipſius Imperii ſucceſſionem.

§. XX. Boioariae ordinibus ducem neque ab imperatore, neque ab imperio obtrudi poſſe, vt potius illi eligant ducem ſuo arbitratu (m), plures ſcribunt. Qui tamen male id habent pro ſingulari (n) priuilegio.

§. XXI. Istri fl. dominivm, Caeſarum priuilegio, quoſdam Boicae Duci video tribuere.

Quo Imperatore, qua cauſa, quo tempore conceſſa haec facultas, non reperi. Ceterum iurisdictione territoriali *bodie quisque Imperii ſtatus gaudet, qua ſane ius etiam* cruciae *aliique fluuiorum vſus comprehenduntur, vt adeo parum eius generis priuilegia nunc prodeſſe videantur* (*).

§. XXII. Regali diademate olim Boioariam fulſiſſe, principio opuſculi ſcripſimus. Cuius memoriam dignita-

(m) Confeſſio aperta eſt Henrici II. Imperatoris, qui candidatum Boici ducatus ad ordines prouinciales miſit, cauſa manifeſte allegata, quod *ordinum* ſit, ducem eligere, non Caeſaris. Teſtem habes apud LEIBNIZIVM *in ſcript. rer. Brunſu. p.* 433. SPANGENBERG. *Chron. Henneberg. lib. 1. c.* 33.

(n) Quod fuerit ius cuique archiprincipatui commune. De Sueuis & Bohemis exempla ſunt ſatis manifeſta, quae dedimus alibi.

(*) Quondam ſingulare etiam fuit Boioariae ducibus, quod principes eorum apanagiati non loco cenſerentur nobilium (a), ſed *comitum* (b), mox etiam *ducum* ſymbolis (c) vterentur. Quod exemplum hodie omnes Germaniae duces ſolent imitari (d).

(a) His enim moribus olim vixerant Germani, vt praeter filium principis, ſucceſſioni deſtinatum, alios nullos honeſtarent vocabulo alio, quam Jungherrn ſiue Junckern.

(b) Tempus, quo vltragenitis hoc genus dignitatis acceſſit, ſignatum eſt ſuperius.

(c) Teſtis eſt *Ioh. a LEIDE lib.* 29. *cap.* 2. Wilhelmus & Albertus duces in Bauaria audiunt. Non, quod poſſideant Bauariam, ſed quod ſanguine Bauariae ducum ſint oriundi. Hac enim praerogatiua gaudent Auſtriae & Bauariae duces, quod principes eorum etiam *non regentes* ſymbolis ducum gaudeant titulisque. Conferantur, quae in *Auſtria* diximus *cap.* 4. §. 30.

(d) Abuſum, quem in *Auſtria* caſtigauimus *cap.* 4. §. 30.

dignitatis identidem neque ſine cauſa ac fructu repetunt Duces Boioariae.

Vſus adſerti (I.) quod character huius dignitatis indelebilis ſit, a) *a Pipino priſtinus honor regalis inſtauratus;* b) *neque a Carolo M.* regnum *deletum*, rege *euerſo;* c) *Ludouici potius Germanici filii ac nepotes Boioariae praefuerint, cum titulo* regali; d) *quo etiam ſub Imperatoribus adbuc* Saxonicis vſus *fuerit Luitpoldus p.* 532. *(II.) Neque difficulter* reuocari *poſſit titulus, cuius non deficiat ius, ſed iuris exercitium. (III.) Veteres Boici* regni limites *non obliuione ſepeliendi ſint. (IV.) Quibus recuperatis iuſti regni menſuram principes babeant.*

§. XXIII. Supremos quondam *duces* egerunt LEONINAE SOCIETATIS Boioariae principes.

Der obriſte Feld-Hauptmann von der Löwen-Geſellſchafft *an.* 1390. *Inde forte eſt, quod ſcribant, gentilitium Ducum Boioariae eſſe, vt* Leones *alant.*

§. XXIV. EGRANA ciuitas hypothecae (o) loco acceſſit regno Bohemiae, a quo noſtri ſaepius repetierunt, cum pars ſuperioris Palatinatus eſſe videatur (p).

Cauſam Boiorum Adelzreiterus *agit; Bohemorum*, Goldaſtus *&* Balbinus. *Res ipſa capitis praecedentis* (*).

(o) Rudolfus I. ann. 1280. iterumque Lud. Bau. 1315. vrbem Bohemis oppignorauerant.

(p) Priſtinorum iurium memoriam conſernauerunt nobis GOLDASTVS *lib. 1. de regn. Boh. c. 17. & lib. 3. c. 16.* AVENTINVS *lib. 7. p. 430.* Dicunt enim inter alia, Egram partem Chamenſis comitatus a Friderico I. Caeſare Boiis ſubductam eſſe.

(*) In Concilio Tridentino 1557. Boicus legatus tria requiſiuit argumenta, ad emendandum in ſacris. Primo communionem ſub vtraque; tum ſacerdotum connubia; morum in ſacerdotibus integritatem (†). Pacato animo accepere hoc concilii adſeſſores, licet ſpe exciderit legatus ſibi facta.

(†) ADELZREITER *part. II. lib. 11. 820. p. 279.* rem omnem narrat luculento commentario, temperato tamen ad ſenſus & auram ſacerdotum ſui aeui.

CAPVT V.

DESCRIPTIO

politica regionum Electoris Boioariae.

§. I.

Boioariae Elector id prae aliis Germaniae Principibus habet, quod ditiones eius non hinc inde diſiectae ſint; ſed *vno* vere *tractu* (a) cohaereant omnes, ac inuicem copulentur. Praeterea cunctis Boicae regionibus ea *vicinia* eſt, vt nullius principis in confinio potentia extimeſcenda. Auſtriaca tantum domus belli potens, quae tamen Boios amicitia magis deuincire vult, quam irritare, aut ferro laceſſere. Quies enim raro illi ab oriente ſecura. Reliqui vicini nullarum virium, timent potius, quam vt timeantur.

Plura inde commodorum genera, a) *vires* vnitae; b) *iudiciorum* facilis, *neque ſumtuoſa*, *procuratio*; c) *nulla repentinae* inuaſionis *formido*; d) *plurium* amicitia *vtilis*, *non neceſſaria*; e) *ſalua ſemper respublica, ſi a viſceribus abſit aegritudo* (*) (**).

§. II.

(a) Tanti quondam Iohannes Rex, pater Caroli IV. fecit Boioariam, vt Bohemiae regnum cum eodem voluerit commutare, pactis hac de re habitis cum Ludouico Bauaro imperatore. Sed recuſaſſe Bohemos vendi Germanis, ſcribit DVBRAVIVS *lib. XX. hiſt. Boh. p. 167.* Haud dubie hunc etiam finem ſibi propoſitum habuere tum paciſcentes, vt Iohannes vicinus magis eſſet patrimonio Lüzelburgenſi.

(*) Omnes olim epiſcopatus & comitatus BOIOARIAE DVCI paruiſſe, donec an. 1180. facta fuerit EXEMTIO, illud ex *mauſoleo ſancti Emerani* docuit MICHELBACH (†). De AVSTRIAE marchionatibus comitibusque aliis Boioaria exemtis inſignis eſt locus in Chronico AVGVSTVNENSI (††).

(†) In hiſtoria epiſcoporum Friſingenſium, atque *B. Ludewig* in der Vertheidigung der Landes-Hoheit gegen den Gottwiziſchen Prälaten

(††) Locum illuſtrauit *Ludewigius* in *Hallenſibus diurnis* 1737. *num.* 14.

(**) In Boioaria neminem iura nobilitatis & immunitatis habere,

§. II. Complectuntur (b) Boicae *ditiones* BOIOARIAM ſuperiorem & inferiorem, PALATINATVM ſuperiorem, Comitatum CHAMENSEM, Landgrauiatum LEVCHTENBERGENSEM, alia dominia, partim aere, partim Caeſarum beneficiis acquiſita, tacemus, quod cuncta Boicae ducatui perpetuo iure innexa eſſe videantur.

De Boioaria *p.* 553. *de* Palatinatu *ead. pag. de* Leuchtenbergenſi *C. p.* 555. *ſcripſimus.* CHAMENSIS *comitatus ſiue Boicae, ſiue Vogtlandiae, ſiue Sueuiae, ſiue Meraniae portio*, ſuos *quondam* Comites *babuit, qui etiam* Marggrauii *Boicae verſus Bohemiam audiunt nonnullis. Anno autem* 1204. *in Bertholdo, quem alii* Theobaldum *dicunt, genus eorum extinctum fuit; regio, ſiue* Caeſaris *beneficio, ſiue* vacui *iure, ſiue* agnationis *ordine, (habent enim eos aliqui pro poſteris Luitpoldi p.* 537.) *in duces Boioariae translata. Ludouicus Bau. Imp.* 1340. *eum reliqua Nordgoia fratris ſui Rudolphi Rhenani p.* 540. *filiis* Chamenſem Com. *conceſſit p.* 553. *ex quo tempore Palatinatui ſuperiori is accenſitus eſt, donec cum eodem* 1628. *ad Boicae duces rediret, p.* 554. *Ceterum* Burckhuſanus *p.* 558. Hallenſis, *aliique Comitatus, dominiaque, quorum aliqua p.* 538. *memorauimus, quo iure Boicae acceſſerint, ſigillatim recenſere, operae pretium non eſt, cum omnia pridem facta ſint iuris Boioariae. Id miror, Boicam domum non* plura *ſibi in Comitiis S. R. I.* vota *arrogaſſe, cum, ex his aliquot hanc olim facultatem habuiſſe, atque exercuiſſe, probe conſtet. Cur eorundem neque in* titulo *Electoris mentio fiat ſigillatim?*

(I.) Pleraque Boioariae regio FERTILISSIMA eſt. Boicae tamen *aureum prorſus trifolium* dicunt, copiam SALIS, greges PORCORVM, CEREVISIAE monopolia.

Vulgo etiam ſermo eſt: **Dem Churfürſten wüchſe ein Klee im Garten, die guldene Blätter hätte.** *Singula igitur folia conſiderationem merentur ſigillatim.*

here, niſi qui factus ſit ſubditus, teſtatur KNICHEN *de reſtit. pact. part. II. cap.* 5. *num.* 137.

(b) Olim quos limites habuerit, deſcribit AVENTINVS *lib.* 4. *p.* 292. & nos ſuperius *cap.* 1.

§. III. Salinis vberrimis in Salisburgenſi vicinia duo oppida abundant. *HALA diues*, Reichenhall, *Salae* fluuio, qui *Salzae* infra Salzburgum admiſcetur adſita, & hinc oblique verſus ſeptentrionem *TRAVNSTEIN*. Ingens vtrobique & ſalſuginis affluentia, & copia ſalis, quod in *Heluetia (c)*, *Franconia*, *Sueuia*, *Bohemia*, *Rhenanis* etiam prouinciis paſſim venditur. Praeſtat *acrimonia* Boicus ſal; ſed album magis & ſiccum, puriorem etiam Halae Sueuicae excoquunt (d). Certat ergo vterque in tribus locis, vltimo memoratis, apud emtores. Myriadem annuos prouentus ex hiſce ſalinis aequare creduntur.

Aduerti merentur, a) *quod lignei* canales *aquam e ſalinis*, *quatuor milliarium diſtantia*, *Traunſteinam deferant ſuper montium faſtigia*, *quae altitudine* duo millia *paſſuum dicuntur ſuperare*; b) *in longo fluxu excauata ligna aquam ſeparent a ſalſugine*; c) *regale hoc inter Electoris monopolia ſit* (*). *Qui non vult beneficiis ſuis facere canalicolas aut ſubroſtranos.*

§. IV. Porcvlationibvs *glandiferae ſiluae* ſeruiunt in Boioaria. Inde maximi porcorum greges quotannis, ingenti plane numero, educuntur, quos in Sueuia, Franconia, prouinciisque Rhenanis Boii vendunt. Monopolium rurſus principis eſt. Annuos fructus aliquot auri tonnis aeſtimant.

Stultitiam ſuam, leuitatemque produnt, qui haec deſpicatui habent, aut petulanti calamo traducere audent. Vtinam & alii principes hic diſcerent a Boiis, glandaria vti ad nutritum porcorum. Sane in pleriſque aliis locis glandes, vel a feris inutiliter conſumuntur, vel prorſus neglectae putreſiunt.

§. IV.

(c) Quapropter ſalis ingens penuria fuit, ex quo commercia cum Boiis interdicta ſunt auctoritate imperiali an. 1703. ſqq. Halenſibus Venedis inde reditus non poenitendi acceſſerunt ex Franconia.

(d) Accedit, quod Boicus viliori conſtet pretio, quam Halenſis. Imo Boii a Salisburgenſi archiepiſcopo plurimum ſalis emunt, diuenduntque cum ſuo extraneis.

(*) Anno 1550. ſalinas ab aquis dulcibus ſeparatas per aquileges, teſtatur ADELZREITER *part. II. lib. 10. p. 267.*

§. V. Duo CEREVISIAE genera Boiis. *Alba*, **das weiſſe**, & *pinguior* illa, **das braune Bier.** In altero genere iterum monopolium habet Elector (e).

Magni etiam hi reditus ſunt, cum, quod Boii hoc potus genere valde delectentur, tum, quod vino careant.

§. VI. FRVMENTI etiam ferax (*) eſt Boioaria: PECORVM non parua copia: PISCIVM propter fluuiorum & ſtagnorum multitudinem ingens abundantia: VENATIONES in quouis ferarum genere admodum praeſtant.

Exteris quoque non raro frumenta vendunt; quamuis res frumentaria a conſilio Camerae Principis non minus pendeat, prudenti remedio contra annonae caritatem. Venatica inprimis apud Boios floret. Ferae hic quam alibi mole longe maiores creduntur.

§. VII. BALNEA ac FONTES ſalutares aliquot in Boioaria numerant.

Mohingae, Abachii, Adlholzii, Wembdingi, Hailbronnae.

§. VIII. FERRVM in Palatinatu ſuperiori: PLVMBVM in ſuperiori Boica: VNIONES in Paſſauii vicinia: VITRIARIA officina in tractu Monacenſi: MARMOR omnis generis paſſim: alia alibi habentur.

Inprimis marmorea omnis generis vaſa politiſſima praeparant, quae apud gentes extra Germaniam in magno pretio habentur.

§. IX. SERICARIAE etiam texturae in Boica florent, & ars bene ſculpendi (f).

Ruſticos

(e) Imo panni, lanae & tobaci reditus in Boioaria ſunt penes electorem, & accenſeri ſolent regalibus. Domeſtica id edicta docent tom. 4. der Staats-Cantzley p. 299.

(*) Olim tamen Auſtriaci frumenti parte vixit. HVNDIVS in metropoli Salisburg. p. 13. *Anno 1236. dux Auſtriae conſilio Iudaeorum Auſtriam clauſit. Ita neque aqua, neque terra quicquam in Noricum vehi poterat. Neque tamen Iuuauiae frumentum deficiebat, quod ex Sueuia: neque vinum, quod ex Francia aduehebatur.*

(f) Von dem Commercien-Collegio in Bayern videatur tom. 4. der Staats-Cantzley p. 310.

Ruſticos ibi reperias, qui inſtrumento ad ſecandum, quam ſculpendum aptiori, einem gemeinen Brod-Meſſer, *res artificioſiſſimas praeparent, non ſine intuentium ſtupore* (*).

§. X. *Deſunt* Boioariae FODINAE *auri* & *argenti*, & VINA generis cuiusuis.

Hiſtoriam recenſebo verbis Adelzreiteri. Sub haec tempora an. 1477. argenti venae *in Werdenfelſianis Boicae montibus, detectae, ſpem ingentis quaeſtus faciebant; ſed res fuit ſpe longe minor. Vix paulum penetrarunt foſſores, cum metallici generis terra diſparuit. Id tribuere viri, plus aequo religioſi, diſcordiae, quod Albertus ſapiens & Friſingenſis antiſtes de iure fodinae diſceptarent: verius tribuiſſent parcitati naturae, quae & tum & hodie in re metallaria Boicae ſe nouercam oſtendit. Neque rarum eſt, vt ramenta pretioſioris metalli oſtentet; ſed pauca & vena inope, quae vix bene aperta exhauritur & exareſcit.*

§. XI. Eſt tamen Boioaria auri & *argenti* DITISSIMA regio.

Boica diues, *in prouerbium iuit. Quod explicant alio aenigmate Germani:* in Bayren wachſe das Gold auf den Bäumen, und das Silber werde aus Waſſer geſotten. *Sane obſtupuiſſe Italos & Gallos ad regalia brabea Henriettae, v. p.* 551. *vt admirabundi dixerint:* Ob dann in Bayren Gold und Silber aus den Eicheln falle. *Sed hos theſauros prudentiores* oeconomiae *tribuunt Maximiliani p.* 550.

(II.) 1. INCOLARUM natura admodum diuerſa eſt. *Plebs* languore, deſidia, atque ſtupiditate infecta; ſed *homines* alicuius *fortis* alacri animo erectoque praeditos eſſe, noui. Inprimis *aula* Boica imaginem Italicae prudentiae habere, exiſtimatur.

Olim

(*) CALLIGRAPHIAM inſigni commodo introduxit in omnibus Boioariae curiis, vt rerum adminiſtri omnes litterarum elementa pingant luculenter & eleganter (†). Idque in gratiam ducis, ad euitandum taedia malae ſcripturae in legendo.

(†) Sermone hoc habeo Prielmaieri, qui electori an. 1694. auctor fuit, ad hanc legem ſcribendam & promulgandam: Daß alle Bediente von der Feder ſich innerhalb Jahres-Friſt eine vorgeſchriebene Canzley-Hand angewöhnen, oder der gänzlichen Caſſation gewärtigen ſollten.

Olim fortitudinis laude Boica gens in vniuerſo orbe celebratiſſima fuit. Qua cauſa inde deſuefacti ſint Boii, variorum varia iudicia eſſe reperio. Aſt vero, ſi futura ſecula plures Maximilianos *tulerint; non dubito, renouatum iri, quod, temporum iniuria, creduntur amiſiſſe. Neque enim rerum,* Tillio *duce, geſtarum memoriam exuit noſtra Germania, cuius binc inde trophaea ſuperſunt.*

(III.) *Sacrorum* ſuorum obſeruantiſſimi ſunt Boii, vt a ſuperſtitione non procul abeſſe videantur (g). *De innocua plebe dixeris, quod pietatis quadam nimietate, peccare videatur. Sed* Clericorum *peſſima vita ſacratiſſimis etiam principibus cauſam dedit, emendationem eorum cum* publice *p.* 548. *tum* priuatim *quaerendi.* Auentini, *pontificii ſcriptoris, facundia & libertas rem hanc mirum confirmat. Aduerſio aliorum,* 1) *Romae* Lutheranum *ſe profiteri licere, non vero in minimo Boioariae pago, ſine periculo inſidiarum vitae;* 2) peſſimum Boioariae *ſubditum meliorem eſſe* optimo Italiae *ciue, ſi in* macerando *corpore ſtudium pietatis repoſueris;* 3) *donationes, quas pro anima dicunt, tam liberales, tamque profuſas fuiſſe, vt metuendi non leues cauſae fuerint, quin Clerus vniuerſam Boioariam ſuae ditionis faceret. Inde lex, de non donando Eccleſiae, ſine principis ſolenni adprobatione;* 4) *Beatae* Virginis *non maior in orbe vniuerſo cultus, quam in Boioaria. Hinc* maſculi *etiam* Mariae *dicuntur, quod alias nullibi extra Italiam Galliamque: hinc ipſa Principum inſignia, nummi etiam vulgares, imagine Mariae aucti, addita epigraphe: clypeus in te ſperantibus.* 5) *Ieſuitarum inprimis maior in Boioaria, quam vllibi, auctoritas. A* Boiis *hi patres* primum *in Germaniam vocati p.* 547. *ad principis aulam admiſſi p.* 548. *ipſi principes curae eorum dati; imo* palatia *Monachii, Ingolſtadii, Landshuti ac alibi regali vere ſumtu huic ſocietati conſecrata. Verum enim vero contra* nimiam Pontificis *auctoritatem Boici quidam ſcriptores* Auentinus, Herwartus, Burgundus *in hoc numero ſunt, quorum vltimi duo* Bzouii, *petulantiam contra Ludouicum Bauarum Imperatorem caſtigaturi, fraudes quorundam Pontificum egregie deſcripſerunt, vt catalogo* teſtium veritatis *inſeri omnino mereantur.*

(IV.)

(g) **Inde Iudaeis nullus in Boioaria locus. ERTEL** *relat. cur. II. p.* 20.

(IV.) Quamuis OPPIDA Boioariae pauciſſima *munita* ſint; *venuſtate* tamen ac munditie, Italicae architecturae aemula, omnes Germaniae vniuerſae regiones ea ſuperare videntur.

Iudicium hoc ante plusquam ducentos annos Aeneas Sylvius dedit, inſignis ille ac doctus in Germania peregrinator. Cauſae, a) *quod regio Italiae vicina,* b) *lignorum, lapidum, marmoris ingens copia Boioariae. Praecipua loca ſunt* a) Monachium, *vbi munimentum, arx, ſedes principis capax credita, vt Caeſarem cum vniuerſis S. R. I. Electoribus hoſpitet; collegio Ieſuitarum & Monachorum templa, Bibliotheca codicib. MSC. referta; camera rariorum numiſmatum, imaginum, inſtrumentorum antiquitatis Romanae. Quod e* monaſterio *vrbs ab Henrico Leone facta,* Monachium *dictum.* b) Ingolſtadium, *munimentum nunquam expugnatae virginitatis laude conſpicuum;* c) Landshutum *vrbs turri ac arce commendabilis;* d) Straubinga *inferioris Boicae;* e) Waſſerburgum, *conuentu circulari nota;* f) Oettinga *diuitiarum & miraculorum St. Lorettae aemula.*

(V.) ACADEMIA *Ingolſtadienſis* (h) an. 1472. libertate *Ludouici* infer. Bauariae ducis, auctoritate *Pauli II. & Pii II.* Pontificum Romanorum inſtituta, quae vero nouam faciem 1540. accepit auctis reditibus & numero Profeſſorum (*).

Vno tempore ſeptem *S. R. I. Principes; Comites* triginta ſex; *Barones quadraginta quinque in hac ingeniorum Palaeſtra*

(h) FABRICIVS *lib. 7. orig. Sax. p. 687.* refert eius originem ad an. 1402. & putat, eandem pariter cum Lipſienſi coepiſſe ex ruina Pragenſis. Verum inter *ſcholae* & priuilegio munitae academiae origines forte eſt diſtinguendum. Ex inſtituto conferatur *Valentinus* ROTMAR *in annal. acad. Ingolſtadienſis;* & ADELZREITERVS *part. II. lib. 9. n. 54.* atque *lib. II. num. 9. 10. 11.*

(*) Ad contundendos Lutheranos in Boioaria, quorum magna pars tam ruricolarum, quam ciuium in vrbibus atque nobilium per vniuerſam prouinciam. Praeſertim *Eckium, Salmeronem, Caniſium* triumuiros paſſim celebrat ADELZREITER *part. II. lib. 10. p. 267. & 266.*

ſtra aiunt ſtudiis operam dediſſe. Bibliotheca *Arabicis & Graecis MSC. refertiſſima* (*) (**).

(VI.) Leges *Boioaria* ſuas & olim habuit, & retinet hodieque.

Principio leges *in Boioaria condidit Rex* Theodo, *cum ſacra Chriſtianorum paulo ante accepiſſet, has poſtea e codicibus legum* Francicarum *poſteri eius emendarunt:* Thaſſilo *etiam plurium auctor eſt, quas neque Carolus ſuſtulit, neque reliqui eius in Imperio Germanico ſucceſſores:* Ludouicus *autem Bauarus Imperator iterum auxit correxitque (i): donec an.* 1616. Maximilianus *ceteris laudibus etiam hanc adderet, vt ingenti acceſſione locupletatum codicem legum Boicarum ei debeamus. Extat volumen publicis typis impreſſum* das Bayeriſche Land-Recht, Monach. 1616. *fol, Memini tamen querelarum, de confuſione iurium Romanorum & veteris Boici per nouiſſimam mutationem. Veteres* LL. Boioarias *ediderunt Iohannes* Heroldus, *Melch.* Goldaſtus, *& vltimo* Lindenbrogius, *diligens veterum conſuetudinum collector.* Ius Foreſti *Romano-Bauarium Sebaſtian.* Khraiſſerus, *Aduocatus Monacenſis edidit Neoburgi ad Iſtrum* 1652. 8. *leui, vt videtur opera, ſcriptum, idem auctor eſt iuris Romano-Boici, Ingolſt. edicti in* 8. Iurisprudentiam *Practico-Bauaricam rerum forenſium promiſit Anton. Guilielm.* Ertelius, *neſcio, an ſteterit promiſſis (k).*

(VII.)

(*) Ingolſtadienſis academiae cancellarius eſt epiſcopus Aichſtadienſis (†).

(†) Quod commentario docet GRETSERVS *in epiſcopis Aichſtadienſibus ſingulari.*

(**) Neque eſt hoc omittendum, quod in gratiam incrementorum ſalarii profeſſorum a pontifice Boioariae duci indultae ſint decimae (††) de bonis clericorum.

(††) Quod docet ADELZREITER *part. II. lib. 10. & 63. p. 267.* imo etiam ad profeſſorum adaugendos numeros.

(i) Codicem legum Boicarum an. 1346. ex veterum Boioariae ducum decretis collectum exhibet *Lambecius lib. 2. bibl. Vindob. c. 8. p. 834.*

(k) Idem de *iurisdictione territoriali* ſcripſit, vbi plura Boici iuris ſunt argumenta. Clarioris tamen longe nominis ſunt ICti Boici, qui ſequuntur. *Ioh. Franc.* BALTHASAR, cancellarius Boicus, qui varias edidit *iuris Boici reſolutiones.* *Arnoldus*

(VII.) Ivdiciaria poteſtas in vniuerſa quondam Boioaria penes ducem fuit; anno autem 1311. Otto dux Boicae nobilitati iudicia omnium cauſarum vendidit, exceptis homicidiis, ſtupro violento, rapina publica. Quam iurisdictionem domi nata voce **der Hofmarcks-Gerichte** (l) ſalutant. Electoralia regimina quinque ſunt. In *ſuperiori* Bauaria duo, 1) Monachii, 2) Burkhuſii: totidem in *inferiori*, 3) Straubingae, 4) Landshuti: in *Palatinatu* ſuperiori 5) Ambergae.

Magna ordinum prouincialium in Boioaria quondam auctoritas fuit. Concellarium ſuum eosdem babuiſſe, ſaepius etiam arbitros inter principes controuertentes egiſſe, modo ab Auſtregis non abſimili, in annalibus reperio. Statuae Nebucadonoſoris ſimilem Boicam, quidam exiſtimant, vbi caput *princeps,* pectus *bona clericorum,* venter *nobilitas,* pedes *ruſtici, quorum vita parum abeſt a ſeruitute.*

(VIII.) Magna Boici Electoris potentia eſt, *bonitate* (m) magis, quam *amplitudine* regionis aeſtimanda.

Viginti

Arnoldus RATH *de differentiis iuris Boici & Romani*, qui liber pragmaticus eſt, & pretium habet maximum in foris Boioariae. *Georg.* WIDEMANN, Conſiliarius Boicus, non minus fere hic locum meretur *de potiſſimis Boici iuris circa retractum quaeſtionibus*, *Ingolſtad.* 1668. *in* 12. Pleniſſimus vero omnium eſt Boici iuris interpres *Ioh.* SCHMIDIVS, L. Baro de Haslbach, intimi conſilii apud Boios cancellarius, & ſupremus feudorum praepoſitus, *cuius commentarii ad ius Boicum* tribus voluminibus extant *Monacbii* 1695. *fol.* Illuſtris enim auctor longo rerum vſu, quae accepit, ſumma fide congeſſit, neque dubitat, affirmare, ſe patrii iuris non mediocrem partem debere litigiis agricolarum hominumque agreſtium. A cuius vulgi notitia non turpe fuit tanto viro patrias conſuetudines didiciſſe.

(l) Horum notitia hauriri poteſt ex ERTELIO *relat.* 40. *p.* 63. & plenius ex MANZII *deciſionibus Palatinis.* Nam 2. *decas* agit *de iuribus inter Hofmarchiarum dominos, eorumque ſubditos.*

(m) Granarium Germaniae Boioariam dixit ERTEL *relat. cur.* 3. *p.* 4. **Ein rechtes Korn-Hauß und Schatz-Kammer Teutſchlandes, da den Abgang des Weines und der Bergwercke alle andere Güter der Natur in voller Maaß zu erſetzen ſuchen.**

Viginti quoque millia virum olim exercitum Electoris attigiſſe, & nunc ſuperare hunc numerum, ſatis conſtat. Neque crediderim, e re imperii eſſe, eundem temere irritari.

CAPVT VI.

SCRIPTORES domeſtici rerum Boicarum.

Non crediderim, vllum Germaniae Principatum ſcriptores habere, qui tanta facundia, libertate, pietateque res domeſticas expoſuerint, quam in Boioaria reperiri, non obſcure conſtat.

I. *Andreae* Presbyteri *Ratisbon.* Chronicon de Ducibus Bauariae, Frehero editore, non auctore, vt alii titulo falluntur, *Ambergae* 1602. 4t.

Ab origine gentis ad an. 1438. *quo & ipſe auctor vixit, hiſtoriae telam pertexuit: a Leonbardo Paubolzio de* Operchouen *ad an. vſque* 1485. *poſtea continuatus. Extat etiam vterque liber in Aenea Syluio Io. Henr.* Boecleri, *cum monumentis fundationum Monaſteriorum Bauariae.*

II. *Ioh.* Aventini Annales Boiorum ab origine ad an. 1460. vita auctoris adiecta, *Baſil.* 1615. fol. (a) (*).

Auenſpergae, in Boioariae oppido, quod olim Auentum *audiit, natus eſt* 1466. *Inde* Auentini *eidem nomen. Duces Boioariae bonis literis inſtituit, ingenio ſuo variis Galliae, Italiae,*

(a) Apud *Ioh. Nic.* HERTIVM *tom.* 1. *diſſert. p.* 42. epiſtola habetur, quae narrat XX. volumina in forma maiori extare adhuc inedita ſcriptore Auentino, eaque cuſtodiri in principis tabulario. Alia *vrbes* deſcribere, alia *praefecturas*, alia *arces*, iterum alia *vicos*, *monaſteria*, *flumina*, *reditus*, *diplomata.* Inter litteraria haec aeſtimari cimelia & arcana prouinciae, quae minus conſulte proderentur.

(*) Eiusdem Ioh. Auentini Hiſtoria monaſterii Oettingenſis (†), *Noribergae* 1518. 4t.

(†) Libellus vix duodecim pagellas habet. Sed firmatus eſt antiquiſſimis Carolingorum in Germania & Boioaria regum diplomatibus. Quapropter dignus eſſet recudi.

Italiae, Poloniae atque Germaniae peregrinationibus exculto. Inter laudes eius; a) *quod vere ſcripſerit, facinorum neque Pontificis R. neque Cleri Boici habita ratione, quibus eapropter haereticus audiit Lutheranus;* b) *monumenta vetera diligenter excuſſerit;* c) *latiniſſimo dicendi genere vſus ſit. Deſideria, quod* a) *teſtes monumentorum nullos fere laudauerit;* b) *nimio latinitatis ſtudio obſcurus fuerit;* c) *rebus Boicis tot aliena miſcuerit. Mort.* 1533. *ſep. Ratisbon. ad St. Emeranum. Prima editio* Ingolſtadii *auctoritate Ducum Boioariae publicata: poſteriores* Baſileae *prodierunt, pleniores illa, curante Ciſnero (b).*

III. *Viti* ARENBECKII (c), Prioris Monaſterii Eberspergenſis, Chronicon Boioariae MSC.

Auctor hic nondum editus eſt, quem tamen omnes fere annalium conditores laudant. Extat etiam in Bibliotheca Vindobonenſi (d).

IV. Bernh. a CHREMSMVNSTER, Benedictini ordinis, Chronicon Ducum Boioariae ſcripſit tempore Friderici I. imperatoris (e).

V. SCHREITWENI & FRONHILFF (f) memorantur chronographi Boiorum antiquiſſimi inediti.

VI. COLNERVS vitarum auctor ducum Boioariae (g).

VII. Annales SCHIRENSES (h), editi *Bipontii* 1600. 4.

VIII. *Dominici* CVSTODIS Duces Bauariae, *Aug. Vindel.* 1605.

IX. *Ioh.*

(b) Germanica editio plenior eſt Latina, quam ipſe etiam Aventinus in vernaculam tranſtulit. Edita eſt Francof. 1580. fol.

(c) Alii *Aroembek* ſcribunt, exemplum authenticum ſupereſſe fertur in tabulario Friſingenſi.

(d) Quod *Lambecius* prodidit *lib. 2. c 8. p. 976.*

(e) Huius mentionem frequentiſſimam faciunt recentiores ac domeſtici annales Boiorum.

(f) Alii eum dicunt Fridhilff apud Ciſnerum.

(g) Quem laudat Adelzreiter part. 1. p. 443.

(h) Multum fidei habent iudicio etiam Auentini.

IX. *Ioh.* Ebra a Wiltenberg (i), auctor Boicae hiſtoriae (k) in vernacula.

X. *Simon* Rettenpacher in Hiſtoria Norica (l) cum annalibus monaſterii Cremiſanenſis ad an. 1650. ed. *Saliſb.* 1677. fol.

XI. *Viguleii* Hund Geſchlecht-Regiſter der Durchlauchtigſten Hertzogen in Bayern, Augſpurg 1632. fol.

XII. Eiusdem Bayriſcher Stamm-Baum, von den Fürſten, Pfaltz-Marck-Land-Burggrafen, auch Adelichen Geſchlechten des Fürſtenthums Bayern, Ingolſt. 1598. Tom. I. & II. Eiusdem Metropolis Salisburgenſis tomis duobus prodiit.

Praeclarus auctor, idemque rarus & vere diplomatum ſtudioſus, qui argumento ſatisfacit.

XIII. *Andr.* Brunneri Annalium Boicorum Tom. I. II. & III. *Monach.* 1636. 8. (m).

Auctor doctus & facundus eſt, praecipuus in rebus Boicis.

XIV. *Matthiae* Raderi *Bauaria* ſancta vol. I. II. & III. *Ingolſtadii* 1615. & *Monachii* 1627. fol. (n).

Vitas Sanctorum Boioariae exhibet, imaginibus aeri elegantiſſime inciſis.

XV. *Marci* Welseri Rerum Boicarum (o) libri, *Aug. Vindel.* 1602. in 4to, & nouiſſime inter Opera eius vniuerſa, *ibidem fol.*

Doctiſſimus ſcriptor, rerum antiquarum in Boioaria aſſiduus & iudicioſus indagator.

(i) Praefectus fuit Burkhuſanus.

(k) Vixit ſcripſitque ſub Friderico V. Caeſare.

(l) Lambecio conſultore ſcripſit, plurimaque habet Boicae hiſtoriae argumenta.

(m) Olim volumina haec rara fuerunt, ſed an. 1710. eadem cum Adelzreitero iterum ediderunt Gleditſchii, Lipſiae fol.

(n) Anno 1709. etiam hic liber iterum prodiit fol. ſed imagines pallidae ſunt, quod aes, cui inciſae, nimis attritum tanta exemplorum multitudine.

(o) Miror, bibliopolam conqueri, quod tam eruditus & vtilis liber raros habeat emtores, qui vere impenſis in eum factis minus reſpondeant.

XVI. *Eberb.* ALTAHENSIS Annales de Ducibus Bauariae Tomo I. Caniſianarum lectionum.

Sigillatim, quod ſciam, non editus. Caniſii opera rara ſunt.

XVII. *Iohannis* ADELZREITERI a Tettenweis, Arcani Concilii Cancellarii Boicae gentis Annalium Partes I. II. & III. ad an. 1652. *Monachii* 1662. fol.

Sumtuoſum ac praeclarum opus auctoris illuſtriſſimi. Sed, ſi verum dicere liceat, diuerſimode ſcriptum eſt. Sunt in eo multa, quae cum Taciti & iudicio & ſtylo conferas: alia vero neque ingenii, neque dicendi laudem merentur. Habeo ſermone illuſtris viri, in aula Boica primarii adminiſtri, Adelzreiterum quaedam tantum loca calamo ſuo abſoluiſſe, plerisque ſecretarii ſui ſtylo commiſſis. Quod mihi propterea ad credendum facilius.

XVIII. *Chriſtophori* GEWOLDI Chronicon monaſterii Reichersbergenſis (p), cui varia diplomata accedunt pontificum & imperatorum, edit. *Monach.* 1611. 4.

XIX. *Wolfgangi* KILIANI **Geſchlecht-Regiſter der Hertzoge in Bayern** (q), **ſamt etlicher ihren Bildniſſen,** *Auguſtae Vind.* 1623. fol. Idem liber antea prodiit latine.

XX. *Thomae* BLANCAE, Conſiliarii & Hiſtoriographi Sabaudici, Hiſtoire de Baviere, ab origine ad annum 1648. *Pariſ.* 1680. 12. Tom. I. II. III. & IV.

Henriettae Heroinae iuſſu ſcripſit, Boiis opus hoc non vbique probantibus. Morte feminae Electoris, patronae ſuae, factum eſt, quin opus ad ſua tempora vſque abſolueret.

XXI.

(p) Scriptum diuerſos auctores habet. Initium eius eſt ab O. C. ad an. 1194. Verſantur autem magis in cauſis eccleſiaſticis, quandoque etiam locum prolixum habent ciuili hiſtoriae vtilem. Maximum libro pretium diplomata faciunt *imperatoria, Salisburgenſia, Pataulenſia, Pontificia, Boica,* & quae ſunt generis eiusdem.

(q) Genealogiam repetit a primo Franciae Rege, proſequiturque eandem ad an. 1622. Verum ſine teſtibus aut teſtimoniis. Magna tamen ars elucet ex aeri inciſis imaginibus. Eadem ratione idem exhibuit principes Auſtriacos.

XXI. *Antonii Guilielmi* ERTELII Relationes curioſae Bauariae, *Auguſt. Vindel.* 4t. Eiusdem **Chur-Bayriſcher Atlas**, *Norimb.* 1687. 8.

In patriis certe rebus auctor non leuiter verſatus eſt, qui vrbium deſcriptiones Meriani paſſim emendat.

XXII. *Philippi* APIANI Geographica Bauariae deſcriptio.

Habetur in Atlante *Mercatoris*, *Hundii*, *Blauii & Ianſonii.*

XXIII. MAVSOLEA Boicorum principum conſpiciuntur in *Schirenſi* coenobio, *Fürſtenfeldae*, *Landshuti*, nunc omnes *Monachii* condi aſſolent (*).

XXIV. ARCHIVVM *Monacenſe*, olim fere neglectum, tribus conſilii arcani cancellariis debet, vt pulcherrimum ac inſtructiſſimum nunc ſit antiquitatis, imperii ac iurium Boicorum inſtrumentum.

Adelzreiterum volo, Schmidium, & Prielmeierum, cui grandaeuo ſeni, cum vſu, tum doctrina in publicis negotiis excellentiſſimo, me ob plurima officiorum ac humanitatis genera, in Riſuicenſi Pacificatione in me collata, perpetuo obſtrictum ſentio profiteorque.

(*) *Ioannis* WAGNERI **Beſchreibung des Hochzeitlichen Ehren-Feſtes und Einzuges Herzogs** Wilhelmi **in Bayern und deſſen Gemahlin** Renata, **Herzogin von Lothringen**, an. 1568. fol. cum imaginum & picturarum eleganti & ſumtuoſo adparatu (†).

(†) Deſcriptio *nuptiarum* & ſolennis introitus *Wilhelmi*, Ducis BOIOARIAE, & *Renatae*, Ducis LOTHARINGIAE, menſe *Febr.* anni CIↃ IↃ LXVIII. plura habet, quae merentur notari. *Principio* omnes familiae illuſtres eius aeui inde poſſunt intelligi & addiſci. Cum ex vniuerſa *Boioaria* & *Lotharingia* viciniaque nobiliſſimi quique egerint in iſto comitatu. *Deinde ordo* in itu, reditu, accubitu, conuictuque. *Porro* mores & ritus in feſto die nuptiali. *Praeterea* habitus & veſtitus diuerſorum ordinum eius aeui. Poſt leges torneamentariae eorum ludorum varia genera, technica nomina, aliaque huc facientia, & quae ſunt generis eiusdem.

CAPVT VII.

INSIGNIA Electoris Boioariae.

§. I.

Quamuis Boioariae duces, praeter Boioariae ducatum & archipalatinatum Rhenenſem, aliis gaudeant principatibus (a) ac territoriis, eorumque in titulo etiam faciant (b) mentionem: praeterire tamen alia quaeque ſolent in inſigniis (c), neque id absque cauſa (d).

BAVARICVM.

§. II. *Boicum ſcutum rhombis* (e) abſoluitur *argenteis* & *coeruleis*, oblique (f) diſpoſitis (g). Quod ſcuti genus

(a) Qui repeti poſſunt tum ex primo capite, tum ex altero. Sunt certe in illis Landgrauiatus *Leuchtenbergenſis*, comitatus *Chamenſis*, *Ortenburgenſis*, *Burkhuſanus*, cetera.

(b) Vipote *Leuchtenbergenſis*.

(c) Contra Saxones in inſigniis mentionem faciunt *Palatinatus* Thuringici & Saxonici, comitatus *Orlamundani*, *Pleiſſenſis*, *Brenenſis*, *Landsbergenſis* aliorumque, de quibus neque vola, neque veſtigium in titulo.

(d) Hoennius *de inſign. Saxon. cap.* 2. *p.* 33. 34. cauſas neſcit adlegare, quam ita principibus placuiſſe. Liceat igitur vti coniecturis. Duplicem ad ita faciendum cauſam forte habuerunt Boii. *Vnam*, quod principe electore indignum eſſe putauerint, comitum ſymbolis in militia aut torneamentis ſuperbire. Hunc enim finem propoſitum habere inſignia, eſt notiſſimum. *Alteram*, quod nouiter acquiſiti principatus & dynaſtiae Boioariae partes fuerint, vt huic non acquiſiti, ſed reſtituti eſſe viderentur, comprehenderenturque omnes ſymbolo Boioariae ducatus.

(e) De numero eorundem non conſtat. Nunc enim nouem iterumque plures obſeruantur, vt credibile ſit, illum definitum non eſſe.

(f) Obſeruaui tamen in veteris aeui quibuſdam inſigniis, vbi teſſellae figuram habent rectam. Quod facile eſt ad intelligendum, ei inprimis, cui cauſae patent veriores.

(g) Vt colores diuerſi teſſelas diuerſas diſtinguant.

nus mihi videtur antiquiſſimum (h). *Apex leonem* habet aureum, corona coccinea caput redimitum (i) confidentem inter duas alas (k) Bauaricis rhombis (l) diſtinctas, vnde eminent aurea foliola (m).

PALATINVM RHENI.

§. III. *Scutum* Palatinum nigrum eſt (n), cui *leo* (o) inſcriptus aureus erectior rubentibus corona, lingua, falculis. *Apex* itidem *leonem* repetit (p), qui inter duo *cornua* inſidet diſtincta *rhombis* Boicis, & exornata octo virgis foliolisque inde pendentibus aureis (q).

(h) Innumerae de rationibus huius figurae ſunt opiniones, quas proferunt ſequunturque cum Boici ſcriptores, tum Palatini. Welſerus *in lib. I. Aug. p. 17.* &, qui hunc ſequitur, Freherus *part. 1. Orig. Pal. cap. 13.* recte ſentiunt, ſed minus vere. Notiſſimum enim eſt, quod veteres Germani ſcuta confecerint colligauerintque ex *arundinibus*, *cannis*, *virgisque* generis aliis (wurden aus Schilff, Weiden oder andern zehen Ruthen zuſammen geflochten). Atque hanc ſcutorum ſimplicitatem ponere ante oculos volunt *rhombi Boici*. Vt adeo opus non ſit hiſtoriola Romanorum de braccis & ſagulis vngatis Boiorum; de panc Phrytgum vel coeleſti, qui per coeruleum vel terreſtri, qui per album colorem ſignificetur. Quorum figmentorum teſtes *Hoepingius* cap. 6. part. 5. §. 2. membr. 2. n. 677. ad nauſeam vſque conduxit. In verbis tamen faciles ſimus, ſiue hi rhombi Germanis fecialibus audiant Wicken ſiue Rauten.

(i) Inde *leones* Boiis admodum in deliciis eſſe, ſcribunt; quos educere ſoleant & manſuefacere. Sane Boii leonem aeque vindicant Boioariae; quam *Palatini* ſuo archipalatinatui. Quapropter eundem in apice repetunt.

(k) Vt capitis ornamenta ſcuti coloribus eſſent concinna.

(l) Eadem ratione, quam allegauimus in *littera g.*

(m) Wie etwa die heutige Blättgen vom Flittergold. Qui ornatus in Boiis hodie eſt muliebris.

(n) Quaſi leo ad praedam mortemque ſit paratus.

(o) Palatini leonem ſibi vindicant, negantque, illum eſſe inſigne Boioariae. Primum non inficiantur Boii; ſed alterum. Hinc duplici leone vti ſolent, vno palatinatus, altero Boioariae cauſa. Contra Palatini Boicum leonem in ſymbolis neſciunt habentque pro id fictitio idolo.

(p) Vt ſcuto apex congrueret. Quamuis alii in apice leoni addant alia genera ornamentorum, pennas pauoninas, cetera.

(q) Cauſas repetere licet ex §. praecedenti *lit. m.*

ELECTOR ET ARCHIDAPIFER.

§ IV. *Scutum electorale* (r) rubeum (s) eſt, cui *archiofficii* (t) cauſa inſcriptum eſt pomum imperiale (u) aureum.

(r) Siue *territoriale*, quo notari ſolet die Landes-Hoheit, der Blut-Bann, quo gauiſi ſunt omnes archiprincipes iique ſoli. Vſque dum imperatoris largitione eſt factum, vt nouelli etiam principes hoc ſymbolo donarentur.

(s) Is color *maieſtatis* index eſſe debuerat apud archiprincipes, quo *iura belli*, ſibi competentia, ſignificarunt. Videatur *comes ab* Arco *in formula Marchiae* §. 9. *lit. b. p.* 83.

(t) Non electoratus ergo. Verum quid quaeſo archidapiferatui commune eſt cum pomo aureo. Inde eſt, quod aliqui ſint, qui *duas* hic ſingere amant *patinas inuicem coopertas*, quae ſpeciem haberent tantum orbis imperialis. Imo ex GOLDASTO *lib. IV. c.* 11. *Bob.* notum eſt, quod *abenum* pro culinae magiſtro his inſcripſerunt. Certe ipſi Frehero *l. I. c.* 15. *p.* 113. aqua hic haeret. Et forte propter hanc cauſam vſque ad Caroli V. tempora ſcutum hoc vacuum habuit archidapifer, quod *abeni* aut *patinae* ſymbolum ipſi indignum videretur.

(u) Scilicet archipalatinatus *duplex* munus habet, ſiue imperiale archiofficium. Vnum *archidapiferi*, alterum *archiiudicis* ſiue ſupremi iudicis palatini, das Ertz-Hofmeiſter-Amt. Altero itaque intuitu *orbem imperialem* a Carolo V. Caeſare accipere poterat, non primo. Quapropter hodieque ſupremus archipalatinus adminiſter eſſe ſolet, der oberſte Hofmeiſter; non autem der Erb-Truchſeß. Iisdem moribus vtitur aula Caeſarea, vnde exemplum ſumſit Caeſaris palatinus. An non ex hoc argumento ſibi archipalatinus *pomum* hoc adſerere, aut potius illud poſt W. P. retinere potuerit? aliorum iudicio ſubmitto.

GER-

GERMANIAE PRINCIPIS
LIBER V.
NOTITIA
RHENI
PALATINATVS.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

DE
RHENI
PALATINATV.

CAPVT I.
HISTORIA
Comitum Palatinorum.

§. I.

Gentis, quae *Rhenani Palatinatus* iura hodie-ſuſtinet, primordia ortusque in *Boioaria* expoſuimus. *Boicae* enim duces Ludouicum, atque filium eius Ottonem *Palatinatum* Rheni cum Boioaria cc. an. 1225. coniunxiſſe, ſiue quod parens *gratia* apud *Caeſarem* valeret; ſiue quod natus Agnetem, vltimi principis Palatini, *filiam vxorem* duxiſſet, p. 544. L. IV. eſt a nobis memoratum.

In partes hic abeunt Palatini *&* Boici *ſcriptores.* Illi *matrimonii iure;* hi *Caeſaris beneficio Boicis Rheni Palatinatum aiunt obueniſſe.*

§. II. Qui vero *ante* haec tempora ab aeuo *Caroli M.* vel *Ottonis M.* Caeſarum Palatinatum Rheni geſſerint, quae tum *dignitas* Palatinorum, quae *ſedes* fuerint, quae deinde *regiones* Palatinatum complexae: ea demum opera eſt, in qua viri erudititiſſimi hactenus deſudarunt.

Notabile reſponſum, quod ipſe quondam Palatinus Comes, Iohannes, *lineae Bipontinae*, Münſtero *indagatori dedit:* **Wo die Pfaltz zu Kayſers** Ottonis III. **Zeiten, und etliche Jahre hernach ihren Sitz gehabt, dieweil die Chur von einem Land in das andere gefahren, da wiſſen wir keinen**

keinen ſatten Bericht zu geben. *Et ſane neque* Leodius, *neque* Freherus, *egregium iſtud eruditiſſimorum hiſtoricorum par, ex his difficultatibus ſe expedire potuit, vt Boici ſcriptores, quam docti etiam illi fuerint, ſpem omnem non fruſtra abiecerint, lacunas deſideriaque explendi. Ceterum* illi *antiquis etiam temporibus munus Palatini hereditarium fuiſſe, aſſerunt;* hi *pro ſalario ius dixiſſe Palatinum, ſcribunt, nullum vero rexiſſe Principatum. Inter nimium vero & parum vtrique excedunt.* Hi, *vt auellant Electoratum a Palatinatu:* illi, *vt eundem innexum eidem eſſe defendant.*

§. III. Et enim *cauſam* obſcuritatis in *muneris* ratione, quod geſſerat olim *Palatinus*, omnino quaerendam eſſe, exiſtimauerim. Fuerat enim is in palatio, hoc eſt, *aula* Caeſarea ſummus, ciuilium aeque ac criminalium cauſarum *iudex*, quem Romani praefectum *Praetorio* dixerunt: Graeci *Curopalaten*, inde aliqui, quamuis fruſtra, *Curpfaltz* vocem petunt: Franci *Maiorem* regiae *domus:* Germani den Hofrichter, olim den Sahlgrafen. A quo & *Prouinciales Palatini;* & illi, qui hodie priuilegia Caeſarea plerumque venalia circumferunt, longo interuallo ſunt ſeiungendi.

Habuit olim Imperator in aula *iudicem, cuius opera in iure dicundo vtebatur. Hunc & aulam ſequi, & perſonam Caeſaris oportuerat, niſi forte abſentis etiam vices agendi, iuſſus fuiſſet. Aſt vero, auctis in Imperio cauſis litigioſis, ſingulis* ducatibus ſingulos *etiam Palatinos dedit Imperator. Partim, vt illi res minoris momenti, nomine & auctoritate Caeſaris, expedirent; partim, vt maiores cauſas ad Imperatorem mox per literas aut nuntios perferrent; partim demum, vt* palatia, *quae Caeſar in omnibus Germaniae ducatibus habuerat, curarent. Sed ea muneris ratio, quae virum iurium Germaniae peritum voluerat, hereditariam ſucceſſionem non permittebat. Hinc* Sueuiae *Palatinos nunc Altorfenſes & Tubingenſes, iterum Habsburgicos, mox Alſatiae Comites fuiſſe, reperitur:* Saxoniae *Palatinatum nunc Wettinenſes, nunc Miſnenſes, Merſeburgenſes, Zoerbicenſes, nunc alii Comites leguntur adminiſtraſſe:* Boicae *Pfalzgrauii fuerunt Schirenſes, Wittelsbachii, forte & alii:* Franciae *autem, ſiue, vt poſtea dicti ſunt, Rheni Palatinus, hos omnes dignitate au-*

ctoritateque multum ſuperauit. Illi *vicarii erant abſentis Imperatoris ;* hic *iudex praeſentis :* illi *in leuioribus cauſis ius dicebant ;* hic *in rebus maximi momenti :* illi *in prouinciis certis haerebant ;* hic *ius dabat, migrante Imperatore, per vniuerſam Germaniam :* illi *intra Comitum dignitatem ſubſiſtebant ;* hic *principum ordini erat adſcriptus :* illi *denique, re iudiciaria a quolibet principe, cum ceteris territorii iuribus, occupata, Caeſare etiam intermittente, migrando per Germaniam ius dicere, munere ſuo exciderunt, in quorum loca homines iſti prodigi iurium Caeſareorum, de plerisque ſcribo, ſucceſſiſſe videntur ; non* hic, *cuius in A. B. etiam inſtaurata auctoritas. Ceterum cum* hereditaria *non fuerit dignitas Palatinatus ; hiſtoria eius facilius* negligi *potuit ac confundi. Deinde cum vni* loco *non affixa manſerit ; neque* ſedes,*quam habuerint Palatini, poteſt definiri. Accedit,quod Carolingorum temporibus* ſtipendia *tantum meruiſſe videantur Palatini, vt adeo operae pretium non ſit, illis deſcribendis animum infigere. Quam etiam induſtriam prorſus occupauit* Tolnerus. *Ceterum, cum Imperatores Carolingici in Francia veteri* Aquisgrani, *Spirae, Treueris, Wormatiae, inque locis aliis* Rheno *finitimis ſedes regias plerumque habuerint : non eſt mirum, quare* Franciae, *id eſt*, Rheni *Palatino*, aulici *Comitis gloria vnice permanſerit.*

§. IV. Quemadmodum vero *veteres* Regum Francorum & Imperatorum ſtirpis Carolingici Comites *Palatinos* enumerare, operam non meretur : ita tamen ex eo tempore ſeries non contemnenda, ex quo plura argumenta fidem faciunt, Palatinos Rheni hereditario iure ſucceſſiſſe. Anno igitur 912. *Conrado I.* Imperante, EBERHARDVS, Comes *Rheni* Palatinus, celebratur, frater Imperatoris, &, quod Tolnerus probat, e maſcula Carolingorum ſtirpe oriundus. Huic frater & *Franciae* Rhenanae & *Boioariae* ducatus, Arnulfo Boio in Comitiis proſcripto p. 539. L. IV. regendos dederat, non ſine praeſagio quondam fore, vt aliquando *vtraque* regio ſub *vnius* familiae dominatum perueniret. Sed quia fratris & Henrici Aucupis, Regum Germaniae amicitia floruit : Ottoni M. Caeſari in perduellium Saxonum ſocietate ſe oppoſuit, in praelio an. 959. nulla prole maſcula relicta, occiſus. *Cum*

Cum & Palatini, *&* Franconiae, *&* Boicae *ducis tituli Eberhardo noſtro tribuantur: neſcitur tamen, vbi* ſedem *habuerit; quo* munere *functus fuerit, qua Palatinus. Cum Otton. M. perpetua ſere* bella *geſſit,* a) *in ſocietate Saxonum,* b) *Lotharingiorum,* c) *quod imperiale diadema* Saxoni *inuideret princeps ſanguinis Carolingici* (*).

§. V. Proſcripto Eberhardo HERMANNVS Arnulphi mali Boici ducis p. 543. Lib. IV. filius ab Ottone M. Imperatore in Palatinatu ſuffectus eſſe, dicitur. m. 959.

Primus fere hic eſt, qui Rheni *vocem Palatinatui adiecit: cum hactenus* Franciae *Palatini noſtri audiuiſſent. Singulare item e Schirenſi familia. Boicae principem iam tum Rheni Palatinum effectum fuiſſe.*

§. VI. EZO ſiue *Ehrenfridus* parentem excepit. Is *Tombergi*, qui locus in Iuliacenſi ducatu ſitus eſt, fixam ſedem habuit, niſi quando per muneris rationem *Aquisgranum* vocaretur, vt in regali Palatio ius diceret. Et ſane luculentiora nunc veſtigia ſe oſtendunt officii Rhenani Palatini. m. 1035.

Hereditario eum iure ſucceſſiſſe, monumentum Papenbrochianum *clariſſimis verbis docet: regalis palatii apicem iure paterni ſanguinis conſcendit. Notanda* Hezilonis *&* Ezilonis, *diuerſorum nominum, confuſio. Illud* Henricum; *hoc* Ehrenfridum *notat. Quo ipſo* Tolnerus *errorem oſtendit, Palatinatus* Henrico Lüzelburgenſi *comiti fruſtra hactenus tributi. Titulus* Ehrenfridi *publico diplomate doctus:* Ego Dei gratia Comes Palatinus Rheni, dominus de Lacu. Lacus *autem oppidi quondam, nunc coenobii, nomen in Treuirenſi tractu. Audiit etiam* Palatii Aquisgranenſis praeſes. *Sororem Ottonis III. Imperatoris Mathilden in* matrimonio *habuit. QQ. Cur Caeſar frater difficulter conſenſerit? an, quod Palatini* dignitatem *ſperneret, quod vult Gewoldus? an vero, quod virgo* coenobio *dicata eſſet? quod ego crediderim cum Palatinis. Ter* aleae *luſu Ottonem III. Imp. vicit. Cum ergo vtrique conueniſſent, vt ter geminus*

(*) Quis primus Rheni palatinus credendus? diſputat, decidit KNICHEN *de Sax. non prouoc. iure cap. 1. n. 112. ſqq. p. 155.*

geminus victor *id peteret a parte* victa, *quod ei* pretioſiſſimum *videretur: Ehrenfridus a Caeſare* ſororem *& petiit, & ludo conſenſum fratris ſibi procurauit. Idem Otto Imp. moribundus inſignia Imperii adminiſtro commiſit, noſtro exhibenda. Inde Palatinis ius aſſerunt*, *S. R. I.* inſignia *cuſtodiendi.* Vicarium *etiam eiusdem Imperatoris, in Italia abſentis, egit, inde ius* vicariatus *noſtris quoque vindicant. In* Quedlenburgenſi *conuentu* 985. *ait Ditmarus: Ezo ſiue Hezilo ad* cellariam *ſeruit. Torquet ſe* Tolnerus *in nominibus, quod Ezonis & Hezonis voces pro diuerſis babuiſſet. Sed cum Cellariae praefectura* Pincernae *potius, quam* dapiferi *munus: difficulter haec alii conciliant. Ego admodum dubito, officia S. Rom. Imp. tum hereditaria iam fuiſſe.*

§. VII. Otto filius in Palatinatu ſequutus eſt, A. 1045. *Sueuiae* etiam dux electus. m. 1048.

Idem Saalfeldiae *quoque &* Coburgi *Dominus. Illud a parente, hoc ab Imperatore accepit. In coelibatu mortuum aiunt.*

§. VIII. Henricus, *Ehrenfridi* Palatini ex fratre Henrico ſeu Hezilone *nepos*, in Palatinatu ſucceſſit. m. 1095.

Aduocatus Treuirenſis & vrbis *&* Eccleſiae *conſtitutus eſt. Praerogatiua, quae hodienum meretur inueſtigari.*

§. IX. Sigfridus, Henrici priuignus, in Palatini munus teſtamento vitrici ſui eſt ſuffectus. Is aliquandiu ſub tutela *Gothofredi* fuit Palatini Sueuiae, qui vtrumque palatinatum, alterum ſuo, alterum pupilli nomine adminiſtrauit. Sedem habuiſſe fertur in *palatiolo* juxta Treuerim, quod Pfälʒel dicunt: ſed bella varia, quae cum Imperatore habuit, eum in Saxoniam vocarunt. m. 1113.

Teſtamento *vitrici eius ſucceſſionem adſcribunt auctores Chronicorum. Sed* feuda *vltimi poſſeſſoris* voluntate *transferri, LL. ſane Longobardorum non permittunt. Aut ergo falſi ſunt Monachi: aut alia tum in Germaniae principatibus ſuccedendi conſuetudo. Ceterum e Brabantiae Comitibus noſter fuit oriundus, filius Henr. II. Brab. C. ex Adelheida, quae poſtea Henrico, Rheni Palatino, nupſerat.*

§. X.

§. X. Wilhelmvs infans trium annorum fuit, cum parens diſcederet. Quare *Gotbofredus*, quem parentis pupilli, curam habuiſſe, modo ſcripſimus, filii quoque tutelam iterum ſuſcepit. Maiorennis autem factus *late rerum Coloniam verſus in ripanis Moſellae, Rbenique regione potiebatur.* Mortuus tamen improlis an. 1140.

Singularia ſunt, quae Albericus *in Cbronico* 1120. *ſcribit, In Comitiis Quedlenburgenſibus de bereditate Sigefridi, Comitis Palatini, diſceptatum eſſe, cum neque* cauſa *diſceptationis, neque* fori *competentia fuiſſe videatur. Deinde Sprenkersbacenſe Cbronicon babet, Wilhelmi Palatini* allodia *iuſtis modis ad imperium deuoluta eſſe.*

§. XI. Hermannvs II. a Cunrado III. Imperatore 1142. Palatinus Rheni *electus eſt.* Hunc Fridericus I. Imp. an. 1155. ob violatam pacem publicam in poenam Kynophoriae condemnauit. Inde vitae ac aulae is taedium ſumſit, coenobita factus an. 1156. ſine maſcula prole diſceſſit.

De gente eius varii varia. Comitem de Staleke, *quod Bacbaracenſe caſtrum in Palatinatu fuit, ſcripſit ſe noſter, antequam factus fuiſſet Rbeni Palatinus. Singularia ſunt, quod* aulae cuſtos, *cuius erat tumido tellus circumflua Rbeno, a* Gunthero *ſalutetur: quod an.* 1148. *abſente Imperatore* vicariatum *geſſerit. Q. an boc munus e Palatinatus natura venerit? an vero a libera Caeſaris voluntate? Quod mibi tot alii caſus perſuadent vicariorum, pro arbitratu Caeſaris poſt inſtitutorum. Aut forte ad* Palatii *tantum regalis* cuſtodiam *Vicariatus Palatini tum extendendus fuit, ſalua Caeſaris libertate* vicarium *per ipſas S. R. I. prouincias nominandi.*

§. XII. Cvnradvs a fratre Friderico I. Imper. 1156. in Comitem *Palatinum* Goslariae in publicis Imperii comitiis *electus* fuit. Is *Heidelbergam* & caſtrum & oppidum condidit: quamuis *Staleki*, in Bacharacenſi tractu habitauerit plerumque. Filia Agnete relicta, ſine maſcula ſobole obiit 1195.

Multa praedia eundem Eccleſiis Rbenanis ſurripuiſſe, ſcribunt, patrimonio ſuo inde aucto, vt potentiſſimis *Germaniae principibus adcenſeri meruerit. Id prorſus ſingulare eſt, quod in*

in Moguntinis *Comitiis* 1184. *Colonienſem Archiepiſcopum, a* Caeſare *offenſum, hoc iuris tegumento exeuntem ſecutus ſit; quod aliquot praediorum cauſa huius Antiſtitis* vaſallus *eſſet. Potior ei eſſe debebat Caeſaris fides*, *quod* a) *dominium cedat imperio*, b) *capitis quam membrorum maior cura*, c) *nobiliora feuda ei ab imperatore, quam ab Antiſtite. Sunt haec veſtigia ignorati tum hodierni iuris feudalis in Germania.*

§. XIII. Henricus, dux *Brunſuicenſis*, ſocerum ſequutus eſt in Rheni Palatinatu: dubium, quo iure. Princeps, qui rerum geſtarum multitudine non tantum in Germania inſignis fuit; ſed etiam bellis Aſiaticis, in quibus *ducem paſſagii* egerat, vniuerſo orbi innotuit. Iram vero Caeſaris, Guelfica ſtirpe prognatus, non effugit. A Friderico Imperatore 1215. proſcriptus, Rhenique Palatinatu mulctatus eſt. Obiit demum an. 1227. ſine maſcula prole, filiabus relictis.

Fuerat Henricus, *potentiſſimi illius* Henrici Leonis *filius primogenitus, &, niſi fata obſtitiſſent, heres.* Cauſas *plures adducunt*, *Palatinatus in Henricum* Brunſuicenſem *translati*, a) *exiſtimat coaeuus auctor, noſtrum a Cunrado Palatino* adoptatum *fuiſſe*, adoptionis *ergo iure eundem ſucceſſiſſe;* b) *alii filiam Cunradi Agnetem* marito *Palatinatum attuliſſe, credunt: vbi aduerſio noſtra ex lib. II. recolenda, feuda, quae* feminis poſſideri *nequeant*, per feminas *tamen ad maſculos quondam* translata *fuiſſe. Sane* Agnetis *magnam in* hereditate *Palatinatus tum rationem habitam fuiſſe, plura argumenta fidem faciunt:* a) *quod potentiſſimi Principis, in matrimonio Agnetis* competitores; b) *impedimenta, nuptiis* obiecta *cum Brunſuicenſi, hac ſola cauſa, ne* creſceret *Guelphica domus*, *Palatinatus* acceſſione; c) inueſtitura *Palatinatus, nuptiis ſemel contractis; noſtro ſine difficultate ab Imperatore conceſſa. Sumtuum cauſa, ad bella ſacra deſtinatorum*, Treuirenſi *Antiſtiti* aduocatiam & *vicinas quaſdam praefecturas vendidit, ingenti damno Palatinatus. Aduerſio: tum nulla adbuc lege probibitas fuiſſe* alienationes *regionum Archiofficialium Imperii. Cauſae* proſcripti *Henrici noſtri*, a) *quod is Ottoni IV. fratri ſuo, Caeſareae dignitatis cum Friderico II. Imp. aemulo auxiliaretur;* b) factio Gibellingica *id tunc ageret, vt Guelphorum vires*

attererentur; c) *metus eſſet, ne, iuncto cum Saxonia Palatinata, principes Guelphici* vires *ſumerent, infortunio Henrici Leonis amiſſa* recuperandi. *Ceterum* Ludouico *Boioariae duci acceſſerat quidem Palatinatus, poſtquam Henricus eodem multatus eſſet: eundem tamen filius eius* Otto, *matrimonio cum* Agnete, *filia Henrici* Brunſuicenſis, *herede inito, nouo iure in gente ſua firmauit, quod lib. IV. p.* 544. *ſq. ſcripſimus. De natura feudorum maſculorum p.* 539. *dictum.*

§. XIV. Lvdovicvs, Dux *Boioariae*, mulctato Henrico Brunſuicenſi Rheni Palatinatu, eundem Caeſaris *beneficio* an. 1215. *Boicae* genti, ſi non iuſto, felici tamen auſpicio intulit. Perſtitit enim Rhenanus principatus in hac familia deinceps, qui hactenus, mobili fortuna, ab vna in alteram migrauerat. occiſ. 1231.

Id ſingulare eſt, quod an. 1229. *a Friderico II. priuilegium acceperit* auri *foſſilis & fluuialis in tractibus Rhenanis; certiſſimo indicio, ius metallorum & fluuiorum tum adhuc inter regalia* Caeſaris *fuiſſe per vniuerſum Imperium. Ceterum quamuis noſtro Imperator* Palatinatum *Rheni conceſſiſſet:* ſubditi *tamen* dominium *agnoſcere noluerunt, quod fidem* Henrico *violare nefas ducerent.*

§. XV. Otto, cognomento *illuſtris pater patriae* dictus, cum deſperaret iura paterna vi ac armis proſequi in *Palatinatu;* Agnetem heredem Palatinam vxorem duxit. Quo factum eſt, vt Palatio Rhenano ſubiecti obſequia eidem fidemque probarent. m. 1253.

Singulare eſt, prod princeps hic monetam *ea lege ſignauerit, ne praeter hanc alia vlla in Boica & Palatinatu agnoſceretur. Quis enim* ius monetandi *tum temporis dubitauerit fuiſſe inter* regalia *tantum Imperatoris?*

§. XVI. Lvdovicvs II., vulgo *Seuerus*, Agnete *Palatina* prognatus, Palatinatum rexit, mortuo parente. Is magni illius *foederis Rhenani* 1255. potiſſimus auctor fuit, contra pacis publicae violatores, & illos principes, qui nouis aut nimium auctis vectigalibus commercia Rheni fl. impediebant. m. 1294.

Mariam Brabantinam vxorem capite truncauit, ob adulterii ſuſpicionem 1256. *Feminae innocentiam & ipſe poſtea agnouit. Criminis expiandi cauſa coenobium* Fürſtenfeldae *condidit.*

didit. Cum de iudicis incompetentia tum locutus nemo fuerit, colligo exinde, ius vitae ac necis fuiſſe in poteſtate mariti. Ceterum noſter ſaepius in Rhenanis, quam Boicis regionibus vixit. Nam & mortuus *eſt Heidelbergae in eodem cubiculo, in quo fuerat* natus.

§. XVII. Rvdolphvs, filius, plerisque Boioariae regionibus *fratri Ludouico* Bauaro, poſtea Imperatori, relictis Rheni Palatinatvm ſolus accepit. Ex quo *Palatina* familia a *Bauarica* manſit ſeiuncta. Noſtro autem auſpicii huius gloria relicta, vt a ſatore ſuo lineae huic nomen etiam nunc ſit Rvdolphinae. Cetera infelix admodum *Rudolfus* fuit. Socero *Adolfo* Imperatore caeſo, magnam cladem & ipſe accepit. Demum quod iuniori fratri ſuo *Ludouico*, Boicae Duci, calculum in electione Imperatoris addere nollet: Palatinatu Germaniaque pulſus a. 1319. in Anglia inops moritur.

Electoratus iura noſtrum cum Palatinatu accepiſſe, comprobant a) *quod natu maior fuiſſet;* b) *votum ſuum & Alberto Auſtriaco & fratri poſtea negaſſet. Palatinatus* Auſtriaco *primum, deinde* Boico *milite admodum afflictus.*

§. XVIII. *Tres filii* parentem ſequuntur, quos Ludouicus Bau. Imperator auitis regionibus dignitatique reſtituit. Quamuis vero communi nomine non regerent fratres: ſors tamen ſingulos ad imperium vocauit. Adolphvs, natu maximus, quod ei *debile* ingenium, *ſimplex* dictus eſt. Hic licet vnicus inter fratres ſtirpis *propagator* eſſet: reſignauit tamen germano ſuo Palatinatum, ipſe 1327. obiit. Rexit ergo fratris ceſſione Rvdolphvs, *coecus*, alter natu, *diſſidiisque* cum Imperatore Ludouico Boico, agnato ſuo, compoſitis, mortuus eſt 1353. Rvpertvm deinde *rufum*, tertio genitum, hoc quoque ordine ad Palatinatum regendum fata vocant. Amicitiae is Caroli IV. Imperatoris debet, *Electoralem* dignitatem domui ſuae in A. B. aſſertam contra competitores Boicos agnatos. Verum immortali eius gloriae dandum, quod, ſapientiſſimo inſtituto, *Academiam Heidelbergenſem* an. 1386. d. 17. Nouembr. primam in Germania, liberaliter inſtaurauerit. m. 1390.

Transactio *Ludouici Bau. Imperatoris, cum ſuis ex fratre Rudolpho nepotibus an.* 1329. Pauiae *inita, valde illuſtris eſt.* a) *Reddidit Imperator Palatinis* Nortgoiam, *quae ex hoc tempore* Superior *Palatinatus adpellata, &* Chamenſem *Comitatum;* b) Electoralis *dignitas iure* viciſſitudinario *inter vtramque lineam exercenda. Vid. p.* 548. c) *Pacta haec a S. R. I. Electoribus confirmata. Titulus:* **Wir Rudolf von Gottes Gnaden, Pfaltzgraf ze Rin und Hertzog in Beyren.** *Quo autem iuris tegumento Carolus IV. Imperator* Pauienſia *pacta publicis diplomatibus, quae extant typis impreſſa, immutauerit,* Electoratu *Palatinis adiudicato, excluſis principibus Boioariae,* ſcripti *in hac cauſa tractatus euoluantur. Vrget* Gewoldus 1) *quod pacta clara ſint;* 2) *ſtudia partium Caroli IV. Imperatoris propter vxorem Palatinam;* 3) *Bohemicae familiae odium contra Boios. Regerit* Freherus 1) *quod Lex pragmatica A. B. priuatae conuentioni deroget;* 2) *pacta per vim a Lud. Imp. extorta Palatinis;* 3) *Stephanum, Boicae ducem, ea prius laeſiſſe, arrogando ſibi principio Electoratum contra Palatinos;* 4) *Ignauiam relicti iuris ipſum exprobrare in Boiis ſuis Auentinum.*

§. XIX. Adolfi ſimplicis *vnigena* RVPERTVS, cognomento *iunior* vel *tenax*, in Rheni Palat. patruo ſucceſſit, compoſito bello cum Bohemis. m. 1398.

Bohemiae Regibus partim dotis *nomine ſub Carolo IV. partim* hypothecae *loco, in ſuperiori Palatinatu aliquot vrbes obuenerant, quas ſuae domui contra Wenceslaum Imperatorem acri bello noſter iterum vindicauit, iuſtam belli cauſam ratus, quod Anna Palatina vxor Caroli IV. ſine prole mortua eſſet, vt adeo* dos *ad* agnatos *Palatinos videretur* rediiſſe. Bipontini *etiam ducatus partem emit. Patruo* Ruperto Rufo *Electoratum lubens reliquit: ipſe ſedem habuit* Ambergae, *vſque dum in Palatinatu etiam, mortuo patruo, ſuccederet.*

§. XX. RVPERTVS parentem eiusdem nominis ſequitur, cognomento *Clemens* & *Iuſtinianus.* An. 1400. Rex Romanorum eſt electus exauctorato ab Imperii Proceribus Wenceslao. Galeacio, Mediolanenſi duce, regnum Italiae affectante, Romamque diripiente, in Italiam exercitum mouit, ad S. R. Imperii iura adſerenda. Sed

Sed qui, negligi ſe a Papa & Italis plerisque, ſenſit, re infecta in Germaniam reuerſus eſt, &, abiecta Italiae cura, domi rempublicam bene geſſit. In Palatinatu patrimonium inſigniter auxit, accepitque *Simerenſem* comitatum *emtionis* iure; *Spanheimii* anterioris quintam partem *donatione; Kirchbergenſia caducitatis* cauſa, aliaque praeterita minoris momenti. m. 1410.

Simerenſem *C. a Raugrauio quodam redemit* 6000.*florenis, vt tum erant pretia rerum, in auri & argenti raritate.* Eliſabetha *heres Spanhemia, mortuo Ruperto Pipano, marito, donauit ſocero ſuo* quintam *anterioris Comitatus partem, circa an.* 1406. Kirchbergenſis *Comes vltimus Gerhardus fuit, qui* 1408. *obiit, ſucceſſione Palatinis relicta.*

§. XXI. LVDOVICVS *Barbatus*, inter *fratres* natu maior, parenti in Rheni Palatinatu ſucceſſit. Facta tamen *paternarum* ditionum *quadripartita* diuiſione, NOSTER *Electoratu:* IOHANNES ſecundus fratrum *Palatinatu ſuperiori:* tertius, STEPHANVS Bipontino ducatu & comitatu *Simerenſi:* quartus demum OTTO *Mosbacenſi* tractu inſigniti fuerunt. Sed, ramo *Iohannis* in filio eius *Chriſtophoro*, qui in Daniae, Sueciae ac Norwegiae Regem electus eſt 1448. exareſcente, *Ottonis* etiam poſteritate in *Alberto* gnato 1506. extincta, duae *lineae* ſtirpem propagarunt ELECTORALIS & SIMERENSIS. Verum *hac* relicta, *illam* nos deſcribere continuabimus. Elector igitur, *Ludouicus* noſter, patre in Italia abſente, *vicariatum* S. R. I. geſſit: in Concilio etiam *Conſtantienſi* praeſidem egit, magna & Principis & muneris auctoritate. m. 1436.

Incipiunt nunc exoſae fatis in domo Palatina diuiſiones. *Noſtram hanc egregie deſcripſit in Alſaticis* Herzogius, *vnde repetit* Tolnerus. *Verum filiorum inſtitutis, an iuſſo parentis factae? Memorant*, in vicariatu *noſtrum principatuum feuda & renouaſſe & contuliſſe. Dubium tamen, an ex iure ac natura vicariatus hoc venerit? an vero ex indulgentia patris, Imperatoris? In Conſtantienſi conuentu* Huſſum & Pragenſem *carnifici comburendos dedit. Inde* pronepos *eius, Otto Henricus, ingemiſcens ſaepius:* dura vox, delicta patrum in tertiam & quartam generationem! *Querelas*

mouente Imperatore in Synodo, quod nullus Laicorum ex Electoribus calleret latine: *redux inde noſter in ſenectute diſcipulus eſt factus Grammaticorum, in quo etiam ſtudio intra breue tempus multum profecit.*

§. XXII. Lvdovicvs II., cognomento *Placidus*, a patre eiusdem nominis *tutorem* accepit Ottonem patruum, *Mosbacenſem.* Decimo octauo aetatis anno ipſe Electoratum adiit, praematura morte breui poſt ereptus. 1449. aet. 25.

Exemplum hoc teſtamentariae *tutelae Palatina domus valde aeſtimat. Nam* Otto a) *vltima fratris Ludouici Barbati voluntate tutor eſt factus;* b) *natu licet minimus, fratre praeterito, neque* c) *ſe in hac cauſa quicquam mouente: ſed alterius negligentiam iuribus poſterorum fraudi non eſſe, plerique reponunt.*

§. XXIII. Philippvm poſthumum ſucceſſionis iura haud dubie vocarunt: ſed Fridericvs, patruus, vulgo **der böſe Friß**, cognomento *Victorioſus*, nouo forte adoptionis genere inter principes Germaniae ſibi, *tutela* pupilli finita, Electoratum quoque arrogauit, atque hoc iuris argumento eum retinuit. Mortuum vero 1476. filius *adoptiuus* Philippus noſter, cognomento *ingenuus*, ſecutus eſt. Hic filii *Ruperti* cauſam in ſoceri *Landshutani* hereditate ſtrenue egit, ſed multitudini aduerſariorum ſuccubuit; *proſcriptus* a Maximiliano I. Imperatore. Poſt an. 1505. reſtitutus, mox obiit 1508. *nouem* filiorum parens.

De iure adoptandi inter S. R. I. principes, tum varie diſceptatum. Opponebant alii a) *eſſe hoc in fraudem A. B. factum;* b) *Romanas tantum leges hunc foetum excluſiſſe, pupilli bona ſic vſurpandi;* c) *rem hanc nulla S. R. I. obſeruantia niti;* d) *peſſimo exemplo futurum principibus Germaniae. Sed regerebat Fridericus,* a) *filii adoptiui voluntate id factum;* b) *Romano iuri nullas Imperii leges obſtare. Ceterum a Friderico, qui coelibatum ſpoſponderat filio adoptiuo,* Louenſteinii *&* Wertheimenſes *CC. deſcendunt. Bella pro Elect. Moguntino Iſenburgico geſta ſunt, ne, quod Pontifex Pius II. volebat, adſtringeret fidem antiſtes de non conuocandis Electoribus absque Pontificis M. conſenſu. De caſtello in latere*

montis

montis Geisbergae Truz Kayſer: *de praelio* Sekenheimenſi 1462. *In hereditatem* Landshutanam *filius Philippi poſtulabat, quod* a) *vxor vocaretur ad hereditatem defuncti parentis;* b) *pactis dotalibus res pridem expedita;* c) *quae defuncti teſtamento confirmata. Pater pro filii ſalute* Palatinatum *miſere afflixit. Perdidiſſet eum, niſi* 1505. *Caeſare reconciliato*, Palatinatu Neoburgico, **der jungen Pfaltz**, *poſteris ſatisfactum fuiſſet. Fuit hoc tempore* aula *Palatina receptaculum hominum eruditorum*, Rudolfi Agricolae, Iohannis Capnionis, Iohannis Dalburgii, Iacobi Wimphlingii, *aliorumque, qui & in* cathedra *docuerunt, &* rexerunt *in aula.*

§. XXIV. LVDOVICVS *Pacificus* in numeroſa prole parentem ſequutus eſt. Huic principi moderatus vbique animus fuit, qui vulnera Palatinatui, tot bellis inflicta, longa iterum pace ſanauit. Neque alium ſe in vſu ſacrorum exhibuit. Quamuis enim cauſae *Euangelicorum* non faueret: a ſanguinolentis tamen conſiliis abhorruit, pace ſacrorum 1532. Norimbergae procurata. Anno 1544. ſine ſobole mortuum FRIDERICVS II. frater, cognomento *Sapiens*, in Electoratu excepit, teſtamento, olim a parente facto. Addixerat hic princeps operam ſuam Hiſpanis, qui in magna etiam Philippi Burgundi, & Caroli V. Imperatoris amicitia fuit. Licet igitur a *Proteſtantibus* neque ipſe alienus eſſet: tamen metu, amicitia, beneficiisque Caroli V. irretitus, purioribus ſacris prodeſſe nequiuit. Obiit improlis 1550.

In Ludouico digna memoratu: quod Saluum conductum 1521. *Luthero in Wormatiae Comitiis ſeruandum, vtique ſuaſerit, addita cauſa:* **es wäre ihm leid, daß ein Pfaltzgraf die Huſſiſche Blutſchulden auf ſein Hauß geladen.** Pacem *Germaniae ſepultam cum noſtro, homines cordati plangebant; aggerem morte eius dimotum, qui bellorum vndas hactenus domuiſſet. De* Philippino teſtamento, *quo nepotibus ex filio ſecundogenito, quartogenito filium Fridericum II. praetulit, multae querelae.* a) *Eſſe hoc inſtitutum contra literas A. B.* b) *a* ſcholaſticis

laſticis *hominibus*, *conſiliariis ſuis*, *Electori haec ſuggeſta fuiſſe. Poſteri demum ſcriptores inter veſtigia diuinae vindictae ponunt*, *numeroſam ſobolem Philippi conditoris*, *intra dimidii ſeculi ſpatium*, *prorſus extinctam. Thomae* Leodii *liber ſuo loco recenſebitur. Acceſſerat Fridericus II. dogmatibus puriorum ſacrorum*, *Paulo* Fagio, *Theologo*, *Heidelbergam vocato: Smalcaldico tamen foederi titabundus ſe iunxit*, *quod etiam*, *Carolo V. Halae Sueuorum*, *in patria mea*, *ſupplex factus eierauit.*

§. XXV. Otto Henricvs, *Magnanimus* dictus, Philippo Electori ex filio Ruperto virtuoſo nepos, a patruo quod multis videbatur inique hactenus excluſus, fatis tamen viam facientibus, ad Electoratum peruenit. Sed ei triennio tantum praefuit. Sacris pontificiis tam in Neoburgico, quam Electorali Palatinatu abolitis, nihil omiſit, quod ad excolenda & defendenda prioris Theologiae ſtudia aliquid conferre videbatur. Vltimus ſuae lineae obiit 1559.

Iter 1521. *in terram ſanctam abſoluit. Anno* 1546. *Smalcaldico foederi acceſſit*, *cum quadriennio ante ſacra eieraſſet Romanorum. Fortuna ei cum aliis tum foederatis communis fuit. Conſilio Melanchthonis bibliothecam Heidelbergae*, *codicibus ex vniuerſo fere orbe magnis ſumtibus impenſisque conquiſitis*, *inſtituit inſtruxitque. Ex quo tempore Heidelberga commune quoddam eruditi orbis prytaneum factum. Viri enim eruditi ad tot volumina MSC. inſpicienda e remotiſſimis prouinciis ac regnis Heidelbergam excurrerunt.* Orbitatis *cauſam in facinore abaui contra* Huſſum *poſuit. Etenim inter haec ſuſpiria mortem obiiſſe fertur:* GOtt, der du rächeſt die Miſſethat der Väter bis ins vierdte Glied, ich danke dir, daß ich der letzte bin, deine Straffe wird nicht über deine Drohung gehen, und nun dein Zorn über die arme Pfaltz aufhören. *Memoriae tyronum inſpexiſſe proderit ordinem cauſamque*, *Electoratus in aliam nunc lineam transferendi.*

Chur-

Chur-Linie. *Rupertus Clemens, Elector* 1410. **Simeriſche Linie.**

- Ludouicus Barbat. El. m. 1439.
  - Ludouic. El. m. 1444.
    - Philippus El. m. 1508.
      - Ludou. El. m. 1544.
      - Rupert. m. 1504.
      - Frider. El. m. 1556.
        - Otto Henric. El. m. 1559. improlis. vltimus ſuae lineae.
  - Frid. El. m. 1476.
- Stephan. Sim. m. 1444.
  - Fridericus m. 1480.
    - Iohannes I. m. 1509.
      - Iohannes II. m. 1557.
        - FRIDERICVS III. agnato Ottone Henr. mortuo, in Electoratu heres.
          - Ludouicus El. m.
            - Fridericus IV. El. m. 1610.
              - Fridericus V. El. m. 1632.
                - Carolus Ludou. El. m. 1680.
                  - Carolus El. m. 1685. vltimus lineae ſuae.
                  - Charlotta Eliſabetha, vx. Philippi Aurel.
          - Ioh. Caſim. m. 1592.
        - Richard. m. 1598.
  - Ludouicus niger, SATOR communis omnium principum PALATINORVM hodie viventium.

§. XXVI. FRIDERICVS III., *Pius* cognomento, Palatini Electoratum in *alteram* eiusdem ſtirpis lineam, SIMERENSEM, transtulit: *priori*, quod dictum eſt, 1559. prorſus extincta. *Sacrorum* princeps hic ſtudioſiſſimus fuit. Incidit in eius tempora inſignis illa de *S. Coena* diſceptatio. *Primus* enim fuit, qui Helueticae doctrinae, cuius in Germania cultores *Reformatorum* nomine diſtin-

 xerunt,

xerunt, ſuum calculum inter principes Imperii addidit. Et vero eruditus atque aſſiduus probati ſemel dogmatis defenſor fuit. *Colloquiis* 1560. Heidelbergae, an. 1564. Maulbrunnae, an. 1571. Frankenthalii eius cauſa inſtitutis. Diſcrimina etiam periculaque 1566. in Auguſtanis Comitiis ſubiit, quod, *pace religionis* nullam *Reformatis* ſecuritatem indulgentiamque factam, aliqui ibi defendere vellent. *Catechiſmi* Heidelbergenſis vere auctor fuit 1563. quem e ſacro codice diſputando defendere, & principibus obtulit & viris eruditis. In controuerſia de *Hierarchia* Eccleſiaſtica, & iure paſtorum miniſtros inuicem diſſentientes habuit, Iohanne *Syluano* Superintendente hac cauſa capite truncato. Auxilia & Belgis miſit & Gallis, vt ſubueniret cauſae Evangelicorum. m. 1578.

Tum ergo, abrogatis Lutheri placitis, Rheni Palatinatus Caluini *dogmata accepit. In cauſis mutatorum rituum* a) *Melanchthonis conſilia, Luthero mortuo, prodita;* b) *Hugenottorum in vicina Gallia edita confeſſio;* c) *diſputationum rationes, in dictis colloquiis, ſaepius repetitarum. Iudicium de* colloquiis, *inter Theologos, ambitione plerumque corruptos. In* comitiis 1566. *Palat. grauiſſima pericula, quod* a) *Lutherani coram Maximil. II. Imp., piiſſimi principis, dogmata magno impetu damnarent;* b) *Pontificiis ſeiunctio haec & grata & vtilis videretur;* c) *ipſe Imperator ſerio admoneret, Helueticum dogma eierare;* d) *de* proſcriptione *noſtri actum vere iam eſſet. Verum enimuero in deſperata cauſa vicit noſter;* a) *quod miro obſirmati pectoris robore maleuolos confunderet;* b) *quosque ad certamen inuitaret, cum eodem ſuper rebus controuerſis ineundum, bibliis tantum a filio Ioh. Caſimiro, quem ſuum eapropter* ſacrum armigerum *dicebat*, ſeinen geiſtlichen Waffenträger, *praelatis*, c) *pietas principis elogium* Auguſti *Saxonis mereretur:* Fritz! du biſt frömmer als wir alle mit einander. Catechiſmi Heidelb. *auctores Petr.* Boquinus, *Imman.* Tremellius, *Zacharias* Vrſinus. *Extat idem Latine, Germanice, Hebraice, Gallice & in pluribus forte* linguis *aliis.* Syluanum 1572. *Heidelbergae in medio foro capite plexum fuiſſe, multi pro nimio rigore habent.*

§. XXVII.

§. XXVII. Lvdovicvs *Facilis* parenti ſuffectus eſt. Senſit ex hoc tempore Palatinatus, quam *male* regionibus ſubditisque conſulatur, *ſacrorum* ritibus toties immutatis. Alienus enim hic Princeps a fide *Reformatorum* fuit, reſtitutis in Palatinatu moribus placitisque *Lutheranorum.* Abrogata Heidelbergenſi *Catechesi*, Formulam *Concordiae* ſua obſignatione adprobauit. m. 1583.

Inuehunt Reformati in facilitatem *principis*, *cetera optimi*, *qua* Würtembergicis *Theologis aurem praebuerit*, *contra* Reformatos. *Contra* Lutherani *ſapientiam eius mirum extollunt*, *quod acceſſerit eisdem. An eum* ſubſcriptionis *poenituerit libri concordiae?* Hoſpinianus & Hutterus *contrario hic ſtudio incedunt. Graece & Latine doctus princeps fuit.*

§. XXVIII. Fridericvs IV. mortuo parente, vix *nouem* annos natus, ſub *tutela* fuit vſque ad legitimam aetatem. Patruus eius Iohannes Casimirvs hanc ſpartam *ſolus* occupauit: quamuis pater pupilli *contutores* teſtamento nominaſſet. Igitur *ſacrorum* ritus in Palatinatu iterum *mutati*, doctrina *Reformatorum*, cum in regionibus, tum in Academia paſſim introducta. Equidem huic *innouationi* contutores ſuam oppoſuerant auctoritatem, *Camerae* etiam decreto ſolenniter impetrato: ſed nullo remedio princeps ab inſtituto poterat reuocari. Mortuo eodem an. 1592. *Fridericus* IV. Electoratum ipſe adiit, *Richardo*, proximo agnato, *tutelam* ſibi fruſtra aſſerente, quod decimum octauum aetatis annum ipſe nondum abſoluiſſet. Elector ergo factus, priſtini tutoris ſui veſtigia aſſidue preſſit. Anno 1610. a foederatis Proteſtantibus *caput* ac dux electus, eodem anno deceſſit 1610.

Ad nomen tutelae *Palatinatus coborreſcit*, *ſcripſerat olim nonnemo. Quia* Iohannes Caſimirus *tutelae* ſolus *tum praeeſſet; in argumenta trahebantur* a) *quod* parens *pupilli Ludouicus tutelae filii* teſtamento *adiunxiſſet Marchionem Brandeburgicum Georgium Fridericum: Ducem Würtembergicum*, *Ludouicum;* b) *princeps*, *id faciendi*, *cauſas habuiſſet*, *ne frater*, *quem* Reformatis *addictum nouerat*, *aut regionem aut filium pupillum a ſacris* Lutheranis *abduceret;*

c) *neque*

c) *neque etiam fratrem praeteriiſſet in tutela, ſed exterorum principum conſiliis eandem temperaſſet*; d) *acceſſiſſet Camerae S. R. I. ſententia, cui omni iure obtemperandum. Sed perſiſtebat in* ſolitaria *tutela Ioh. Caſ.* a) *quod A. B. legitimam tutelam praecepiſſet*; b) *iura tutelae, in Electoratu maxime, diuidi nequirent*; c) *Camerae iudicium non contra leges, ſed ſecundum eas expectandum. Mortuo hoc tutore an.* 1592. Richardus *& tutelae iura & curatelae poſtulauit.* Illud, *quod decimum octauum aetatis* annum *Fridericus IV. nondum* abſoluiſſet: hoc, *quod poſt id tempus tutela quidem expiraret, ſed inciperet ex eo* curatela, *anno demum* 25. *aetatis terminanda. Verum repoſuit Elector Fridericus ad* primum; *iuris axiomata eſſe: quod parum diſtat, nihil diſtat; & male facit, qui petit id, quod mox eſt reſtituturus. Adeoque* exiiſſe *ſe poteſtate tutoris, quamuis* 18. *annum non* exiuiſſet: iniiſſe *enim eundem, ſatis eſſe. Aſt vero, quod* altero *loco poſtulet* Richardus, *illud omni & Palatinae domus & S. R. I. obſeruantiae obſeruari: imo iuris ciuilis foetum eſſe, quem A. B. in aetate principum S. R. I. clariſſimis verbis e medio ſuſtulerit. Vid.* kurtze Verzeichnüß deſſjenigen, was S. T. Richard Pfaltzgraf in einer vermeinten TVTEL und CVRATEL zu Heydelberg geſuchet, edit. Heidelbergae 1592. 4t. *Mannheimio ius ciuitatis dedit, an ſuo, an Caeſaris auctoritate?*

§. XXIX. FRIDERICVS V., cognomento *Patiens*, & ipſe impubes fuit, mortuo parente. Inde maxima iterum de *iure tutelae* inter agnatos diſſidia orta ſunt. *Neoburgicum* enim agnationis proximitas: *Bipontinum* vero teſtamentum parentis vocare videbantur. Obtinuit in cauſa IOHANNES Bipontinus atque Electoratum ad an. 1613. adminiſtrauit. Ex eo enim tempore ipſe *pupillus* Palatinatum regendum ſuſcepit. Sed hic demum principum Palatinorum infeliciſſimus fuit. In *Bohemiae* regni acceptione *occaſionem* infortunii poſuero; non vero *cauſam*, quae in auito potius *diſſidio* atque aemulatione Palatinorum cum agnatica domo, Boioariae ducibus, quaerenda eſſe videtur. In *Bohemiae* Regem *an.* 1619. *d.* 4. *Nouembr.* ſolenniter coronatus eſt, quem honorem ſuaſu magis aliorum, quam ſuo arbitratu accepit. *Ferdinando*

dinando autem Imperatori ne is regnum amiſſum prorſus perderet, facile fuit, Palatinae domui iuratum aemulum obiicere. Et vero poterat *Boioariae* dux ad haec bella eo promtius excitari, quo maior ei ab Auſtriacis iam olim fiducia facta, fore, vt in cauſa poſtulati contra Palatinos *Electoratus*, Caeſaris fauore, atque Pontificis, nunc tandem obtineret. Cui hoſtium ſuorum adparatui Rex noſter longe impar fuit. Profligato itaque *an.* 1620. *d.* 8. *Nouembr.* eius exercitu a Caeſareis; Palatinatu *ſuperiori* a Boicae duce, *inferiori* a milite Hiſpano occupatis, ipſe ab Imperatore proſcribitur, regionibus dignitateque omnino mulctatus. Id prae ceteris dolent viri eruditi in Germania, bibliothecam, quam alia vlla in orbe vniuerſo MSC. inſtructiſſimam, expugnata per Tillium vrbe Heidelbergenſi 1623. a Leone Allatio *Romam* deportatam, atque inaeſtimabilem hunc theſaurum literatae Germaniae ſubductam ereptamque fuiſſe. In turbido rerum ſtatu noſter moritur 1632.

Argumenta pro teſtamentaria *tutela* Iohannis Bipontini, a) *quod iure* Romano *teſtamentaria praeferatur legitimae;* b) *naturae leges velle videantur, vt patri integrum ſit*, curae *filii proſpicere pro arbitratu;* c) *exempla auita proſtent in Palatinatu teſtamentariae tutelae p.* 614. *imo & ſucceſſionis p.* 615. d) *A. B. diſpoſitiue, non excluſiue ſit intelligenda. Legantur pro hac parte Marq.* Freherus *de Legitima tutela*, Heidelb. 1611. *& alio libro* 1613. ibidem 4. *Dionyſius* Gothofredus *in ſimili tractatu, principis, quam cauſae fauore ſcripto;* Anonymorum *ſunt, defenſio teſtamentariae tutelae contra Neoburgicorum erroneam informationem*, Ambergae 1611. 4. Gründliche Widerlegung Neuburgiſcher Schrifften wider die Vormundſchafft der Chur-Pfaltz. *Heidelb.* 1611. 4. *Sed vero neque iuris fundamenta Philippo Ludouico* Neoburgico *defuerunt*, a) *quod A. B.* proximum *agnatum ad tutelam vocet, qualis ipſe ſit;* b) lex Imperii *pragmatica priuati principis* arbitratu *mutari ac tolli nequeat;* c) *cauſa vniuerſae* Germaniae *ſit, huic* poſtulato *Bipontini ſe obiicere;* d) *cuiuscunque teſtamentum in* ſucceſſione *non valeat, illorum neque in tutela voluntatem attendendam;* e) *proximi interſit agnati, cui ſucceſſio debeatur,*

tur, quando ſors tulerit, curare, vt ſaluus ſit Electoratus; f) *obtinuiſſet paulo ante* Iohannes Caſimirus *contra* teſtamentariam; g) *odio religionis Lutheranae Fridericus teſtator indulſerit, a qua tamen neque periculum, neque impedimentum. Conſuli hic poſſunt* Iohannes Zeſchlinus, *cui ſua oppoſuit Freberus, &* Zacharias Fridenreich; *praeterea Anonymorum ſcripta:* Kurtze Anzeig, daß Philipp Ludwig Pfaltzgraf die Tutel zuſtändig ſey, edit. Laugingae 1610. 4t. Beſtändige Ableinung des Heydelbergiſchen Berichts, Laugingae 1611. 4to. *Quod ſcriptum & eruditum & plenum eſt. Poſſideo etiam MSC. aliqua edita in hunc finem, & alios tractatus* ſigillo *Electorali munitos. Tabula controuerſiae lumen afferet, a tironibus conſulenda.*

Stephanus m. 1444.

Fridericus		Ludouicus Niger.
Iohannes		Alexander.
Fridericus		Ludouicus.
Ludouicus		Wolffgang.
Fridericus IV. El. teſtator.	*Philippus Ludouicus* NEOBVRG.	*Iohannes.* BIPONTIN.
Fridericus V. pupillus.		*Iohannes.* TVTOR TESTAMENT.

Ceterum permanſit in tutelae adminiſtratione Bipontinus, *vt tamen nihil praeiudicii pateretur in iure ſuo* Neoburgicus. *Quod* Bohemiae *regnum Fridericus V. acceperit, in cauſis ponunt*, a) *ſecundas* Aſtrologorum *diuinationes;* b) *preces &* voluntatem vxoris, *filiae vnigenae Angliae Reg.* c) *nimiam fiduciam in* foedera *cum Anglis, Gallis, Danis, Belgis, Venetis, Sabaudis, Tranſyluanis, Proteſtantibus vere cunctis, inita* d) ambitionem *miniſtrorum non tam in aula, quam in Eccleſia;* e) *communem tandem eligentium in electitio regno harmoniam. Profligarunt vero rem* a) *nimia & Regis & Bohemorum Pragae* ſecuritas; b) contemtus *hoſtis Auſtriaci;* c) *Boiorum priſtinae cum Palatinis* aemulationes; d) *nimiae eorum* diuitiae *in talem caſum collectae;* e) *inui-*

Digitized by Google

e) *inuidia Saxonum ac Lutheranorum quorundam contra Reformatorum incrementa;* f) *ſoceri, Angliae R. ineptus ad bella ſuſcipienda animus;* g) *foederatorum negligentia. An* iure *noſter mulctatus ab Imperatore? Quidam dubitant* a) *quod Caeſar iudicium in* propria *cauſa t.lerit;* b) *non* auditus *fuerit proſcriptus;* c) *neque in Ferdinandum, qua Caeſarem, ſed qua* Regem *Bohemiae peccatum;* d) *proſcriptionis materia ſit iuris Comitiorum;* e) *crimen* agnatos *non tangat Palatinos Neuburgenſes;* f) *ſuſpectum ſe reddiderit Caeſar, Electoratu pridem Boicae domui in arcanis tractatibus promiſſo;* g) *Proteſtantium oculi aperiendi, in Electoratu Pontificio principi adſerto. Cetera docenda inter diſſerendum.* Bibliothecam *Heidelbergenſem Boioariae dux, pro captanda Pontificis beneuolentia,* Vaticanae *conſecrauit. Leo igitur* Allatius *Bibliothecarius a Pontifice in Germaniam miſſus eſt, qui procuraret, vt codices Romam adueherentur. Quamuis ante, quam id factum ſit, & Cardinales & B. ici rarioribus aliquot ſcriptis theſaurum hunc exiſtimentur diminuiſſe.*

§. XXX. CAROLVS LVDOVICVS, *Salomo* Germaniae, alter natu, parentem in Electoratu ſecutus eſt, fratre primogenito, *Henrico Friderico*, aquis an. 1629. ſuffocato. Cum tamen ipſi per aetatem nondum liceret, Palatinatui praeeſſe: cura eius a Suecis patruo commiſſa LVDOVICO PHILIPPO, Lauterenſium ac *Simerenſium* domino; cuius autem poſteritas in filio *Ludouico Henrico* 1673. extincta, & vtraeque regiones Electoratui iterum innexae ſunt. Iuuentus principis innocens atque inſcia facinoris paterni, magnam vbique terrarum commiſerationem excitauit. Pace *Weſtphalica* in Palatinatum 1648. reſtitutus eſt: ſed *veteri* Electoratu cum *nouo; Archidapiferi* dignitate cum *Architheſaurarii* munere commutatis, perdito etiam, quod Lib. IV. p. 537. ſcripſimus, *ſuperiori* Palatinatu & Comitatu *Chamenſi*. Anno 1657. de *vicariatu* cum Boicae ducibus acriter contendit, controuerſia neque hodie compoſita. Iura *Wildfangiatus* ab Electore Moguntino & Lotharingiae Duce in dubium vocata ſunt Palatino, quod ſpatio temporis, tricennali bello concuſſi, exercitium eius intermiſſum fuiſſet. Bellum 1672. a Galliae Rege *Belgis* illatum, Palatini

latini quoque regionibus non leues calamitates attulit. Poſt Nouiomagenſem pacem an. 1680. mortuus eſt noſter, coniugii grauiſſimo diſſidio miſere afflictus.

In literarum ſtudio Lugduni *multum profecit, quas neque abiecit in ſenectute. Sermone accepi illuſtris cuiusdam viri, Monzambani libellum magnum hunc parentem habere, ab Academico deinceps Profeſſore abſolutum adornatumque. Et vero quam floruerint ſub hoc literatiſſimo principe Heidelbergenſes Muſae, nemini ignotum eſt. Anno* 1637. Proteſtatio Principis Caroli Ludouici contra Pacem Pragenſem 1635. *Londini prodiit fol. In pace Weſtphalica* Oſn. Artic. *IV.* §. 2. *ad* 15. *huc pertinet, facile euoluendus. De* Vicariatus & Wildfangiatus *iuribus infra ſuo loco.* Ludouicae, *Liberae de* Degenfeld, *amores varia hominum iudicia experti ſunt. Literae eius, quae circumferuntur, pleraeque in Petronio atque eroticis ſcriptoribus aliis extant. Inprimis tum de iure* Polygamiae *diſputatum eſt. Vbi forte extra dubium Conſtitutionem Criminalem Caroli V. S. R. I. Principes non ferire: imo dubitare volunt alii, an Imperator de Polygamia ibi loquatur? Operoſum forte eſſet, idoneos etiam S. Codicis textus hic allegare: modo non,* diſſentiente *coniuge priori, alia ſuperinducatur, quod LL. diuinae clariſſimis verbis improbant. Ceterum e XIII. liberis e Degenfeldia* Carolus Mauritius, *Raugrauius, inter maſculos ſuperſtes eſt, qui militiam Porußicam nunc ſequitur.*

§. XXXI. CAROLVS vnigena lineam ſuae ſtirpis clauſit. *Quinquennium* illud, quo praefuit Electoratui, in pace tranſegit. Niſi quod *recuperatoria* Gallorum *iudicia* & Briſaci & Metis formidinem ac terrorem iam tum incuſſerint regionibus Palatinis. Veſtigia parentis in literarum ſtudio preſſit; *improlis* m. 1685.

De peſſimis conſiliis, quae Langhanſius, *concionator aulicus, viuo principi ſuggeſſerat, apud quem-ſub pietatis tegumento is multum polluit, ſpecimina aliqua; A quo etiam ſceleratiſſimo homine deinde meritae ſatis poenae ſumtae ſunt. De pactis* Halenſibus *cum Neuburgenſi, de* teſtamento *defuncti Electoris horum temporum annales conſulantur; facta circa formulam dubia ſuo loco exponemus. Vt ordo iterum cauſaque conſtet,*

conſtet, *Electoratus in aliam lineam tranſlati*, *tabulam ſubiiciemus.*

Ludouicus Niger m. 1489. de quo p. 617.

Alexander m. 1514.

- **Neuburg.** Ludouic. m. 1532.
  - Wolffgang. m. 1569.
    - Philipp. Ludou. m. 1614. vx. Anna Cliuenſis heres.
      - Wolffg. Wilh. m. 1653.
        - PHIL. WILH. Primus ſuae lineae Elector m. 1690.
          - IOH. WILHELM. El. praeſentis aetatis n. 1658.
      - **Sultzbach.** Auguſt. 1632.
        - CHRISTIAN. AVG. Senior Princ. Germ. n. 1622.
          - Theodorus n. 1656.
    - **Zweybrück.** Iohannes m. 1633.
      - Fridericus Caſim. 1645.
        - Frid. Lud. m. 1681. improlis.
      - Ioh. Caſimir. 1652. vx. Carol. IX. Suec. R. f.
        - Carol. Guſt. Rex Suec. m. 1660.
          - Carol. XI. 1697.
            - Carol. XII. n. 1682.
    - **Birckenfeld.** Carolus m. 1600.
      - Chriſtian. I. m. 1654.
        - CHRIST. II. n. 1637.
          - CHRIST. III. n. 1674.
- **Veldenz.** Rupertus m. 1544.
  - Georg. Iohann. m. 1592.
    - Georg. Guſt. m. 1634.
      - Leopold. Ludouicus 1694. obiit, maſc. prole non relicta.

§. XXXII. PHILIPPVS WILHELMVS, ſerie Electorum extincta, *Palatinatum*, agnationis ac primogeni-

turae ordine, in lineam *Neoburgenſem* tranſtulit, controuerſias in ſucceſſione ei mouentibus *Veldentino*, atque *Aurelianenſi.* Is *auiae* iura circa hereditatem *Iuliacenſem* pactis 1666. compoſuit cum Electore Brandenburgico, *Iuliae* & *Montiae* ducatibus cum dynaſtia *Rauenſteinenſi* in diuiſione acceptis. *Elector* factus, fatalem Palatinatui cauſam cum duce *Aurelianenſi* habuit, interceſſore Rege Galliarum. Multi tum auctores fuerant, rem e *conſilii* rationibus magis tractandam, atque e ſtricti *iuris* rigore. Praeſagiebant enim viri cordati, litem in tempus prorogatum iri, quo Palatinatus vniuerſus in praedam hoſtium concederet. Ipſum *Morellium*, Gallicum adminiſtrum, huius olim calamitatis diuinatorem fuiſſe, accepi: deploratis ſaepius calamitatibus, quae innocuis ciuibus ac ſubditis Palatinis imminerent, niſi *Aurelianae* principi in poſtulata hereditate ſatisfieret. Neque harioli exitiorum, quod ſera poſteritas doleat, fefellerunt. Anno enim 1688. Rex Galliarum hoc iuris argumento Palatinatum inuaſit diripuitque. Vrbes atque pagi incendio deſtructae: agri, vineae, paſcua in ſolitudinem verſa: ciues atque incolae, facultate ac bonis multati, in exilio, fame ac egeſtate, miſere perierunt. In qua temporum duritie obiit 1690. aet. 75.

De Praetenſionibus *in ſucceſſione* Electoratus *& beredita*te Aurelianenſi *ſuo loco.* *Illud ciues A.* C. *addictos publice conqueſtos eſſe, ſcimus; Ieſuitarum artibus atque machinationibus factum, vt ſacrorum ſuorum mox dura facies eſſe coeperit.* *Aduerſa tamen Pontificiorum maior contra* Reformatos, *quam* Lutheranos *inuidentia.* *Inter funeſtiſſimi belli iniurias illud* ſolari *poterat animum Electoris, tot calamitatibus afflictum, quod filiarum feliciſſimis connubiis Caeſarem, Hiſpaniae, Luſitaniae, Poloniaeque Reges ac Principes generos videret raro, neque inueniendo facile coniugalis proſperitatis exemplo.* *Niſi forte Comitis alicuius* Sulzbacenſis *meminerim, qui duarum filiarum nuptiis* Imperia Orientis *atque* Occidentis, *amico affinitatis vinculo, coniunxit, ab vtroque Caeſare ſocer ſalutatus.* *Habuerunt inde ampliſſimam* vxori *quoque Palatini, Principi* Haſſiaco-Darmſtadinae, *gratulandi materiam: quod, coniunx facta,* auitis *ſtatim* ſacris

cris *valedixerit, ne in vllo* ſocietatis *genere a marito ſuo aliena eſſe videretur.*

§. XXXIII. Iohannes Wilhelmvs Gallici belli perpetuus atque infelix ſpectator fuit, ipſa quoque regia ſede *Heidelberga* igne deſtructa. In *Ryſuicenſi* Pacificatione cauſa *hereditatis Aurelianenſis* egregie a Caeſareo adminiſtro, L. B. de *Seiler*, acta defenſaque fuit: ſed, Gallicis legatis ignorationem controuerſiae, e Germanici Imperii conſuetudinibus aeſtimandae, excuſantibus, ad alios tractatus ea remiſſa. Interim *centum millia* florenorum Aurelianenſi ſoluenda fuerunt, vſque dum cauſa, toties diſceptata, vel a *Caeſare* & *Galliae* Rege, quod anno quoque 1699. *Francofurti* per legatos tentatum fuit, amice componeretur: aut lis a *Pontifice*, iudice arbitrario ab vtraque parte electo, prorſus deciſa eſſet definitaque. Adfertur ergo, dum haec ſcribo, Romae nuncius, per ſententiam, a Pontifice an. 1702. d. XVII. menſis Februarii latam, Electorem a poſtulato Aurelianenſi prorſus abſolutum eſſe, vt tamen, quantum de ſumma *trium tonnarum* monetae Romanae reſtaret, ab Electore ſolueretur. Ceterum, quamuis *Artic. IV.* Inſtrum. *Ryſuicenſ.* varia in religione diffidia excitata fuerint: nunc tamen mitiora conſilia ſequuntur adminiſtri Electorales, cum videant, Pacificatores Gallos, non, vt vel religioni conſulerent, vel Palatinatui; ſed vt, inteſtinorum diſſidiorum incendio, Germaniam iterum profligarent, clauſulam *de non reſtituendis in Palatinatu ſacris Euangelicorum*, ſuggeſſiſſe. Ceterum in eo nunc eſt Elector, vt cauſam Caeſaris in adſerenda Hiſpaniae Monarchia ſtrenue adiuuet, quo ipſo & boni *ciuis* & coniunctiſſimi *affinis* elogia promereretur.

In tanta ſororum foecunditate ſterilitatem duplicis coniugii in Principe ſuo dolent ſubditi Palatinatus. Inprimis, quod fratres omnes, vnico Carolo Philippo *(n.* 1661.*) excepto*, Equeſtri *atque* Sacris *Ordinibus addicti, coelibatum ex lege foueant, quae ſine dignitatum iactura nequit perfringi. De* Veldentina *hereditate ſuo loco. Ceterum id quoque ad laudem facit celſi animi Principis, quod vrbes, in Gallicis bellis*

 deſtru-

deſtructas, condat *iterum*, *magnis impenſis* reſidentia *Heidelbergenſi intra paucos annos priſtino fere decori reſtituta.*

CAPVT II.

TITVLI

Comitum Palatinorum Rheni.

SECTIO I.

ELECTORIS.

Comes Palatinvs Rheni, S.R.I. Elector.) *Palatinam* hiſtoriam in proximo capite ſumus proſequuti: iunctis *Electoratus antiqui* controuerſiis p. 611. ſq. & alibi, de quibus in *Boica* quoque lib. IV. p. 556. ſcripſimus. Quo autem caſu *illum* an. 1622. Palatina domus amiſerit; atque anno demum 1648. *Artic. IV. Inſtrum. Pac.* §. 15. Electoratus *Octauus*, in gratiam multati Principis Palatini in S. R. I. factus, communique Ordinum auctoritate adprobatus ſit, p. 623. dictum pariter doctumque.

Notatu digna, *quod* a) octauus *Electoratus in omnes lineae* Rudolfinae *principes duraturus*; b) *expiret is tamen atque* priſtinus *bonor Palatinis* redeat, *Wilbelmina linea apud Boicos extincta*; c) *qui primo quondam poſt Bohemiae R. loco fuerant*, *nunc* vltimum *teneant Palatini*; d) *quaeſtio ſit*, *an*, *Rudolfina linea exareſcente*, *pereat quoque* octauus *Electoratus?*

Et Archithesavrarivs.) Tabulae Weſtphalicae *octauum* Electoratum nominarunt, in Palatinos Comites transferendum; nihil vero de *archiofficio* S. R. I. ibi diſpoſitum legebatur. Inde noſtris certa fides, *Archidapiferatum* ſibi relictum eſſe: ſed carere eodem nolebant Boicae duces, honore, vt credebant, cum Electorali dignitate firmiſſime connexa. Res ad inteſtinos motus ſpectare videbatur, ſed ita tandem compoſita fuit, vt crederetur *Archidapiferatus* Boicae ducibus; Palatini autem

tem Comites cum nouo Electoratu nouum *Architheſaurarii* munus in S. R. I. acciperent.

Docent haec, quod Electoratus eſſe poſſit ſine Archiofficio, vt olim Archiofficiales fuerunt ſine auctoritate, Caeſarem eligendi, quae omnibus S. R. I. ordinibus tum adhuc fuerat communis. Subſannationes exterorum nullius momenti ſunt, Imperium Romano-Germanicum Archithesaurarium conſtituiſſe; neque tamen gaudere theſauro. Officio ſuo noſter in Coronatione Caeſaris defungitur, vt coronam geſtet, & miſſilia ſpargat in multitudinem. Subofficialis eſt Comes de Sinzendorff, *quem* Carolus Ludouicus *Elector* 1673. *in Comitiis elegit, atque honore hoc inueſtiuit*, ſuo *arbitratu, non* Caeſaris *aut Electorum. Quamuis credibile ſit, illum* Sinzendorfios, *ob inſignia in domum Auſtriacam merita, ad hanc ſpartam commendaſſe. An priſtinum* aurei pomi, *an nouum* coronae *ſignum inter inſignia Palatinorum? Cur non* clauem *geſtent, loco coronae, quod in aliis regnis vſu receptum eſt. Reſp. Ea Archicamerarii ſymbola olim fuiſſe, nullo iure hodienum ſublata.*

DVX BAVARIAE.) Eius rationem plene habuimus Lib. IV. cap. 1. & 2.

An recte Boicam Electoratui poſtponant? cum a) gentilitium *nomen & ipſum hoc ſit Palatinorum.* b) *Boioariae duces* Palatini *titulum praeferant* Electoratui, *vt adeo pari ordine noſtri etiam Principes ducatum Boioariae dignum habere debeant.*

IVLIACI, CLIVIAE ET MONTIVM.) In Poruſſiae Regis prouinciis omnes hi ducatus ſigillatim deſcripti ſunt Lib. II. c. 2. quorſum lectores remittimus. Praetenſionis argumenta ſuo loco expendentur.

Differt hic cum titulo Regis Poruſſiae: quod Palatinus *principio* Iuliacum *ponat*, Cliuiam *vero* Poruſſiae *Rex ceteris omnibus non fruſtra praeferat.* Montium *ducatus Cliuiae poſthabetur: quamuis neque hanc poſſideant Palatini.*

COMES VELDENTII.) Eſt *comitatui* huic ab antiqua *arce* ad Moſellam adpellatio, vbi Comites Veldentini in omnium fere ſeculorum annalibus occurrunt. *Defecit* maſcula eorum progenies in *Friderico*, an. 1440. cuius *filia* Anna *vxor* facta Stephani, Comitis *Palatini*, fratris

tris Ludouici Barbati Electoris p. 617. quo connubio *Comitatus* domui Palatinae illatus fuit. *Alexander* nepos Stephani p 624. *Veldentiam* filio ſecundo genito *Ruperto* attribuit: vnde linea *Rupertina* vel *Veldentina* originem ſumſit. Defecit tamen haec in pronepote *Leopoldo Ludouico* an. 1694. quod p. 624. eſt annotatum. Argumenta principum controuertentium ſuo loco exponentur.

Nomen vulgo a gente Anciana, *quaſi* Validos Ancianos *dixeris*, *ſolent deriuare. Henrici I. tempore circa an.* 930. Philippi, Comitis Veldentiani, *memoria celebratur: vt recentiores praeteream. Quamuis vero* matrimoniali *iure* Veldentia *Palatinis obuenerit: vltimi tamen principis filiae, quarum aliquot habuit ſuperſtites, nihil ſibi regionis in Comitatu aſſeruerunt, partim, quod* a) *pacta domus femellas, vel vno maſculo agnato ſuperſtite, a ſucceſſione excludant;* b) *maſculis ſuperſtitibus, nulla feminei ſexus ratio in ſucceſſione habeatur. Neſcio, quid* Tolnero *in mente fuerit, quod* ducatus Veldentini *memoriam audeat celebrare.*

SPANHEIMII.) Comitatus in partes *anteriorem* & *poſteriorem* diuiditur. Et illa & haec inter Principes *Palatinos* & *Badenſes* Marchiones ſunt diuiſae. In *anteriori* tres quincunces, **drey Fünftheil**, *Palatinus*; reſiduas duas, **die zwey übrige Fünftheil**, *Badenſis* poſſident: *poſterior* autem Principi *vtrique* ex *aequo* eſt *communis*. Quo vero iure cuique ſua acceſſerint, intereſt cognouiſſe. Olim *Spanheimenſis* comitatus *duos* Comites aluit; vnum in *anteriori*, alterum in *poſteriori*. Accidit, vt Comitatus *anterioris* heres, Eliſabetha, quod maritum Comitem Palatinum habuiſſet, huius ſuperſtitibus agnatis *quintam* ſui Comitatus partem donaret 1414. reſidua portione **der vier Fünftheil**, heredi ab inteſtata Iohanni, Comiti Spanheimii, *poſterioris* relicta. Non multo poſt huius etiam Iohannis ſtirps maſcula defecit. Is ergo duarum *ſororum* maritis, quarum prima *Loretta* Henricum, Comitem *Veldentiae*; altera *Mechtildis* Rudolfum, Marchionem *Badenſem*, habuerat, omnia ſua an. 1434. reliquit. Tandem Henrici Veldentini ex filio Friderico neptem *Annam* Stephano, Comiti *Palatino*, marito ſuo, & Veldentina & *Spanheimenſia* attuliſſe, paulo ante ſupra ſcripſimus, vt Elector Palatinus

latinus *anteriori* Spanheimio *quintam* donationis titulo; *duas* vero *quincunces in eodem*, cum *dimidia* poſterioris Comitatus parte *matrimonii* iure a maioribus acceptas, hodienum poſſideat. Tabula rei lucem dabit: quamuis in gente *Spanhemenſi* numeranda auctores admodum *varient*; etiam illi, qui ad publicam archiuorum fidem volunt prouocare.

Simon, Comes Spanhemii *vtriuſque*.

Hintere Graffſchafft. — Vordere Graffſchafft.

Hintere Graffſchafft:
Iohannes, Comes *poſterioris*.
Iohannes.
Henricus. Baadiſcher Antheil.
- Iohannes Sororum maritis ſua donat.
- Loretta, vx. Henrici *Veldentini*,
  - Fridericus.
    - Anna, Vxor C. P*alat*. Stephani p. 617. quae alteram partem vtriuſque Spanhemii transtulit in Palatinos. Pfälziſcher Antheil.
- Mechtildis, vx. Rudolfi, March. *Badenſis*.

Vordere Graffſchafft:
Simon, Comes *anterioris*.
Walramus.
Simon.
Eliſabetha heres, nupta *Ruperto*, *C. Palatino*, ſocero ſuo vnam quincuncem donat, p. 613.

Hic igitur Comitatus & feminas in ſucceſſione admiſerat, & *teſtamentarias diſpoſitiones. Inde tela Aurelianenſia. Aſt vero ab* antiquo *eius ad* hodiernum *ſtatum nulla conſecutio: neque* feminis *iura ſuccedendi*, maſculis *adhuc* ſuperſtitibus *agnatis*.

MARCAE, RAVENSBERGAE.) Deſcriptiones horum Comitatuum in prouinciis *Poruſſiae* Regis Lib. II. exhibitae ſunt.

Poruſſiae Regem e Cliuenſi hereditate haec dominia poſſidere, loco citato ex pactis Düſſeldorfenſibus oſtenſum.

MOERSIAE.) Haec regio *Cliuiae* ducatus *feudum* eſt, neque *clientelae* officium Moerſiae *Comites* Cliuenſium *dominis* vnquam negare potuerunt. Hermanno Comite an. 1589. ſine ſobole mortuo, *Moerſiae* C. vacui iure Cli-

Digitized by Google

uenſi ditioni acceſſit. Sed *mortui* vxor Walpurgis, e Comitibus *Hornianis* oriunda, *teſtamentum* mariti pro iure ſucceſſionis ſuae allegauit. Imo & ipſa *Mauritium*, principem *Auriacum*, heredem inſtituit. Quamuis vero Cliuiae duces iura ſua clariſſime demonſtrarint: manſit tamen poſtea *Moerſiae* C. in manibus Principum Auriacorum. Amant igitur memoriam iuris in titulo refricare Comites Palatini. Licet enim *Cliuiae*, quae *Poruſſicae* ditionis eſt, Moerſia pars ſit; atque ipſi Palatini in publicis pactis iura ſua ceſſerint Brandeburgicis: propter mutuam tamen, ſi fors tulerit, ſucceſſionem & ipſi huic iuri ſibi inuigilandum eſſe exiſtimant.

Quare Poruſſiae R. titulum hunc omittat? *In promtu forte cauſa, quod* feudum *mediatum ſit, ſub* Cliuiae *ducatu intellectum.*

Dominvs Ravensteinii.) Dynaſtiam hanc in prouinciis *Poruſſiae* Regis pariter deſcripſimus. Quamuis, quod Lib. II. dictum, eam poſſideant *Palatini.*

Portio Cliuenſis hereditatis quo iure Palatinis acceſſerit? docet Pufendorfius.

SECTIO II.
PRINCIPVM LINEAE SVLZBACENSIS.

Dvx Svlzbacensis.) *Suos* quondam *Comites* habuit *Sulzbacum*: quorum *ſtirps* in Gebhardo V. circa an. 1225. *defecit.* Exinde *vicini* Boioariae duces ſibi Comitatum aſſeruerunt, dubium, an Caeſaris *beneficio?* an *cognationis?* an *matrimonii* iure? Anno demum 1509. in compenſationem Landshutanae *hereditatis* a Boioariae ducibus in *Palatinos* regio *Sulzbacenſis* translata eſt (Lib. IV. p. 557 ſq.) Quo tempore *Sulzbacum* Neoburgenſi rami palmitem effecerit p. 624. clarum eſt, cum ſummo *territorii iure* Comitatum *Sulzbacenſem* hodie moderatur Christianvs Avgvstvs, Senior inter omnes Principes Germaniae. Studio rerum *Ebraearum* ac *Chymiae* principem delectari, aiunt, quarum ſcientiarum callentiſſimus ſit.

Cruſius,

Cruſius, *Auentinus*, *Lazius*, *Hundius in rebus Sulzbacenſibus conferantur.* *Quod* ducem *ſe dicat princeps*, *id* ſtirpi *debet*, *non regioni : quae intra comitatus*, *principali dignitate ornati*, *rationem ſubſiſtit.* *De controuerſo* comitiorum *iure principis ſuo loco.*

SECTIO III.
PRINCIPVM LINEAE BIPONTINAE.

DVX BIPONTINVS.) Gemini-pontis regio *ſuos* olim *Comites* habuit, ciuitatis iure in S. R. I. inſtructos. Quorum non infrequens in medii aeui hiſtoriis memoria. Quod vero *Bipontium acceſſerit Palatinis*, id duabus cauſis factum eſt. Anno enim 1385. *Rupertus* Com. Pal. tenax *alteram* Comitatus Bipontini partem ab Eberhardo Comite *emit* (p. 612. ſq.) pretio 24000. fl. Rhenan. ſoluto. Sed idem, quod fratribus, ſibi inimicis, ſucceſſionem inuideret, *reſiduam* quoque partem *Bipontii* in *feudum* obtulit Palatinis Comitibus. Inde *vacui* iure Comitatus a quibusdam creditur Palatinatui Rhen. acceſſiſſe. Peculiaris lineae *Bipontinae* cum reliqua ſtirpe *Palatina* nexus e p. 625. repetendus eſt. *Fortuna* ſingularis lineae huius, qua eius principes, *cognationis* cauſa, *Sueciae* regnum acquiſiuerunt, alibi docetur. Regit nunc *Bipontinum* ducatum per praefectum aliquem Sueciae Rex CAROLVS XII. princeps *aetate* iuuenis ; rerum vero in orbe geſtarum gloria ſupremae ſenectae laudes ſupergreſſus.

Comitatus *dignitatem non egrediatur Bipontium.* *Hinc in nimietate peccant*, *qui* ducatus *nomen ei tribuunt.* *Niſi forte* poſſidentium *dignitates reſpicias*, *quibus adpellationem* ducis *nemo negauerit.* *Q.Q.* *Cur non & Elector Palatinus hoc titulo vtatur ? & cum inter S. R. I. ſtatus locum quondam habuerint Comites Bipontii*, *annon eadem quoque praerogatiua ad poſſeſſores pertineat Palatinos.* *De* recuperatorio *iure* Gallorum *ſuo loco.* *An* conſultum *ſit Suec. R. Bipont. ducatum alienare ?* *An ſine* agnatorum, & Imperii *auctoritate hoc fieri* iure *poſſit ?*

SECTIO IV.

PRINCIPVM LINEAE BIRCKENFELDENSIS.

COMES DE RAPPOLSTEIN.) Birckenfeldium vlterioris *Spanheimii* Comitatus portio ac oppidum eſt, cuius ſuperius rationes a nobis habitae ſunt. *Rappolſteinii* autem dominia vxoris nomine poſſidet CHRISTIANVS, noſtrae aetatis princeps & religionis conſtantia & mira quadam animi excellentia laudatiſſimus. Gall. R. caſtra is hactenus non ſine ratione ſequutus eſt.

Palatini huius ortum ac nexum cum reliqua ſtirpe Palatina *p. 625. licet intueri. De* Rappolſteinenſi *controuerſia ſuo loco* (*).

CAPVT III.

PRAETENSIONES

iuraque controuerſa Comitum Palatinorum.

§. I.

De ſucceſſione in VELDENTINO COMITATV ab anno 1694. acerrime ligatum eſt; *ſingulis* Palatinae domus principibus per cauſarum *argumenta* ad diſceptationis *ſocietatem* aduocatis. Controuerſiam neque hodie compoſitam eſſe, ſcimus.

Leopoldi Ludouici, Veldentini *Comitis (p. 625.) ratio viuendi auſtera ſatis, nimium religioſa, plena calamitatum ac funeſta*

(*) In Palatina domo neque primogeniturae, neque diuiſionis iura probauit Georgius Ioannes, princeps Palatinus. Potius commune voluit vniuerſae domus aerarium: unde plura praecipui iura primogenito: cetera fere communia (†).

(†) Extat principis Palatini Georgii Ioannis conſilium, ea de re ſcriptum: Wie ein Fürſtlich Hauß zu erhalten. Quod edidit BESOLDVS lib. 1. diſſ. nomicopolitica 5. p. 78. 79. 80. ſq.

funeſta fuit. Aerumnarum caſus fuerant a) exilia *e regione ſua per Hiſpanum olim militem poſt iniurias Gallorum ;* b) mors *duobus* filiis *in praeliis illata ;* c) ſcelera *filii* Guſtaui Philippi , *de quo vltimum ſupplicium ſumſit moeſtiſſimus pater in carcere Lautereccenſi ;* d) *puriorum* ſacrorum *a filia facta* eieratio. *Defuncti, poſt tot miſerias, hereditatem poſtularunt, (I.) ELECTOR Palatinus* a) *vi iuris primogeniturae*, b) *e Conſtitutione Ruperti :* Dafern aber von unſern Söhnen welche mit Tod abgiengen, ſo ſollen deren Theile unſerm älteſten Sohn und deſſen Erben zufallen. *II.) SVLZBACENSIS* a) *quod primogeniturae iura* nondum *ſancita fuerint, linea Veldentina conſtituta ;* b) gradus *proximitas omnino attendenda in linea ſeniori (p. 625.) Deinde (III.) SVECIAE Rex, quod* a) *is* heres *a defuncto principe ſcriptus eſſet, ne ſcil. Electoris ſucceſſione Lutheranis ſacris periculum afferretur ;* b) recuperatorii *iuris ratio teſtamentum firmare videretur. (IV.) BIRCKENFELDENSIS demum, quod* a) aequitas *iuberet, vt portio eius omnium tenuiſſima ex hereditate Veldentina augeretur ;* b) *quae* ſpes *ei quondam etiam facta ;* c) *in tanta nunc* graduum *cum defuncto propinquitate. Inſtituerat Galliarum R. in* Metenſi Camera *recuperatorium iudicium, vbi cauſae agerentur regionum in* Auſtraſia *quondam ſitarum. Ceteris ergo fori* incompetentiam *declinantibus*, Birckenfeldenſis *ſolus litem ibi agnatis intendit. In cuius fauorem* ſententia *quoque an.* 1696. lata *eſt a Gallicis iudicibus, mox tamen iuſſu Regis illa iterum* ſuſpenſa , *atque in Ryſuicenſi pacificatione an.* 1697. *prorſus* abrogata *fuit, cauſae deciſione* S. R. Imperio *relicta.* De poſſeſſorio *tum etiam litigari coeptum, hoc iure ſibi* Palatino *Electore vindicante, repugnantibus* Bipontinis. Singulorum *Principum iura* ſcriptis publicis *ventilata*, Germanice *extant ; ſed* Birckenfeldenſis *ſua* Gallice *edidit Argentorat. fol.*

§. II. De HEREDITATE vltimi ſuae lineae ELECTORIS *Caroli* ab anno 1686. diuerſe diſceptatum eſt ; VELDENTINO *Electoratum*, AVRELIANENSI principe feuda *feminea* & bona cuncta *allodialia* defuncti, contra domum NEOBVRGICAM, quae ſibi haec ſingula arrogauerat, poſtulantibus.

Princeps

Princeps Veldentinus *in propinquitate* gradus, *vno enim propius is attingebat defunctum, quam Neuburgenſis* (*p.* 625.) *vim atque robur argumenti poſuerat:* primogeniturae *beneficio contra nitebatur* Neoburgenſis, *qui etiam, illo prorſus excluſo, in cauſa ſua obtinuit. Sed maior longe* altera *illa Electori controuerſia fuit cum femina principe* Aurelianenſi. *Petebat haec* (I.) feuda feminea, *quod* a) *vnica* ſoror *eſſet, ſine prole mortui, Caroli Electoris, adeoque proxima heres;* b) *ſucceſſio, in feudis neceſſaria, mutari nequiret vltimi poſſeſſoris voluntate.* (II.) Allodialia *& bona* mobilia *quaeuis defuncti, quod* a) parens *Carolus Ludouicus teſtamento Aurelianenſem principem, filiam* ſubſtituiſſet; b) *ipſe Neoburgicus in pactis* Halenſibus *promiſiſſet, Electoratu accepto, in cetera Electoris bona nihil poſtulare;* c) *teſtamentum* fratris, *Electoris, neque parentis tabulas tollere poſſet, neque rite factum eſſet. Legantur hanc in rem* Primitiae Actor. Compromiſſi in cauſa Duciſſae Aurelianenſis contra Electorem Palatinum 1700. 4t. *Sed* reponebat *Elector* Palatinus *ad* (I.) a) *Feuda, etiam* acquiſitione *feminea, poſtquam Electoratui* innexa *fuerint, eandem cum illo naturam accepiſſe;* b) *Palatinas* conſtitutiones *femellas quasque a ſucceſſione immobilium excludere;* c) *maxime, ſi* maſculi *adhuc agnati* ſuperſtites *ſint;* d) *accedere, quod* in dotalitiis *pactis & vxor & maritus principes Aurelianenſes* nuntium miſerint *omni in regionibus ſucceſſioni;* e) *Palatinas vere* quasuis *ditiones, pauciſſimis exceptis, vel matrimonii iure, vel emtionis aut donationis titulis acquiſitas fuiſſe, vt adeo, his* ſubductis, pauciſſimae *Electori remanſurae ſint, quibus dignitatem Electoratus tueri oneraque ſuſtinere poſſet. Ad* (II.) *excipiebat Palatinus* a) vltimo *defuncti Electoris* teſtamentum *reſpiciendum eſſe;* b) *omni iure* fratres *ſororesque tabulis poſſe ab hereditate* excludi. *Conſulatur* Iuſtitia Cauſae Palatinae, Romae oſtenſa *in* 4*t. Quod ſcriptum Pacificatoribus* Ryſuici, 1695. *exhibitum fuit. Ceterum controuerſia primum* Heidelbergae *tentata: poſt in comitiis* Ratisponae *propoſita: commendata enim* Viennae: *deinde ſub* compromiſſi *formula Romae coram Pontifice acta:*

cta: intermiſſa poſt, flagrante bello, atque in pace demum Ryſuicenſi *iterum agitata: hinc nouo* compromiſſo *a Gallicis & Caeſareis adminiſtris ventilata Francofurti: donec tandem* Romam *ad Pontificem remitteretur. Sententiam, nunc tandem anno* 1702. *ibi latam, allegauimus ſuperius p.* 627. *Gratulari omnino liceat Electori de cauſa finita, ne, quod prudentes diuinabant, vicino iterum hoſti noui belli tegumentum ſit, Palatinatum miſere expilandi ac diripiendi.*

§. III. Iudicia recuperatoria *Gallorum* Geminum Pontem ſiue Bipontinvm Comitatvm Regi ſuo anno 1682. adſerere voluerunt: Sed iniqui poſtulati Gallos poſtea ipſos poenituit, lite etiam in Ryſuicenſi pace omnino eierata, quam tanto olim impetu poſſeſſoribus intenderant.

Recuperatorum argumenta erant: quod Bipontinum comitatum a) *partim* Virodunenſia, b) *partim* Metenſia, c) *partim etiam inferioris* Alſatiae *feuda abſoluerent;* d) *veteres* Auſtraſiae *regni limites Gall. Rex repeteret. Libellos, in vtraque Camera* Metenſi ac Briſacenſi *a regno* fiſcali *exhibitos* Leonardus *habet* en ſon traité de paix Tom. IV. & V. *Sed ſcite* Sueci, *heredes Bipontini, regeſſerunt* a) *Bipontium partim emtione, partim donatione ac conceſſione Caeſarea Palatinatui ante tria fere ſecula acceſſiſſe;* b) neque vllum *Germaniae principem rei ſe tum* oppoſuiſſe; c) aliam *Bipontina faciem induiſſe, Palatinatui* annexa. *Conſule* Grauamina de tribunalium Metenſis & Briſacenſis molitionibus in ducatum Bipontinum 4t. *Porro, Sueciae Regi* Friderico Ludouico 1681. *mortuo, de ſucceſſione in* Bipontinum *Comitatum alia controuerſia cum* patruo *fuerat* Adolfo Iohanne, *qui* gradus *proximitatem allegauerat pro firmiſſimo iuris argumento. Tabula rei lumen dabit.*

Iohannes

Iohannes D. Bipontin. m. 1604.

Iohannes, Tutor El. m. 1635.	Fridericus Caſimirus m. 1645.	Iohan. Caſimir. vx. Cathar. R. Suec. f. m. 1652.		
Fridericus morte a filiis praeuentus 1661.	Fridericus Ludouicus *ſucceſſor* patruelis 1661. ſine prole m. 1681.	Carolus Guſtauus R. Suec. m. 1660.	Adolfus Iohan. *gradu propior* in Bipont. ſucceſſione, m. 1689.	
Charlotta Friderica, cui Sueciae R. *praefe-ctuaram* Biponti commiſit regendam.		Carol. XI. R. Suecor. m. 1697.	Adolfus Iohannes n. 1666.	Guſtau. Samuel n. 1670.
		Carolus XII. n. 1682.		

Formido tum Suecos inuaſerat, *ne* Galliae *Regi iura ſua* cederet Adolfus Iohannes. *Sed ille plus ſibi nocuit hoc poſtulato, quam in eo profecit. Interim Galliae R. ob cauſas, modo deſcriptas, occupat Bipontium. ſed occupatum an.* 1692. *Sueciae mox Regi, vt auram eius contra magnum illud foedus*, der groſſen Alliance, *captaret, iterum offert, gratis reddendum. Ne tamen proprii commodi ergo a communi foedere abiiſſe videretur Rex Sueciae;* Bipontium *relictum Gallis vſque ad an.* 1698. *quo Sueciae adminiſtri comitatum, nomine principis ſui, iterum in fidem acceperunt. Venditurum eſſe Suec. Regem Gallis Bipontium* 1700. *ſaepius fama fuit, ſed figmentoſa magis, quam vera.* Praefecta, *finita demum bello, ſe abdicauit, praefectura Bipontini Comitatus. Querelae Suecorum* (*).

§. IV.

(*) De abbatia *Hornbacenſi* (a) cum Epiſcopo *Spirenſi* lites quondam habuerunt Duces *Bipontini* (b) an. 1631. Spirenſis enim Antiſtes *dominium* ſibi *directum* adrogauit in abbatiam, quod ei Henricus III. Imperator an. 1087. conceſſiſſet (c). Ex aduerſo contenderunt *Bipontini*, Comites Wernerum & Guidonem, agnatos, abbatiam condidiſſe, reſeruato ſibi & dominii directi & aduocatiae iuribus, in quorum loca Bipontini ſucceſſerint (d). Tempore enim euangelicae reformationis abbatiae ſubditi & proceres purioribus ſacris

§. IV. Germershemivm, nobiliſſimam atque ampliſſimam praefecturam Galliarum R. ſententia a *recuperatoribus Briſaci* lata, ſibi quoque vindicauit. In *Ryſuicenſi* autem pacificatione 1697. reddita praefectura, atque

cris ſe addixerunt (e), qua occaſione Bipontinus faciem abbatiae mutauit, ac reditus illius ſcholae addixit (f), idque ante pacem religionis 1552. Verum Comes *Salmenſis* etiam poſt obtinuit a Bipontino, vt illi ceu abbati aliqui abbatiae reditus reſtituerentur (g). Is vero vt principis euangelici iugum excuteret, propria iura Wormatienſibus vocauit in memoriam. Quorum Antiſtes rem ad Caeſarem detulit, ab eoque, vt tum erant tempora, obtinuit facile, vt an. 1631. abbatia a milite Caeſare Wormatienſi vindicaretur. Aegre id tulit Bipontinus, praeſertim id factum fuiſſet absque cauſae ſufficienti cognitione (h). Quo fine ſcriptum edidit publicum, in quo cauſas querelarum indicauit (i).

(a) Coenobium eſt, S. Benedicto ſacrum, in tractu Bipontini principatus *Matt. QVADE* in Teutſcher Nation Herrlichkeit cap. 39.

(b) Hoc enim anno a milite Caeſareo Hornbacenſi abbatia priuati ſunt, cauſam aduerſus illos agente Epiſcopo Spirenſi.

(c) Diploma exhibetur in der gründlichen Information, wie es mit Occupirung des Pfaltz-Zweybrückiſchen Cloſters zugegangen, *part. 1. p. 48. 49.* Ex quo haec inprimis verba ſunt huius loci: *Henricus R. Imperator, Auguſtus. Si in dominico agro caduca ſeminamus, in tempore meſſis fructu centuplicato ſuper menſuram recipere ſperamus: Huius ergo cauſa ad Altare Genitricis, quod Spirae eſt in ſtructu contectatricis noſtrae, Berthae, Imperatricis Auguſtae, atque filii noſtri Cunradi Regis, nec non Ruodigeri, cognomine Huozmann, eiusdem eccleſiae antiſtitis, tum animabus parentum noſtrorum, p. m. Henrici Imperatoris & Agnetae Imperatricis &c. abbatiam, nomine* Hornbach, *in pago* Bliſengauwe, *in comitatu Gottfridi ſitam, cum omnibus ſuis appenditu &c. in proprium tradidimus, vt Epiſcopus de abbatia poteſtatem habeat obtinendi, commutandi, precariandi, &c. Signum domini Henrici III. Rom. Imperatoris. Hermannus cancellarius vice-Wizelorius recognoui 1087. regni 33. imperii 4. Spirae.* Meminit etiam huius donationis *Lebmann.* lib. 5. cap. 41. fide *Bruſchii* in monaſteriologia.

(d) Libellus *Bipontinus p. 15. 16. parte 1.* ſe fundat in ſucceſſione in territorium Bipontinum, de quo ſit etiam *Hornbach* coenobium. Daß die Abtey und Cloſter Hornbach

que hypothecae loco, in eum caſum *Aurelianenſi* conſtituta,

bach in meinen *Territoriis* gelegen, und vor vierhundert und mehr Jahren der Graffſchafft zu Zweybrücken, und mit ſelbigen der Chur Pfaltz geworden, ita an. 1619. *Merian* typogr. Palat. p. 63. ait: es wären Hornbach und Bergzabern von den Grafen zu Zweybrücken vor 25000. fl. verkaufft worden.

(e) Neque coacti ſunt vel coenobitae, vel incolae ac ſubditi coenobio.

(f) Pfalzgraf Wolfgang zu Zweybrücken habe, ehe er in Franckreich gezogen, und daſelbſt geſtorben, eine Schule da angeleget, *Merian* p. 63. *Auctor* der gründlichen Ausführung p. 17. Anno 1535. habe der Abt Johannes von Kindhauſen ſeine Profeſſion verlaſſen, und nur noch 3. Conuentuales im Cloſter geweſen, davon auch 2. ihren Habit abgeleget; ſo habe Pfaltz-Zweybrücken eine Schule an ſtatt deſſen in Hornbach angeleget.

(g) Graf Antoni von Salem habe von Pfaltz-Zweybrücken bloß Bittweiſe, und alſo iure precarii den Nahmen, Abt zu Hornbach, und etwas an Gehalt bekommen. Aber nichts als den Nahmen beſeſſen. Deductio Bipontina part. 1. p. 19.

(h) Plura ſunt, quae vrgent Bipontini aduerſus Spirenſem Epiſcopum. *Primo*, quoad modum rei, quod deiectio facta fuerit ſine cauſae cognitione, ſtudio partium, ad falſa narrata, contra pacem religionis. *Deinde* rei ipſius momenta haec eis ſunt. Quod 1) Hornbach ſit in Bipontino territorio; 2) abbates nullo non tempore principes Bipontinos agnouerint dominos territoriales; 3) Metenſis Epiſcopus eos an. 1210. in ius vocauerit non intuitu monaſterii, ſed tantum quarundam pertinentium; 4) Henrici III. priuilegium ſit ſuſpectum; 5) non vſu ſublatum; 6) praeſcriptum, cetera.

(i) Epiſcopus *Spirenſis* edidit: Gründliche und beſtändige Information, was es mit dem Cloſter Hornbach, Benedictiner-Ordens, in der Pfaltz-Zweybrückiſchen Stadt gelegen, vor eine Beſchaffenheit habe. Quod etiam cum animaduerſionibus prodiit Bipontinis, vbi dubia reſpondentur. Verum plene planeque rem conficit cum exhibitione inſtrumentorum: Gründliche ausführliche Information, wie es mit deren ohnlängſthin de facto beſchehenen Occupirung und Einnehmung des Fürſtlichen Pfaltz-Zweybrückiſchen Cloſters Hornbach und deſſelben Pertinentien hergangen. Gedruckt durch Wendel Schneidten, Fürſtl. Pfaltz-Zweybrückiſchen Buchdrucker, 1631. 4t. in 30. Bogen.

tuta, ſi forte in ſoluendis *centum millibus fl.* Elector Palatinus negligens eſſet. Nunc, definita hac lite, quod ſupra ſcriptum, nexu hoc *Germersheimium* quoque liberabitur.

Quo tempore, iure, titulo Germersheimium *Palatinatui acceſſerit? omnino ignoratur. Coniecturae aliquorum ſunt, Ludouicum Bauarum Imperatorem hanc praefecturam ex fratre nepotibus donauiſſe. Sed Gall. Regis* Fiſcalis *pro* appendice Alſatiae inferioris *Germersheimium habuit. Verum & ipſi* Galliae R. legati *in Riſuicenſi conuentu profeſſi ſunt:* agnoſcere aulam, quod regius fiſcalis in nimietate peccauerit, neque Regem lites ſuas facere, quas ipſe pluribus fruſtra intenderit. *Reddita ergo Palatino El. Germersheimii praefectura; eius arbitratui datum, vtrum Aurelianenſi Germersheimium relinquere mallet, donec aliquid in quaeſita hereditate definitum; quam ſingulis annis ſummam ſoluere* 100000. *fl. Illa vero conditione reiecta, hanc Elector accepit; De quo tabulae* Riſuicenſes *manifeſtis verbis diſpoſuerunt.*

§. V. Rappolsteinii dynaſtia a *Birckenfeldenſi* duce, *vxoris* iure ac nomine, *vniuerſa* occupata fuit: alteram eius *partem*, ex eadem prorſus cauſa, ſibi vindicante Comite *Waldeccio*.

Lis haec in quonam potiſſimum verſetur, e tabula intelligi poterit, in gratiam tironum hic ſubiicienda.

Eberhardus,
Comes & Dominus in Rappolſtein, Hohenack & Geroldseck.

Georgius Frid. m. 1651. *communi iure* cum fratre regiones adminiſtrat.	Iohan. Iacobus m. 1673. *communi iure* cum fratre.
Anna Eliſabetha m. 1676. an. 1658. vxor facta Chriſtiani Ludouici C. WALDECCII.	Catharina Agatha m. 1685. vxor facta an. 1667. Chriſtiani BIRCKENFELDENSIS,
Fridericus Antonius Vlricus, n. 1676. factus anno 1700.	*maritus Luiſae*, n. 1678.

Res ipſa ſic ſe habet. Olim communi *iure dynaſtias duo* fratres *rexerant: ſed mortuo* 1651. primogenito, *alter natu* ſolus *accepit vniuerſas. Hoc quoque ſine* maſcula *prole an.* 1673. *decedente*, gener *eius* Birckenfeldius *ex aſſe hereditatem adiuit, quod* a) *iuris regula eſſet, ſi* filia, *ergo heres*; b) Waldeccia *tot gradibus* diſtaret *a defuncto*; c) *neque mortuo* patre *ea aliquid petiiſſet*; d) *Regis Galliarum, tanquam* domini directi, ſententia *fuiſſet lata contra Waldecciae C. poſtulatum. Verum enimuero repoſuerunt* Waldeccii a) *quod hereditas, ex* aequo *diuidenda, cum iure* primogeniturae *nunquam viguerit inter Rappolſteinenſes*; b) *non Iohannis Iacobi, ſed Georgii Friderici perſonam reſpiceret Waldeccia, quae idem iuris a Birckenfeldiis poſtulet, quod* parens *olim cum fratre habuiſſet*; c) *quippe qui natu quoque fuiſſet maior*; d) *maſculo autem ſuperſtite, feminae nihil iuris relictum, quare neque patruum in ius vocaſſet*; e) *Galliae R.* directum *dominium non agnoſceretur ab ordinibus S. R. I. In* Ryſuicenſi *pacificatione mouit coram Caeſareo adminiſtro cauſam* mandatarius *Waldeccius. Sed, rem proſequi vlterius, viri cordati ac rerum intelligentes ei diſſuaſerunt: ne fauore Gallorum, qui pacis iura in manibus tum habuerant, forte in contradictorio obtineret* Birckenfeldenſis. *Ceterum an.* 1700. *in pactis dotalitiis* C. Waldeccii *cum principe* Birckenfeldiana *compoſitam finitamque litem eſſe, ſermone habeo aliorum* (*).

§. VI.

(*) Ius ſacrorum in *Vmbſtattenſi* ciuitate ac praefectura ſibi cum Archipalatino commune eſſe, adfirmat Haſſiae Landgrauius (†); ſed primus alterum in eodem penitus voluit excluſum an. 1662.

(†) Pertinet huc libellus Haſſiae Landgrauii: Gründlicher Bericht des Fürſtlichen Samthauſes Heſſen, wie es um die iurisdictionem eccleſiaſticam in der zwiſchen Chur-Pfaltz und dem Samthauß Heſſen gemeinſchafftlichen Stadt und Amt Umbſtatt beſchaffen, und was deßwegen bishero vorgangen iſt, edit. 1662. in 4t. 13. Bogen. Summa rerum eo recidit, quod vtrique Archipalatinus & Haſſus an. 1521. in haec pacta coiuerint: daß in Zukunfft Chur-Pfaltz und Heſſen Schloß, Stadt und Amt Umbſtatt mit aller Obrigkeit, Herrlichkeit und Nutzungen zugleich ungetheilt haben, nutzen, nieſſen, gebrauchen und beſitzen

§. VI. In iure WILDFANGIATVS, *priuilegio* Maximiliani I. Imp. an. 1518. in vicinis regionibus exercendo, an. 1660. contradixerunt Electori Pal. tres *Rhenani* Archiepiſcopi, Antiſtites etiam *Wormatienſis*, *Spirenſis*, *Argentoratenſis* & *Herbipolitanus:* Dux porro *Lotharingiae*, Comites *Rheingrauii*, & vicina *Nobilitas* S. R. I. Res quoque ad arma venit 1665. Moguntino caſtra in Palatinatum mouente. Sed, facto vtriuſque partis *compromiſſo*, atque arbitris adhibitis *Galliae* & *Sueciae* Regibus, 1667. *Heilbronnae* conuentum eſt: exerceret quidem Elector in memoratis modo regionibus Wildfangiatum, vt tamen modus teneretur, neque iura territorii laederentur, diſtinctione inter *perſonalia* & *territorialia* probe facta obſeruataque.

Querelae (*) *contrariae partis fuerant*, abuti *Electorem ſuo priuilegio*, a) *Wildfangios faciendo, qui tales non ſint;* b) *eximendos eosdem a iure territorii;* c) *tributorum atque exactionum*

beſitzen ſollen. Quod pactum, mutatis ſacris, etiam ad eccleſiaſticorum iurisdictionem prolatum ſit an. 1594. Verum poſtea accuſantur Palatini, quod haec pacta migrauerint, excluſerintque Haſſos nunc vi nunc clam, vt adeo hos ipſos oportuerit paria remedia adhibere pro iuris ſui conſeruatione.

(*) Rei, valde obſcurae, lumen adferam, quod deſtitui video maximae molis ſcripta ac libellos in hoc argumento. Olim patrio iure tantummodo *forum* conſtituerant *origo* aut *domicilium;* non *contractus*, *delicti*, *deprehenſionis* ceteraque hic valuerunt, Romanis legibus tantum ſtatuta, partim, quod iudices omnes Romanae reipublicae *officiales* eſſent, partim quod plures reſpublicae in *vnam* ibi coiuiſſent, vt adeo parum intereſſet, quotumquemque ex eiusdem reipublicae officialibus aliquis iudicem nactus fuiſſet. Contra in *Germanico imperio* tot reſpublicae permanſere, quot prouinciae fuerant ac territoria. Inde ab vna republica ad aliam incolae neque *euocari* poterant, neque cauſae *adpellationibus* aliunde deuolui. Atque adeo illi homines vagabundi, quibus nullibi domicilium fuerat, ſubiecti eſſe videbantur Caeſaris, qua ducis in ſuo domanio, poteſtati; necquicquam dominis ſingularium territoriolorum. Caeſar autem in ſuo domanio Archipalatinum vicarium habet, cumque vicariatu ei detulit iura in hoc genus hominum iudiciaria, id eſt, Wildfangiatum.

ctionum nimietate in ſummam eos egeſtatem redigendo ; d) *in alienis territoriis magiſtratus conſtituendo* die Pfältziſche Ausfauthe, *qui obſeruarent* Wildfangios. *Reponebat Elector* a) *haec partim falſa eſſe, partim* b) *omni ſibi iure competere.* Laudum 1667. *d.* 17. *Febr. publicatum Heilbronnae rem ſic definiebat :* a) *vtatur ſuo iure Elector, ſed eodem* non abutatur ; b) *Wildfangios eſſe prius* doceat, *quam iura in eos* exerceat ; c) modum *teneat in oneribus miſero hominum generi imponendis ;* d) territorii dominis *iurisdictionalia, homagialia, tributoria intacta relinquat, ipſe acquieſcat iure in* corpus *Wildfangii ; nummo* receptitio, dem Fahe-Gulden ; annuo *cenſu,* dem Hauptfall, und dem Weidemahl. *Legantur in cauſa hac :* a) Acta Compromiſſi *in cauſa iuris Wildfangiatus, edita* 1667. *fol.* b) Vindiciae *ſecundum libertatem Imperialem* contra Palatinum Wildfangiatum, *edit.* 1666. *fol.* c) Iuſtitia cauſae Palatinae, *defenſio iuris Wildfangiatus, edit.* 1665. d) *Dauidis* Meuii kurtzes Bedencken von Abfolge der Leuthe, *edit.* Wiſmariae 1685. *De* Boekelmanni *&* Boeclerii *lucubrationibus curſim dictum. In epitome rem tractant Illuſtriſſimus Dominus de* Rhez, Thulemarius, Magerus, Lexicographi *ac ſcriptores iurium publicorum* (*).

§. VII. Ius CONDVCENDI & TELONIORVM Palatino in iisdem fere regionibus in dubium cum Wildfangiatu vocatum eſt. Quam controuerſiam *Heilbronnenſe laudum* ita definiit, vt *vtraque iura* priſtino more exerceret Elector, exceptis tantum *caſibus* ac *perſonis* quibusdam in gratiam dominorum *territorialium.*

Hiſtoria controuerſiae eadem cum priori eſt. Putauerim, haec iura ab Imperatoribus S. Palatii Comiti *collata eſſe, partim, vt is* vices *ageret Caeſaris ; partim vt inde prouenientes reditus eidem* ſalarii *inſtar eſſent, cum difficile admodum ſit, regionem in medio Palatinatu reperire, quam poſſederit quondam Elector, qua* Palatinus. *Ceterum ius* CONDVCENDI *ita reſtrictum*

(*) Cum Wormatienſi Epiſcopo de landſaſſiatu (†) quondam Palatinis litem fuiſſe, accepi.

(†) Fide SCHOPPII in theſ. feud. cap. 2. ſect. 1. p. 211. Inde negat, Palatinum habere concluſum territorium, die Pfaltz hätte kein geſchloſſenes Fürſtenthum.

reſtrictum eſt 1667. laudo Heilbronnenſi: a) *in exteris regionibus iure hoc vtatur Palat. in tranſitu* principum, militum, mercatorum, Iudaeorum, Cingarorum; b) *non vero peregrinantibus ipſis* territoriorum dominis, *aut horum* miniſtris; *perſonis religioſis;* c) *non niſi in viis regiis,* der Heer-Straſſen, *ius hoc exerceatur;* d) *harum ſecuritas praeſtetur.* TELONIORVM *iura libera ſunto Palatino in definitis regionibus principum vicinorum. Ius enim* conducendi *eſt res meri oneris, quae* vectigalium *commoda mereri videtur. Conſulantur in priori* poſtulato *citati auctores* (*).

§. VIII. *Sulzbacenſem* principem S. R. I immediatum effectum fuiſſe, conſtat: ſed PRAECEDENDI iura neque in *Imperii* comitiis, neque in conuentibus *circulorum* definita ſunt.

Poſtulat locum in ſeſſione *ſtatim poſt* Palatinos, *agnatos ſuos,* Sulzbacenſis, *quod* ſanguinis *maior, quam* regionis *habenda ratio videatur. Sed principes, qui Palatinos in ordine excipiunt, opponunt poſtulato,* a) *quod Sulzbacum* Comitatus *tantum ſit, qui* b) *in praeiudicium ac damnum* tertii *nequeat extolli;* c) regionis, *non* natiuitatis *attendenda ſit dignitas. De Bauariae poſtulato in eadem cauſa ſupra explicatum fuit* (**).

Hhh 3 §. IX.

(*) In Bohemiae regnum olim Archipalatinos ſibi ius adrogauiſſe, dictum eſt ſuperius. Verum ex aduerſo contenderunt Auſtriaci, qui Archipalatini poſtulata inter crimina perfidiae & laeſae maieſtatis retulerunt (†).

(†) Inter ſcripta innumera alia prodiit: *Fides Bohemo-Palatina pro Ferdin. II. contra Friderici Comitis Palatini declarationem publicam, cur regni Bohemiae annexarumque prouinciarum regimen in ſe ſuſceperit,* cui adiecta eſt mantiſſa *aduerſus cauſarum coniectionem, quibus moti ſtatus Bohemiae non admiſſo Ferdin. II. ad noui Regis electionem proceſſerunt,* auctore *Valentino CAESARIO Auſtriaco,* acceſſit *Caeſareae maieſtatis edictalis caſſatio,* edit. *Viennae* 1620 in 8. In 11. ſch.

(**) *Controuerſia cum HANOVIENSI* Comite vtrum pecunia ex feudo redacta eſſet feudalis, ita compoſita eſt (a), vt Comes Ortenburgenſis dynaſtiae partem a Palatino Electore in feudum ſuſciperet (b).

(a) Quam litem explicat inſtrumentum ineditum: Vertrag zwiſchen Pfaltz und Hanau, darinnen der Pfaltz das Hanaui-

§. IX. De auctoritate CLAVSVLAE IN IV. ARTICVLO INSTRVM. PAC. RISVICENS. ab an. 1697. ad haec tempora vſque grauiſſime litigatum inter *ordines S. R. I.* & Comitem *Palatinum.* Cuius adminiſtros nunc mitius habere Proteſtantes in regionibus Rhenanis, infra eſt laudatum.

Ordines S. R. I. contra dictam clauſulam ſe opponunt, a) *quod* integrum *non ſit, Caeſari & Principibus Catholicis, Proteſtantibus excluſis,* Sanctionem *Pragmaticam* (Pac. Oſnab.) *tollere aut* mutare *in S. R. I.* b) *imprimis in re,* ſacrorum vſus *concernente, neutri parti fas ſit, altera inconſulta, quicquam machinari;* c) *omne robur* Weſtphalicae *ſanctionis conuellatur, iuxta regulam: quod valet in vno, valet in altero;* d) *in ipſius clauſulae* laxa *nimis* interpretatione *facinus augeatur, neque enim ſub ea intelligi,* 1) *templa locaque, vbi Gallici milites noſtris fidem dederint reſtitutionis, bello finito;* 2) *neque vbi vna tantum & altera vice,* etwa in Winter-Quartieren oder Durchzügen, *ſacra tractauerint Pontificii;* f) *conatus hos pacta* Halenſia *domeſtica perfringant, a parente Electoris iurato inita pro ſalute Euangelicorum. Reponit Elector Palatinus, a) non* ſua *id culpa factum fuiſſe, ſed Gallorum, b) rem in* publica pace *expeditam; c) ipſos* Proteſtantes *in ſubſcriptione formulae pacificatoriae* in partes *abiiſſe. Legantur a)* grauamina Religionis Euangelicae in Palatinatu *an.* 1700. *fol. b)* Apologia, Wahrheit, Unſchuld und Ehren-Rettung, 1700. *c)* Sendſchreiben und beygefügte Anmerckungen über die von den Chur-Pfältziſchen Evangeliſch-Lutheriſchen Conſiſtorial-Räthen heraus gegebene Apologie, *edit. Marpurgi* 1700. 4t. *d)* Collectores *Actorum Comitialium & publicorum. Praeter expectationem certe euenit, vt, cum Anglici & Belgici*

Hanauiſche Thal zu Ortenburg an ſtatt Homburg von der Höhe vereinet, und zu Lehen gemacht.

(b) Cum enim Haſſiae Landgrauius Homburgicam praefecturam quondam feudum Palatinatus oblatum pro ſumma 1200. fl. obtineret, hanc pecuniam feudalem habuit Palatinus: quae lis vt finiretur, Hanau eius loco pecuniae Ortenburgenſem partem in feudum obtulit Palatino. *HERTIVS de feud. oblat. part.* 2. §. 7. *p.* 55.

gici legati, Theologo Lugdunenſi, Spanhemio, interceſſore, in eo fuerint, conſulere in Palatinatu Euangelicis apud Pacificatores Gallos, hi cauſam eorum perdiderint. Sancte enim conteſtatos fuiſſe Gallicos legatos, accepi, non cogitatum vnquam de ſacris Palatinatus, niſi interceſſiones noſtrorum eos in fine tractatuum rei huius admonuiſſent. Sed talia rerum gnaris num perſuadebunt? Prodet forte haec arcana poſteritas. Id dolendum, Euangelicos *neque inter ſe conſenſiſſe, ſed, aemulatione ſemel excitata, aduerſariis animum feciſſe, vtrosque ſupprimendi. Res hactenus in* comitiis *acta fuit; & firma piorum ſpes eſt, fore, vt remedium inueniatur,* tabularum Oſnab. *ſanctitatem, vnicum ſacrorum palladium, ſaluam ac immunem praeſtandi* (*) (**).

§. X. De Boeckelheimensi praefectura lites *Electori* intercedunt cum Antiſtite *Moguntino.* Hanc *Fridericus* Victorioſus (p. 614.) an. 1471. *Bipontino* Comiti, cum quo ob alias cauſas belligerauerat, eripuit, ſibique ac Domui *Palatinae* vindicauit. Tenuit exinde *Boeckelheimium* domus Palatina, vſque dum an. 1663. *Moguntinus* Archiepiſcopus *proprietatem* in eo ſibi tribueret, *pignoris* tantum loco id quondam Bipontinis acceſſiſſe, ratus. Lite ab vtraque parte intenta, *Caeſar* locum *ſequeſtri* iure occupauit.

Argumenta Antiſtitis, a) *Boeckelheimium Moguntinae ditionis fuiſſe;* b) *Bipontii quondam Comitibus oppignoratum;* c) *iure reluendi ſaluo;* d) *hoc ſe pretium offerre Palatinis: accedere,*

(*) Super reuocatione der Berg-Straſſen oppignoratae Palatinis a Moguntino Antiſtite (†) ob auxilium praeſtitum contra Adolfum Naſſouium.

(†) Reuocauit enim oppignorata Moguntinus Antiſtes pretio centies mille florenorum reddendo *Inſt. Pac. Mon. art. 4. §. cum autem*, & quae SCHOPPIVS habet *theſ. feud. cap. 1. ſect. 11. p. 183.*

(**) De ſucceſſione in Boioariae ducatus parte an. 1504. Praeſertim quod Palatina domus eiusdem cum Boica gentilitatis. Vt adeo teſtamentum Georgii ducis eo facilius ſit agnoſcendum (††).

(††) In Boioariae ducatu plane pleneque eſt actum de hac lite. Vnde multa damna ex iſto bello redundarunt in ipſum etiam archipalatinatum.

dere, *quod* e) *Ludouici Philippi* (p. 623.) *filius princeps*, *lineae* Simerenſis, *&* *agnouerit iura Moguntina*, *&* f) *Archiepiſcopo dominium directum praefecturae*, *pactis*, 1663. *initis*, *dederit*, vtili *tantum reſeruato Palatinis*; g) *Simerenſi linea* 1673. *extincta*, *vacui iure ea obuenerit Moguntino* (*). *Tuentur autem cauſam ſuam Palatini* a) immemoriali *bonae fidei poſſeſſione*, b) nullitate *pactorum*, *quae agnatis Simerenſes inierint*, *ſine conſenſu ceterorum* (**).

§. XI. Super iure DIRECTORII in circulo Rhenano *ſuperiori* controuertit *Elector* cum *Bipontino* ac *Haſſiae* principibus.

Habuit quondam directorium *hoc princeps lineae* Simerenſis. *Hac igitur an.* 1673. *extincta*, (*p.* 623.) *ſibi hoc ius cum regione vindicauit* Elector. *Sed contradixerunt* Neoburgenſi Proteſtantes; *quod* Romanis *ipſe ſacris addictus eſſet*; *neque enim* aequalitatem *illam inter* trium *religionum ſocios in S. R. I. ſeruandam*, *pati exiſtimantes in circulo*, *cuius* tot *principes* proteſtantes *membra ſint*, *duos Romanorum ſacrorum directores ferri*. *Sunt itaque eiusdem muneris competitores*, a) *Rex* SVECIAE, *quod* proximus *a Palatino El.* agnatus *ſit*; b) HASSIAE *Landgrauius*, *quod in bello tricennali*, Simerenſi *regionibus multato*, directorium

(*) Legi poteſt ex inſtituto ſcriptus libellus: Abdruck der alſo genannten eigentlichen, doch kurtzen Chur-Pfältziſchen Information, ſamt darauf veranlaßten Chur-Maintziſchen Gegen-Information, über das auf tödtliches Ableiben Herrn Pfaltzgraf Ludwig Henrichen zu Simmern Durchl. ohne männliche Leibes-Erben erledigte, und von Chur-Maintz, als dem Eigenthums-Herrn, am 5. Ian. ſtil. n. 1674. in würcklichen Beſitz genommene Schloß und Amt Böckelnheim, mit darzu gehörigen Städtlein Sobernheim, Monzingen und übrigen Appertinentien, edit. 1675. in 4t. 10. Bögen. Vbi in vno latere iura & libellus Palatinorum, in altero Moguntini habetur. Ad vtrumque facta repoſitio.

(**) Libellus Palatini is eſt: Eigentliche, doch kurtze Information, was es mit dem in an. 1663. unterm Vorwand einer alten Pfandſchafft von Pfaltz-Simmern praetendirten Amt Böckelnheim für eine Beſchaffenheit hat, und wie ſolches von Chur-Maintz in vermeintlichen Beſitz genommen werden wollen, 4t. Qui tamen integre inſertus eſt ſcripto Moguntino modo adlegato.

Digitized by Google

rium *habuerit.* c) WORMATIENSIS *vero Antiſtes, Condirector, ſolus ſibi arrogat dirigendi praerogatiuam*, den Vortrag, *Colligi*rung der *Votorum*, und die Feder: *conſiliis tantum cum Condirectore communicandis. Lis neque nunc dirempta.*

§. XII. CLIVENSEM HEREDITATEM cum domo *Neuburgenſi* diuidere, *conſilii* maiores, quam *iuris*, rationes fuerant Electori *Brandenburgico*. Neque tamen cauſae patroni Neuburgicis defuerunt.

Exitum controuerſiae (ſupra lib. II.) *in Poruſſiae Regis prouinciis monſtrauimus. Palatino*-Neoburgica *argumenta ſunt:* a) *Iuliacenſes ditiones omnes, hisque innexas regiones, feuda* maſculina *eſſe, adeoque* b) *in ea feminis* nulla *ſucceſſionis* iura *competere, niſi illae* c) peculiari *Caeſarum* beneficio *ad ſucceſſionem fuerint habilitatae, quod* d) *anno* 1546. *priuilegio* Caroli V. *Imperatoris omnibus filiabus Cliuenſibus contigerit, beneficio certe, vt inepte perhibebant, ad neptem ex ſorore non extendendo.* Bipontinus *autem &* Burgouienſis, *iure primogeniturae impugnato, admitti poſtulabant ad hereditatis ſocietatem. Tabulam inſpexiſſe proderit* (*).

Wilhelmus, Dux *Iuliae*, Cliuiae, Montium, m. 1592.

Iohannes Wilhelmus, m. 1609. *improlis.*	Maria Eleonora, vx. Alberti Friderici, D. *Poruſſ.* m. 1608.	Anna, vx. Philip. Lud. *Neuburgenſ.* m. 1632.	Magdalena, vx. Iohan. Duc. *Bipont.* m. 1633.	Sibylla, vx. Caroli, *Burgouiae* March. m. 1628.
	Anna m. 1625. vx. Ioh. Sigiſm. El. *Brandeb.*	Wolffg. Wilhelm.	Iohann. Caſimir.	
	Georg. Wilhelm.	Philippus Wilhelm.	Carolus Guſt. R. Suec.	
	Frid. Wilhelm.			

(*) In ſucceſſoria lege multa magnaque in ipſo electoratu Archipalatino diſſidia olim fuerunt hodieque. Nunc enim *diuidi* voluerunt portiones, quod neque Aureae Bullae neque teſtamentis Ruperti Alexandri iura indiuidua ſtabilientibus ſit

In cauſa Palatina prodierunt : a) Vera & perſpicua demonſtratio *cauſae Iuliacenſis e Priuilegio Carolino derimendae ad iura domus* Neuburgenſis *an.* 1654. *fol.* b) Cauſa Bipontina *acta atque demonſtrata* 1655. *fol. ſed ſingulis hiſce ſcriptis ab* auctore *Brandenburgicae deductionis Lib. II. laudatae, plene ac ſolide ſatisfactum fuiſſe, crediderim.*

§. XIII. Simerensia ab *Electoratu* auulſa fuiſſe; ſerio ac ſaepius doluit *Carolus Ludouicus:* verum linea hac Simerenſi an. 1673. *extincta*, redierunt ſingula ad Electoratum, cauſa etiam litis prorſus ſublata.

Notabilis tamen controuerſia fuit, in qua quaeſtio *egregie pro vtraque parte ventilata, de iure* indiuidui *in Electoratibus. Extant* a) Bericht von der Chur Pfaltz nach der Güldenen Bulle, 1651. fol. b) Gegenbericht von Simmern, fol. c) Beſtändige Widertreibung des wegen Pfaltz-Simmern in Druck ſpargirten Gegenberichts, die zu der Chur Pfaltz gehörige Fürſtenthümer Simmern, Lautern u. a. betreffend, fol.

CAPUT

ſit locus: alii in ipſa indiuiduitate adlegarunt iura primogeniturae, alii prioritatem gradus, aliqui ſenioratum (†). Anno tamen 1685. Imperator ſtetit ſenſitque pro electoratus cum indiuiduitate, tum primigenio (††).

(†) Legi hic poſſunt, quae in A. B. commentario congeſſit B. Ludewig *tit.* 25. 7. & quae habent *Lunius*, *Thucelius* in electis iuris publ.

(††) Veldentino plura in ſucceſſione electorali obfuerunt. *Principio* amicitia cum Galliae Rege, qui Veldentinum tueri voluit aduerſus Neoburgicam domum, cui fauerant Auſtriaci. *Deinde*, quod Veldentinus rem, ſepoſita electorali ſucceſſione, in ius maximopere vocaret Simerenſia aliaque electoratui non adnexa. *Tum*, quod Neoburgici adfinitas cum Caeſare non pateretur, eum excidere ſucceſſione in electoratum. *Denique* ipſe Carolus aliud vltima voluntate diſpoſuiſſet.

Digitized by Google

CAPVT IV.

EMINENTIA
Comitis Palatini, & varii generis praerogatiuae.

S. *Palatii* Comitem, Caeſarum *maieſtate*, incredibili fere honorum, immunitatum, praerogatiuarum atque priuilegiorum *amplitudine* decoratum fuiſſe, niſi ad inuidiam vſque, vltra ſortem certe omnium Principum Germaniae, e dicendis facile nunc erit cognouiſſe. Circa potiſſima enim occupabimur.

Cauſae tam magni, prae aliis ordinibus, faſtigii, a) *quod Palatinus per muneris rationem quotidie fere occaſionem habuerit, praeſente Imperatore, bene de Imperio mereri;* b) *ipſe officio Caeſarei mandatarii defunctus fuerit in largitione priuilegiorum;* c) *ſalarii inſtar fuerint commoda, quae inde prouenerunt. Ceterum de* S. Palatii *praerogatiua infra ſcripſimus. An aduerſio quorundam vera, differentiam fuiſſe inter* Palatii *Comitem &* Palatinum? *ego admodum dubito, eam ſcriptores obſeruaſſe* (*).

I. Vicariatvm geſſit *Palatinus* in S. R. I. ampliſſimi muneris competitorem, Lib. IV. p. 560. recenſuimus.

QQ. (I) *de* origine *vicariatus Comitis* Palatini. *R. Geſſiſſe* praeſentis *Caeſaris* vices *Palatinum*, *quidni ergo* abſentis *etiam? Niſi, quod probe notandum, ipſe Caeſar, antequam iter ingreſſus fuiſſet, vicariatum ex aliis Germaniae Principibus* nominaſſet. *Nam omni ſeculorum memoria obſeruaui, vſque ad tempora A. B. Caeſaribus liberum fuiſſe, in* abſentia, *pro* arbitratu *ſuo*, vicarium *e Proceribus Imperii* conſtituendi, *non, quod Tolnerus vult, cum adprobatione* Palatini, *ſed hoc prorſus inconſulto.* Vicarius *ergo fuit Palatinus. Quod ad (II.) quaeſtionem de* neceſſitate *vicariatus facit,*

(*) De praecipui iure Palatini ad Rhenum egit KNICHEN de Sax. non prouoc. iure cap. 1. n. 110. ſq. p. 155. ſq.

facit, his tantum caſibus a) mortuo *Imperatore* ſemper; b) abſente *eodem, ſi alius non ab ipſo Caeſare factus fuiſſet.* (*III.*) *de* amplitudine *vicariatus quaeritur.* *R.* Palatinum & Saxonicum *Vicarios* vniuerſum *S. R. Imperium olim, non* prouinciis *ſeiunctis, quod plerique credunt, ſed* iurisdictione *inuicem diuiſa, adminiſtraſſe, ita, vt Palatinus circa* ciuilia, *Saxonicus circa* criminalia & *res* bellicas *occuparentur. Ita enim* munera *vtriuſque in ſe, etiam* praeſente *Imperatore,* differebant. *Palatini enim* iurisdictio *ciuilis in aula Caeſaris perſpicua ſatis: Archimareſchalli autem munus Saxonis non tantum in* ſtabuli *cura, quod hactenus creditum; ſed in re* bellica *Imperii verſabatur. Hinc eſt, quod* a) *nudatum* enſem *geſtet;* b) *vetuſtiſſimis annalibus ſupremus* caſtrorum praefectus *dicatur*, der obriſte Feld-Hauptmann; c) *coniectura cuiusdam viri ſit, ipſum Mareſchalli nomen a* merre *vel equo; ſed ab* Heer, *id eſt, exercitu originem ſumſiſſe, idemque eſſe ac* Heerſchall; d) *ipſe Rheni Palatinus, vt loca habeo, in Saxonici iuris regionibus vicariatum in* ciuilibus *exercuerit;* e) *Saxoniae Dux, antequam* Palatinatum *Saxoniae, qui tantum* prouincialis *fuit,* (*p.* 654.) *occuparet, vicariatum geſſerit;* f) *magnum hoc munus exceſſerit* prouincialis *palatini honorem quam longiſſime;* g) *neque* Palatini *titulum omiſiſſet Saxo, ſi* vicariatus *iura cum eodem vnquam connexa credidiſſet. Quod vero nunc* prouinciis *diſtinguantur vicariatus, recentioris inſtituti eſt. Arbitrio non cuiusuis relinquimus, an* vicariatus *iura vel Electoratus, vel Palatinatus effectus habere velit. Recentiora enim ſtudia Boiorum & Palatinorum lib. IV. p.* 560. *deſcripſimus.* Freheri, Gewoldi, Spanhemii, Freinshemii, Blareri a Geiersberg, *atque plurium* anonymorum *tractatibus, ex inſtituto de* iure vicariatus *ſcriptis, nouiſſime* Tolnerus *addi poteſt, qui poſt alios non ſpernendam induſtriam in recenſendis vicariis adhibuit. Sed noſtra ſunt, quae hic ſumus commentati* (*).

II. De

(*) Palatinos Comites iure cenſus gaudere ex *Hagenſtolziatu* (†), eſt quidem teſtatiſſimum.

(†) In ditione praeſertim viciniaque *ſiluae Ottonis*, dem Odenwald, iuuenes vigent, quinque annis maiores teneri Hagenſtolziatu teſtes ſunt *Schoenborn* in polit. lib. 1. c. 6. *Schottelius* cap. 1. iur. Germ. p. 10.

II. De iure WILDFANGIATVS, CONDVCENDI, VECTIGALIVM in exteris territoriis paulo ante ſcriptum eſt. Primo generi harum praerogatiuarum vicinus eſt HAGENSTOLZIATVS; quo *Palatino C.* facultas fuiſſe dicitur, *ſeros iuuenes* annuo *cenſu* onerandi, atque mortuorum ſibi vindicandi *hereditates*, parentibus etiam eorum quo ad *legitimam* excluſis.

Tempus onerati *coelibatus alii ab anno aetatis* 25. *alii a* 30. *nonnulli etiam a* 50. *numerare incipiunt in ſexu vtroque. Etiam viduitatem* 30. *annorum huic legi ſubiiciunt. Quae veterum Germanorum hic inſtituta fuerint, peculiari opere deſcripſit* Schottelius. *Antiquiſſima haec quoque Romanorum atque Graecorum ſanctio fuit, quae an* vtilis *in quauis Republica, an in tanta ſeculorum* foecunditate *hodienum neceſſaria? inquirendum Politicis.*

III. Ius ALBERGARIAE, die Atzungs-Gerechtigkeit: HOSPITATVRAE atque APERTVRAE Palatinum C. ſingulari priuilegio ab Imperatoribus accepiſſe, ſcribunt.

Cauſa, quare Caeſaris Vicario *datum fuerit, quod* ipſe *habuerat Caeſ. per vniuerſum Imperium, facilis eſt ad inueſtigandum. Modo de tempore, auctore, amplitudine priuilegii ſcriptores diplomata nobis reliquiſſent.*

IV. Olim ADVOCATVM egit Comes Palatinus *decem* in Germania *Epiſcopatuum*, in quorum numero fuerant Archepiſcopatus *Treuirenſis* & Colonienſis. Sed plurimi ſe ab hoc nexu ſoluerunt, *pauciſſimis* hodie Palatino C. addictis.

Creſcentibus enim iuribus *Epiſcoporum, eis facile fuit, ſub pietatis tegumento*, aduocatiam *deprecari. Acceſſit in vltimis ſeculis mutatio ſacrorum in Palatinatu. Quare Pontificii Epiſcopatus Wormatienſis, Spirenſis, aliique religioni ſibi ducebant, aduocato haeretico fidem ſuam addicere. Quae hodie Electori in his auctoritas? alii videant*(*).

V. Ius

(*) In Palatinatu, iurisdictione conceſſa, ſemper excipiuntur, die 4. Fraiſch- oder Haupt-Fälle (†). Licet idem hoc fieri deberet in aliis etiam Germaniae principatibus.

(†) Teſtis eſt KNICHEN de Saxonum non prouocandi iure cap. V. n. 26. p. 218.

V. Ius RELVENDI OPPIGNORATA a Caeſare aut Imperio tenent Palatini, priuilegio Maxim. I. Imperatoris an. 1495.

Verba caſus exprimunt: Darauf Uns und Unſeren Nachkommen die Löſung vorbehalten iſt. An pacta Caeſareae Capitulationis, jeden bey ſeinen Pfandſchafften zu ſchützen, vſum huius priuilegii tollant? ſolet disquiri.

VII. ORDINIS Equeſtris S. IOHANNIS, vulgo des Maltheſer-Ordens, ADVOCATVS celebratur Rheni Palatinus.

Fide Sprengeri, *recentioris auctoris, ſcribo. Quae hodierna huius iuris facies? non conſtat.*

VIII. IVDEX IMPERATORIS & LL. & obſeruantia S. R. I. eſt *Archipalatinus* Rheni (*).

Patet hoc e cap. V. A. B. §. 3. *verbis* ex conſuetudine *introductum. Caue id intelligas de* criminalibus, *quod* maieſtatem *& Imperatoris labefactaret, & ceterorum Electorum* praerogatiuas. *Quod autem in* ciuilibus *iudicem agnoſcere velit Palatinum ſuum Caeſar :. in eo non tantam* iuſtitiae *laudem, quod alii volunt, mihi is promereri videtur.* Teſtimonia *enim* domeſticorum *omni iure* ſuſpecta *ſunt: quidni &* iudicia *eorundem, inprimis cum A. B. addat*: hoc tamen iudicium Palatinus non alibi, praeterquam in Imperiali curia, vbi Imperator praeſens, poterit exercere. *Melius igitur ſibi S. R. I. ordines conſuluerunt, cauſas hasce* Camerae Imperiali *committendo. Q. cur non mouerit ſe Palatinus, Camera inſtituta, vt ſibi cauſae Imperatoris iudicandae relinquerentur? an inde priuilegium hoc Palatini ſublatum? quo tempore in deſuetudinem abierit?*

IX. Archipalatinus TVTOR eſt *minorennium* REGVM ROMANORVM, imo ipſius Imperii ADVOCATVM quidam eum celebrare amant.

Teſtamentaria forte tutela deficiente. Extant in Caeſarum hiſtoriis aliqua exempla tutorum, *Caeſaribus per* teſtamenta *conſtitutorum principibus ſuis minorennibus, nihil ſe opponente Archipalatino.*

X. Bel-

(a) Quam inconcinna hic ſint ICtorum iudicia, Ludewig oſtendit in commentario ad tit. 5. A. B. vbi huic argumento ex inſtituto ſatisfactum eſſe videtur.

X. Bellis *inteſtinis* diſiecto Imperio Romano, Archipalatinus MEDIATOR eſt legitimus inter diſceptantes ordines ac Imperatorem.

Exemplis hoc firmare, non habeo. Conſtitutio vero extat apud Goldaſtum.

XI. Imperatore aut ignauo, aut negligente, *Archipalatino* ius eſt, LEGATOS, nomine Imperii, & AVDIENDI & dimittendi.

Conſtitutio in iisdem tomis Goldaſti extat.

XII. PRIVILEGIVM de NON APPELLANDO A. B. cap. XI. §. 5. cum ceteris Electoribus debet *Palatinus.* Sed ne amiſiſſe (*) id *non vſu* (**) videretur: Ferdinandi III. diplomate in Palatinatu renouatum eſt an. 1652.

Quamuis baec verba diplomatis: als haben Wir Jhrer Liebden gedachtes Priuilegium gänzlich mitgetheilet und verliehen im Chur- und Fürſtenthum der Untern Pfaltz. *Igitur extra Electoratum in aliis prouinciis integrum ius adpellandi.*

XIII. Ius

(*) An. 1578. Elector Palatinus Ludouicus diploma a Rudolfo II. Caeſare petiit obtinuitque circa hoc argumentum, in quo occurrunt notatu certe digniſſima. 1) Nulla ibi mentio A. B. quaſi ex hac Palatinus gauderet priuilegio de non adpellando; 2) Confeſſio ipſius Electoris, quod ſumma adpellabilis in eius territorio fuerit 600. flor. 3) quam auxit Rudolfus II. ad numeros mille floronorum. Non ego alias hic cauſas adſequor, quam has 1) A. B. in pluribus argumentis auctoritate vſuque fuiſſe deſtitutam; 2) alios Electores ſingularium rerumpublicarum dominos adpellationes neque ante tempora A. B. admiſiſſe; 3) Palatino itaque A. B. priuilegium non ſuffeciſſe. Diploma Rudolfinum an. 1578. exhibet *SCHOENWETTER* in *codice priuilegiorum de non adpell. p. 878. 879. ſqq.*

(**) Hoc putant *Petr. HEIGIVS part. 1. quaeſt. 4. n. 31. ZINZERLING de adpellation concluſ. 70. lit. b. ARNISAEVS de iure maieſt. lib. 3. c. 2. n. 3. SCHVRFFIVS cent. 3. conſ. 29. n. 1. CARPZOVIVS de non adpell. §. 17. n. 72. p. 16.* Sed hi omnes cauſam non adſequuntur genuinam. Nam Electores ius de non adpellando habent vi ſingularis territorii, quod A. B. demum tit. 11. §. 5. confirmauit. Abſit enim, vt credamus, illam hoc Electoribus primum contuliſſe. Verum enimuero illi Electores, qui iura territorii ſingularis non habent,

XIII. Ius NOBILITANDI, gradibus etiam dignitatum ab *infima* nobilitate ad BARONES & COMITES extenſi (*), in vniuerſo S. R. I. habet Archipalatinus. *Saepius enim admonuimus, inter praecipua officia ac reditus Palatini fuiſſe, priuilegia concedere, nomine Imperatoris. Vmbra rei in* literatis *iſtis* Comitibus Palatinis *reperitur. Neque* ius *hoc tantum habet Palatinus: ſed etiam* exercitium *iuris, nobilitate* 1604. d. 22. Martii *Conſiliario ſuo Michaeli* Laeſenio aus eigener der Chur-Pfaltz Macht *collata.*

XIV. *Fabrorum*, qui AHENA conficiunt, & Dominus & Protector eſt Palatinus, *veteri* conſuetudine, priuilegiis Caeſarum *Ruperti*, *Friderici IV.*, *Maximiliani I.*, *Caroli V.* ac *Leopoldi* an. 1661. corroborata. *De conſuetudine diploma* Ruperti *an.* 1405. *loquitur:* als unſern Eltern den Pfaltzgrafen die Keßler lange Zeit in Gewähr und Beſitz hergebracht haben. *Membra priuilegii Rupertini* a) daß alle Keßler im Ober- und Unter-Rhein, Francken, und Schwaben Dienſtmannen der Pfaltz ſeyn ſollen; b) dem Pfaltzgrafen mit Gelübden und Eyden getreu und hold zu ſeyn; c) der Landes-Herr ſie in ſolchen Eyden nicht hindern möge; d) niemand in berührten Creyſen Keſſel machen dürffe, als welcher ſich in der Zunfft befindet; e) die Zunfft von dem Pfalentz-grafen geſchützet und vertreten werden ſolle. *Ego hoc priuilegium e iure* Wildfangiatus *ortum fuiſſe, exiſtimauerim. Nam fabri aerarii hodienum e* Brabantia *in iſtas ſe Germaniae* oras *quotannis conferunt, & per vicos ac pagos* vaga-

qent, de non adpellando immunitatem acceperunt per priuilegium demum A. B. Nil vero noui eſt, quod capita Aureae Bullae non fuerint vſu comprobata. Atque haec cauſa eſt, quare iure non appellando vſi non ſint eccleſiaſtici Electores & Palatinus. Taceo, inter grauamina olim ſubditorum fuiſſe, ne principibus, ſubditis inuitis, haec immunitas concederetur.

(*) *Palatino haec eximia facultas, non ſolum nobiles, ſed etiam COMITES creandi ab antiquo praeſcripta, & diuerſis actibus comprobata, extra controuerſiam eſt. Vnde poteſtas illa dandi inſignia, plebeios nobilitandi, ſpurios legitimandi, etiam in titulares & imaginarios Comites Palatinos deriuata originem habet* FREHER ad Andloum Lib. II. c. XI. p. 208.

vagabundi *abena, longo vſu corrupta, reficiunt.* Noua *autem vendere eis bodie non licet, neque manuariam in* vrbibus *exercere propter fabrorum aerariorum collegia*, die ihre geſchloſſene Zünfften haben. *Simile quid ſutores permittunt* den Altreiſſen. Subfeudum *huius tutelae familia* Zobeliorum *de Gibelſtatt in Franconia accepit ab Electore Palatino. Vnde etiam obligatos eſſe aiunt fabros iſtos, vt* Zobeliis *cupream ſupellectilem gratis ſuppeditent reficiantque.*

XV. VOTA in Comitiis QVATVOR habet atque exercet Elector; *Palatinum, Neuburgenſe, Lauterenſe, Simeranum.*

Cum certo conſtet, e congerie plurium *S. R. I. Comitatuum* ſyſtema *Palatinatus Rhenani* confectum *fuiſſe: quaeſtio non ſpernenda eſt, cur non & in* aliis *eadem iura* comitiorum *ſeruauerint Palatini?*

XVI. RHENI CVSTODIAM Palatinis a Caeſare commiſſam eſſe, antiquiſſimo priuilegio, celebrant.

Inde a) *dicuntur* Erb-Vögte des Rheins; b) *Friderici II. priuilegio* 1229. *aurum* fluuiatile Rheni, *fl. auriferi, iisdem conceſſum eſt, quod hodienum per vrinatores extrabi prope Hachenbachium*, Freherus *aliique ſcribunt; vnde nomen* der Rheiniſchen Goldgülden; c) *ius* inſularum *in Rheno fl. ſibi aſſerunt. Sed* cum Articulus VIII. Weſtphalicae *Pacis Caeſarum iura in territoriis principum reſtrinxerit, quid quaeſo mirum eſt, eundem Palatini praerogatiuas afflixiſſe, in miſera praeſertim facie, quam tunc bi principes babuerant?*

XVII. S. R. Imperii INSIGNIA CVSTODIENDI facultatem ſibi *Boicae* duces tribuiſſe, Lib. IV. p. 570. memorauimus: ſed idem ſibi *Archipalatinos* video adſerere.

Cauſa litis in priſtino, ac ſaepius memorato diſſidio quaerenda, vtrius *pars ſit dignitas* Electoralis. *Quamuis bic ob rationes non leues facerem cum Palatino.*

XVIII. Traditio eſt, principes feminas Palatinas LOCVM PARTVS domeſtica lege definitum habuiſſe PFALZGRAVENSTEIN, caſtrum in medio Rheni ſitum non procul a Bacharaco.

Addunt ergo a) *patrui proximas ſe iſtbuc contuliſſe ;* b) *neglecto itinere alibi parturientem in certam mulctam incurriſſe. Si fabula vera eſt, crediderim, id* ſecuritatis *ergo factum quondam fuiſſe, quod alio tum munimento caruiſſet Palatinus.*

XIX. Directorivm *trium* circulorum in ſocietate principum aliorum, poſtulat Elector *Palatinus.*

In Rhenano inferiori *cum Moguntino*, *qua* Elector : *in* ſuperiori, *qua Dux* Simerenſis, *quod infra dictum : in* Weſtphalico *qua* Iuliaci *poſſeſſor*, *viciſſitudinario iure cum Rege Poruſſiae Lib. II.*

XX. *Electoratus* quondam *Palatini* praerogatiuae fuerant, praefectvra fungi rerum *ſecularium* in conuentibus Electoralibus; comitia cogere ſub poena proscriptionis, **der Acht**, vti Moguntinus ſub fulmine *excommunicationis.*

Exterorum baec tradita ſunt, nibil eius rei inueni apud auctores domeſticos.

XXI. Ius advocatiae in quasdam S. R. I. ſubiectas atque liberas civitates *Wormatiam*, *Spiram*, *Sueinfurtbum*, *Heilbronnam* aliasque fuit C. Palatino.

Non crediderim, vllum Germaniae principem tot aduocatias *babuiſſe, quam babuere Palatini C. Ratio facilis inueſtigatu, quoniam eorum in aula Caeſarea potiſſima quondam auctoritas, vt adeo bos cauſae ſuae patronos ac internuncios nemo prudens poſſet non velle. Hodie vero plerique reuerentiam exuiſſe videntur, perdita fere, quam celebraui, Palatinorum auctoritate. Et, ſi, quod res eſt, dicere debemus, Caeſarea poteſtate attrita : ſuorum quoque iurium deceſſiones viderunt Archipalatini.*

XXII. Ivs cvstodiendi *Capitulationem Caeſ.* C. Palatino tribui, quoque inuenio.

CAPVT

CAPVT V.

DESCRIPTIO

politica regionum Comitum Palatinorum.

§. I.

Regiones, quotquot poſſident Comites Palatini, eam Germaniae *plagam* tangunt, in qua, ſiue potentiam *vicini*, ſiue *animum* eius, limites proferendi; ſiue etiam *iuris* tegumenta, quibus belli cauſae inuoluuntur, reſpicias atque aeſtimes, *ſitum* periculi ac *formidinis* pleniſſimum ſis reperturus. Eae enim cordatorum virorum praeſenſiones ſunt, fore, vt *Palatinatus* prouinciae in *praedam* hoſtis demum concedant, niſi aut Principis in conuinio *robur frangatur;* aut *vicini* ordines iu vnum *foedus* coeant, quod primae validi hoſtis irruptioni cum ſucceſſu opponi queat.

Querelae de nudata *Germania verſus* occidentem. *Bellorum praetextus non deficient in tot dubitationibus atque tricis expoſito regno* Auſtraſiae. *Hactenus de foedere* ſex *Imperii* Circulorum, *qui Rheno vicini ſunt, cum priuatim, tum publice deliberatum eſt.* Impedimenta *autem ſaluberrimi inſtituti ex ore viri quondam illuſtris*, Culpiſii, *bauſimus, alibi forte exponenda.*

§. II. Poſſident Palatini Comites varias regiones, a nobis nunc deſcribendas. (I.) Elector a) *Archipalatinatum*, b) principatum *Neuburgenſem*, c) *Iuliacenſem*, & d) *Montiae* ducatus, e) tractum *Veldentinum*, f) dynaſtiam *Rauenſteinenſem*, g) *Boekelbemii* praefecturam, quae nunc in manibus ſequeſtri. (II.) Svlzbacensis a) *Sulzbacenſem* Comitatum, b) ſemiſſem *Parkſtein* & *Weiden* praefecturarum, c) *Floſſerburg* & *Vohenſtraus.* (III.) Bipontinvs praeter a) *Pomeraniam*, b) *Bremenſem*, c) *Verdenſem* ducatus, qui huius loci non ſunt, d) *Bipontium* ſ. Gemini pontis comitatum, vbi praefectum ſummum alit *Meiſſenbemii.* (IV.) Birckenfeldensis a) dimidiam Comitatus *Spanbemenſis* partem, quantum ea Palatini iu-

ris eſt, b) *Rappolſteinenſem* dynaſtiam, per nouiſſimum enim connubium quid *Waldeccio* C. relictum ſit, nondum conſtat.

Vix operae pretium eſt, ſingularum partium, quae admodum minutae ſunt, rationes inſtituere. Circa potiora igitur occupabimur.

(I.) PALATINATVS 1) *regionem* vniuerſae Germàniae *pulcherrimam* habet praeſtantiſſimamque. Montes *vitiferi* ſunt, ſiluae *caſtaneis* refertae, in agris *frumenti* ſeges, *tritici*, *ſiliginis*, *bordei*, *olerum*: nec deſunt *pomaria* & *borti* arboribus, plantis, floribus generis cuiusque conſiti ornatique.

Paruam Italiam *ante duo iam ſecula peregrinatores Europae dixerunt Palatinas regiones.* VINA *tamen cetera naturae munera longe* VINCVNT, Neuſtadienſia *inprimis &* Bacharenſia. *Hinc* Cellam vinariam *S. R. I. dicunt Rheni Palatinatum. Quod &* Rhenana *&* Necarica *ferat, quae, non ob leues cauſas, praeſtantia ac ſalubritate* vincunt *alia quaeque orbis fere vniuerſi.* Dolium *Heidelbergenſe continet* 204. Fuder, 3. Ohm, 4. Viertel. Archipincernam *Caeſaris Palatinum quondam egiſſe, celebrant: quod forte, in tanta* vinorum vbertate, *cauſis non caret. Quod* vina *Palatini in omnes fere* Europae *partes diſtrabant, Germaniam, Belgium, Angliam, Poloniam, Borealia regna atque aliorſum,* Caſtaneae *in locis ſilueſtribus, imo in ipſis ſiluis ingenti numero reperiuntur. Dicuntur illae quibusdam* die Pfälziſche Eicheln. Fruges *in bortis* Palatinarum *regionum* grati *magis* ſaporis *ac alibi eſſe dicuntur.* Das Pfälziſche Obſt ſey viel geſchmackhafter.

2) LACVS, ſtagna, flumina PISCIBVS ſcatent: SILVAE hircos, haedos, *capras*, animalia, quae ſaltibus delectantur, alunt: *ceruorum* inprimis ingens copia.

Fallit regula oeconomorum: vbi terra ſterilis, *ibi flumina* tantum piſcifera: Wo mager Land wäre, da wären nur fette Fiſche. *Neutrius enim vbertate deſtituitur Palatinatus.*

3) *Metallifodinas* Palatinatus non habet, ſed *auriferum* fluuium & olim Rhenum dixerunt veteres; & FLV-

VIALE AVRVM ab vrinatoribus hodienum extrahi, legitur.

Inde nummorum, an baarem Gelde, *magna inopia eſt in Palatinatu. De origine* der Rheiniſchen Goldgülden *ſupra disquiſitum. Ceterum ante aliquot annos in* Bipontino *ducatu*, *admodum* montoſa *regione*, *metallifodinae apertae ſunt: ſed*, *cum operae pretium non facere viderentur*, *iterum ſunt relictae.*

4) SALE carent Palatini, quem vero defectum partim e *Sueuicis*, partim e *Boicis ſalinis* ſupplent.

(II.) INCOLAE Palatinatus 1) *frugales* ſunt, *affabiles*, *comes*, *liberales*, etiam boni inficiuntur quandoque *vinolentia* & *luxu*.

Reperias in his oris ſanguinea *temperamenta paſſim*, *quod* victui *ciuium tribuas. Hinc iſta animi* mollitia, *quam incolis exprobrant.* Palatinum *ingenium*, *ſermone vulgi*, *pro homine* delicato *ſumitur*, *in vernacula noſtra* einem Leckermaul. *Et homines vinolenti inter poculorum certamina accinunt*, more Palatino, ne gutta ſuperſit. *Sed qui ſobriam vitam e Palatinis viuunt*, *illi in quauis arte facile excellunt. A multis certe ſeculis aula* Palatina literata *audiit*, der gelehrte Hof. *Exulauit etiam* ebrietas *ex aula Caroli Ludouici*, *qui edictorum ſanctitate his patriae vitiis obicem poſuit.*

2) *Sacrorum* in Palatinatu ſaepius repetitae *mutationes* regionem variis calamitatum generibus afflixerunt. Propterea ciuium animi in diuerſa ſemper disjecti ſunt. Inter ipſos *Euangelicos* aemulatio gliſcit: odium inuidiaque apud *Pontificios* contra vtrosque ſe produnt apertius, quod *Principem* nunc habeant ſuae religioni addictum.

Lutheranis *ſacris principio circa an.* 1540. *ſe addicere coeperunt* Electores *Palatini: inde circa* 1565. Reformatorum *dogmatibus acceſſerunt: poſt* Lutherana *placita* 1579. *iterum receperunt: his an.* 1585. *rurſum abolitis*, *reduxerunt ritus* Reformatorum: *durarunt hi ad annum vſque* 1685. *quo tempore Archipalatinatus principem* Catholicum *accepit. Pro vt ergo* religio dominans *erat: ciues etiam de ſuis* moribus *vel triumpharunt*, *vel inique habiti ſunt. Viri* cor-

dati *hanc diuerſarum religionum* mixtionem *inter grauiſſimos morbos referunt cetera beatiſſimae regionis.*

(III.) Oppida quondam celebriora in Palatinatu fuerunt *Heidelberga*, ſedes Electoris, *Creuzenacum*, *Oppenhemium*, *Kaiſerslutera*, *Ingelhemium.* Munimenta etiam egregia patriam tutabantur *Mannhemium* cum caſtro *Fridrichsburg*, *Franckenthalium*, & alia minoris momenti.

Sed ex vltima Galliae R. inuaſione horum fere nihil, quam buſta, *ſuperſunt, quae peregrinis ſpectatoribus* lachrymas *excitant, ciuibus* ſtuporem *incutiunt, apud omnes tandem gentes indignationem mouent contra truculentiam atque immanem tyrannidem hoſtis. Docemur autem his exemplorum caſibus, vrbes quoque mortales eſſe.*

2) Academia *Heidelbergenſis* prima & antiquiſſima fuit in vniuerſa Germania. Inſtituerat eam Rupertus an. 1386. d. 17. Nouembr. Sed etiam haec Muſarum ſedes in modo deplorata irruptione Gallorum deleta eſt.

Supra de hac ſcriptum eſt p. 611. *&* 615. *Commendabant eam* a) *egregia bibliotheca*, b) *Profeſſores*, c) *Principes ipſi, literarum amantiſſimi*, d) *aula Electoris, quae exemplis docere poterat*, e) *annonae vbertas*, f) *aeris & victus ſalubritas*, g) *humanitas ciuium. Lepido* anagrammate *ſtudioſi literarum parentibus epiſtolas clauſerant: datum* Geldherbey. Bibliothecae iactura p. 621. deplorata eſt.

(IV.) 1) Leges olim *Salicas* ſ. Francicas Palatinatum habuiſſe, plura documenta ſunt. Inprimis *feudales* conſuetudines *Longobardicis* iuribus ibi admodum contrarias omni tempore fuiſſe, in *hiſtoria* aliquoties aduertimus. Nunc nouas leges habent, publice editas **die Chur-Pfälziſche Hofgerichts-Ordnung.**

Pro Francorum LL. argumenta a) *ſitus regionis*, b) *caſus iurium Palatinorum*, c) *placita de cauſis vicariatus, vbi nos quidem aliter longe ſentimus. Doctrina Academicorum factum eſt, vt, priſtinis LL. abrogatis, ius Romanum Palatinatui in deliciis eſſe, inciperet.*

2) Iudiciaria poteſtas omnis penes Electorem. Alit ipſe 1) *Heidelbergae* conſilium *ſanctum*, & *aulicum*, **das Hofgericht**, vbi vltima incolarum prouocatio; 2) *Düſſel-*

Düſſeldorffi, vbi res Iuliacenſes; 3) *Neuburgi*, vbi iunioris Palatinatus, der jungen Pfaltz, negotia expediuntur.

Quo tempore Conſilium intimum (ein geheimder Staats-Rath) *inſtitutum in Palatinatu?* Conſiſtorium *ex Euangelicis aſſeſſoribus fere conſtare debet.*

(V.) Reditvvm Electoralium maximam vere partem *vectigalia* Rhenana efficiunt.

Vtinam communem denique vtilitatem ſuam Principes Rhenani *agnoſcerent in temperanda* vectigalium *nimietate. Ita enim fieret, vt Belgae, quos telonia baec Rheni a nauigationibus nunc deterrent, maxima commercia inſtituerent cum Palatinatu, vicinisque huic regionibus aliis. Anno* 1695. *&* 1699. Coloniae *materia baec in deliberationem venit; ſed ſucceſſu res caruit.* a) *quod plura* vectigalia, *contra LL. Imperii imperata, quidam inter conſultantes principio* abrogari *vellent;* b) *quem* proceſſum *cum multi timerent, conuentu turbato ac impedito, eidem obuiam ſibi eundum exiſtimarunt. Maxima interim damna exinde ſumunt Palatini. Nam &* vina *&* fruges *Belgis caro vendere poſſent, quae nunc vili ſaepius pretio cum* Sueuis *&* Franconibus *commutant. Inde nummorum magna inopia in regionibus Palatinis, quae tamen rerum omnium vberrima copia abundant.*

§. III. Ivliacensis ducatus *aërem* habet ſaluberrimum, *ſolum* frugum feraciſſimum, paſcua etiam armentorum plena. *Vinum* quoque producit in patribus ſuperioribus.

Moſella, Rhenus, ac Moſa fluuii regionibus bisce inſignem commoditatem ac vſum praeſtant.

§. IV. 1) Montiae ducatus Iuliacenſi vicino *fertilitate* nihil concedit. Praeterea *metallifodinis* gaudet.

Animalium quadrupedum, volatilium, piſcium, frumentorum, paſcuorum, & lignorum, imo vini *quoque in ſuperioribus verſus Rhenum, regio eſt feraciſſima. Habet quoque in montibus ſuis nitri, ferri, plumbi, ſtanni, cupri, imo* argenti *etiam atque* auri *fodinas, quibus ad labores & diuitias incolas vocat, & mercimoniis multis cauſam praebet occaſionemque.*

2) Incolae opificiis & mercaturae dediti inprimis ſunt.

Adeo, vt nullum oppidum ſit, cuius ciues eiusmodi non tractent: vtpote Sigeburgum in pulchris iſtis ollis *&* calicibus *teſtaceis* excoquendis, *Lennepa in* pannis, *Ratinga in* forficibus, *Salinga in* gladiis *&* cultris *parandis*, *Eruerfeldia in albicandis & contexendis* filis *occupata.*

CAPVT VI.

SCRIPTORES domeſtici rerum Palatinarum.

Hiſtoriae Palatinae ſummam obſcuritatem cum viris eruditis ac rerum gnaris principio operis deplorauimus. Neque vero ſcribentium hic vel negligentia, vel imperitia accuſanda, cum paucos quidem, ſed eruditiſſimos in rebus Palatinis ſcriptores habeamus, ſuo nunc ordine a nobis recenſendos.

Cauſae obſcuritatis a) *quod Comes Palatinus fuerit Magiſtratus Caeſareus; Caeſari ergo tribuendum fuerat, quae ipſe expediuerat;* b) principatum *is non habuerit, ſed vixerit* ſalario; c) *ſenſim acquiſiuerit regiones;* d) *ſaepius dominos mutauerit Palatinatus;* e) *Boicae ducatui annexus pro appendice eius haberi coeperit, vt in Boica hiſtoria potius auctores verſarentur.*

I. *Danielis* PAREI Hiſtoria Palatina, in qua & Archipalatini & Boioariae duces deſcribuntur, *Francof.* 1632. 12.

Hic omnium pleniſſimus *eſt. Filum hiſtoriae a principio ad annum* 1630. *eſt proſequutus. Dignus eſſet exiguae molis libellus, vt recuderetur. In rebus tamen antiquiſſimis multas lacunas habet, e* Frehero *aut* Tolnero *vtique ſupplendas.*

II. *Marquardi* FREHERI Origines Palatinae, *Heidelbergae* 1599. 4t. & 1613. fol.

In Geographia antiqua maiorem operam auctor poſuit, quam in hiſtoria Palatina. Poſtquam enim de officio Palatini, de Electoratu, de tutela rebusque eius generis aliis diſſeruiſſet, filum abrupit. Cetera ſcriptor eruditione, facundia, atque induſtria meo elogio maior eſt.

III. *Phi-*

III. *Philippi Ludouici* HOFFMANNI Genealogia der Pfaltzgrafen und Chur-Fürſten beym Rhein, *Francof.* 1649. fol.

Praeclaram operam praeſtitit auctor in ſtemmate Comitum Palatinorum. Tabulas, aeri inciſas, exhibet ad maiorem luculentiam, paſſim tamen correctus a Tolnero.

IV. *Ioh.* TRITHEMII, Abts zu Sponheim, Chronicon der Pfaltzgrafen beym Rhein und Hertzogen in Bäyern, interprete Philippo Erneſto *Voegelino* 1616. 4t.

A principio ad an. 1475. *Palatinorum Comitum vitas deſcripſit. In* antiquis *ſaepe errat; ſed in rebus* medii *aeui eo carere non poſſumus. Extat etiam libellus in lingua Latina, in qua auctor ſcripſit.*

V. *Huberti Thomae* LEODII Annales Palatini, continentes vitam & res geſtas Friderici II. & ſtemma Genealogicum Comitum de Loewenſtein & Wertheim e Palatinis oriundorum, *Francof.* 1665. 4t. Extat idem quoque libellus *Germanice* verſus.

Incipit is a ſtemmate Wertheimenſi *(p.* 614.*) quod ad annum* 1623. *deſcriptum, imaginibus additis horum Comitum. Antequam vero ad vitam Principis ſui* Friderici II. *Elect. enarrandam deuenit; in officio ac munere veterum Palatinorum aliquantum occupatur. Commendant biographum* a) *facundia* b) *rerum eo tempore cum alibi, tum in Germania, geſtarum copia,* c) *iudicium admirabile,* d) *itinerum principis ſui deſcriptiones ab anno* 1483. *ad annum* 1556. *Ex inuaſione ac direptione illa Boiorum* 1623. *libellus hic MSC. velut ex incendio Troiano conſeruatus fuit, nec multo poſt editus in lucem.*

VI. *Caroli Ludouici* TOLNERI Hiſtoria Palatina a principio ad annum 1295. *Francof.* 1700. fol.

Incredibili induſtria auctor hic emendauit ſtemmata atque genealogias Comitum Palatinorum. In rebus etiam antiquis euoluendis plenus & curatus eſt. Typus autem, admodum mendoſus, nulla ſcriptoris culpa, opus deformat. Deſiderarem quoque auctorum ſelectum. Sed erudito atque induſtrio viro, e patria exuli per tyrannidem Gallorum, forte non is monumentorum adparatus eſſe potuit, quem tranquillae Muſae in eiusmodi lucubrationibus exigere aſ-

 ſolent.

ſolent. Interim gratias ei publico nomine agimus pro erudito labore; ſique preces noſtrae aliquid poſſunt, rogamus eum, vt ab anno 1295. *vbi deſiit, continuare pergat hiſtoriam Palatinam, cum illa nunc reſtent, quae faciem Germaniae hodiernam propius attingunt.*

VII. Anonymi Chronicon Heidelbergenſe MSC. memini me, in patria mea vidiſſe.

Allegatum quoque a Conringio.

VIII. Manuſcripti Bipontini de Rheni Palatinis poſſeſſor eſt Iohannes a *Lent*, Theologus Herbornenſis.

Fide eius paſſim ſcribit Tolnerus.

IX. *Georgii* Hornii de Palatinatu ſuperiore & Electoratu Rheni Diſputatio Academica, *Lugd. B.* 1649.

Extat hoc etiam ſchediaſma in Repraeſentatione S. R. I. *edita Norimbergae* 1657. 4t. *Sed vix operae pretium eſt, aliquod pagellarum diſſertationem recenſere.*

X. Mausolea Principum Palatinorum fuerant *Fürſtenfeldae*, *Ambergae*, *Staleci*, *Auguſtae* Treuirorum, *Aquisgrani*, *Heidelbergae*.

Sed a religioſis locis truculentas manus non cohibuerunt imperii inuaſores, Galli. Sermone habeo ciuium Heidelbergenſium, quod non ſolum cadauera demortuorum principum ornatu ſuo ſpoliauerint *milites: ſed mortua corpora immani poſtea credulitate proiecerint. Hoc ſpectaculo offendiſſe aiunt Caroli, vltimi Electoris*, ſeruum, *domini ac principis ſui corpus in platea proiectum, quod, poſtquam in* tunica manicata *agnouiſſet, ſuo pallio texerit, recondideritque inter lacrumas & ſingultus.*

XI. Archivi *Palatini* non tanta antiquitas fuit, quam a plerisque exiſtimari ſolet. Illud vero in nouiſſimo quoque bello direptum atque Argentoratum, tempore maxime importuno, quod tum controuerſia Aurelianenſis agitaretur, a Gallico milite translatum eſt. Reddidit vero haec literarum inſtrumenta poſt pacem Ryſuicenſem Gallus: ſed, deficientibus ſchedis quam plurimis in catalogo Archiotae, hunc defectum non expleuit hoſtis, ſed belli iniuriis eum excuſauit.

Sunt,

Sunt, qui exiſtimant, diplomata *ſibi vtilia retinuiſſe* Gallos, *iudice ac indice ſummo quondam viro, Vlrico* Obrechto. *An Aureae Bullae authenticum exemplum Roma ex Vaticana Bibliotheca remiſſum; an id ex vltimo incendio conſeruatum ſit? Quod autem Archiuum Palatini magnam aetatem non attingat, plura in cauſis ſunt*, a) *quod firmam ſedem non habuerit olim Palatinus;* b) *acta eius ad Imperiale archiuum pertinuerint;* c) *ipſe Rheni Palatinatus ſaepius dominos mutauerit;* d) *in bello tricennali & nouiſſima Gall. R. inuaſione direpta omnia atque expilata fuerint. Vt adeo non niſi lacunae quaedam priſtini adparatus ſupereſſe videantur.*

In cauſa Palatina ſucceſſionis

inter

IOHANNEM WILHELMVM,

Electorem Palatinum,

ex vna,

&

ELISABETHAM CHARLOTTAM,

Duciſſam Aurelianenſem,

ex altera partibus

Sententia Romae publicata die 17. *Febr.* 1702.

In executionem Articuli 8. *Pacis Ryſuicenſis ſententiam dicimus, pronunciamus, declaramus, ſententiamus ac laudamus D.* Iohannem Wilhelmum, *Comitem* Palatinum *Rheni & S. R. I. Electorem* abſoluendum, *& liberandum fore & eſſe (ſalua tamen infra dicenda declaratione & obligatione)* ab omnibus *& quibuscunque* actionibus, *petitionibus, & praetenſionibus* Dominae Duciſſae, *Viduae* Aurelianenſis, *in proceſſu arbitrali intentatis, motis ac deductis occaſione praedictarum ſucceſſionum & hereditatum principum* Caroli Ludouici *patris &* Caroli *fratris, pro quibusuis rebus, & bonis mobilibus, & ſupellectilibus, etiam pretioſis, Gemmis, Margaritis, Argentis, Pecuniis, Creditis, & nominibus debitorum quomodo libet, exactis, nec non pro quibusuis aliis bonis* immo-

immobilibus vrbanis & ruſticis, tam allodialibus, quam ex quocunque titulo & cauſa Feudalibus & Emphyteuticis, Principatibus, Ducatibus, Comitatibus, Vrbibus, oppidis, caſtris, arcibus, fortalitiis, dominiis ceterisque omnibus contentis in libello Aurelianenſi, *ac in toto* proceſſu Francofurtenſi *eorumque pertinentiis, acceſſionibus, melioramentis, iuribus & actionibus vniuerſis, nihil penitius excepto.*

Item pari noſtra ſententia dicimus & laudamus, nomina debitorum, actiones & credita *quaecunque ad hereditates praefatorum Principum Caroli Ludouici & Caroli ſpectantia,* adiudicanda *fore & eſſe dicto* Electori.


Item laudamus Electorem *eſſe obligatum*, ſoluere *dictae* Duciſſae Aurelianenſi *ſummam* ſcutatorum tercentum mille *monetae Romanae, ſiue illorum valorem, pro omni & toto eo, quod ex quacunque cauſa & titulo eadem Sereniſſima Domina Duciſſa praetendere potuit, & poteſt a dicto Domino Electore, occaſione ſucceſſionis in bonis & hereditate Principum Caroli Ludouici & Caroli. In dicta ſumma compenſandas & excomputandas fore omnes ſolutiones factas praedictae Duciſſae, tam ante, quam poſt tractatum Pacis Ryſuicenſis ratione dd. ſucceſſionum.*

Item laudamus Duciſſam *abſoluendam & liberandam fore & eſſe a petita* Reconuentione *in Actis Arbitrii Francofurtenſis facta pro parte* Electoris. *Et ita dicimus, decernimus, declaramus, pronunciamus, laudamus, ac definitiue ſententiamus omni meliori modo.*

GER-

GERMANIAE PRINCIPIS
LIBER VI.
NOTITIA
PROVINCIARVM
BRVNSVICENSIVM.

Digitized by Google



Digitized by Google

DE GENTE BRVNSVICENSI.

CAPVT I.
HISTORIA Ducum Brunſuicenſium.

§. I.

Plurimum Germaniae Principum *ſtemmata* ex Italia adducuntur; Sed nulla clariori iure, quam ducum *Brunſuicenorum*. Horum enim maiores ab antiquiſſima ATESTINORVM familia recto ac genuino ordine proceſſiſſe, peculiari opere luculenter docuit *Pigna*, Italus ac domeſticus ſcriptor. An vero *Ateſtini Romano*; an *Longobardico* ſanguine; an vtroque oriundi ſint? id aliis inquirendum relinquimus. Id fere extra controuerſiam eſt, Romanorum Caeſarum temporibus ab an. Chr. 400. familiam ATESTINAM, deren von Eſt, in annalibus incorruptae fidei deſcriptam reperiri. Quae cum intra Italiae fines variarum ditionum acceſſibus mirum floruiſſet; tandem circa an. 963. factum eſt, vt aliquis, ex ea gente oriundus, nomine OTTBERTVS in Germaniam cum Ottone M. Caeſare ſe conferret. Hinc in ramos deinceps diuiſa ſtirps Ateſtinorum: *vnus* in *Germania*, in *Italia* vero *alter* propaginem vidit. Ex *Italico* Ferrariae quondam, nunc *Modenae* duces; e *Germanico* noſtri principes ortum ſucceſſusque habent. Nam *Ottberti* nepos AZO Cunigundae maritus factus eſt, filiae heredis *Welfi II.*, Comitis *Altdorfini*, quae arx in Sueuia

uia ſita eſt, non procul a Tubinga. Filius ex hoc matrimonio pronatus WELFVS dictus fuit, qui poſt Ottonem Saxonem *Bauariae* ditionem regendam ſuſcepit anno 1061. de quo in Boioaria p. 534. ſq. Eſt igitur *Welfus* hic, vulgo IV. dictus, conditor principum *Ateſtinorum* in *Germania.* Effeciſſe apud eum nouos ditionum auctus, vt is nomine materno *Guelficae* adpellationis ab Italis Ateſtinis ſe vellet diſtingui, quo inſtituto noſtri Principes hodienum *Guelferbytani* dicantur, quosdam arguere video.

Tenendum itaque ad faciliorem ſequentium temporum intellectum, quod Ateſte *oppidum Marchiae Taruiſinae ſit, non procul ab vrbe* Patauina. *Vnde* Ateſtinam *familiam non ſolum* Pigna, *ſed etiam* Volaterranus, Blondus, Sabellicus, Leander *aliique deriuant. Et ſane, quae olim ſextam Italiae partem in ſua ditione habuit, quod fide mox in Germanicos Caeſares, iterum in Pontifices Romanos, vtrorumque magnas donationes ſubinde prouocaret: illa tandem Pontificum artibus omnia fere amiſit, vt hodie praeter* Modenae *principatum eidem parum ſupereſſe videamus. Vt hac ratione Ateſtinae gentis* vterque ramus *inuicem conferri mereatur. Quot enim regiones* Germanicus, *ira Caeſarum, perdidit: tot fere* Italico *Pontificum auaritiam ſubtraxiſſe, certum eſt. Horum temporum caſus ad antiquitatis & potentiae laudem ſufficiunt: quamuis dubium, imo falſum prorſus ſit,* Ateſtinos *ab* Acciis *Romanis ortum traxiſſe. Summum virum ac Polyhiſtorem* Leibnizium *hoc argumentum expectat, tenebris ac dubitationibus diſcuſſis, clariori luci exponendum. Ceterum* Ottbertus Ateſtinus *in Comitatu Ottonis M. ex Italia in Germaniam cum aliis Italis facile ſe contulit: quamuis, quid ipſe & filius poſſederint in Germania, non ita conſtet. Id certum, nepotem eius, qui* Boioariae dux *effectus eſt, Italum dici a* Lamberto Schafnaburgenſi: Rex Henricus IV. natalem Domini an. 1061. Goslariae celebrauit. Ibi Welf filius Azonis, Marchionis Italorum, DVCATVM BOIOARIAE accepit. *Quem, verba* Mariani *Scoti ſunt*, Henricus Ottoni, Duci Boioariae, abſtulit, metuens, eum, quia genere Saxo erat, & protinus ducatum Welfoni ad iniuriam Saxonum contulit.

lit. *Patet ex his teſtibus*, quo iure noſter Boicae *ducatum acceperit?* Caeſaris *ſcilicet* beneficio, *idque ſuo ſolum nomine, non poſterorum. Quamuis* perpetuo *atque in propagine Welphorum ſemper duraturo iure idem Caeſar, ſed aliquantum poſt*, Boicam *Principi noſtro conceſſiſſe reperiatur. Obſtare tamen videntur auctores plerique recentiorum temporum, qui* Boicam *noſtro hereditate auunculi* Welphi III. *obueniſſe, ſcribunt. Verum aut illi in errore verſantur, aut Bauaria, quod* Bucelinus *monet, duos eo tempore duces habuit, vnum in* Occidentali *plaga, alterum in* Orientali. *Vt adeo de* illa *hi intelligi poſſe videantur. Sed tum notum rurſus exemplum extabit* ducatuum *ad* filiarum *filios transferendorum. Hac ergo ratione* trium *ditionum dominus fuit* Welfus *noſter*, 1) Auitarum, *vbi ei Sardiniam, Spoletum, Veronam, Italica Ateſtinorum alia tribuunt;* 2) Auunculi, *quo nomine praeter Guelphicos Altorfi & Ravensburgi Comitatus Bauariam includunt occidentalem, Lycariorum & Noricorum ducatus;* 3) Beneficii *Caeſarei, Boicae orientalis. Ceterum ex his quoque clarum ſatis eſt*, Brunſuicenſes *duces e maſcula* Ateſtinorum *ſtirpe oriundos eſſe; Guelficam vero familiam, vt alias plures, feminea tantum progenie eos attingere. Vtrum vero* Gelphorum *ſtirps* 1) *a fabula duodecim gemellorum, quos parens* catulos *dici voluerit;* *an* 2) a Catilinaria *Romanorum gente, quam Germani* die Welfen oder Hunde *appellauerint? an vero* 3) *a ferocia familiae ea, quaſi, vt* lupi, *rapinis viuerent, hoc nomen acceperint? vel demum* 4) *ab* Agilolfo, *illo nobili Boico, originem ſuam traxerint? in eo auctores tempus fruſtra collocant. Id ſufficit, quod* Welphorum *nomine* Altorfi & Rauensburgi *Comites vſi fuerint: quorum & nomen & bona quaeque* Ateſtinae *familiae inſerta eſſe, hactenus ſatis diſquiſiuimus.*

§. II. Sed neque his auctibus ſtetit propago *Welfi*. Eius enim filius HENRICVS *Niger* felici coniugio *Wilfilden* duxit, filiam MAGNI, ducis Saxoniae *Orientalis*, inter Albim fere ac Viſurgin, quam *Luneburgenſi* ac *Brunſuicenſi* ducatibus hodie liceat internoſcere. Heres illa eſſe poterat patris absque maſcula ſobole 1106. extincti. Sed *Henricus V. Caeſar dedit ducatum*, verba *Helmoldi* ſunt, *Ludero Comiti, eo quod* MAGNVS *non haberet filium; m.* 1125.

Huius Henrici frater Welfus V. *in matrimonio habuit* Mathilden, *illam tot Italiae prouinciarum heredem. Qua de re inferius in capite* praetenſionum. *Ceterum de patrimonio* Magni *ducis id intelligi debet.* Ottonem I. *Caeſarem* Hermanno, *Nobili de* Billingen, *dynaſtae in* Stubbekes-horn (Stukesgehorn, *prope* Soltou, *quod Luneburgici tractus eſt) ditionem, ſupra deſcriptam, in praemium deuictorum Slauorum in confinio Saxoniae conceſſiſſe, addita huic beneficio dignitate Principis ac Ducis S. R. I. Non vero, quod alii manifeſto errore tradunt*, Electoris. *Ratio* a) *quia neque an.* 963. *quo tempore id contigit, neque ſub Ottone III. Electorum munera fuerunt;* b) *ditio, cui recentiori longe aeuo Electoralis dignitas affixa eſt, Wittebergenſem tractum abſorbet, quem ſibi ac poſteris ſeruauit Otto I Imperator. Poſteri huius* Hermanni *cum* vno *ac* dimidio *ſeculo bis regionibus praefuiſſent, tandem maſcula eorum ſtirps in* Magno *an.* 1106. *defecit; quod in tabula genealogica p* 680. *ſq. luculenter explicatum eſt Magnus vnam filiam* Wulfilden *Henrico noſtro deſponſauit: alteram* Eilkam *Ottoni*, Anhaltino *Comiti. Vterque ſpem ſibi in ſoceri ditiones fecerat; quod inuſitatum non fuiſſet in Germania, ducatus ad filiarum filios deuolui. Sed vtrumque a Caeſare fruſtratum eſſe, quod is familiae bene cuperet, indicauimus.*

§. III. Sed quae parenti praerepta videri poterat hereditas, ea, ingenti acceſſu, filio obuenit Henrico *Superbo.* Vxorem is ſumſit *Gertrudem*, ditionum vtriuſque *parentis* & *aui* materni feliciſſimam heredem. Lotharivs enim ſocer, quod Imperator eſſet, firmiſſimo iure omnes prouincias Principi noſtro, genero ſuo, reliquit; maritimis etiam *Lombardiae* & *Etruriae* regionibus eidem, Imperii nomine, in feudum conceſſis. Vt adeo connubiorum felicitate *Welfo-Ateſtina* domus ſub Principe noſtro ad ſummum potentiae faſtigium aſſurrexerit, regali culmini omnino par. Sed, qui ſocero in Caeſarea dignitate an. 1137. ſuccedere voluerat, inuidiam ſibi apud nouum Caeſarem *Cunradum III.* contraxit; etiam nimiae potentiae metum in Germaniae principibus excitauit, quod a propoſito deſiſtere nollet. Vtrique igitur facile in exitium eius conſpirarunt; quorum etiam au-

ctori-

ctoritate proſcriptus, & latiſſime patente ditione mulctatus eſt. Obiit 1139.

Potentiſſimus is princeps fuit, verba Ottonis Friſingenſis ſunt, *cuius auctoritas a* Dania *vſque in* Siciliam *extendebatur. Acceperat enim a* parente a) *vniuerſam* 1) BAVARIAM, *quae Auſtriae, Styriae, Carintbiae domina quoque erat;* b) *cum vxore* Gertrude *idem nactus eſt, patris Lotharii cauſa;* 2) QVERFVRTHENSEM *Comitatum auitum;* 3) *ducatum* LVNEBVRGENSEM, *in Lotharium paulo ante a Caeſare collatum, p.* 672. c) *matris* Rixae *cauſa, quod illa, vti ex tabula pag.* 681. *clarum eſt, veteris* Saxoniae *vniuerſae heres eſſet;* 4) WESTPHALIAM; 5) ANGRIAM; 6) *reliquam* SAXONIAM, den Chur-Creyß; 7) HOLSATIAM; 8) STORMARIAM *finitiſſimasque trans Albim ditiones;* 9) BVRGGRAVIATVM *Magdeburgicum;* 10) NORTHEIMENSEM *ſ. Viſurganum ducatum;* 11) *in Italia ATESTINVM patrimonium;* 12) *& nouo Caeſaris beneficio LOMBARDIAE &* ETRVRIAE *tractus. Cauſae mulctati principis a Caeſare Cunrado III. in Comitiis Auguſtanis an.* 1138. a) *quod* inſignia *Imperii, a ſocero relicta, Cunrado III. electo Caeſari, reddere nollet;* b) *obſequium eidem is negaret;* c) *contra vſum Imperii videretur,* vnum *hominem* pluribus *ducatibus dominari;* d) *faſtuoſus animus hominis* beneficiarii *ab Imperio in ordinem redigendus eſſet. Sed reponunt alii pro Henrici defenſione ad* d) *arrogantiam ab inuidis hominibus principi, quem aequiores coaeui a modeſtia commendent, falſo obiectam fuiſſe, neque pro crimine habendum, quod tantam mulctam mereatur; ad* c) *fruſtra liuorem increpare, vbi nec leges, nec obſeruantia Imperii aliquid definiant; ad* b) *nihil noui eſſe, Caeſari, neque omnium, neque liberis ſuffragiis electo, obicem poni: cui accedat, quod ſpes noſtro a pluribus, viuo Lothario, ad Imperium facta ſit; ad* a) *inſignia ei recte negari, qui incerto ad Imperium iure nitatur. Ceterum proſcripti principis pleraſque regiones alii ſpe iam deuorauerant,* 1) *Angriam & Weſtphaliam* Colonienſis *Archiepiſcopus;* 2) *Saxoniam reliquam* Albertus *Vrſus* Anhaltinus *princeps, quod partem eius matri* Eilkae *iam olim p.* 672. *ſq. vindicaſſet* (*); 3) Bauariam

(*) Eſt hoc imis ſenſibus notandum, quod neſciuerint adhuc & alii

riam *Leopoldus, Auſtriae Marchio, & Boioariae Ducis vaſſallus. Sed de his in Henrico Leone plenius nos expediemus. Frater* Henrici Superbi *Welſus VI. fuit, Italici patrimonii dominus* Spoleti, Sardiniae, Tuſciae; *poſtea* Tutor *Henrici Leonis. Sed huius poſteritate in filio eiusdem nominis extincta, ad Brunſuicenſes illarum regionum hereditas omnino redire debebat* (**).

§. IV.

& alii & ipſi Brunſuicenſes cauſam, relicti poſt proſcriptionem Henrici Leonis patrimonii

Braunſweig & Luneburg.

Cum tamen alias in crimine laeſae maieſtatis deſtituantur, & feudis & allodiis delinquentes? Eſt veriſſima cauſa haec: quoniam Braunſchweig & Lüneburg fuerint bona auiae Eilkae; Adeoque Mutter-Gut; neque haberent cum paternis aut propriis bonis Henrici Leonis aliquid commune.

(**) Status Saxoniae ducatus iſto aeuo.

§. I. Ottones in Saxonia duplicem perſonam egerunt; vnam, qua HEREDITARII DVCES; alteram qua IMPERATORES.

§. II. Ottonibus extinctis, idem ius poterat ſibi adrogare agnatus vnicus HENRICVS S.

§. III. Hoc extincto, neque alio electo Duce, ortum fuerat problema:

Num ducalia iura obueniſſent ſingulis Landſaſſiis, Epiſcopis, Comitibus & dynaſtis ſpecie quadam conſolidationis?

An vero Imperatori, qui, ducibus extinctis, potius ducalia iura cum imperialibus coniunxerit.

§. IV. Inter has partes litigatum multo tempore ſub Imperatoribus

Cunrado,

Henricis, maxime IV.

§. V. Ex quo autem Lotharius felici connubio in Saxonia fieret praepotens Dux in Saxonia non Saxoniae vniuerſae, fieretque poſt Imperator: eidem facile fuerat, vtramque pariter agere perſonam in Saxonia, contradicentibus pluribus & murmurantibus fere vniuerſis.

§. VI Succedente in Saxonia genero, Henrico Superbo, ipſe veſtigiis inſiſtere voluit ſoceri, contradicentibus nunc aperte Saxoniae proceribus ſacris & ſecularibus; Quod ille ſodalis eſſet; non dominus Saxoniae vniuerſae.

§. VII. Imperator audiuit proceres Saxoniae, eoque libentius, quoniam inuidia laboraret aduerſus Henricum, Bauariae Ducem,

§. IV. Henricvs Leo, parente mortuo, vix *decem* annos natus, vniuerſi imperii commiſerationem poterat excitare. Et multi Principum Germaniae fuerunt, qui auxilium polliciti fuerant, ad regiones, iniuria amiſſas, ſummo iure recuperandum. Iuſta querela Principis, innocenter mulctati, mouit Fridericvm I. Caeſarem, qui Conrado III. in Imperio an. 1152. ſucceſſerat, vt in ſolennibus Ordinum *Comitiis* 1154. Goslariam conuocatis, de *Henrico Leone* in integrum reſtituendo deliberationes fierent. Abſoluebant noſtrum publica Imperii *iura;* ſed *conſilii* rationes non permittere videbantur offendere illos, qui lacinias mulctae Henricianae poſſidebant, inprimis cum nimietas ditionum, iure poſtulatarum, non ſine periculo videretur libertatis, aequalitate procerum Imperii librandae. Reſtitutus tamen noſtro *Boioariae ducatus*, Auſtria tantum nexu beneficiario, quo hactenus Boicae addicta fuerat, ſoluta ac ſui iuris facta. Pró quo etiam iure reſarciendo vniuerſam ac ſupra p. 676. ſq. memoratam *hereditatem Mathildis* Caeſar ordinum decreto eidem ſolenniter adiudicauit. Cetera in medio relicta ſunt. Nihil ex eo tempore omiſit noſter, ſi qua de Caeſare, Imperio, & ſacris Chriſtianis bene

Ducem, ageretque id, vt Saxoniam ei redderet in ſucceſſione dubiam. Igitur illud fuerat problema:

Num Henricus vniuerſae Saxoniae Dux eſſet; an vero tantummodo ea parte, quam accepiſſet Lotharius ab vxore?

Primum adfectauerat Henricus; alterum ſuſtinuerant Saxoniae Epiſcopi, Comites, proceres vniuerſi. Contentio tracta in longum latumque.

§. VIII. Henrico Leone proſcripto, vicerunt proceres Saxoniae. Quoniam Bernhardus Anhaltinus modicum tantum Saxoniae tractum accepit re ipſa, licet verbis vſus ſit tituloque Saxoniae vniuerſae:

Saxoniae,
Angriae,
Weſtphaliae.

§. IX. Illud enim non poterat eidem negari: quod *domania priſtini Ducis* ſibi adrogaret, iuxta patrimoniales tractus.

§. X. Quae omnia cum litigioſa eſſent, maluit Bernhardi filius primogenitus in *Anhaltinis* ſuccedere, ſucceſſione *Saxoniae ducatus* fratri relicta ſecundo genito.

bene mereri poſſet. Imperatori Friderico in turbis Italicis an. 1156. & 1159. Comes adiutorque fuit. *Slauos* ac *Danos*, imperio rebelles, magnis impenſis in ordinem redegit, & iura Germaniae ſtrenua opera vindicauit. An. 1171. in Aſiam videndae Palaeſtinae ergo peregrinatus eſt; altero anno poſt multis *ſanctorum reliquiis* ditatus, ex itinere rediit. Inter praeclare merendum in iram Caeſaris, nulla culpa ſua, incidit an. 1180. Nam *Fridericus I.* Imperator in diſſidiis cum Romano Pontifice tertium *auxilia* imploraui Henrici Leonis. Is cum vires, tot bellis ac itineribus exhauſtas, pro declinando onere allegaret, *perfidiae* accuſatus, ſolenni formula proſcriptus, ac omni ditione ſua in vniuerſo Imperio mulctatus eſt. Ad opimam hanc praedam ex fortunis Henrici proceres Germaniae cateruatim volarunt. a) SAXONIAE Ducatum Bernhardus *Anhaltinus*, Alberti Vrſi filius, ob cauſas p. 678. memoratas, inuaſit, & ceteris quidem regionibus amiſſis, eam tamen genti ſuae intulit, cui *Electoris* poſtea dignitas annexa fuit; b) PALATINATVS Saxoniae Hermanno *Thuringiae* Landgrauio *(in Saxonia)* ceſſit; c) BOIOARIAE ducatus priſtinos dominos accepit Comites de *Scheyren* & Wittelsbach *(in Boioaria p. 541. ſq.)* d) WESTPHALIAE & ANGRIAE plurima Antiſtes *Colonienſis* ſibi adſeruit, verum & alii iſtarum regionum Epiſcopi Monaſterienſis, Mindenſis, Oſnabrugenſis, Paderbornenſis ex his ſpoliis ſe locupletarunt; e) HOLSATIAE aliaeque transalpinae regiones ſui iuris factae ſunt, nexu beneficiario, quo Saxonibus addicti fuerant, prorſus ſoluti; f) LVBECA, BRVNSVICVM, GOSLARIA, *vrbesque aliae, ad libertatem ea occaſione* aſpirarunt; g) STADENSIS comitatus antiſtiti *Bremenſi* paruit; h) EICHSFELDIA a Moguntino capta; i) HILDESHEIMENSIS etiam in his rapinis pomoeria ditionis protulit; k) *Magdeburgenſis* SOMMERSCHENBENSEM Comitatum in poteſtatem ſumſit; res alias minoris momenti qui occuparint, nimis longum foret ediſſerere. His ergo tantis hoſtibus circumdatus Henricus noſter, laceratis vndique regionibus, in *Angliam* ad fratrem vxoris *Henricum II.* Regem ſeceſſit. Inde redux factus cum regiones, violenter

lenter ereptas, iure repetendo nihil proficeret, recuperandi ſpem poſteris ſuis commendauit, ipſe, BRVNSVICENSI ac LVNEBVRGENSI ditionibus tantum retentis defenſisque, mortuus eſt an. 1195. aet. 66.

Leonis *nomen & ipſe in deliciis habuit, maxime, quod e Palaeſtina reducem* leo *ſponte comitatus fuerit, inſigni fidei argumento, vt nonnulli tradunt. Similem caſum ſupra in Auſtria dedimus. Neque enim propterea hoc negandum, quod ante iter Aſiaticum noſter hac voce ſit adpellatus, cum vtrumque ſtare poſſit. Ceterum de* SAXONIA *repetendum eſt, quod* gente Saxonica *cap. I. luculenter explicauimus. Scilicet a Carolo M. deuicta Saxonia per Comites gubernata fuit, neque vlla tum memoria Ducum Saxoniae in hiſtoria occurrit. Aſt a) decreſcente Carolingica Caeſarum auctoritate; b) Hunnis paſſim Germaniam inuadentibus; c) Saxonia quoque a Slauis incurſionibus fere quotidianis impetita, & Saxones cauſam habuerunt, ſe ipſos defendendi. Neque Imperium Romanum offendere Saxones poterat, quod offenſis facile eſſet, ope Slauorum ſe a iurisdictione Imperii Germanici eximendi.* Ludolfum *igitur a Saxoniae proceribus, inſciis licet Imperatoribus, ducem creatum, comiter habuerunt ipſi Caeſares Germanici. Imo & Ordinibus Germaniae viſum eſt, extinctis Carolingis an.* 912. *Imperii faſces* Ottoni, *Saxoniae Duci, offerre, vt huius partim animum placarent, partim in ſocietate ac veneratione Germanici Imperii Saxones retinerent. Patuit enim is ducatus per omnem Saxoniam, ab Albi ad Rhenum per Weſtphaliae & Angriae ditiones protenſus. Quem etiam iure hereditario agnati* Ludolfi *rexerunt, vſque dum, his extinctis, vniuerſa Saxonia, matrimonii cauſa, ad* Lotharium *Caeſarem, & ab hoc ad* Welficam *familiam pari ratione deuolueretur, quod ex tabula p.* 680. 681. *luculenter patet. An vero* Ludolfi *proauus,* Wittekindus *Magnus, fuerit Saxoniae dynaſta, vt p.* 675. *in Saxonia oſtenſum, adeoque Miſnenſes, atque hi Saxoniae principes ex eodem ſtipite deſcendant? id mihi*

Cum variarum familiarum ditiones matrimonii felicitate in Germania acquiſiuerint *Ateſtini*, viſum eſt has vnica tabula includere, vt ſingulae deinceps eo facilius & luculentius poſſint deſcribi:

I. ATESTINVM.	II. GVELFICVM.	III. BILLINGANVM in Stübbekeshorn.
Caius Actius Romanus, Senator & dynaſta.		
Ateſtinus an. 402.		
Aurelius 411.	Varinus.	
Tiberius 410.		
Alfonſus 453.	Iſenbard C. Altorf. XII. gemellor. pater an. 780.	
Maximus 493.		
Bonifacius 552.		
Valerianus 556.		
Gondelardus 676.	Welfus, Comes Altorfi.	
Heribertus 682.		Hermann. Billingen ab Otton. M. Dux Saxon. effectus 961.
Erneſtus 694.	Eticho.	
Henricus 754.		
Berengarius 780.	Henricus vulgo Dux Bauar.	
Otto ſ. Azo 840.		
Sigfrid ſ. Sigb. 898.	Henricus 910.	
Azo, Vic. Ital. 986.	Rudolfus 940.	Benno m. 1011.
Ottbert. ſ. Albert. ſ. Sigbert. qui cum Otton. M. Caeſ. venit in German. 962.	Welfus I. 980.	Bernh. m. 1063.
	Rudolfus II.	
Hugo 991.	Welfus II. 1026.	Ordolf. m. 1073.
Azo vxor 1055.	Cunigunda.	Magnus, Dux Luneburg. m. 1106.

Welfus IV.
ab Henr. IV. Caeſ. exauctorato Ottone
DVX BAVARIAE creatus.

Azo, vnde Modenae Duces.

Henricus Niger m. 1125. vxor *Wulfildis*, heres SAXON.
Dux *Bauariae* & SAXONIAE (*)

Henricus Superbus
Dux Bauariae & Saxoniae m. 1139.

HENRICVS LEO m. 1195.

In hoc igitur tot ſtemmatum ditiones hereditario iura —
Duces omnes indirupta ſerie —

(*) Atque haec cauſa, quare Brunſuic. & Luneburg. reliquerit, vt materna bona, in proſcriptione.

IV. QVERFVRTH. & Supplinburg.

Bruno, dynaſt. in Querfurt.

Prozo.

Prozo.

Bruno 1008.

Burkard. 1535.

Gebhard. m. 1075. Comes Querfurth. Supplinburg.

Eilke, vx. Ott. Anhaltini.

Lotharius Caeſ. m. 1137.

V. WITTEKINDEVM.

Wittekind. m. 807.

Vipertus. — Wittekindus iunior, vulgo Comes Wettinenſis, vnde Elect. Saxoniae.

Bruno.

Ludolf. m. 859.

Otto, Dux Sax. 916.

Henricus Auceps Caeſ. 936.

Otto M. 973. — Henric. Rix. 955.

Otto II. 983.

Otto III. † 1002.

Bruno I. 1006. — Hermann.

Bruno II. 1014. — Sigfrid

Ludolf. 1074.

Egbert. m. 1068. — Otto, Dux Bauar. vid. Bauar.

Gertrudis vxor — Henrici Pinguis Duc. *Viſurgani.*

vxor eius Rixa

vxor eius fuit Gertrudis

— confluxerant. Vnde etiam Brunſuicenſes ac Luneburgici
— hodienum deſendunt.

mihi clare euictum eſſe, non videtur. Id manifeſtum eſt, quod de Ludolfi *progenie exhibuimus. Quod ſi vero de iure quaeſiueris, quod Saxones ſub Ludolfo ſe in eam libertatem adſeruerint, conſiderationem merentur* a) *an priſtinum ſtatum, e quo Carolus M. eos excuſſerat, nunc poſtliminio recipere potuerint?* b) *an Carolingici Caeſares Saxones, a Slauis inuaſos, dereliquerint?* c) *an ex praeſumto Imperii conſenſu id fecerint, ne, in praedam Slauorum concedendo, horum potentiam augerent?* d) *an, extinctis Carolingis, ceu domo regnatrice, imperium vt ad ſingulos alios Germaniae populos, ita ad Saxones quoque redierit? vt mihi e dogmate Grotiano videtur. Quod vero aliae ſeiuncti quondam Status prouinciae, Boioaria ſcilicet, Thuringia, ac ceterae hoc eodem iure vſi non fuerint; id forte ex ignorantia eorum factum eſt, quae intelligentioribus Saxonicis gentibus fraudi eſſe non poteſt. Ex immenſa igitur plurimarum Europae regionum noſtris principibus nihil bodie, praeter* Billingana, *fere ſupereſſe videmus. Adeo verum eſt, quod de Romanis Auguſtinus dixit: ſi multi Germaniae principes reddere deberent, quae per latrocinia Henrico Leoni tum erepta ſunt, fore, vt ad infimas caſas redirent, qui nunc magnis dominiis praeſunt. De* Lubeca *emta ab Henrico Leone; de* Oſterodenſi *&* Stadenſi *Comitatibus, vacui iure ab eodem occupatis, ſed pariter iterum amiſſis, rebus minoris momenti, inter differendum.* Meibomius, Schurzfleiſchius, Boeclerus *peculiari de Henrico Leone inſtituto egerunt, hi prae ceteris conſulendi. Vulgares enim Chronographi fabulis ſcatent, & optimo principi ſine diſcrimine affingunt, quicquid ab inuido ac hoſtili calamo profuſum acceperunt. Intereſt vero Guelficae domus hodienum, vt haec hiſtoria cum iudicio tractetur.*

§. V. Mortuo parente, reliquias auitarum ditionum tres filii communi iure adminiſtrarunt. Sed anno 1203. diuiſione inuicem facta, HENRICVS *Bremenſem* tractum ac vrbem, cum *Stadenſi* comitatu atque *Zellenſem* ditionem; OTTO *Brunſuicenſia*, WILHELMVS *Luneburgenſia* acceperunt. Singuli ſigillatim enumerari merentur. HENRICVS, quod, *Agnete*, filia Cunradi, Comitis *Palatini*, in matrimonium ſumta, *Palatinatum* Rheni ſuae familiae intulerit: quamuis idem patrimonium,

nium, quod ipſe ſine maſcula prole obiret, cum filia *Agnete* ad Ottonem, Boioariae Ducem, Caeſaris auctoritate accedente, iterum deuenerit, de quo in *Palatinatu* ex inſtituto actum eſt. m. 1227.

Otto, Dux *Brunſuicenſis*, quod mortuo Henrico VI. an. 1199. in Imperatorem electus ſit (*), vbi, variis fortunis iactatus, tandem improlis obiit 1219.

Wilhelmus, fratrum minimus, quod is demum fuerit, qui *Guelficae* domui propaginem dedit. Huius enim poſteri ſunt, quotquot in hac gente principes deinceps floruerunt; m. 1213.

Mortuo Henrico Leone an. 1195. *hi tres filii eius ſpem de recuperandis per vim amiſſis regionibus non abiecerunt, quod* a) *iniuria mulctae in filiis innocentibus luculentius adpareret;* b) *aequiores Germaniae quidam principes iisdem fauerent;* c) Gibelingica *familia in odium & Pontificis & plurium Germaniae procerum incidiſſet;* d) *Welfica domus Palatinatu aucta eſſet;* e) *mox etiam Caeſaris faſtigio decorata; Quapropter* f) *non diuiſerunt ditionem filii, quam recuperando amiſſa ampliorem fore crediderent; vſu* g) *tituli etiam* Saxoniae Ducum *perpetuo memoriam iurium renouarunt. Aſt vero cum omne proceres (p. 676.) Imperii ex hac praeda Henrici* Leonis *lucrum captaſſent: fieri non potuit, vt* reciperatores *conſilia ad effectum deducerent. Tabulas* diuiſionis *fraternae Paderbornenſes* 1203. *exhibet* Maderus. *In filiabus Henrici, quarum vna* Agnes *Ottoni, Boioariae Duci, in matrimonium collocata fuit; altera* Irmengard *Henrico, Marchioni Badenſi: id notandum eſt, quod vtriuſque mariti, mortuo* 1227. *ſocero* Henrico, *in* Cellenſem, *aliasque eius ditiones ab eodem relictas poſtulauerint. Sed facile a Guelfica familia repoſitum eſt, femellarum nullam rationem eſſe in ſucceſſione feudorum, niſi extinctis omnibus maſculis agnatis.* Teſtamentum *enim* Henrici, *pro filiarum poſteris factum, ob easdem rationes non fuerat attendendum; quamuis apographum eius apud* Maderum & Sagittarium *extet.*

(*) Vbi nuntium miſit poſtulato & recuperatorio iudicio in gratiam Colonienſis. Quae tabulae extant apud GALENVM in vita S. Engelberti.

extet. Etiam venditio iuris ſui in Saxoniam, Friderico II. Caeſari facta, propterea nullius fuerat momenti. Ottonis *Caeſaris fata cum aemulo Caeſare Philippo, & Pontifice Romano* Meibomius *ex inſtituto tractat, cauſamque eius tuetur.* Wilhelmus *ferreus* das Schlacht-Schwerdt *cognominatus eſt, quod fratri aſſiduus adeſſet in praeliis pro Imperio Romano. Ceterum in* Anglia *natus fuit ſtemmatis ſui* inſtaurator 1184. *Quaſi fata praeſagire voluerint, fore, vt tandem Angliae regni poſſeſſores fierent illius poſteri, qui ex Anglico regali ſanguine & oriundus eſſet, & auram vitalem in Angliae ſolo hauſiſſet.*

§. VI. *Wilhelmi* vnigena Otto fuit, *infans* cognominatus, quod, patre mortuo, *decimum* annum nondum egreſſus eſſet. Vir autem factus, poſt *Henrici* patrui obitum de hereditate eius varias lites habuit. *Palatini* enim heredes *Friderico II.* Caeſari anno 1230. iura ſua vendiderant. Cuius principis animum noſter, nonniſi poſt grauia bella, placauit, vt non ſolum is remitteret a poſtulato; ſed etiam *Luneburgi* atque *Brunſuici* regiones anno 1235. in honorem *ducatus* S. R. I. eueheret. *Stadenſem* Comitatum, a *Bremenſi* Antiſtite occupatum, ſerio quoque cum vrbe huius nominis repetiit. *Oſterburgenſia* multa ab vltimo Comite Sigfrido anno 1236. emit. *Luneburgicis* anno 1238. ius *ciuitatis* conceſſit. *Munda* vrbe anno 1246. decreto Ordinum Imperii patrimonium auxit. m. 1252.

De iniuſta venditione, Friderico II. Caeſari facta, p. 683. *dictum. De* Stadenſi *Comitatu & Aduocatia in ciuitatem* Bremenſem, *itidem portione Palatini p.* 682. *cum Archiepiſcopo eum conueniſſe ſcribunt.* Diploma *Caeſareum de* reliquiis *ditionum Henrici Leonis, in* Ducatum *euectarum, habetur apud* Maderum, Meibomium, Sagittarium, *auctorem* der Braunſchweigiſchen Händel, *inferius in capite de titulis expendendum. Ego non exiſtimauerim, bene ſibi Ottonem admiſſione* noui *tituli conſuluiſſe;* a) *Antea Dux* Saxoniae *audiit: poſtea,*

ea, *nomine hoc omiſſo*, *Dux* Luneburgi; b) *antea in Comitiis Imperii qua Dux* Saxoniae, *quamuis pleraque Saxonia multatus*, *comparuit*; *poſt* noui *ducatus cauſa*; c) *antea de praerogatiuis veterum Saxoniae Ducum certare potuerat*, *de Archiofficio S. R. I. & Electorali dignitate*, *quae poſt huic annexa fuit*: *poſtea omnis* veteris *Saxoniae dignitas in* Anhaltinos *translata fuiſſe videbatur*; d) *antea* veteri *titulo priſtina iura ſemper* renouata *ſunt*: *poſtea a vulgo creditum fuit*, *cum titulo noſtrum omnem etiam animum exiiſſe*, *amiſſa recuperandi. An*, *ius ciuitatis largiri*, *tum Caeſaris fuerit*; *an etiam Principum Imperii? Ceterum quoniam ab hoc principe omnes alii hodienum deſcendunt*; *nexum eius cum hodiernis breui tabula complectemur.*

Braunſchweig. *Otto* puer m. 1252.

Grubenhagen. Albertus M. 1279. Göttingen.

Henricus mir. m. 1322. Albertus Ping. 1318.

Henric vx. CYPRI R. f. m. 1337. Erneſt. m. 1344.

Otto vx. Iohanna, R. NEAP. † 1387.

Otto, Dux Braunſchweig m. 1334. Erneſt. Göttingen m. 1379.

Albertus SALZAE Dux 1397. Fridericus Dux Oſterode m. 1404.

Otto m. 1394.

Ericus m. 1431. Otto m. 1411.

Otto monocul. † 1463. hereditas ad *Wilhelm.*

Henricus m. 1469. Albertus m. 1490.

Henricus † 1526. Philippus *Lutheran.* m. 1551.

Erneſtus † 1567. Wolffgang. Pius m. 1579. Philippus m. 1596. ad Henricum Iulium *hereditas.*

Lüneburg.

Lüneburg.

Iohannes m. 1277.
Otto acquir. Danneberg. m. 1330.
Otto † 1353. communi iure *Wilhelm.* † 1368.
Eliſabeth. vx. Ottonis, D. *Sax.* inde praetenſio eius.

Magnus, Dux Sangerhauſen mox
& Braunſchweig m. 1368.

Ludou. m. 1358. | Magnus torq. recip. Lüneburg m. 1373.

Fridericus Caeſar m. 1400. | Bernh. Lüneburg *com. parens* m. 1434. | Henric. Braunſchw.

Wilh. 1427. Henr. 1473.

Otto Claud. † 1445. | Frid. m. 1478. | Wilh. 1504. Frid. 1494.

Bernh. *Hildesheim.* m. 1464. | Otto Victor. m. 1471. | Henr. Wolf-fenb. m. 1514. | Eric. Calenberg m. 1540.

Henric. m. 1522. | Henric. m. 1568. | Eric. † 1584.

Otto Harburg Lutheran. 1549. | Erneſtus Zell *comparens* m. 1546. eius hodiernam progeniem dedimus. | Franciſc. Giffhorn † 1594. | Iulius *Lutheran. Hoiae* C. 1589. | Philipp. Magn. m. 1527.

Otto m. 1603. | Henr. Iul. m. 1613.

Otto † | Iohann. Frid. | Wilh. † 1642. | Chriſt. † | Otto † | Frid. †

Frideric. Vlricus † 1643. | Chriſtian. Ep. Halb. † 1626.

§. VI. Albertvs, cognomento *Magnus*, patris ditiones cum Iohanne fratre diuiſit, &, *Luneburgenſi* tractu illi relicto, ipſe *Brunſuicenſia* occupauit rexitque; qui etiam, maſcula prole Iohannis in nepote eius *Wilhelmo* an. 1368. iterum extincta, ſtemmatis propagator ſolus extitit. Iura in Comitatum *Stadenſem* facta conteſtatione renouauit. Anno 1255. gvelferbythi & anno 1258. assenbvrgi dynaſtas, perduelles vicit arceſque ſui iuris fecit. Hamelam vrbem, *Mindenſi* Epiſcopo a *Fuldano* venditam, ſibi priſtino iure vindicauit. Peinam, vltimo Comite *Ludolfo* an. 1260. mortuo, in ſuam ditionem iure dominii redegit: ſed locum fratri ſuo Ottoni, facto Antiſtiti Hildesb. lubens conceſſit. Einbeccensem vrbem Daſſelano Comite, Bern-

Bernhardo, male eam habente, in aequali primum foedere tutus eſt, poſtea ſibi ſubiecit; m. 1279.

Difficile iam eſſe incipit, propter multitudinem ramorum ac palmitum ab Ottone puero ſ. infante propullulantium in hiſtoria Brunſuicenſi *luculenter & ad captus diſcentium, quorum cauſa haec congeſſimus, verſari. Hi ergo vt lumen aliquod habeant, potiſſimas familiae ac ditionis diuiſiones breui tabella ſeq. incluſimus, quam iuniores ſequi poſſunt.*

Henricus Leo m. 1195.
vbi p.680.ſq. ſubſtitimus.

Otto IV. Caeſar m. 1218.

Henricus cum vxore Palatina.
- *Irmengard.* vxor. March. Badenſ.
- *Agnes*, Vxor Otton. Duc. Boioar. vnde & *Boica* & *Palatina* domus,

Wilbelmus m. 1213.
Otto Infans m. 1252.
Albertus M. m. 1279.
Albertus Pinguis 1318.
Albertus Pius 1368.
Magnus Torq. 1373.
Bernhardus m. 1434.
Fridericus m. 1488.
Otto Victor. 1471.
Henricus iun. 1532.
Erneſtus Cell. 1546.

Henricus m. 1598. Dannenberg.
| Auguſtus Sapiens m. 1666. Wolffenbüttel.
- RVD. AVG. n. 1627. Braunſchweig.
- ANTON. VLRICH. n. 1633. Wolffenbüttel.
  - Auguſt. Wilhelm. n. 1662.
  - Ludou. Rudolf. n. 1671.
- Ferdin. Albert. m. 1687. Bevern.
  | Auguſt. Ferdin. n. 1677. ceteri fratres.

Wilhelmus m. 1592. Zell.
| Georgius m. 1641.
- Chriſtian. Lud. m. 1665.
- GEORG. WILH. Zell n. 1624.
- Iohan. Frid. m. 1679.
- Erneſt. Auguſt. Elect. Hanover m. 1699.
  - GEORG. Ludou. Elect. n. 1660.
    | *Georg. Auguſt.* n. 1683.
  - Maxim. Wilhelm. n. 1666.
  - Chriſtian. n. 1671.
  - Ern. Aug. n. 1674.

In poſteritate Iohannis *notandum, quod* Otto *filius eius an.* 1312. DANNENBERGENSEM *dynaſtiam a Nicolao, vltimo dynaſta, vel* donationis *titulo, vel iure* vacui *acceperit:*

rit: Luchauienſem *quoque Comitatum a Guntbero, Comite* Keuernburgenſi, *emerit. Huius filius* Wilhelmus, *quod prole maſc. careret, ad* generum *Saxoniae Ducem, Ottonem ſua* teſtamento *voluit deuoluere: ſed in* auito *patrimonio* p. 684. feudi *naturam facile allegarunt* agnati *Brunſuicenſes. Quamuis autem de* Luchauienſi & Dannebergenſi *ditionibus difficilior lis fuerit, quippe quae partim* allodii *naturam babere, partim* collateralibus *agnatis nihil iuris facere videbantur prae feminis e linea* recta: *tamen vtrique parti conuenit, vt* illae *etiam cum* Luneburgico *tractu ad Brunſuicenſem familiam redirent.*

§. VIII. Mortuo *Alberto* Magno an. 1279. filii eius ſiue *teſtamento* parentis, ſiue *proprio* inſtituto ditionis paternae nouas portiones fecerunt. *Tertio* fratre *Wilhelmo* non diu poſt an. 1292. obeunte, diuiſio *bipartita* manſit, & eadem gens in *duas* nouas lineas abiit p. 685. 686.

Henricvs Moroſus ſeu *mirabilis* accepit *Grubenhagen, Einbek, Hameln, Oſteroda, Luttersbergae* Comit. Gebelhuſium, Duderſtadium, &, mortuo tertio fratre, *Brunſuicenſem* tractum arripuit. Cuius inde linea Grvbenhagensis, interdum etiam Einbeccia, poſt quoque Brvnsvicensis audiit. Sed vero poſt *tria* integra ſecula an. 1595. in *Philippo* vltimo haec linea iterum *extincta eſt.*

Albertvs *Pinguis* cognomento, conſecutus eſt ex hereditate paterna Goettinganam regionem. Princeps facilis ingenium, qui fratris animum habendi cupidum patienter tolerauit. In eo poſt tot ſecula felix; quod, fratris progenie pridem extincta, eius etiamnum propago in magno flore adhucdum vireſcat. In cuius ſtemmatis deſcriptione nos etiam, ceteris obiter libatis, filum hiſtoriae continuabimus. m. 1318.

Henrici *Mirabilis poſteri, ſiue* Grubenhagenſis *lineae principes e tabula p.* 685. *intelligi poſſunt, de quibus memorabilia hic attingemus. Peculiare* votum *in S. R. I. comitiis habuit. Legatur hic Henrici* Roslae *de K*[illegible]*ingsberga carmen, cum notis Ioh. Henr.* Meibomii *editum, Luneb.* 1652. 4to. Henricus *iunior multis* reliquiis *Sanctorum onuſtus e terra* ſacra

ſacra *in patriam rediit.* Otto *filius eius* Eichsfeldenſem *tractum Moguntino an.* 1337. *oppignorauit : idem*, *Iohanna*, *Regina* Neapoleos, *in matrimonium ducta*, *Rex* Siciliae *&* *Princeps* Tarenti *effectus eſt* (*). *Henrici* Mirabilis *ex filio* Erneſto *nepotes patrimonia ſua auxerunt.* Albertus *SALZAE dominio dynaſtis eius extinctis :* Fridericus *altera parte* Lutterbergici *Comitatus* (**), *vltimo Comite mortuo*, *Ottone. Quem Comitatum poſtea* Hohenſteinenſibus *Com. in feudum conceſſit.* Philippus *ſenior*, *Alberti pronepos*, *an.* 1521. *in* Wormatienſibus *Comitiis cauſam Lutheri amplexus eſt ; cui tota ſorte gens* Brunſuicenſis EVANGELICAE *doctrinae initia debet. Parentis exemplum filii deinceps* Wolfgangus *&* Philippus *imitati ſunt. Quorum* ille *an.* 1593. Hohenſteinenſibus *Comitibus in* Erneſto *extinctis* Lutterbergenſia, *vacui cauſa*, *recepit :* hic *autem vltimus huius lineae Princeps fuit*, *in quo an.* 1595. *ramus* Grubenhagenſis *iterum exaruit.*

§. IX. *Alberto Pingui* plures iterum *filii* fuerunt, qui paternam ditionem *partiti* ſunt. Sed cum propago ceterorum minus diuturna fuerit, in MAGNO Principe, cuius poſteri adhuc florent, occupabimur. Is cum *vxore* Sophia, Henrici Marggrauii, *Landsberg*, *Sangerhauſen*, *Petersberg*, *Leckſtatt*, *Drilze* aliaque dominia accepit, in quorum poſſeſſione ſolenni formula an. 1333. a Caeſare inauguratus eſt. m. 1368.

Fratres Magni *fuerunt* 1) *OTTO Munificus*, *qui veterem Marchiam cum vxore* Agnete, *filia Cunradi Marchionis*, *in dotem accepit ; ſed poſtea iterum amiſit ac prole deſtitutus*, *m.* 1334. 2) *ERNESTVS*, *cuius filius* Otto der Quade *ſ.* degener *cognominatus ab Henrico Ferreo*, Haſſiae *Landgrauio*, heres *inſtitutus eſt ; ſed quod hominis voluntatem ambulatoriam eſſe non cogitaret*, *ante diem in annos teſtatoris inquirendo:* weren two ogen tod, ſo queme ick ut all miner noth,

(*) Sed felici connubio infelix reſpondit euentus. Nam Iohannae ſe oppoſuit ex ſorore nepos Durrachius, qui motus excitauit Neapoli, vt, Ioanna occiſa, Otto in cuſtodia nuntium mitteret regno.

(**) Luterberg im Harz, Graſſchafft.

noth, *eum* offendit, *vt teſtamentum reſcinderetur. Eius filius* Otto *Monoculus improlis obiit* 1463. *vltimus huius lineae.*

§. X. MAGNVS *Torquatus*, mit der Kette, parentis *Magni* propaginem continuauit; fratre *Ludouico* ſine prole an. 1358. obeunte. Princeps ferox fuit ac bellicoſus, qui vtrumque LVNEBVRGICVM ac BRVNSVICENSEM tractum rurſus ſub poteſtatem *vnius* redegit. Sed in *Luneburgica* ditione Saxoniae Ducem competitorem habuit p. 686. Qui etiam an. 1370. a Carolo IV. Caeſare *proſcripti* regiones occupauit: noſter vero inter pugnandum occiſus eſt an. 1373.

Patibuli metu, a parente incuſſo, leuiſſimi ingenii Princeps argentea catena *collum cinxit, vt vel hac, ſi pater verus diuinator eſſet, ſuſpenderetur.* Landsbergenſia *p.* 689. *anno* 1367. *Miſnenſibus vendidit, aut quod alii,* oppignorauit, *vt nummi eſſent ad bella vicinis inferenda. LVNEBVRGICAS ditiones Saxones petierunt,* a) *quod ab vltimo Principe* Wilhelmo 1368. *eſſent nominati heredes p.* 686. b) *ab huius filia Eliſabetha deſcenderent ipſi;* c) *ſententia Caeſaris accepiſſet, inprimis* Magno, *quod diximus, proſcripto. Repoſuerunt noſtri ad* a) *teſtamenti in feudalibus nullam vim, ad* b) *neque* cognationis, *quam diu ſuperſtites ſint agnati, ad* c) *Caeſarem male informatum & partium ſtudio corruptum eſſe.*

§. XI. FRIDERICVS magni parentis optimus filius fuit. Ei cum fratribus BERNHARDO & HENRICO ita conuenit, vt *PRIMOGENITVRAE* iure in gente ſua regi vellent. Is ergo cum ſummae rerum ſolus praeeſſet; *Luneburgicum* atque *Brunſuicenſem* ducatus, *proſcriptione* parentis *amiſſos*, iterum recuperauit (*). *Illum* Saxoni, *hunc* agnatis *Goettinganae* lineae eripiendo. Mereri hic Princeps Germaniae proceribus viſus eſt, vt anno 1400. in Caeſarem Romanorum eligeretur. Verum electus dum iter Francofurtum ingreditur, inſidiis Moguntini periit an. 1400. *Fratres* ſuperſtites reuocant primogeniturae pacta, atque ita portiones inuicem ſeparant, vt BERNHARDVS *Luneburgenſia*, HENRICVS *Brunſ-*

(*) Intelligitur inde, quod felonia non transeat in liberos.

Brunſuicenſia conſequerentur. Inde duae lineae *peculiares* exortae ſunt, quarum *illa* propaginem ſuam adhucdum habet: *haec* vero, poſt *duorum* ſeculorum interualla, in *Friderico Vlrico* an. 1634. iterum expirauit. Nos iterum in BERNHARDO & eius progenie deſcribenda occupabimur: *fratris* poſteritatem, quantum inſtituto ſufficit, obiter recenſituri. Ceterum ad nexum dicendorum tenendum p. 685. 686. traditam *tabellam* commendamus. Bernhardus Comitatum *Homburgenſem* an. 1409. vltimo Comite Henrico mortuo in ſuam gentem transtulit. Obiit 1434.

Ius PRIMOGENITVRAE, 1374. *ſemel conſtitutum, an fratres an.* 1400. *tollere iterum potuerint? A.* 1) *quod* ſuo, *non Caeſaris arbitratu initum hoc pactum;* 2) *in mutationem eius omnes* conſenſerint, *quorum poterat intereſſe. Pacta* Saxo-Anhaltinorum *mutuae SVCCESSIONIS an.* 1389. *cum noſtris ſolenniter inita, vtrum an.* 1689. *ſucceſſu caruerint? An Caeſaris* conſenſu *firmata fuerint? vel hoc opus* non *habuerint? An priſtinum forte ius noſtrorum in Saxoniam reſpexerint? An hodie iuris aliquid ſuperſit? In linea* Henrici von Braunſchweig *notabiliora ſunt.* Henricus *m.* 1416. *bellicoſus fuit. A Pontifice* relaxationem *iuramenti accepit, quin ſummam* 100000. *fl.* Lipſienſi *Comiti, qui eum in carcere habuerat, hinc emiſſus ſolueret. Quo iure? WILHELMVS filius* Hallermundanum *Comitatum a Philippo Spiegelbergae Comite* 1435. *ceſſionis titulo, &* 1447. Wunſtorpienſem *iure emtionis a Ludolfo Comite ſuae familiae intulit.* Nonagenarius *obiit* 1482. *WILHELMVS iunior f.* Helmſtadium, Abbati *parentem*, 1491. *emit. HENRICVS f.* ſenior *ſtemma propagauit: ſed eius frater* Ericus *multis victoriis Maxim. Caeſari ſe commendauit;* Ericus *iunior parentis veſtigia preſſit, atque* 1575. *ramum finiuit. HENRICVS iunior* (*), *Henrici ſenioris filius, ius* primogeniturae *iterum conſtituit, non ſolum fratrum conſenſu, ſed etiam Caeſaris auctoritate* 1535. *Quid cauſae, cur ne ſic quidem fuerit obſeruatum? IVLIVS f.* Euangelica *demum ſacra* 1570. *in omni ditione ſua colere iuſſit.* Helmſtadienſis

(*) **Luthero aduerſus, Saxoni & Haſſo. Inde bella. Demum & ipſe fit Euangelicus.**

ſtadienſis *Academiae in hunc finem conditor* 1574. Hoiae *Comitatum an.* 1582. *Comitibus extinctis, atque portionibus cum* agnatis *&* Haſſiae *Principibus diuiſis, ſub poteſtatem ſuam redegit.* *HENRICVS IVLIVS* f. Halberſtadii *&* Mindae *Epiſcopus*, poſteriori *Epiſcopatu* 1585. *iterum abdicato*, *Dux factus, mortuo* 1593. *Erneſto Comite, in* Hohenſteinenſia, *& an.* 1599. *Iohanne Georgio Comite extincto in* Rheinſteinenſia *&* Blanckenburgenſia *ſibi ius fecit*, Walkenridani *coenobii adminiſtrator factus cauſa fuit, coenobii poſt* 1648. *ad Brunſuicenſes translati.* Brunſuicenſi *ciuitati ſcriptis ac armis litem fecit. m.* 1613. *FRIDERICVS VLRICVS*, *filius* Grubenhagenſis, *portionis* 1596. *morte Philippi vacuae, lites ſub parente coeptas expediuit. Bellis Germanicis, cum fratre* Chriſtiano Halberſtadienſi *admodum illuſtris, obiit* 1634. *vltimus ſuae* lineae.

§. XII. *Bernhardo Luneburgico* duo filii erant Otto & Fridericus. *Ille* an. 1445. improlis obiit, *hic* gentis propagator fuit, & mortuus eſt an. 1478.

Otto *cum vxore Eliſabetha, Hermanni, vltimi Comitis* Eberſteinenſis, *filia, iſtum Comitatum acquiſiuit.*

§. XIII. *Friderico* iterum duo filii, Bernhardus & Otto. *Ille* 1452. *Adminiſtrator* Epiſcopatus *Hildesheimenſis* factus, hoc munere ſe abdicauit poſt ſexennium, ſed 1464. improlis mortuus eſt. *Hic* genus propagauit, m. 1471.

Pater itaque e coenobio, quorſum, filiorum cauſa, ſeceſſerat, ad curas reipublicae rediit, quas ſuo, *non* tutorio *nomine nepotis Henrici adminiſtrauit. Occaſionem aliqui ſumunt exemplo Ottonis, male ominari illis, qui ſacrum ordinem relinquant.*

§. XIV. Henricus poſt plura bella cum *Brunſuicenſi* ciuitate, *agnatis* aliisque vicinis hoſtibus, in eo felix fuit, quod Diepholdanus Comes Fridericus eidem Comitatum in feudum obtulerit an. 1521. Ab imperio proſcriptus, regiones filiis conceſſit. m. 1532.

An feuda immediata imperii eximi poſſint, inſcio Imperatore aut Imperio? An proſcriptionis *effectus* ceſſione *bonorum euitari poſſit.*

§. XV.

§. XV. Parenti tres filii fuerunt, OTTO, ERNESTVS, FRANCISCVS. *Prioris* genus der Harburg-Linie in nepote *Wilhelmo* 1642. iterum expirauit: *vltimus* zu Giſſhorn improlis obiit an. 1549. ERNESTVS itaque ſupereſt omnium *Brunſuicenſium*, *Luneburgenſium* & *Hannoueranorum* Principum, quotquot hodie viuunt, parens conditorque p. 686. Qui Wittebergae ſtudiorum cauſa verſatus eſt, & Lutherum Profeſſorem audiit, dogmata eius adprobauit, atque formula Auguſtana 1530. ſubſcripta, doctrinam Euangelicam cum ſubditis ſuis agnouit accepitque; m. 1546.

In poſteritate Ottonis *notabiliora ſunt*, *quod* Harburgenſem *lineam inceperit; cuius filio* Ottoni *iuniori*, *quod* impari *matrimonio natus eſſet*, *in ſucceſſione controuerſia mota fuit ab agnatis*, *ſed* Caeſaris *decreto legitimus heres feudorum habitus fuit. An hoc praeiudicium obliget hodiernum Brunſuicenſes? A* pactis *ſpecialibus ſibi poſtea proſpexerint?* Feltmanni *tractatus de impari matrimonio.* Harburgenſi *&* Giffhornana *lineis extinctis*, *ad* Cellenſem *ditio eorum redit.*

§. XVI. *Erneſti* plures quidem *filii*, ſed, ceteris omnibus absque ſobole mortuis, *duo* tantum attendendi ſunt, qui ſtemma propagarunt. HENRICVS, vnde linea QVELFERBYTANA originem habet: & WILHELMVS, qui ZELLENSI atque HANNOVERANAE ortum ſucceſſumque dedit. Luculentioris doctrinae cauſa, quod hae lineae in propagine ſua adhucdum floreſcant, viſum eſt, ſeiunctas cuiusque rationes inire. Communes enim nexus ſingularum in Erneſto m. 1546. facile p. 686. perſpici queunt, quorſum iuniores remittimus.

Quatuor *filii Erneſti erant*, 1) FRANCISCVS OTTO, *qui an.* 1559. *improlis obiit*; 2) FRIDERICVS *ſine prole m.* 1553. 3) HENRICVS, *vnde Henriciana ſeu* Quelferbytana; *&* 4) WILHELMVS, *vnde* Wilhelmina *ſeu* Hannouerano-Luneburgica *originem ſumſerunt. Ita enim* vtrique *fratri conuenit*, *vt*, *poſtquam* communi *iure aliquandiu rexiſſent*, *illi ditiones inuicem partirentur. Vbi tamen e tabula p.* 686. *probe intelligendum eſt*, *hoſce duos fratres non omnem auitarum regionum ditionem poſſediſſe. Sex*

enim eo tempore lineae in eadem gente floruerunt, 1) Harburgenſis *an.* 1642. *extincta*; 2) Giffhornana *an.* 1549. *exaruit*; 3) Guelferbytana *an.* 1634. *finita*; 4) Calenbergenſis *an.* 1584. *expirauit*; 5) *ex noſtris vna* Dannebergenſis, *quae poſtea Guelferbytana effecta eſt*; 6) Cellenſis *ſeu Luneburgica*, *quae* Hannoueranam *poſtea comitem nacta eſt*. *Vltimae ergo* duae, *ceteris extinctis*, *enumerandae reſtant*. *Quod vt luculentiori methodo fiat, omnes ſigillatim recenſebimus*.

LINEA GVELFERBYTANA.

§. XVII. Henricvs, Erneſti filius, maior natu, princeps facilis ac boni animi, cum fratre paternas ditiones *communi* per decennium iure rexit. Poſtea anno 1556. *diuiſit* cum eodem, atque, *Dannebergenſi, Schaernebeccenſi*, *Lucbouienſi* tractibus ſibi retentis, Luneburgicas regiones fratri conceſſit. m. 1598.

Nomine igitur Dannebergicae *lineae noſtra principio audiit*, *poſtea demum* Wolfenbuttelana *dicta*. *Habuit noſter an.* 1596. Grvbenhagensi *ramo exareſcente*, *ſuper illa* hereditate *controuerſias cum agnato* Henrico Iulio, *qui eandem ſolus arripuerat*. *Neque tamen litigando aliquid effectum eſt*.

§. XVIII. Avgvstvs *Sapiens*, *Iulio Erneſto* fratre 1636. ſine prole mortuo, *paternis* regionibus *ſolus* praefuit. Hic Princeps, niſi quod ad *iram* nimium praeceps eſſet, in maxima laude eſt omnium ſcriptorum. Gvelferbytana vetere linea 1634. in Friderico Vlrico extincta, ipſe ſucceſſit; vt adeo *Dannebergenſia* & *Guelferbytana* ſolus contineret. Magnas impenſas in *literariam ſupellectilem* fecit, quod animum haberet vario *ſtudiorum* genere, *itineribus* item per Galliam, Angliam, Italiamque probe excultum. *Legibus* quoque & *ſacris* & *ciuilibus* ſubditis proſpexit. In extrema *ſenecta*, annos nactus 88. obiit an. 1666.

Bibliotheca Guelferbytana 60000. *ſcriptores numerat*, *a* Conringio *deſcripta*. Catalogi *horum librorum*, manu *huius Principis ſcripti*, *aſſiduitatis ac tolerantiae rariſſima exempla ſunt*.

ſunt. Von ſeinen Policey⸗ und Kirchen⸗Ordnungen *inferius.* Vernaculae *etiam linguae excolendae ſtudioſiſſimus fuit, cuius elegantiam ſacrae ac ciuilis curiae aſſeſſoribus admodum commendauit.*

Braunſchweig.

§. XIX. RVDOLFVS AVGVSTVS n. 1627. vt *imaginem magni* Principis in oculis haberet, aliquandiu a latere Electoris *Brandenburgici* Friderici Wilhelmi eſſe voluit. Parente 1666. obeunte, *reipublicae* faſces *ſolus* capeſſere poterat, fratribus iure excluſis. *Hoexteranae* vrbis controuerſias cum potente aduerſario Epiſcopo *Monaſterienſi*, qua Corbeienſi abbate, 1670. agitatas recenſebimus ſuo loco. *Brunſuicenſes* an. 1671. d. 16. *Iunii* ad obſequia ſuorum Principum reuocauit, in ditionemque recepit; Luneburgicis autem agnatis *Dannebergica* ceſſione ſatisfecit. De *Blanckenburgenſi* cauſa an. 1671. alibi. *Auxiliares* copias pro Germaniae ſalute contra *Suecos* & *Gallos* 1672. & 1689. miſit. Neque hoc tempore, in bello 1702. contra Galliae Regem declarato, animum laudatiſſimi Principis alium fore, quam armis conſiliisque eo anniti, vt patriae ſalus procuretur, eius prudentia, pietas,

Wolffenbüttel.

ANTONIVS VLRICVS n 1633. Princeps magni ingenii, variis *itineribus* ac ſtudio *literarum* exculti. *Matheſeos* inprimis ac *Mechanicae* artis excellentiſſimus. Cuius ſpecimen in ſtructura palatii ac horti *Salzthal*, vix alterum lapidem a Guelferbutho, licet intueri. E paterna ditione principio acceperat *Schoeningen*, *Ierxheim*, *Voigtsdalen*, *Caluoerde.* Inter Candidatos etiam Epiſcopatus *Halberſtadienſis* fuit: ſed hoc an. 1648. Brandeburgicis (vid. Poruſſiam) conceſſo: *artic. XIII.* §. 11. Pac. Oſnab. *Praebendam in Epiſcopatu* Strasburgenſi accepit; poſtea etiam *director* ibidem nominatus eſt omnium Canonicorum religionis Euangelicae. Vtroque tamen fructu 1681. inuaſione Galliae R. excluſus fuit. Sed hunc largiter noſtro repoſuit optimum Numen. Factum enim eſt, vt frater ante hoc tempus eundem in ſocietatem imperii adſciſceret. Cui ſemel admotus, nihil omiſit, quod ad

Braunſchweig. Wolffenbüttel.

pietas, candor, perſpicacia omnibus polliceri queunt. Eſt etiam idem Princeps in magna *ſapientiae* laude apud orbem literatum. Sublimioris praecipue *Theologiae* piiſſimus indagator. *Maſcula* prole caret. *Prima* thori ſocia *Chriſtiana Eliſabetha* fuit, vltimi *Barbienſis* Comitis f. m. 1681. *Altera* ſiniſtre quidem iuncta, virtute, quam ſanguine illuſtrior *Rudolfina* de *Lautenſack* m. 1702. Ceterum, raro fraternae concordiae exemplo, noſter *Antonium Vlricum in ſocietatem* curarum & regiminis admiſit. Magnos Principes imitatus, qui *terreſtria* regna depoſuerunt, vt ſpatium viuis eſſet, qua animum in meditatione coeleſtium paſcerent.

ad partes prudentiſſimi rectoris explendas facere poterat. In pace *Ryſuicenſi* 1697. *Praebendas* Argentoratenſes repetiit quidem a *Gallis*, ſed ab his, vt alii plures in manifeſto iure auditus non eſt. Salſiſſime enim Gallici legati repoſuerunt, *Canonicum Lutheranum* σιδηρόξυλον, atque e numero rerum illarum eſſe, quarum vna alterum deſtruat. Moraliter enim fieri non poſſe, vt illi ex *reditibus Canonicorum* iure viuant, apud quos *vita Canonica* piaculum ſit. Vt adeo priuatae etiam Principi noſtro cauſae ſint, iniurias contra patriae *hoſtem* auxilio copiarum ſuarum vindicandi. *Prole* vtriuſque ſexus gaudet e p. 687. repetenda.

Tertius frater p. 687. *nominatus eſt*, Ferdinandus Albertus, *qui e fructibus* apenagii Beuerae *vixerat*, *in eodem eiusdem pacis articulo* praebenda Argentinenſi *auctus. Peregrinator egregius*, *Anglia*, *Gallia*, *Italia*, *Germaniaque non obiter peragratis. Literarum quoque ſtudio idem excelluit. Sunt, qui triſtioris eum Philoſophiae accuſant. Doctrina enim & vita* Stoicum *habent*, *quod elegantiae aulicae & ſeculi ſui deriſor contemptorque fuerit; m.* 1687. *Quatuor filios reliquit*, Auguſtum Ferdinandum, *n.* 1677. *m.* 1704. Ferdinandum Albertum, *n.* 1680. Chriſtianum, *n.* 1682. Erneſtum Ferdinandum, *n.* 1682. *fratres gemellos. Qui omnes in ſtudiorum ac militiae gloria in maximas ſpes effloreſcunt. Ceterum de TRIGA fratrum Principum raro exemplo annotari meretur, quod non tantum*

omnes

omnes literati *fuerint; ſed hac laude* excelluerint, *ſinguli etiam* libris *in publicum editis admodum illuſtres. Iuit fere in ſermonem eruditi orbis, vt* Rudolfum Auguſtum *Sapientiſſimi THEOLOGI:* Antonium Vlricum *ingenioſiſſimi MATHEMATICI:* Ferdinandum Albertum *profundi PHILOSOPHI elogiis diſtinguant. Vitam ſuam* Beueranus *Princeps edidit ſub titulo:* **Hiſtorie des Wunderlichen.** *Hoc enim nomine internoſci voluit, in ſocietate recuperatorum elegantiae Linguae Germanicae, vulgo* **der Fruchtbringenden Geſellſchafft.**

LINEA ZELLENSIS.

§. XX. Wilhelmvs, filius Erneſti, in quo p. 693. ſubſtitimus, conditor *Cellenſis* atque *Hannoueranae* propaginis *(p. 687.)* fuit. Quamuis autem numeroſa ei eſſet maſcula proles, *ſeptem* enim filios vidit; prouidentia tamen Numinis factum eſt, vt multarum etiam regionum *auctibus* ditiones eius creſcerent, *Wolffenbuttelana* agnatorum portione longe demum maiores. A *parentis* hereditate poſt *diuiſionem* (p. 693.) cum fratre 1556. inſtitutam 1) Lvnebvrgicvm tractum accepit, Dannebergenſi parte, quam *frater* natu maior elegerat, vtique iam *maiorem.* Deinde an. 1582. vltimo *Hoyenſi* & *Burchhuſano* Comite *Ottone* ſine prole mortuo, 2) Hoiensis Comitatus praefecturas *Hoiam*, *Meinburg*, *Liebenau*, *Bruchuſiam*, vtraque hereditate cum *Iulio* p. 686. agnato & *Haſſiae* Landgrauio diuiſa, ſuae familiae intulit. Mox etiam 3) Diepholdanvm Comitatum, *Friderico*, vltimo ſuae familiae, 1585. obeunte, *vacui* iure p. 692. occupauit; m. 1592.

Multi illud intelligere nequeunt, qui factum ſit, quare Wolffenbuttelana *ſenior linea, tanto potentiae ac virium interuallo, inferior ſit iunioribus lineis &* Cellenſi *&* Hannouerana. *Cauſae igitur tenendae ſunt* a) *facilitas fratris Henrici*, b) *mors Luneburgicorum vaſallorum*, **die ſtarcke Lehens-Fälle der Graffſchafften Hoia und Diepholdo.** *Cetera in ſequentibus.*

§. XXI. Wilhelmo an. 1592. mortuo *ſeptem* filii fuerunt ſuperſtites. Hi quamuis, pacto inuicem inito, omnes *caelibes* manſerint, *ſexto* natu fratre GEORGIO per *ſortem* electo, vt is, vxore ducta, ſtemma ſolus propagaret: cuncti tamen mereri videntur, vt *ſigillatim* recenſeantur. Conuenit inter illos, vt omnes *ſucceſſiue* ditionem regerent, prout quemque *maioratus* vocaret.

ERNESTVS igitur *primogenitus* n. 1564. *faſces principio* capeſſiuit, ſed an 1611. in *coelibatu* obiit.

CHRISTIANVS *ſecundus* 1566. natu, hunc in regimine ſecutus eſt. Is *an.* 1644. controuerſiam de iure *praecedentiae* ſibi ab agnato *Friderico Vlrico* p. 686. motam, quod & linea & aetate ſenior eſſet, egregie tutus eſt. Mox etiam 4) GRVBENHAGENSEM hereditatem an. 1596. poſſeſſore p. 685. vacuam, eodem iure contra eundem obtinuit an 1615. *Mindenſis* etiam Epiſcopus, qualis 1599. electus fuerat, ad vitae obitum manſit. m. 1633.

AVGVSTVS 1568. natu *tertius* eum excepit. Is RAZENBVRGENSIS Epiſcopus an. 1610. factus eſt. Hereditatem vero, *Wolffenbuttelano Calenbergenſi* ramo an. 1634. exareſcente, cum proximo agnato *Dannebergenſi* Auguſto ita diuiſit, vt 5) CALENBERGENSIA ſuae ditioni adderentur. Tandem ſe a regimine abdicauit, ſtatim poſt mortuus an. 1636.

FRIDERICVS 1574. natu *quartus* fratrem ſecutus eſt an. 1636. *Razenburgenſis* Epiſcopatus coadiutor fuit. Et *Harburgenſi* linea 1642. expirante. 6) HARBVRG & MIOSBVRG praefecturis ditionem ampliorem reddidit. Cum ipſe coelebs eſſet, pro fratris poſteritate in *Weſtphalica* pace laborauit. 7) Vt in OSNABRVGENSI Epiſcopatu *alternis* vicibus cum religionis Romano-Catholicae ſociis ſuccederent. 8) WALKENRIEDENSIS praelatura iure ſeculari iisdem obueniret. 9) Monaſterium GROENINGENSE domui ſuae reſtitueretur. Quorum omnium *cauſa* in eo quaerenda eſt, quod *Brunſuicenſes* vtriuſque lineae duces *coadiutoriis ad Magdeburgenſem, Bremenſem, Halberſtadienſem, Mindenſem, Razeburgenſem* Epiſcopatus obtinendos viam ſibi feciſſent, a quibus fruſtra

ſtra ſecedere noluerant. Et vero plus obtineri tum potuiſſe pro hac domo nullus dubito: modo iuri ſuo vehementius, poſthabita publica Germaniae pace, inhaerere voluiſſent, neque nimium potentem aemulam habuiſſent reginam Suecorum. m. 1648. Qui iuniores etiam fratres viuendi ſpatio ſuperauit.

Quintus enim natu MAGNVS án. 1632. obiit: *Septimus* vero IOHANNES 1628. GEORGIVS etiam *ſextus* frater, qui ſtemmatis propagator fuit, mortuus eſt, an. 1641. quatuor poſt eum filiis ſuperſtitibus.

In ea tempora hi fratres inciderunt, vt nulla dubitatio ſit, Brunſuicenſes *ad dominatum Saxoniae inferioris aſpirare potuiſſe, Epiſcopatibus* Magdeburgenſi, Halberſtadienſi, Mindano, Bremenſi, Oſnabrugenſi, *qui ab Eccleſia Romana receſſerant, in tutelam acceptis; quod* 1) *vicini eſſent;* 2) *tot Epiſcopatus communem cauſam facerent;* 3) *illi tutore opus haberent contra iram Caeſaris & Pontificis Romani;* 4) *omnes iſti Brunſuicenſes Principes vel Epiſcopos haberent, vel coadiutores. Sed conſilia ſucceſſu caruerunt, quod* 1) *ipſi Principes Brunſuicenſes inuicem diſſentirent;* 2) *Suecos ſaepius offenderent;* 3) *toties diuiſae regiones nullius fere roboris eſſent;* 4) *hinc facilior Suecis animus, vt omnes iſtos Epiſcopatus principio fere belli ſpe quadam deuorarent.*

§. XXII. *Teſtamentum* de *filiorum* ſucceſſione condidit *Georgius* an. 1641. vt in *bipartita* ditione *duo* fratres natu *maiores* ſequerentur. *Vnus* in CALENBERGENSI, quam ipſe viuus rexerat; *alter* in ZELLENSI, morte *caelibis* fratris ſui *Friderici* 1648. poſſeſſore vacuefacta. Vtramque vero ditionem, ſupplendo ac detrahendo inuicem ex aſſe *aequandam*, poſtea *ſeniori* optionem dandam eſſe, praecipiebat, vtram is mallet ſibi eligere. Quo facto, regiones neque vlterius *diuendendas*, neque *contrahendas* ſub imperium vnius, quam diu in poſteris ſuis plures maſculi Principes ſupereſſent. Hac ergo lege *primus* natus CHRISTIANVS LVDOVICVS n. 1622. ZELLENSEM tractum elegit, in ſuo complexu habentem 1) *Lüneburg*, 2) *Grubenhagen*, 3) *Hoia*, 4) *Diepbold*. *Alteri* natu GEORGIO WILHELMO n. 1624. portio CALENBERGENSIS remanſit. Natu autem *tertius* & *quartus* fratres

tres nihil ditionis acceperunt. Accidit autem 1665. vt, *Chriſtiano Ludouico* ſine prole mortuo, ZELLENSIS portio poſſeſſore vacua redderetur. Hanc igitur *tertius* natu IOHANNES FRIDERICVS arripuit, quod is nullam auitarum regionum partem teneret. Contradixit ſtrenue *alter* natu, Georgius Ludouicus, quod *optionis* iure *Calenbergenſem* tractum cum *Zellenſi*, magis opimo, commutatum vellet. Res ad arma & inteſtinos motus ſpectare videbatur, *Catholico-Romanis* Iohannem Fridericum, qui 1651. *horum* ſacrorum factus fuerat, ad violenta remedia ſufflaminantibus. Verum enim vero *Brandeburgici* Electoris auctoritate factum eſt, vt *an.* 1666. praeter omnium ſpem *Hildeſiae* vtrique conueniret. Qua transactione *Georgius Wilhelmus* ZELLENSEM ducatum cum Comitatibus *Hoia*, & *Diepholda*: *Iohannes Fridericus Calenbergicam* ſeu HANNOVERANAM & *Grubenhagenſem* ditionem ſortitus eſt, arbitris mirantibus, qua ratione *maior* fratrum eo pacto non parum ſe *laedi* paſſus foret. Haec de memorabili *diuiſione*: nunc ad quamque lineam ſeorſim deueniemus.

Allegabat pro iure ſuo Georgius Wilhelmus, *quod* a) ſeniori *parentis Georgii teſtamentum* optionem *daret*; b) *ipſe eam* primogenito *fratri conceſſiſſet*; c) *eadem & ſibi nouis pactis promiſſa fuiſſet a fratribus, ſi ſors tulerit. Legatur* kurtzer Bericht von Hertzog Georg Wilhelms Options-Recht, 4t. *Repoſuit* Iohannes Fridericus a) *quod paternum teſtamentum, aliis caſibus migratum, hic etiam auctoritate careat*; b) *quod neque aliquid de praeſenti caſu diſponat*; c) *duorum fratrum pacta legem ceteris dare nequeant*; d) *Caeſaris nulla auctoritas acceſſerit*; e) *ipſe hactenus admodum indigne habitus ſit*: Wohlgegründeter Gegenbericht wider das praetendirte Options-Recht, 4t. *Conferantur etiam huc* Pufendorfius, Diarium *ac* Theatrum *Europaeum*, Sprengerus, *aliique*.

§. XXIII. Idem itaque GEORGIVS WILHELMVS ſummam rerum in ZELLENSI-LVNEBVRGICO tractu hodienum in extrema ſenecta, moderatur. Is, maiorum exemplo (p. 684.) de *Angliae* regno in magnis rerum conuerſionibus egregie meritus eſt. Anno 1660.

Caroli

Caroli II. cauſam & an. 1688. maritimam *Wilhelmi III.* expeditionem nummis, armis atque conſiliis, quantum fieri potuit, magna voluntatis propenſione adiuuit. VENEDORVM an. 1668. miſſis copiis contra Turcas auxiliator fuit. PATRIAM & BELGIVM vtrumque 1665. 1672. 1689. & nouiſſime 1702. contra Galliae Regis violentiam & inuaſiones, quantum valuit, tutatus eſt. Etiam in Suecis *Marchiae BRANDENBVRGICAE* inuaſoribus hanc iniuriam in Bremenſi ducatu 1676. egregie vindicauit, atque in eo fuit, vt *Stadenſem* Comitatum, auitum patrimonium (p. 682.) recuperare poſſet, niſi inuidia ſociorum & Suecorum adiutores eundem e victricibus manibus ei iterum eripuiſſent. HAMBVRGENSES 1679. & 1686. contra Daniae Regem eodem animo, quo ſubditos ſuos parentis inſtar contra hoſtes fouit, atque An. 1697. & 1698. ab inteſtinis turbis liberauit. SLESVICENSIA cum Danis bella cum alibi, tum anno 1700. ſuis copiis conſiliisque diſſipauit. Anno 1689. vltimo Principe mortuo SAXO-LAVENBVRGICVM ducatum ſuae poteſtatis fecit: *Razenburgenſi* munitione, altero anno poſt, incepta, quod Dani vicinitas periculoſa videretur. Remiſit tamen ab opere, cum res haec 1690. turbas excitare videretur in inferiori Germania. *Octogenario* proximus *venationibus* animum oblectat, ac corpus reficit, eo inprimis genere, quod vehementiſſimum eſt, den *parforce*-Jagden, vbi feras per ſex & octo milliaria, continuo equorum curſu inſectando, defatigant, vt mortem in quiete captent. Matrimonium cum *Eleonora* iniit, filia *Alexandri* DESMIERS, domini de *Lolbroire* & *d'Olbreuze*, Gallicae nobilitatis in prouincia Pictauienſi. Pietate ac prudentia ſingulari illa eminet, quae, *puriorum* forte ſacrorum cauſa, e Galliis in Belgium ſeceſſerat. Vbi virtutes eius heroem noſtrum, tum in Belgis agentem, inuitarunt, vt eam dexterae iungeret. Domina de *Harburg*, qui tractus ſingularem paulo ante lineam effecerat p. 686. principio audiit; poſtea a Caeſare ad dignitatem *Principis* S. R. I. euecta eſt. Reficit nunc animum mariti in ſenectute, & ſingulari vitae integritate pietateque vniuerſae aulae praelucet.

ELE-

ELECTORALIS SIVE HANNOVERANA LINEA.

§. XXIV. IOHANNES FRIDERICVS, Georgii (p. 699.) filius, Georgii Wilhelmi *Cellenſis* frater (p 699.) principio *nulla* paternarum regionum ditione gauiſus eſt, quae rerum *indigentia* animum eius 1651. ad exercitia *ſacrorum* inclinarunt, vbi in *Eccleſiaſtica* forte dignitate emergere poſſet. Sed, mortuo *primogenito* fratre 1665. hereditatem eius noſtrum inuaſiſſe, p. 699. ſq. ſcripſimus. Quae controuerſia poſtea in *Hildesheimenſi* pactione 1665. Electore Brandeburgico internuncio, ita compoſita fuit, vt noſter CALENBERGICVM & GRVBENHAGENSEM ſiue *Hannoueranum* tractum cum *Clausthalenſibus* metallis acciperet, quod p. 700. plenius a nobis indicatum eſt. Quamuis autem hic princeps a *Romanis* ſacris nunquam ſeceſſerit: ſubditis tamen, quos habuerat, Euangelicis nihil iniquior fuit; quippe qui monachos, Ieſuitas atque alios e Clero in *Eccleſia* audiit, non in *curia*; qua illos omnino exeſſe iuſſit. Miniſtros vero ciuiles *meritorum* dexteritate diſtinxit; non vſu *religionis* & ritu ſacrorum. *Italiae* regiones in deliciis habuit, quas non ſimplici vice adiit. Quo etiam cum iter vltimo faceret, morbo *Auguſtae* Vindelicorum inuaſus, obiit 1679.

Maſculam quidem prolem non reliquit, ſed filias duas, *muliebris formae pulchritudine excellentiſſimas. Altera* Wilhelmina Amalia, *n.* 1673. *Ioſepho*, Romanorum Regi, *nupſit* 1699. *Vt* Auſtriacam *domum noua cauſa Hannoueranae conciliatum videamus. Cum etiam haec Princeps inter Euangelicos multum verſata ſit: hoc matrimonium illis ſolatio non vocare videtur, apud maritum conſcientiarum non iniquum aeſtimatorem. Ceterum nimia Iohannis Friderici religione anno* 1671. *factum eſſe, aiunt, vt hodie Hannouerani e Brunſuicenſi deditione* reliquias Sanctorum *poſſideant, cum Luneburgicis* Dannebergenſia *atque aliae praefecturae ea cauſa acceſſerint.*

§. XXV. ERNESTVS AVGVSTVS fratrem, 1679. ſine maſcula prole mortuum, ſecutus eſt. Princeps magni

gni & excelſi animi. Ditione paternarum regionum principio & ipſe caruit. Verum an. 1648. *Artic. XIII. pacis Weſtph.* ſucceſſor nominatus eſt Franciſci Wilhelmi, Comitis de Wartenberg, in Epiſcopatu OSNABRVGENSI. Qua etiam lege, 1662. mortuo Antiſtiti fuit ſurrogatus. Praeclare iam tum de Germania *mereri* coepit, in *Gallicis*, *Belgicis*, *Bremenſibus* aliisque bellis ſcenam ſuam egregie exornans. Fratre *Iohanne Friderico* 1679. obeunte, ipſe ſucceſſionis iure 1680. HANNOVERANVM ducatum occupauit, ſede Oſnabrugis Hannoueram translata. In ampliori hac ſparta nihil omiſit, quo meritis, in bello ac pace pro Caeſaris ac Imperii ſalute adhibitis, & ipſe illuceſcere & gentem ſuam, ſi non priſtino maiorum loco reſtituere, eo tamen honoris gradu, qui in S. R. Imperio poſt Caeſarem ſummus eſt, poſſet exornare. Reuocauit haec apud animum ſuum Caeſar, atque noſtrum 1692. in S. R. I. Principem ELECTOREM ſolenni ritu euexit. Qua de re inferius dicendi locus erit. Quamuis autem plurimi eſſent, qui huic negotio ſe obiecerunt: temporis tamen diuturnitate factum eſt, vt multi nouum honorem noſtro gratularentur, plures a priſtinorum conſiliorum vehementia remitterent. Ius *primogeniturae*, & quod principatus *Cellenſis*, Hannouerano demum iungendus, multas cum domeſticas lites, tum aemulationes vicinorum principum excitauit. Cordatiorum vota ſunt, ne, ſi quando ſors tulerit, inferior Germania graui bello concutiatur. Obiit 1698. anno aet. 69.

Celſiſſimi animi Principem fuiſſe plura argumenta ſunt, a) *magnificentia aulae vere regalis*; b) *elegantia ac mores Italorum, qui, poſtquam in Germaniam transmigrarunt, primum diuerterunt Hannouerae. Huc refer Comicos actus, qui cantu abſoluuntur*, die Opern; c) *perſonatus conuentus*, die Maſqueraden, Redouten, Carnevals, *quarum deliciarum Germania ante quinquaginta annos ignara fuit*; d) *praemia bene merentibus largiter diſtributa*; e) *ſingulis aulae ſuae adminiſtris & cuiuis ſanctioris conſilii aſſeſſori decem millia imperialium legauit.*

§. XXVIII. GEORGIVS LVDOVICVS II. 1660. militiae gloria, antequam patri ſucceſſiſſet, mirum excelluit.

celluit. In *Belgicis* enim 1675. in *Turcicis* 1684. & *Gallicis* bellis 1689. ſcientiae militaris ac roboris caſtrenſis ſpecimina luculentiſſima edidit. In parentis locum 1698. ſuffecto, Caeſar S. R. I. *Electoratum* an. 1700. *renouauit*, ſuperatis difficultatibus, per alios obiectatis. An. 1701. *matris* cauſa ab Angliae Proceribus *heres* Magnae *Brittanniae* nominatus eſt, ſi forte Anna, quae nunc regnat, improlis obiret. Anno 1702. ſuas copias ceteris foederatis in Belgio adiunxit, pro Imperii ſalute contra Gallorum conatus promouenda. Idem, in ſocietate Luneburgici militis, ſubito ac improuiſo impetu, Caeſaris iuſſu auctoritateque munitus *Wolffenbuttelanas* copias, domi agentes, adortus eſt, vt ſuas regiones, quod dicebat, a metu liberaret; agnatum vero eo adduceret, vt, foedere contra Galliae Regem ſubſcripto, & ipſe Caeſaris cauſam ſuo auxilio tueretur. Animus Electoris ceteroquin grauis eſt, ſeuerus quoque in facinoroſos, vt tamen nihil ei ad humani Principis laudes deeſſe videatur.

Filium vnigenam *habet* GEORGIVM AVGVSTVM, *n.* 1683. *a prudentiſſimis educatoribus ſtudio literarum & militari ſcientia egregie inſtitutum. Thori ſociam non ſuo, quod facere omnino poterat, cum & vxor inter ſubditos Principis numeranda, ſed iudicio* ſacri collegii, *quod inſtituerat*, 1694. *diuortio facto*, deſertionis *cauſa dimiſit.*

CAPVT II.

TITVLI

Electoris & Ducum Brunſuicenſium.

DVX BRVNSVICENSIS ET LVNEBVRGENSIS.) Multa in hoc argumento latent, a nobis, quantum licet, ſolide & curate expedienda. *Henricus Leo* ſe Ducem *Boioariae* & *Saxoniae* ſcripſit, quibus nominibus complexus fuerat omnes prouincias, *pag.* 675. a nobis ſuperius enumeratas. *Ateſtinum* nomen, qua gente is oriundus fuerat, poſt *Boioariae* ducatum familiae illatum (*p.* 671. *ſq.*), neque ipſe, neque maiores eius in titulis

titulis adhibuerunt; Quod tum *moris* eſſet in Germania, *principes*, *gentilitia* adpellatione aliisque rebus *minoris* momenti *omiſſis*, a principatibus tantum ſuis dominare. Exauctorato autem *Henrico* an. 1186. (*p.* 675. *ſq.*) filii eius *Saxoniae* adhuc *Duces* ſalutati ſunt: quamuis de vetere ampliſſimo *Saxoniae ducatu*, qui per Weſtphalicas, Angricas & Holſaticas regiones latiſſime patuit, nihil fere praeter Brunſuicenſem & Luneburgicum tractus (*p.* 679.) eis ſupereſſet. Sed *Otto puer* is demum fuit, qui ab anno 1235. a titulo *Saxoniae Ducis* abſtinuit, huncque cum nominibus *Luneburgenſis* ac *Brunſuicenſis Ducis* commutauit (*p.* 684.). Nam Fridericus II. Caeſar reliquias hasce veteris Saxoniae in *nouum ducatum an.* 1235. euexit, Vt a) a Saxoniae nomine, b) iure noſtrates abducerentur, c) exuuiae Henrici Leonis ſuis poſſeſſoribus nouo tegumento firmarentur. Summatim praeiudicio noſtrorum id factum eſſe, *p.* 685. luculentis argumentis demonſtrauimus. Ceterum in Caeſareo hoc diplomate, quod in *Madero*, *Meibomio*, *Sagittario* reperire licet, plura occurrunt vlteriori examine non indigna. Verba ipſa in epitome haec ſunt: *Fridericus II. &c. nouerint*, *quod* Otto de Luneborg, *conſanguineus noſter ad curiam Moguntiae vocatus*, *acceſſit*: *omni odio & rancore poſtpoſitis*, *quae inter proauos noſtros ſe totum in manibus noſtris expoſuit*, *& proprium ſuum caſtrum* Luneborch, *quod idiomate teutonico vocatur*, *Eigen cum multis aliis in noſtram proprietatem & dominium aſſignauit. Sed nos*, *qui tenemur imperium augmentare*, *caſtrum Luneborch cum pertinentiis in imperium transtulimus*, *vt per imperium infeodari debeat. Ciuitatem inſuper de* Brunſuic, *quam emimus*, (*p.* 684.) *ſimiliter Imperio conceſſimus. Praeterea*, *Ottone praeſtante fidei iuramentum*, *caſtrum de Luneborch*, *de quo nemini tenebatur*, *& ciuitatem Brunſuic vniuimus & creauimus inde in ducatum*, *& dictum Ottonem Ducem & Principem facientes*, *ducatum ipſum in feudum Imperii ei conceſſimus*, *ad heredes filios & filias hereditarie deuoluendam. Concedimus ei etiam decimas Goslariae imperio pertinentes. Eius miniſteriales iisdem iuribus vti*, *quibus imperii miniſteriales vtuntur.* Quae verba ſingula fere ſigillatim expendi merentur. Intelligitur enim inde, a) quod Luneburgici tractus *allo-*

dia fuerint; b) hoc vero tempore Imperio in feudum *oblata*; c) ducatus *femineus*, id eſt, promiſcui iuris ſit? Q. An Luneburgici tractus ditio, tempore ſtirpis *Billinganae*, *feudum* Saxoniae ducum; vel S. R. *Imperii* fuerit? an, quod credibile non eſt, neutrius? Cur Otto nunc demum Princeps Imperii factus, qui iam pridem in Comitiis S. R. I. tenuit principatum? An feminae in hac ditione eodem iure cum maſculis ſuccedant? an vero illis demum extinctis? verba *vniuimus* an iura indiuidui velint? an vox *hereditarie* Principum poſſeſſorum teſtamenta firmet, an euertat? atque ex hoc demum tempore non aliis, quam *Luneburgi* & *Brunſuici Ducum* titulis, Principes noſtri vſi ſunt. Cum vero ab aeuo *Maximiliani I.* Caeſaris ea in Germanis conſuetudo fuerit, non *vnius* aut *praecipui* tantum nominis in titulo *mentionem* facere, ſed *omnes* regionum ditiones, ne minimis quidem exceptis, enumerare; qui factum ſit, quaeritur, quod hunc morem noſtri Principes migrent, praeter ſaepe memoratas *Luneburgi* & *Brunſuici* adpellationes *aliam nullam* adhibendo? Olim enim *Diepholdani* 1582. & *Hoiani* 1585. Comitatuum recentiores acceſſus nominare poterant: hodie *Saxo-Lauenburgicus* principatus Saxoniae & Angriae adpellationes mereri videtur. Neque enim eſt, quod aliquis exiſtimet, Luneburgica Hoiam & Diepholdam ſub complexu ſuo habere. Nam a) id de altero tantum verum erit; b) eſt ſolennis regula inter Principes S. R. I. quae ditio votum & ſeſſionem in comitiis dat, illa etiam ſingularem in titulis mentionem meretur; c) quid? quod aliqui Principes etiam *ſubfeuda* eo loco memorent, quod in Saxonia videri poteſt. Aliam cauſam nonnemo habet, id *ſingularis modeſtiae* ergo fieri. Verum id eo caſu praeſumendum non eſt, vbi communis aliorum conſuetudo quaſi in legem quandam iuit. Id ſingulare eſt, quod *Wilhelmus* ſenior his verbis vſus fuiſſe legatur anno 1473. **Wy Wilhelm de Elder van Godes Gnaden tho Brunſchwick, ock deß Brunſchwickiſchen Landes Overwold by der Line, und tho Lüneborg Hertoge, tho Everſtein, tho Wünſtorpe, thor Welpe, thor Halermündt, Grave und Here tho Homburg.** Exempla etiam occurrunt,

runt, vbi noſtratium maiores ita ſcripſerunt: *Ego dux de Brunſuic, Dominus de Luneburg.*

Mihi videtur, ſuis iuribus domum hanc omnino conſulere omiſſione tituli aliarum ditionum. Ita enim e tituli ſilentio ad iurium Leonini patrimonii derelictionem aut praeſcriptionem nemo arguere poteſt. Quod vtique fieri poſſet; ſi hac parte alios Germaniae Principes, qui iurium memoriam in titulis renouant, & ipſi imitarentur.

S. R. IMPERII ELECTOR.) Nonum Electorem *Erneſtum Auguſtum*, Hannoueranae lineae Principem, 1692. effectum fuiſſe, p. 702. ſq. memorauimus. In *literis clientelaribus* notari merentur, quod 1) *Henriciana* ſeu Guelferbytana linea praeterita, *Wilbelmina* tantum hoc honore aucta ſit; 2) *Zellenſis* Princeps Georgius Wilhelmus ſenior, quod aetate confectus maſcula prole careat, fratri ſuo Erneſto Auguſto *Hannouerano* hanc dignitatem *ceſſerit;* 3) ſucceſſio in Hannouerana linea iuri *primogeniturae* alligata; 4) Electoris circulus, der neue Chur-Creyß, Cellenſia ſeu Luneburgica, Grubenhagenſia, Calenbergenſia ſeu Hannouerana, Hoiam item & Diepholdam comitatus in complexu ſuo habeat; 5) S. R. I. *Archiuexilliferi* officium nouo Electori deſtinetur, & Boica forte linea extincta, *Archithesaurariatus*, quod etiam 1710. obtinuit.

Cauſae noui Electoratus vniuerſim, a) *votorum, ſi* octo *fuerint, facile metuendus* aequalis *numerus & hinc dubia electio;* b) *Euangelicorum in hoc collegio decrementa mortuo* 1685. *Palatino; incrementa vero Romano-Catholicorum in Boioariae & Neuburgenſi Principibus;* c) *robur & auctoritas collegii, ſi potentiſſimos Imperii Principes habeat, infirmioribus tantum in ſenatu Principum relictis;* d) *merita vtriuſque fratris Zellenſis ac Hannouerani, hac* dignitate *facilius, quam Oſnabrugenſi Epiſcopatu aut alio Germaniae tractu, reponenda. De controuerſiis eidem factis ſuo loco. Archiuexilliferi munere noluit hactenus defungi Elector, quod probe ſciat, ſaluam quoque ſine hoc nomine Electoris ſpartam fore, quae nihil cum officiis hiſce commune vnquam habuerit. De lite cum Würtenbergicis etiam inferius agetur.*

CAPVT III.

PRAETENSIONES iuraque controuerſa Electoris & Ducum Brunſuicenſium.

§. I.

Contra *nouum* ELECTORATVM Hannouerani Principis variae variorum controuerſiae fuerunt. *Electores, Principes* S. R. I., ipſi etiam *Guelferbytani* agnati, huic inſtituto argumentorum rationes oppoſuerunt. *ELECTORES* a) *quod Caeſaris auctoritas in concedendo nouo Electoratu non ſufficiat;* b) *neque quorundam tantum Electorum ſuffragia;* c) *potius omnium requirantur;* d) *Aurea Bulla numerum definiat, quae lex Imperii pragmatica migrari nequeat;* e) *niſi, quod in Pace Weſtphalica factum, in caſibus extremae calamitatis;* f) *contra dignitatem collegii ſit, hanc pluribus eſſe communem;* g) *hoc numero ſemel aucto, non defore alios Germaniae Principes, qui idem deinde ſint exacturi;* h) *Catholici maxime, ne deterioris conditionis Euangelicis eſſe viderentur.* *PRINCIPES arguebant*, a) *actum fore de ſuo* dem Fürſtlichen *Collegio, ſi hoc potentioribus membris priuetur;* b) *Electores Imperii dominatum arrepturos eſſe, ſi metus omnis abſit potentiae ceterum Principum Germaniae;* c) *A. B. cuſtodiam nulli ſtatui non incumbere;* d) *& ſi forte augendus Electorum numerus, alios non defore non diſſimilium meritorum cum Hannouerano;* e) *neque Electorum collegium augeri, neque Principum minui poſſe ſine conſenſu Principum Imperii;* f) *in Saxonica & Palatina cauſis Caeſares mala exempla reliquiſſe, quibus nunc reſiſtendum ſit.* WOLFENBVTTELANI a) *ſi merita maiorum genti Brunſuicenſi reponenda, initium a ſeniori linea, quae Wolfenbuttelana ſit, faciendum eſſe;* b) *domum ſuam vniuerſam inuidiae & periculis hac dignitatis nouitate exponi, quantum penes ſe, omnino declinandis;* c) *maioratum in gente ſua tot ſeculis obſeruatum, in maiori vnius lineae dignitate proſterni;* d) *ſuam*

ſuam lineam non ſine iniuria a ſucceſſione in Electoratu, ſi forte Hannouerana expirauerit, prorſus excluſam eſſe. Summatim vero Hannouerani ſingulis repoſuerunt. (I.) Electoribus a) *fruſtra inuideri dignitatem, quam Caeſar & plures in Collegio Electorali, poſt Bohemiae Regem, Saxo primum, deinde Brandeburgenſis, poſt Palatinus, Moguntinus demum ſint gratulati.* b) *A. B. non excluſiue, ſed definitiue in ſeptenario numero intelligendam;* c) *argumenta iuſtifica cum vtilibus male confundi.* (II.) Principibus a) *non quid vtile, ſed quid iuſtum ſit? quaeri;* b) *tribus in Imperio collegiis diſtincta iura eſſe. Vt ergo nulla cura Electores tangat, ſi Principes ſuum collegium aliis membris augeant, ſic multo minus Principes cauſam habere, ſe opponendi contra nouum Electoratum;* c) *ipſorum Principum vota iam in partes iuiſſe.* (III.) Wolfenbuttelanis a) *non totius familiae, ſed Hannoueranae lineae merita Caeſarem ac Imperium reſpexiſſe in collatione Electoratus;* b) *Leges Imperii Electores aliis Principibus praeferre;* c) *domeſtica de ſenioratu pacta hunc caſum non tangere. Scripta vtrinque in hac cauſa fere innumerabilia ſunt* Theatro *Europaeo*, Electis *Iuris Publici*, Lundorpio, *librisque aliis paſſim inſerta. Ceterum res haec, ſuperatis fluctibus, iam in portu fere eſſe videtur; cum foedus Principum,* der wider die neundte Chur correſpondirenden Fürſten, *ſociorum numero quotannis fere decreſcat.*

§. II. Supremum S. R. I. ARCHIVEXILLIFERI munus Hannouerano Principi cum Electoratu ſtatim collatum fuit. Sed, *Würtembergico* Duce acerrimam litem excitante, ſatius viſum eſt, ab vſu ſemel conceſſi muneris aliquandiu abſtinere, nulla tamen iuris amiſſione.

Würtembergici e Cruſio, Koenigshofero, Walzio, aliisque allegant a) *quod in S. R. I. militia Imperiale vexillum,* die Reichs-Fahne, *geſſerint, qua etiam praerogatiua* b) *a Caeſare in literis clientelaribus,* ihren ordentlichen Lehens-Briefen, *confirmentur;* c) *hoc vexillum inter inſignia gentis ſuae in tumbis & epitaphiis hodienum extet. Reponunt alii pro iuribus Hannouerani;* a) *dubium eſſe, an hoc Würtembergicorum vexillum* Imperii? *an vero pagi tantum* Sueuici *ſit,* eine Schwäbiſche Sturm- oder Land-Fahne. *Quod ſi enim* hoc; *munus Archiuexilliferi ei nihil oberit;* b) *inter Vexil-*

liferum & Archiuexilliferum, unter einem Ertz- und Erb-Amt, *multum pariter intereſſe ;* c) *quid ? quod exempla ſuperſint, vbi Saxoniae Elector* (in Sax.) *hoc munere defunctus ſit. Vid.* Wechſel-Schrifften vom Reichs-Pannier 1694. 4t. *Vbi pro vtraque parte argumenta expoſita ſunt. Pro Hannouerana cauſa ſummus vir* Leibnizius *ſcripſit*, *Würtembergicam tueri voluit* Culpiſius. *Ego in diſſertatione* Rerum Halenſium *in Sueuia ita docui*, tria *olim pro trium ordinum Imperii copiis* vexilla *Imperialia fuiſſe ; vnum* Principum, die Fahnen über die Fürſtliche Trouppen; *alterum immediatorum S. R. I. Equitum*, die Ritterſchafftliche, *quod alias venit nomine* des St. Georgen-Schilds; *tertium Ciuitatum S. R. I.* die Stadt- oder Marien-Fahne, *cuius cuſtodia apud Argentoratenſes, qua vrbe in* Ryſuicenſi *pacificatione Gallis ceſſa mirum eſt, per obliuionem noſtratium hoc vexillum non vindicatum fuiſſe. Quod ſi autem haec ſingula vexilla ſuae dignitati ac iuribus relinquenda ſint; integrum tamen Caeſari fuerit*, archiuexillum, eine allgemeine Ertz-Reichs-Fahne, *inſtituere. Hoc quando Principi Electori Hannouerano committitur*, Archiuexilliferum *S. R. I. habebimus, ſaluis omnino iuribus Vexilliferorum.*

§. III. Reditus DVORVM CANONICATVVM in Epiſcopatu *Argentoratenſi* ab anno 1681. poſt Galliae Regis occupationem Wolfenbuttelanum & Beueranum Principes nulla culpa ſua amiſiſſe, p. 696. expoſitum eſt.

In pace igitur Ryſuicenſi 1697. *reſtitutionem in integrum petierunt. Sed a Galliae Rege auditi non ſunt. Neque ergo iniquum cenſeo, ſi his Principibus in Imperio aliunde ſatisfiat.*

§. IV. STADENSEM *Comitatum* olim Luneburgicae ditionis fuiſſe, an. 1160. ab Henrico Leone vacui iure occupatum, p. 682. expoſitum eſt. An is an. 1227. ab Henrico (p. 683. ſq.) inuitis fratribus Bremenſi Eccleſiae legari potuerit? ſerio ac ſaepius quaeſitum eſt.

Otto puer Comitatum 1240. *repetiit (p. 685.) & Luneburgicis an.* 1676. *priſtini iuris memoria redire poterat. Vtinam in bello tricennali rediiſſet, vbi ab Epiſcopatu facilius iterum auelli ac vindicari potuiſſet.*

§. V.

§. V. Quod in BREMENSEM *ciuitatem* dominium Henricus Leo; Otto autem eius nepos, an. 1236. aduocatiam ſe iure poſtulare, crediderint, p. 684. indicatum eſt. Quod iuris eius hodie ſuperſit, nolim definire.

Id ipſi Bremenſes memorant, Ottonem puerum Caeſari Friderico II. placatum ſtatim memoriam priſtinorum iurium in Bremam refricaſſe; retroceſſiſſe tamen hunc magna pecuniae ſumma a ciuibus extorta. Exiſtimant aliqui, e re Bremenſium eſſe, vt alant has lites ad deterrendum hoſtem ſeptentrionalem.

§. VI. In PICTAVIENSEM Galliae regni ducatum, quem Rex Angliae Richardus I. *Ottoni* Brunſuicenſi an. 1190. quod eius auunculus eſſet, legitur donauiſſe.

Imo in ipſa Pictauii poſſeſſione fuerat noſter, manſurus etiam in ea, niſi Caeſareae dignitatis pollicitatione in Germaniam fuiſſet auocatus. Quamuis autem heredes noſtri cum Anglorum copiis exciderint hac prouincia; iniuria tamen vtrumque excidiſſe, mentione non indignum eſſe, exiſtimaueram.

§. VII. De BRVNSVICENSI *Ciuitate* vtrum haec *libera* S. R. I. vrbs ſit; an vero Ducibus noſtris *ſubiecta?* multis ſeculorum interuallis acriter armis ac literis controuerſum eſt. *Rudolfo Auguſto* gloria ciuitatis in ordinem redactae debetur. Is *(p. 695.)* enim an. 1671. milite coacto ciues, qui partim mercatus cauſa aberant, partim nitrato puluere hoſtili exercitui ab ignaris vendito carebant, opportuniſſimo tempore adortus eſt, inque deditionem acceptos ad priſtina Principum ſuorum obſequia feliciter reuocauit, atque Luneburgicis *Dammebergica* ceſſione; Hannouerano autem *reliquiis* ſanctorum p. 702. ſatisfecit, *Brunſuicum*, alterum oculum inferioris Saxoniae, ſibi ſuisque in praemium nauatae operae retinuit.

Legantur de nouiſſima hac expeditione a) **Kurtze Beſchreibung der Stadt Braunſchweig ꝛc. inſonderheit des eigentlichen Verlauffs der im Monat** Iunio **geſchehenen Ubergab an das Hoch-Fürſtl. Haus Braunſchweig,** *Francof.* 1671. 4t. b) *Henrici* Meibomii *Panegyricus de obſidione Brunſuicenſi feliciter finita*, Helmſtad. 1671. fol. *Ceterum*

terum de argumentis cauſarum conferri poſſunt quatuor *volumina* actuum Brunſuicenſium, *vbi pro* Ducum *in ciuitatem iure extant partes* tres: Ausführlicher Bericht von der Stadt Braunſchweig ſchuldiger *Subiectio*, *edit.* 1607. fol. *Pro* libertate *autem ciuitatis quatuor tomi faciunt:* Wahrhafftiger Abdruck in Sachen des Hochgebohrnen Fürſten Henrich Julii, poſtulirten Biſchoffs zu Halberſtadt, Hertzogen zu Braunſchweig, contra Bürgermeiſter und Rath, auch Güldemeiſter der Stadt Braunſchweig, Brunſuici 1603. fol. *Summatim res intelligi poteſt, ſi in memoriam vocetur*, ciuitatem *banc ſemper in* patrimonio *Ducum Brunſuicenſium fuiſſe, qui vrbis conditores fuerant: verum obſequio eorum ſe tum coepiſſe ſubtrabere, cum tot calamitatibus, in capite I. recenſitis, familia baec obruta atque afflicta fuerit. Deinde foederis Hanſeatici ſociam audentiorem factam*, vt *iam non* libertatem, *ſed* exemtionem *a iurisdictione ſuorum Principum magna audacia appeteret. Nullo vero non tempore de ciuitate in ordinem redigenda ſolliciti fuerunt Duces Brunſuicenſes. Sed res effectu caruit, vſque dum* Henricus Iulius *an.* 1607. *cauſam eius ſcriptis proſterneret; a Rudolfo Auguſto autem an.*1671. *ea armis in ditionem ſuorum principum iterum redigeretur, in quorum obſequio bodienum floreſcit.*

§. VIII. In patrimonium MATHILDIS, potentiſſimae quondam Italiae Principis, quo nomine *Luccam*, *Parmam*, *Tuſciam*, *Mantuam*, *Ferrariam*, *Regium*, & plures alias Italiae regiones poſtulant Duces Brunſuicenſes.

Mathilden *tot regionum in Italia dominam fuiſſe*, *Sylvius*, *Sabellicus*, *Blondus*, *Sigonius omnes vno ore teſtantur. Eam quoque a parente fortiſſimo heroe & tot prouinciarum per Italiam in turbulentis temporibus victore ditionem ſuam accepiſſe, non minus certum eſt. Vnde vero parens oriundus fuerit; & an Mathildis inuito Imperatore patrimonium Pontifici Romano legare potuerit? in eo ſcriptores admodum diuerſi ſunt. In iure Brunſuicenſium Ducum in patrimonium Mathildis plura argumenta concurrunt.* 1) *Donatio Caeſaris Friderici I. an.* 1160. *p.* 677. 2) *Ottonis IV. Caeſaris* (p. 683.) *vindicatio, qua* Mathildana *familiae ac genti Brunſuicenſi adſeruit;*

ruit; 3) *conſanguinitas, pluribus ſcriptoribus conteſtata. Quorſum haec tabula faciet cum p.* 681. *conferenda.*

Egbertus m. 1068.
Saxoniae Dux, p. *681*.

Gertrudis, Vxor Henrici Pinguis Veſerani.	Bonifacius, tantarum Italiae regionum victor.
Rixa, vx. Lotharii Querfurthenſis, Caeſaris, m. 1137.	Mathildis, *heres* regionum paternarum.
Gertrudis, Vx. Henrici Superbi, m. 1139. Bauar. & Saxon. Duc.	
Henricus Leo 1195. *heres Mathildis.*	

Si tamen alicui haec genealogia dubia videatur: ei certe primum & alterum argumenta ſufficiunt. Pontificem in mala fide eſſe, Conringius *&* Meibomius *oſtenderunt, huc conferendi* (*) (**).

§. IX. In Saxo-Lavenbvrgicvm ducatum, an. 1689. vltimo Duce Iulio Franciſco obeunte, a *Cellenſi* Principe occupatum. Quem is etiam adhucdum in poſſeſſione habet: fruſtra ſe opponentibus aliis.

Saxonibus Lauenburgenſem *ducatum iure pactorum ſucceſſiuorum, qua de re infra dictum, occupantibus, Princeps Zellenſis duplici cauſa arma obiecit:* a) *quod in litigioſa re poſſeſſio nonniſi cum auctoritate* Ducis *circuli*, des Creyß-Obriſten, *ſumenda ſit;* b) *an.* 1389. ipſi *Brunſuicenſes pa-*

(*) Ducheſſa Mathilda, detta la gran Conteſſa d'Italia *Tullii POTZII*, Veronae 1678. fol.

(**) Olim Brunſuicenſes petierunt, anteferri Marchionibus Brandenburgicis (†); Neque ante de ſuo poſtulato remiſerunt, quam in mores iret, electorali domo oriundos Principes aliis omnibus loco anteponi.

(†) Etiam Ferdinandi I. tempore lis haec fuerat adhuc agitata. De qua SOMMER in Beſchreibung des Erb-Marſchall-Amts apud CARPZOVIVM cap. 10. de L. Reg. ſect. 6. p. 254.

cta mutuae ſucceſſionis *fecerunt cum Lauenburgicis , p.* 691. *quae recentiori Saxonum pactione non fuerint ſublata ;* c) *hae regiones omnes de* patrimonio Henrici *Leonis ſint, recuperatorio iudicio vindicandae. Ipſum etiam Saxoniae Electoris ius numeratione* ſex tonnarum *auri an.* 1697. *facta extinctum eſt. Ne autem* Guelferbytani *in ſocietatem* poſſeſſionis *huius veniant ; Cellenſes onera* a) *occupationis* b) *numeratae Saxoni pecuniae* c) *praerogatiuam ſenioratus eis opponunt. Vir Illuſtris atque Excellentiſſimus de* Hugo *patrocinium cauſae Cellenſis pleniſſimo tractatu egit, qui, quantum conſtat , lucem publicam tamen nondum vidit. Q. An Saxo-Lauenburgica Electoratui Brunſuicenſi innexa ; an iure indiuidui ad Hannoueranum deuoluenda ?* (*)

§. X. In tractum Eichsfeldensem Archiepiſcopo Moguntino an. 1337. ab Ottone parua ſumma oppignoratum (*p.* 689.), qua tamen an. 1380. nouo *credito* aucta fuit.

Reponunt enim Duces Brunſuicenſes a) *oppignorationem feudi ſine conſenſu agnatorum factam ;* b) *ius reluendi abſque dubio ſaluum ;* c) *quid ? quod pretii ſumma tanti temporis vſufructu longe ſuperata ſit* (**).

§. XI.

(*) Cum Septemuillicis in Hoienſi Comitatu, (denen Freyen Siebenmeyeren), quos adſcribere voluerunt tributariis. Cum illi contra docerent libertatem atque immunitatem; Idque argumentis ſatis luculentis. Principio quod bona haberent quondam abbatiae ſubiecta: huic coenobio ſoluerent Canonem Meierium : eſſent in huius immunitatis quaſi poſſeſſione (†). Vſque dum nunc demum agere inciperent aduerſus illos, aemulatione nobilium excitati.

(†) Reſpondit Ordo ICtorum Halenſium, hunc caſum ample & ex rationibus idoneis, a villicis ideo requiſitus an. 1718.

(**) In *MECKLENBVRGICVM ducatum.* Illius iuris facta mentio an. 1729. ea occaſione, vt haberent, quod opponere poſſent Regi Poruſſiae. Incertum adhuc, qua cauſa. Si coniecturis locus; crediderim, eſſe etiam ſpecimen anaſtaſeos *Henrici Leonis* (†); qui Wendorum Principes omnes ſubiugauit in vſque regulum Mecklenburgicum. Sed anno 1179. poſt victoris proſcriptionem, factus eſt deuictus iterum ſui iuris. Deinde an. 1518. Mecklenburgici condiderunt ſucceſſoria pacta cum Saxo-Lauenburgicis. Sed vti

primum

§. XI. In Hadelensem tractum, qui iuris fuerat ducatus *Lauenburgici.*

Eodem ergo iure illum ſibi arrogarunt Cellenſes, *atque hunc ſuae ditionis fecerunt. Sed a ſequeſtro Caeſare cobibiti ſunt.*

§. XII. In patrimonium Henrici Leonis vniuerſum, prouinciis p. 675. & 678. a nobis plene ac luculenter ſignatis.

Quod culpa *euerſa* mulcta *quoque cadat: neque vel praeſcriptione vel* derelictione *amittat, qui neque* vires, *neque occaſionem vnquam babuit, perdita recuperandi. Sermo Iobannis Friderici (p. 702.) fuit: Vtinam pro Henrico* Leone *Henricum* Agnum *babuiſſemus!* Wolte GOtt, wir hätten vor Heinrich den Löwen Heinrich das Schaaf!

§. XIII. In Regensteinensem Comitatum ab anno 1670. Tettenbachio vltimo Comite ſupplicio affecto, iure *dominii directi.*

Hoc probare volunt e pactis an. 1644. *cum Tettenbachio Comite initis, & quod Blanckenburgenſia feuda baec in complexu ſuo babeant. Sed facile ad reponendum*, Regenſteinenſia *ſemper feuda fuiſſe Epiſcopatus* Halberſtadienſis, *quo nexu* Tettenbachius *vaſallus ſe ſoluere non potuerit. Praeter id, quod in Poruſſia allegauimus, ſcriptum legatur Germanici idiomatis:* Kurtze Fürſtellung Sr. Churfürſtl. Durchl. zu Brandenburg und Ihrem Fürſtenthum Halberſtadt zuſtehende Lehns-Gerechtigkeit über die Grafſchafft Reinſtein und dero Pertinentien, edit. 1670. 4to (*).

§. XIV. Hildesheimensem (**) Epiſcopatum iure belli, ſententia S. R. Imperii, Caeſaris Caroli V. inue-

primum refricare velle, illud eſt, in Germania excitare incendium; ſic alterum genti & familiae regnatrici datum; non territorio.

(†) Egit ea de re *B. Ludewigius* plene in libello ſingulari, ſcripto iuſſu Regis menſe Martio 1729.

(*) Hildesheimenſis epiſcopatus ſub protectione eſt archiepiſcopatus Magdeburgici. Intereſt igitur vltimi, ſi contentio ſit primis cum Ducibus Brunſuicenſibus.

(**) Momentoſus eſt locus apud SCHATEN in annal. Paderb. lib. 14. p. 361, quod an. 1362. Henricus, Epiſcopus Hildeshemii, dum in agone fuiſſet, ſacrum collegium his verbis eſſet adlocutus: *Elegiſtis me e Brunſuicenſium Ducum familia. Scitis,*

inueſtitura Duces Brunſuicenſes ab anno 1519. occuparunt (*). Demum, poſt vnius & dimidii fere ſeculi poſſeſſionem (**), Antiſtiti ſuo, pactis an. 1643. eius cauſa initis, Epiſcopatum noſtrates reſtituerunt.

Iohannes, *Dux Saxo-Lauenburgicus*, Epiſcopus Hildesheimienſis *factus*, *an.* 1519. *Duces* Wolfenbuttelanos (*p.* 678. 692.) *in ſuis ac* Mindenſi *Epiſcopatu, cui iſto tempore praeerant*, *nulla idonea cauſa inuaſit. Idem propterea mox a Carolo V. Caeſare*, *conſenſu ordinum Imperii ceu immorigerus ac rebellis an.* 1520. *ſolenniter proſcriptus eſt. Sententia Caeſaris audita*, *ferociſſimi ingenii homo dixiſſe fertur:* **Acht hin, acht her, und aber acht, ſind ſechzehen.** *Executio* Erico *&* Henrico *iuniori*, *Brunſuicenſibus Ducibus lineae Wolfenbuttelanae* (p. 686. 691.), *propriarum iniuriarum vindicibus demandata fuit. Quo iure Antiſtes omni ditione ſua exactus eſt; regio an.* 1530. *Brunſuicenſibus Caeſarea* inueſtitura *rite ac ſolenniter collata. Ex eo tempore de reſtitutione Epiſcopatus a Romano Pontifice ſaepius actum*, *noſtratibus fori incompetentiam*, *quod Germanici iuris erat*, *declinantibus. Idem in Camera Imperiali ventilatum*, *vbi bona cauſa Brunſuicenſes nunquam reliquit. Extincta autem* 1634. Wolfenbuttelana *linea antiquiori*, *res haec ab agnatis heredibus remiſſius aliquantum tractata fuit. Tandem anno* 1642. *quod Colonienſis Antiſtes Epiſcopatui Hildesheimenſi praeeſſet potens nimis aduerſarius*, *reſtitutio promiſſa*, *& anno poſt praeſtita fuit. Antiquiora legantur apud* Chytraeum, Thuanum, Sleidanum, *aliosque. Acta ad annum* 1630. *magno volumine edita ſunt:* **In Sachen Braunſchweig** contra **Hildesheim ausführliche wohlgegründete** Relation,

Scitis, quod familiae praetulerim ſalutem epiſcopatus. Scitis etiam, in quae odia inciderim apud meos gentiles. Quapropter id egit apud Caeſarem, vt epiſcopatus eſſet ſub Magdeburgici Antiſtitis protectione. Diploma Caroli IV. extat p. 361. apud eundem.

(*) Quod recenſet etiam, adducitque *SCHOPPIVS in theſ. feud. ſect. 5. cap. 1. p. 127.*

(**) Eamque iuſtiſſimam, vti *Ioh. GOEDDEVS* tuetur duobus conſiliis, quae habentur *Marpurg.* vol. 4. conſ. 48. 49. p. 1146. 1147. ſqq. vbi reſpondet *Weſembecio*, qui militat in caſtris Hildesheimenſibus.

tion, Wolfenbüttel 1630. fol. Item Hildesheimiſcher Schrifften *Faſciculus*, Luneburg 1637. 4t. *Transactionem nouiſſimam exhibet Franciſcus* Irenicus. *Argumenta fuerant Brunſuicenſium*, a) *quod iniuſta inuaſione cauſam belli dediſſet Antiſtes*; b) *Caeſaris auctoritate Hildesheimenſia noſtri occupaſſent*; c) *inueſtituram Caeſaris obtinuiſſent*; d) *titulo quidem oneroſo, quod vltra tres myriades bellum illud conſtitiſſet*; e) *poſſeſſio vltra totius ſeculi ſpatium continuata. Multi mirantur, quid obſtiterit, cur in hoc Epiſcopatu ſibi ſeruando noſtri non, vt alii Germaniae Principes, in bello tricennali obtinuerint? Reuoco mihi in mentem ea, quae p.* 698. *ſcripta ſunt. Videant ergo in poſterum Antiſtites Hildeſienſes, ne, vel pacta in Auguſtanae Conf. ſociis laedendo, vel temere offendendo Brunſuicenſes, priſtinorum iurium eis memoriam iterum excitent* (*) (**).

§. XV. In NEAPOLITANVM *regnum*, & principatum magis TARENTINVM ab anno 1337. *pactorum* & *legati* iure.

Iohanna enim Regina Ottonem *Brunſuicenſem*, *Grubenbagenſis lineae*, (p. 685.) *matrimonio ſibi iunxit cum promiſſione* ſucceſſionis *in regno. Quamuis autem maritus & vxor Regina ab aemulis* Dyrrachianis *excluſi ſint: Ottoni tamen, vt in iuſta cauſa ſatisfieret, principatus* Tarentinus *adſignatus fuit, (p.* 689.*) in quo anno* 1387. *mortuus eſt. Capita argumentorum noſtro fuerant*, a) *pacta* ſucceſſoria *cum Iohanna regina in regno vere patrimoniali*; b) *ſumtus (inde oppignoratio tractus Eichsfeldenſis* p. 689.) *in eam rem facti*; c) *iuſti-*

(*) Hildeshemienſes Epiſcopi plures dynaſtias pignoris iure acceperunt a Brunſuicenſibus (†), qui ſibi ius ſupereſſe putant oppignorata reluendi.

(†) Vtpote Lauenſtein, Wellenſtein, Gronde, Bödenwerder, Alderſe, Hameln, Erdeſtein, Hallerburg, quae dynaſtiae an. 1643. in controuerſiam a Brunſuicenſibus ſunt adductae. Diploma, quo Hildesheimenſis Epiſcopatus ius hoc Brunſuicenſibus ſaluum eſſe agnoſcit, exhibet *SCHOPPIVS cap.* 1. *theſ. feud. ſect.* 11. *p.* 181. 182.

(**) Singulare eſt illud, quod, ex lege imperii, ordines non ante homagium praeſtare debeant, quam priuilegia mit Hand und Mund illis confirmaſſet Dux (†).

(†) Beſſius cap. XI. §. 12. p. 355.

c) *iuſtitia cauſae in ceſſione Tarentini principatus declarata. Controuerſia e ſcriptoribus Siculis Thoma* Facello, *Pandulfo* Collenutio, Beſoldo, *Ant.* Summontio, *Ritio aliisque emendanda* (*).

§. XVI. Tutelam ciuitatis Hildesheimensis Principes Electores Brunſuicenſes pro annua *penſione* habent, oculis inuidis eam intuente Epiſcopo.

Diu id egit Epiſcopus, vt ciuitatem a S. R. I. immedietate *eximeret, exemplo ceterorum Epiſcoporum in Germania. Sed vicini Ducis & potentia, & protectionis iura,* des Erb-Schutzes, *manus periculoſorum Antiſtitum cobibent, ne arroſam non ſemel vrbem prorſus deglutiant. Inprimis habent ciuitas & protector, quod metuant, ſi Archiepiſcopus* Colonienſis, *quod, hoc Epiſcopo obeunte, futurum eſt, praeſulatum moderatur. Dicunt,* nouam *contra poſtulata Epiſcoporum* apologiam *ſub prelo eſſe. Res haec expeditu non difficilis eſt, modo quis* Bremenſia, Colonienſia, Erfurtenſia, Monaſterienſia *acta, in caſibus fere ſimilibus, in promtu habeat* (**).

§. XVII. In Hoexteram ciuitatem olim *dominium* exercuerant, hodie ius *aduocatiae* ſeu protectionis habent Duces Brunſuicenſes *Wolfenbuttelani.* Sed Abbas *Corbeien-*

(*) In contentioſa lite cum Epiſcopatu Hildeshemienſi an. 1595. cui ſe Papa immiſcuit, reſpondit STVCKIVS (†).
(†) *Part. I. conſ. 15.*

(**) Eſt feudum Magdeburgici territorii *Wolfsburgum:* cuius Guelferbytani ſibi vindicant plures partes, imo *caſtrum* ipſum. Sed ſemel iterumque inſtituta finium regundorum iudicia; non tamen confecta lis, ſed dilata & in aliud tempus reiecta. Recruduit igitur an. 1742. vltimo vaſallo Bartenslebio mortuo. De cuius ſucceſſione eſt acriter diſputatum. Intuitu primum *Guelferbytanae* domus, quae in feudo maſculino omnia ſibi vindicauit iure conſolidationis. Quod idem facere potuiſſet regimen Magdeburgicum. Idque ideo eo fidentius; quoniam in allodificatione verbatim excepta die Burg-Lehen. Quod illa nihil habeant commune cum vulgaribus feudis aliis, die in der Ritter-Rollen liegen. Sed glaucomate oculi regiminis obducti ſunt, vt negarent Principi aperturam, feudumque pro allodificato habendum feminea ſucceſſione deferendum filiae ſuperſtiti, viduae *Schulenburgii*, in Moluicenſi victoria occiſi.

Corbeienſis, cui ciuitas, liberiori quamuis nexu, ſubiecta eſt, *aduocatos* hoſce *tolerare non* vult, quod territoriali iurisdictioni, quam is habet, multum eos exiſtimet obeſſe. Res haec an. 1670. ad bellum ſpectare videbatur. *Hoextera* enim ab Abbate, qui tum Epiſcopus Monaſterienſis erat, *male* habita, *tutoris* ſui *Rudolfi Auguſti* auxilia implorauit, & *copias eius* in vrbem recepit. Epiſcopus *perduellionis* ciues poſtulauit. Sed *Bilſeldenſi* pactione *an.* 1671. *menſe Aprili* transactum eſt, vt miles Wolfenbuttelanus vrbe iterum excederet; ciues autem, in libertatem reſtituti, gratiae Abbatis ſui permitterentur.

Brunſuicenſium argumenta ſunt, a) *quod in pactis an:* 1262. *Abbas Corbeienſis Timmo his verbis ſe obſtrinxerit:* Si Huxarienſes rebelles extiterint, &, in quibus tenentur, non velint dominis Ducibus obedire, contra eos Ducibus Brunſuicenſibus aſtabimus. *Vnde pateat, quod genti* Brunſuicenſi *plus iuris tum in Hoexteram fuerit, quam ipſis* Abbatibus; b) *Hoexteram ſuo* arbitratu *ſe in* clientelam *Corbeienſium dediſſe*, *vbi integrum fuerit ciuitati*, *plurima iura* ad libertatem *reſeruare;* c) *ius* praeſidii *Abbates in Hoextera nunquam habuiſſe*, *quod fuerit penes* Brunſuicenſes; d) *obſequium* clientelare *Hoexteranos ab anno* 133½, *ſolenni* iureiurando *praeſtitiſſe;* e) *literarum* clientelarium *renouationes ſingulis Ducibus a ciuitate factas ſerie indirupta ad annum vſque* 1667. *in ſcriniis Ducum Brunſuicenſium ſupereſſe;* f) *canonem* triginta *imperialium Hoexteranos quotannis adhucdum protectionis cauſa ſoluere;* g) *ius hoc*, *niſi fruſtraneum plane fuerit*, *tum ſe exerere debere*, *cum ciuitas protectione maxime opus habeat. Hoc autem contigiſſe an.* 1670. *vbi Epiſcopus ciuitatem* a) *iurisdictione priuauerit;* b) *omnique remedio potiſſimorum redituum* der Brau-Gerechtigkeit u. ſ. w. *Nam defenſionis cauſa*, *non offendendi ergo Brunſuicenſes copias ciuitati auxilio fuiſſe. Inde ad calumnias pertinere*, *quod aliqui in vulgus ſparſerint*, *a Brunſuicenſibus thaleros excuſos fuiſſe*, *veteri inſcriptione renouata:* GOttes Freund, der Pfaffen Feind. *Legatur pro* Corbeienſi *cauſa:* Manifeſt, was geſtalt Rudolff Auguſti Durchl. die Fürſtl. Corbeyiſche Municipal-Stadt Hörter

ter wider die Lands-Fürſtliche Obrigkeit fomentiret, *edit.* 1670. 4t. *Pro aduocatia Brunſuicenſium:* Gegen-Manifeſt, daß Rudolff Auguſti Durchl. bey denen motibus, ſo in der Erbſchutzverwandten Stadt Hörter durch die Fürſtlichen Corbeyiſchen Regierung verübte Preſſuren entſtanden, ihre Guarniſon hinein zu legen befugt geweſen, edit. 1671. 4t. (*) (**) (***).

§. XVIII. Alia genera iurium controuerſorum, 1) in LOCCVMENSI abbatia, 2) in HALLERBVRGENSI praefectura, 3) Syluarum in confiniis Albis fl. dem Elb-Holtz, ceteraque omitto.

Partim, quod minoris momenti ſint; partim, quod argumenta non ſatis prodita eſſe videantur. Id memini, inter Zellenſem & Hannoueranum Principes; & Brandenburgicam domum 1695. *finium regundorum lites ſolenni transactione &* arcifiniis *poſitis, ſublatas fuiſſe. In cuius rei memoriam nummum*

(*) Qua Saxo-Lauenburgici Duces, qui olim ſpolii poſtularunt Hamburgam & Lubecam, quaſi ab annis 1400. 1410. 1420. ſub diffidationis (†) tegumento duas arces & ſiluas eripuiſſent Ducibus.

(†) Narrant tamen Duci ab anno 1672. in conſilio aulico imperiali actionem fuiſſe denegatam *Henrich MICHAEL Reſp.* 14. ex eoque *SCHOPPIVS theſ. feud. ſect.* 5. *p.* 124. atque idem *cap.* 2. *ſect.* 2. *obſ.* 1. *p.* 225.

(**) Super primogenitura in Brunſuicenſi domo terra contentionis tracta eſt in longum tempus. Nunc illa introducta pactis, iterumque rupta & ſublata fratrum diſcordiis. Donec tandem lis ſopita lineis conſtitutis (†). Interim recruduit quaeſtio ſingularis: num Hannoueranus & Cellenſis ducatus reduci poſſent ſub dominium vnius in electoratus gratiam (††).

(†) BETSIVS cap. IX. §. 12. p. 359. recenſuit litem breuiter ex actis Braunſchweig contra Braunſchweig.

(††) De hac conceſſione videnda acta zur Braunſchweigiſchen Chur gehörig. Arcana tamen plura ſunt abolita & ſuppreſſa.

(*) Diſputatum, vtrum collateralis ſucceſſor facto & aere alieno teneatur ſui deceſſoris (†). Lis haec confecta & ſucceſſor eſt abſolutus.

(†) Habetur in Conciliis STVCKII caſus ex vtraque parte ibi inſtructus. Qua de re egit quoque B. LVDEWIGIVS in opuſculo de obligatione ſucceſſoris in principatum & clientelas.

nummum maioris menſurae excuſum eſſe, ſcio. In ſiluis foreſtarum *ac* venationum *iura prope Lenzenam oppidum litigata ſunt* (*) (**).

CAPVT IV.

EMINENTIA,

priuilegia, & varii generis praerogatiuae Electoris ac Ducum Brunſuicenſium.

§. I.

Priuilegio Caeſaris *Sigiſmundi* an. 1417. Duces Brunſuicenſes eorumque ſubditi IMMVNES ſunt a VECTIGALIBVS in ea parte *Albis fl.* qua inde a ducatu ſuo Hamburgum, & hinc in Oceanum, nauigari ſolet.

Vtilitas priuilegii, ſi forte Glückſtadii aut alibi noua vectigalia inſtituerentur.

§. II. SAL LVNEBVRGICVM, monopolii iure, in confiniis regionum ducatus Brunſuicenſis venditur, priuilegio *Sigiſmundi Caeſaris* an. 1417.

Summa priuilegii, non aliud ſal praeter Luneburgicum a) *in Brunſuicenſi ducatu vendatur;* b) *non aliud per Brunſuicenſes regiones aliorſum transuebatur;* c) *inprimis in Epiſcopatibus & coenobiis iſtius confiniae.*

§. III.

(*) Iuris feudalis differentias a iure communi docuit in academico opuſculo ſingulari LEYSERVS. Sed diſſentiunt tamen ab eo plures interpretes pragmatici (†).

(†) Exemplo eſſe poteſt PVFFENDORF in proceſſu ciuili Brunſuicenſi Luneburgico in illo praeſertim axiomate: quod omnis vaſallus ſimul ſubditus ſit, quod negat Leiſerus; ſed adfirmat firmatque Puffendorfius.

(**) Olim hiſtoria proceſſus forenſis admodum dubia fuerat; Sed eam per omnes prouincias ſingulares ſigillatim etiam docuit Puffendorfius (†).

(†) Foerſterus bibliopola 1732. edidit proceſſum criminalem, deinde 1733. ciuilem, in 4t.

§. III. ALVEVM ALBIS FLVV. aggere conſtructo, in damnum Luneburgenſium ducum, *mutare non licet*, priuilegio Friderici IV. Caeſaris an. 1488.

Hamburgenſes hoc conatu Luneburgicis nocere voluerant, qui hoc Caeſaris reſcripto cobibiti (*).

§. IV. *Luneburgicus* tractus inter ALLODIA fuit ſuorum Principum: ab his Imperio Romano anno demum 1235. *in feudum oblatus.*

Memorabilia certe teſtimonia ipſius Caeſaris Friderici II. a) *quod terra Luneburgica patrimonium Principum ſuorum*, ihr Eigenthum, *ſit*; b) *qui eodem neque Imperio teneantur, neque alii vlli*; c) *ſola beneuolentia Ottonis* 1235. *Imperio in feudum haec ditio oblata. Hinc certe illud ſequitur, quod liberrima iura, quibus vaſalli feudorum oblatorum gaudent, in S. R. I. competant Luneburgicis. Vt adeo facilius ad credendum ſit, pacta ſucceſſionis, praecedentiae, aliaque Luneburgicis fas eſſe, ſine Caeſaris conſenſu inire, quamuis id in aliis Germaniae principatibus fieri nequeat.* Itteri, Ehrenbachii, Thomaſii, Alexandri, *aliorumque hic lucubrationes laudatae de allodiis & feudis Imperii* (**).

§. V. In Brunſuicenſi ducatu FEMINAE etiam SVCCEDVNT.

Ita literae habent primae clientelares 1235. ducatus ad filios & filias *hereditarie deuoluendus. Sed vero an feminae, extinctis demum maſculis, aut pari cum his iure? Illud omnino ſtatuendum. Exempla p.* 683. *ſqq.* (***).

§. VI.

(*) Quod Daniae Rex intuitu Budiadienſis territorii in Brunſuicenſ. agat clientela (†).

(†) STRVCKIVS in adpendice iuris feud.

(**) Ab anteceſſoribus alienata & oppignerata (†) libere reuocare poſſunt Duces Brunſuicenſes.

(†) Idque priuilegio ac diplomate Caeſareo *an. 1625. d. 9. Iulii.* Quod exhibet *SCHOPPIVS theſ. feud. ſect. 11. cap. 1. p. 185. 186.* Cum tot loca & iura de principatu Brunſuicenſi, ſub allodii tegumento alienata ſint, Imperator omnes alienationes & oppignerationes initas declarat diſſoluitque, ne tanti momenti principatus in ſtatum deteriorem verteretur.

(***) Iure publico & prouinciali vſu receptum, vt filiae princi-

§. VI. In Brunſuicenſi domo MATRIMONII IMPARITAS non obeſſe videtur in ſucceſſione.

Exemplum habuimus in p. 693. Otto enim e nobili femina, Mechtilde de Campen, liberos genuit, Caeſaris decreto ad ſucceſſionem idoneos. Rudolfum Auguſtum *Roſinam Eliſabetham Rudolfinam* Menthin, *ciuici ordinis feminam, ſibi collocaſſe (m. d. 20. Maii 1701. vnde p. 696. corrigenda) ſcriptum eſt. Memorant, piiſſimum Principem, cum alii nuptiis inſtitutis eam* ſiniſtrae *iungendam ſuaderent, generoſo animo reſpondiſſe: amorem dexterum dexteram quoque manum velle;* Er wolle, daß es ſeine rechte Gemahlin ſeyn ſolle. *Zellenſe matrimonium p. 701. recenſitum* (*) (**).

§. VII. In SUCCEDENDI *Ordine* ſaepius litigatum fuiſſe inter noſtrates, quam in vlla alia gente, exiſtimarim. Nunc enim *teſtamenta (p. 683. 690.)* mox *feminei* ſexus iura *(p. 685. 687. ſq. 690.)* iterum *aequalium* portionum ſucceſſiones, diuiſim factae (p. 688.) ſaepius *primogeniturae* leges (p. 691. ſq. 694. 697.) demum *optionis*

 iura

principum & nobilium dote acquieſcant ſola (†), relicta patris & matris hereditate filiis ſolis.

(†) Momentoſum teſtimonium eſt *MVNSINGERI decade VIII. reſp. 79. n. 39.* Quod etiam *STVCKIVS*, cancellarius Bremenſis, adprobat recenſetque verbis *part. 1. conſ. 1. n. 323.* Licet dubitet de ciuium ſimilibus inſtitutis, quos putat in ſucceſſorio iure ſequi ius Romanum.

(*) Brunſuicenſes Duces non ſolum *maieſtatis* ſigillo vſi ſunt (a): verum etiam verbo *maieſtatis* compellati per litteras a Romanis (b).

(a) Litteras an. 1501. conceptas exhibet *PFEFFINGER lib. 1. tit. 4. n. 9.* Zu Urkund haben Wir Unſer Fürſtlich Majeſtäten-Ingeſigel an dieſen Brief gehänget.

(b) An. 1408. collegium Cardinalium ad Henricum Ducem ſcripſit his verbis: *Vt ſicut Illuſtriſſimi Duces veſtri indefeſſe fecerunt, & ſimiliter veſtra MAIESTAS faciat, vt tam iuſtam & neceſſariam eccleſiae cauſam capeſſat.* Exhibet litteras *HARD in Concil. Conſtant. part. 2. tom. 2. p. 66.*

(**) De iure primogeniturae Brunſuicenſium cum Caeſaris conſenſu introducto egit *BETSIVS cap. 10. n 60. p. 486.* aliaque requiſita recenſet idem. Litteras ipſas exhibet *SPRINGSFELD cap. 5. n. 59.*

iura controuerſias excitarunt. Nouiſſima ſunt, quod in linea GVELFERBYTANA ab Auguſto Duce *(p. 694.)* ius primogeniturae inſtitutum ſit, *(p. 695.)* a quo tamen receſſerit Rudolfus Auguſtus, fratre in rēgiminis ſocietatem recepto *(p. 695.)* in ZELLENSI HANNOVERANA autem duo, ſeniori optione (p. 700.) data, regere debeant *(p. 699.)* portionibus non vlterius diſrumpendis. Sed, *Electoratu* accepto, vtramque portionem ſub imperium vnius iterum reducendam eſſe, *p.* 703. 707. memorauimus.

Cauſae iuſtificae *pro MAIORATV & iure indiuidui ſunt* a) *verba clientelaris formulae*, (p. 705.) *vbi Caeſar inquit:* ciuitatem Brunſuic & Caſtrum Luneborch cum pertinentiis VNIVIMVS, & creauimus inde ducatum; b) *Principes ipſi an.* 1374. pactis *hoc adprobarunt;* (p.690.ſq.) c) *Cellenſes, quod vno* gradu Grubenhagenſibus propiores *eſſent, eis ſucceſſerunt;* (p. 698. 692. 694.) d) *Optio ſeniori danda eſt apud ipſos Cellenſes* (p. 700.). *Vtinam vero obſeruaſſent noſtri in ſucceſſione* SENIORATVM *hunc, neque in tot lineas diſcerptum habuiſſemus* (p. 694.) *ducatum Brunſuicenſem. Non igitur Principibus* Hannouerano-Cellenſis *lineae haec felicitas inuidenda eſt; quod ipſi* a) *mutuo Principum* vtriuſque *lineae* conſenſu; b) *ad tuendam* Electoralem *dignitatem;* c) Caeſaris *conſenſu accedente, ſi Cellenſis obiiſſet, vtramque portionem* Hannoueranam & Cellenſem *ſub imperium* vnius *reductum iri, conuenerit;* d) *ſubditis Cellenſium iureiurandi formula Electori Hannouerano, ſucceſſori ſuo, iamiam ſolenniſſime adſtrictis. Res quidem principio, prauis* Molkii *adminiſtri conſiliis, quae conſultor vltimo ſupplicio luit, maximas inter fratres Electoris aemulationes videbatur excitaſſe. Praeterito autem anno* ſecundus *natu frater, quem ordo in Cellis ſuccedendi tangere debuerat, cum Electore omnino conciliatus eſt. Grandi enim ſumma annuorum redituum accepta, is coniunctioni duorum principatuum dicitur ſubſcripſiſſe. De antiquioribus ſuccedendi rationibus* Klockii *conſilium* 145. & Springsfeldi *ac* Knicheni *tractatus conferendi ſunt. Summatim* a) *Brunſuicenſis ducatus feudum* promiſcuum *eſt, ad feminas etiam deuoluendum (vid. ſupra)* b) *in ſucceſſione diuerſarum linearum cum*

gradus

gradus *proximitate facerem ;* c) *& ſi in gradibus aequales ſint*, aequales *etiam diſtribuendas portiones ;* d) primogeniturae *iura an.* 1374. (*p.* 690.) *an.* 1535. *accedente Caeſarea auctoritate* (*p.* 691. *ſq.*) *& an.* 1582. *in lineis, non in ſtirpe introducta fuiſſe dictum eſt* (*).

§. VIII. SENIORATVS in hac familia magna vis erat (**).. Quantum per iura Electoratus mutatum ſit, non definitum.

Is in multis ſe exercuerat , a) *ſenior ceterorum nomine clientelare ſacramentum Caeſari ac Imperio dicit :* Noch heut zu Tages als ein vereinetes Fürſtenthum, welches von dem älteſten Hertzogen aller Linien wegen zu Lehen angefangen wird ; b) Imperii *ac* Circuli *negotia ſolus nomine reliquorum expediuit ;* c) *ordine* (*p.* 697.) *ceteris omnibus praelatus fuit ;* d) *etiam in ipſa ſucceſſione praerogatiuam ſibi poſtulauit.*

§. IX. Ius AVSTREGARVM, ſi qua inter ipſos huius gentis Principes controuerſia ſuboriatur , vſu receptum eſſe, domeſtica teſtimonia ſunt.

Prouocarunt eo an. 1665. *litigantes inter ſe Principes ſuper iure optionis* (*p.* 700.). *Quamuis neque exterorum eo tempore interceſſiones illi aſpernati ſint.*

§. X. Duces Brunſuicenſes , hodie *Guelferbytani*, hereditarii TVTORES ſunt S. R. I. ciuitatis GOSLA-

 RIEN-

(*) Olim Principes virtus fecit maiores (†) : poſt demum a iuris Romani receptione definiti illis annorum numeri (††).

(†) Plane pleneque B. LVDEWIGIVS docuit hoc aduerſus Leiſerum in opuſculo : *de aetate legitima puberum & maiorum*, cap. 5.

(††) Poſtquam rerum adminiſtri glaucomate occupati fuere, iuris Romani & termini magis ſeri in maiorennitate, quam patitur ratio ac ſalus reipublicae in principatus Candidato.

(**) Hi mores , vt vnus reliquorum agnatorum principum nomine mandatario clientela imperiali inauguretur , ſunt quidem vetuſtiſſimi. Cumque an. 1635. quidam dubitare vellent & requirere , vt de nouis principatibus poſſeſſores ſinguli inueſtirentur : tamen noluit Imperator Ferdinandus III. priſtina Brunſuicenſium iura migrare. De quibus *STVCKIVS part.* 1. *conſil.* 24. *&* 25. *num.* 23. quae ſunt valde momentoſa in Brunſuicenſium Ducum iuribus gentiliciis.

RIENSIS. Pro hoc tutelae onere ſingulis annis certam pecuniae ſummam ciues Ducibus ſoluere dicuntur.

De rebus Goslarienſibus *ex inſtituto ſcripſit Caſpar* Corberus, *ab origine ciuitatis ad annum* 1235. *Qui tractatus etiam in* vernacula *editus eſt. Sed auctor vrbem patriam; Brunſuicenſes autem Duces dominos babuit ac nutritores, binc ſatis animi pro fide ei eſſe non potuit. Neque vir eruditus ſcriptis ac monumentis publicis adiutus eſt. Nam tenaciſſimi eorum cuſtodes ſunt Goslarienſes. Et forte curae buius cauſas babent; Quod metuant, ne antiquiora prodant aliquid* immediatis *S. R. Imperii iuribus, quae babent, minus conducibilia.* Brunſuicenſes *Duces ciuitatem non vna cauſa poſtulant. (I.) DECIMAS* Goslariae *Imperio pertinentes Principibus noſtris an.* 1235 *donauit Caeſar Fridericus II. Has illi ciuibus ſe oppignoraſſe ſcribunt, facultate addita reluendi. (II.) IVRISDICTIONEM omnium praediorum, ac metalliferum montem* Rammelberg *cum ſiluis ac venationibus ſibi adſerunt. Quod praeter ipſam ciuitatem omnia in territorio eſſe credant ducatus Brunſuicenſis* (*). *Ego exiſtimauerim, prudenter facturos eſſe ciues Goslarienſes, ſi Duces noſtros illi comiter obſeruent, ne, in rebus minoris momenti eos laedendo, cauſas diſſidiorum excitent, vbi facilis praetextus fuerit Principibus noſtrae gentis, in priſtinorum iurium monumenta curatius inquirere. Sane* Henricus *Auceps condidit vrbem non qua Germaniae Rex, ſed qua Dux* Saxoniae. *Et Saxonici ducatus vrbem Goslariam ſub* Ottonibus *etiam Caeſaribus fuiſſe, nullus dubito. Operoſum ergo fuerit, indicare, quis Caeſarum eis poſtea libertatem dederit? & ſi boc probatum; an poteſtas fuerit Caeſarum, vrbem banc, cum iniuria* Saxoniae *Ducum, inter immediatas S. R.*

(*) Transactio nota eſt an. 1552. cum Goslarienſibus hac ratione inita: Iſt beredt, daß die Stadt Goßlar von Sr. Fürſtl. Gnaden alle und jede Obrigkeit, Iurisdiction, Vogtey und Gerichts-Zwang, ſamt dem Verkauff von allem Silber und Metallen, die an- auf und in dem Rammelberg gemacht und gewonnen werden, zu ewigen Zeiten zu laſſen. Daß wir auch Sr. Fürſtl. Gnaden die gemachte Silber- Bley- und alle andere gewonnene Metall um ein zimliches Kaufgeld in Ihre Fürſtliche Cammer zu verkauffen, einbringen ſollen und wollen. *SCHOPPIVS in theſ. feud. ſect. 3. cap. 1. p. 86.*

S. R. Imperii referre? Cetera vrbis priuilegia a) *immunitas a vectigalibus per vniuerſam Germaniam;* b) *de non euocandis ciuibus;* c) *dignitas palatii Caeſarei, ceteraque cum iure territoriali Ducum Brunſuicenſium non pugnare videntur. Turbas ciuitatis cum Praepoſito & Duce Brunſuicenſi, & inſecutae eapropter* proſcriptionis *A.* 1544. *latiſſime acta publica exponunt apud* Hortlederum, *& Nicolai* Rukeri *ICti informatio ſuper fracta pace Goslarienſium, ibidem inſerta* (*) (**) (***) (****).

§. XI. PRIVILEGIA circa *ciuitatis* iura, donationes praediorum, *vectigalia*, aliaque ſuo, non Caeſaris, nomine atque auctoritate ab anno 1120. in *publicis* DIPLOMATIBVS ſubditis ſuis noſtrates largiti ſunt, nouo & tum inaudito exemplo inter Principes Germaniae. *Rem ergo* diplomaticam, *vnde forte ius etiam* archiui *pendet, quod omnes inter Caeſaris quondam* reſeruata *fuit, noſtratibus Germaniae Principes omnes omnino debebunt; eam ſcilicet hodie illis cum Caeſare communem eſſe. De* Henrico Nigro *noſtrate an.* 1120. *Auentinus:* hunc primum omnium, priuatis auſpiciis, donationes feciſſe; diplomata dediſſe; haec ſua imagine ſignaſſe. *De iure ciuitatis p.* 683.

§. XII. An *auitus* Saxoniae ducatus MAGNI elogia eines Groß-Hertzogthums habuerit? quaeri ſolet.

Nnn 4 *Argu-*

(*) Non tenentur Principes ſucceſſores in ducatu Brunſuicenſi, aere alieno & factis deceſſorum (a). Nigri hoc onus in ſe ſponte receperint.

(a) Docuit & reſpondit ita hoc dubium *STVCKIVS part.* 1. *conſil.* 24. & 25. idque fide publicae fidei monumentorum.

(**) Funebres impenſae num a Principe regnatore in Brunſuicenſi ducatu ſoluendae? diſputat reſpondetque *STVCKIVS* (b).

(b) *Part.* 1. *conſ.* 24. *num.* 40. *ſqq.*

(***) Summam adpellabilem eſſe mille aureorum, docet Idem (c).

(c) In *parte* 1. *conſ.* 23. *n.* 20. licet cauſas diſſidii pariter adducat Stuckius.

(****) Collectarum genera in Brunſuicenſi ducatu recenſet Fräulein-Steuer, Bier-Acciſe, Schaaf- und Scheffel-Schatz (d).

(d) *STVCKIVS part.* 1. *conſ.* 22. *n.* 253.

Argumenta ſunt a) *quod hoc titulo Wittekindus ſalutetur;* b) *Saxonia Carolingorum temporibus ſe primum in ducatus honorem vindicauerit; (p. 682.)* c) *ipſa Saxoniae magnitudo, (p. 678.) deſcripta, elogium hoc mereatur. Sed a cautioribus reſpondetur; in titulis* merita *non ſufficere, ſed ſolenni* declaratione *opus eſſe. Haec, quamdiu probata non ſit, ad* oratorum *magis, quam publicum ſtylum* curiae *referenda eſſe.*

§. XIII. *Maiores* noſtratium Ducum omnes Germaniae Principes, quotquot vel olim fuerunt, vel hodienum florent, potentia & regionum *AMPLITVDINE* multis gradibus *ſuperarunt.*

Illi enim primi fuerunt, qui duos Boioariae & Saxoniae *ducatus ſimul habuerunt. Et Henricus Superbus ac Leo* alteram *Germaniae partem (p. 675. ſq.) dicuntur poſſediſſe.*

§. XIV. Parem cum Electoribus HONOREM Duces Brunſuicenſes in S. R. Imperio poſtularunt.

Priſtinae potentiae memores, nihil Electoribus praecipui, quam eligendi iura, dederunt. Hinc illuſtris de ſuprematu *auctor argumenta ſumſit, Principes Imperii, qui exercitibus &* potentatu *gaudeant, Electoribus aequiparandi. Inde* a) *in vernacula Brunſuicenſes titulo* Durchleuchtigſt *ab ipſis etiam Electoribus ſalutari volunt, cum alii adpellatione* Durchleuchtig *acquieſcant;* b) *ius legationum primi ordinis, vt ipſi Electores poſtularunt;* c) *legati* excellentiae *titulum eadem cauſa exegerunt, atque in Anglia & Gallia non ſemel eum obtinuiſſe dicuntur. Quibus forte cauſis Bernhardus, Epiſcopus Monaſterienſis, ſuo iam tempore diuinauit, Brunſuicenſes nouum Electoratum parturire.*

§. XV. Non reperimus inter omnes Germaniae Principes, qui frequentiora *itinera* in TERRAM SANCTAM ſuſceperunt, quam Principes Brunſuicenſes.

Decem eorum in his numerare licet a temporibus Henrici Superbi. Inde reliquiae *ſanctorum Hannouerae (p. 702.) maiori numero ac certitudine, quam in alia vniuerſi orbis regione, reperiuntur. Memorabilis* Bulla Aurea Andronici *Caeſaris Conſtantinopolitani, quam Henrici Mirabilis filio dedit an.* 1330. *pro literis commendatitiis per orientem.* Cognatum

tum ſuum *ibi vocat Imperator Henricum. Meibomii in ipſas literas eruditae animaduerſiones extant.*

§. XVI. Academiam HELMSTADIENSEM anno 1567. d. 15. *Octobr. Iulium* Ducem, a quo *Iulia* hodienum audit, conditam fuiſſe, p. 691. ſq. ſcripſimus. Sed id ſingulare eſt, LVNEBVRGENSEM ciuitatem *an.* 1471. *die* 8. *Aug.* a Friderico IV. Caeſare priuilegia accepiſſe, *Academiam iuridicam* inſtituendi. Vt adeo facultas ſit Principibus noſtris, *duas* in ſua ditione *Academias* alendi.

De antiquo Helmſtadii *ſtatu erudite ac peculiari opere egit* Conringius: *de incrementis huius Academiae* Meibomius. *Floruit Academia haec literarum ac ſolidioris doctrinae ſtudio prae ceteris fere omnibus vniuerſae Germaniae. In* hiſtoriarum *monumentis indagandis omnes Europae ſcholas haec ſuperabit.* Reineccii, Meibomiorum, Eichelii, Maderi, Conringii *nominibus nihil hic illuſtrius eſt.* Calixtus *ac* Horneius *Theologi fuerunt antiquae ſapientiae, & doctrinae reconditae. Sed nimium pacis ſtudium eis maculam dedit, vt Academia haec a* ſyncretiſmi *ſuſpicione, apud ignaros rerum aeſtimatores, ne nunc quidem eximi potuerit. De Luneburgenſi Academia ICtorum* (*) *diplomatis epitome haec eſt:* Elargimur, *ait Imperator*, quod Leges imperiales in oppido Luneburg legi, reſumi, & diſputari, ac alii actus Scholaſtici, in eadem Facultate, exerceri libere poſſint per duos aut tres eiusdem facultatis Doctores, ad inſtar generalium ſtudiorum & vniuerſitatum pariformiter. Ad gradum etiam doctoratus promouere, *& ad* cathedram magiſterialem liceat. *Habes itaque* Iuridicam Academiam, *excluſis Theologorum, Medicorum,*

(*) Cauſam rogati ab Imperatore priuilegii huius, Duce inſalutato non adſequor aliam, quam hanc; quod ciuitas id egerit etiam hic, vt Ducis imperio ſe ſubducerent, aut frena laxarent. *SAGITTARIVS in memorab. Luneb.* §. 90. ad annum 1471. recitat diploma *p.* 31. 32. Sed res caruit ſucceſſu, haud dubie, quod obmouerit ſe territorii dominus huic conatui.

dicorum, Philoſophorum Ordinibus. Sed hoc priuilegio vſi non ſunt Luneburgici. Academiam Equeſtrem, **eine Ritter-Schule**, *adhuc dum eos alere, notum eſt.*

§. XVII. In OSNABRVGENSI *Epiſcopatu* Brunſuicenſes Duces cum Catholicae religionis Antiſtitibus iure *viciſſitudinario* ſuccedunt.

Vt Inſtrum. Pacis Weſtphalicae art. XIII. *cauſis ſuperius p.* 698. *ſq. & p.* 703. *indicatis. Intereſt ergo Canonicorum Catholicae religionis, vt iuuenem Epiſcopum eligant, vt locus hic ſero vacuus reddatur Brunſuicenſibus* Hannoueranis.

§. XVIII. DIRECTORIVM circuli *inferioris Saxoniae* Duces *Brunſuicenſes* habent, in ſocietate Regum *Sueciae*, qua Ducis Bremenſis, ac *Poruſſiae*, qua Magdeburgici Ducis. Et munere hoc defungitur *ſenior* familiae.

Condirectorium tamen Brunſuicenſium perpetuum eſt: Sueciae ac Poruſſiae Regum viciſſitudinarium. Auctoritate Inſtr. Pac. art. X. §. 4.

§. XIX. *Summa ADPELLABILIS* priuilegio Ferdinandi III. Caeſaris an. 1651. hodie eſt 2000. florenorum in *Cellenſi* ac *Guelferbytano* principatibus. *Hannouerano* enim ius de *NON PROVOCANDO* inter ceteras Electorum praerogatiuas an. 1692. certum eſt, conceſſum fuiſſe.

Eſt enim haec praerogatiua omnium Electorum. Solus Treuirenſis de hoc iure ſuo ſponte neque ſine cauſa remiſit. In Cellenſi *autem tractu nondum viget, quod is, Principe demum (p. 707.) extincto, Electoratui ſit inſerendus. Priuilegium vid.* **in der Hofgerichts-Ordnung.**

§. XX. Priuilegium *ELECTIONIS FORI* habent in ſummis iudiciis Germaniae Duces Brunſuicenſes. *Vid.* **Hofgerichts-Ordnung.**

Accuſati

Accuſati per duos menſes *ſpatium deliberandi habent* (*); *vtrum cauſam in* Aulico, *an vero* Camerae *iudicio agi velint? Magno commodo & arcano inſigni.*

§. XXI. Ius *PRAESIDII* ac *PROTECTIONIS* in *Peinenſem* ciuitatem; in ceteris Hildesheimenſi Antiſtiti parentem.

Rationem e p. 686. colliges. Hodie tamen facultatem hanc expiraſſe crediderim. Quod an. 1702. copias Cellenſes-Hannoueranas fractae *pacis publicae poſtulauerit Epiſcopus, cum munimentum ingreſſi fuiſſent.*

§. XXII. Ius *Condendi* Epiſcopatus & *INVESTIENDI Epiſcopos* in terris Slauorum, Caeſarum priuilegio acceperunt Duces Brunſuicenſes.

Anno 1155. ſed hodie, cum omnes Venedi & Chriſtiani ſint, & Principes Imperii habeant vaſallos, priuilegium effectu carere videtur.

§. XXIII. Maiores noſtratium, inaudito exemplo, *DVOBVS ducatibus* Boioariae & Saxoniae ſimul imperaſſe, p. 675. recenſuimus.

Inde quaeſtio nata: an vnus *Princeps* duobus *praeeſſe queat ducatibus? Hodie cum ad militaria ſeruitia Germaniae ducatus non amplius alligati ſint: quis dubitabit, vnam perſonam plures ſuſtinere dignitates & imperare pluribus poſſe.*

§. XXIV. Svccessio in regnis Magnae Brittanniae anno 1701. ſi forte proſapia deficeret *Annae* Reginae, ſententia Parlamenti ad *Hannoueranam* gentem, poſito euentu, delata fuit.

Argumenta factae declarationis fuerunt, quod a) *Angliae regnorum heredes a ſucceſſione per leges regni excluſi ſint, quot*quot

(*) De quo etiam agit *SCHOPPIVS in theſ. feud. ſect. 3. cap. 1. p. 109.* Priuilegium conceptum an. 1698. d. 24. Nou. Viennae.

quot ex illis Pontificiam religionem aut colant, *aut* b) *eidem vnquam fuerint addicti*; c) Wilhelmus, *Dux Gloceſtriae*, *vnigena Annae Reginae obiiſſet*; d) *poſt quam ſanguinis ordo* Sophiam *vocaret viduam Electoris Hannouerani* & e) *eius vtriuſque ſexus deſcendentes. Memoriae cauſa tabula additur*: .

Iacobus I. Rex m. 1625.		
Eliſabetha, vxor facta Friderici V. Palat. & Reg. Bohem.	Carolus I. capite truncat. 1649.	
SOPHIA n. 1630. vx. Ern. Aug. Elect. Hannov. m. 1698.	Carolus II. R. *improlis* m. 1685.	Iacobus II. an. 1689. exul. m. 1701.
GEORG. LVDOV. n. 1660.	Maria, vxor *Wilhelmi III.* Regis m. 1702.	ANNA Regina n. 1664. vxor *Georgii*, Daniae Principis.
Georgius Auguſt. n. 1683.		

Antiquiorum temporum conſanguinitates noſtrorum Principum cum Angliae Regibus p. 683. *ſq.* & 711. *deſignauimus.*

§. XXV. Ius METALLORVM tum etiam exercuerunt Duces Brunſuicenſes, cum id inter Caeſaris adhuc regalia numeraretur (*).

Differentiam noſtri ab aliis Germaniae principatibus ex iis intelliges, *quae p.* 679. *ſcripſimus. Alii Caeſaris priuilegium citant.*

§. XXVI. *VOTA* in comitiis S. R. Imperii omnes Principes noſtri *QVATVOR* habent, 1) *Guelferbytanum*,

(*) Inaugurantur ab Imperatore mit Bergwercken allerley Metallen anno 1566. Quod diploma per epitomen exhibet *SCHOPPIVS theſ. feud. cap.* 1. *ſect.* 3. *p.* 85. Ceterum, niſi coniecturae me fallunt, exiſtimo, olim iure territorii habuiſſe Brunſuicenſes, quod nunc habere dicuntur iure feudalis priuilegii.

num, 2) *Cellenſe*, 3) *Grubenbagenſe*, & 4) *Hannoueranum* alio nomine (*p.* 702.) *Calenbergicum.* Addi his poſſunt vota CVRIATA quatuor: 1) *Hoienſe*, 2) *Diepboldanum* penes Principem Cellenſem, 3) *Blanckenburgenſe*, 4) *Walkenridanum* penes Wolfenbuttelanos.

Satis baec docent, olim vota non cum principatuum, *ſed regentium* Principum *numero aucta fuiſſe. Semel tamen aucta conſeruare ſtudebant ſucceſſores. Hinc eſt, quod* a) *in* vno (*p.* 705. *ſq.*) *ducatu* quatuor *vota babeamus;* b) *Hannoueranus Princeps duabus portionibus imperans* duo *etiam* vnus *dicat. Quae in poſterum in Comitiis, Hannouerano Electoratu* conſtituto, *facies eorum futura ſit? nondum expeditum eſt.*

§. XXVII. *VENETO PATRITIATV*, non paruo honoris ac amicitiae argumento, Principes *noſtri* ab ordinibus iſtius reipublicae cohoneſtati ſunt.

Exempla Erici 1580. *iunioris Calenbergici* (*p.* 686.) & Iohannis Friderici *anno* 1668. (p. 702.) *qui vterque aureae matriculae*, dem güldenen Buch des Venetianiſchen Adels, *inſerti ſunt. An is bonor Principe S. R. I. dignus ſit? non in Italia, vbi is magni fit; ſed in Germania dubitatum eſſe, memini. De bonore nobilitatis Venetae* Sabellicus, Nanus, Iuſtianus *alii plures.*

§. XXIIX. Id etiam praecipui habent Principes noſtri, quod cum de aliis *literarum* ſtudiis; tum de *GERMANICAE* inprimis *LINGVAE* cultura optime meriti ſint.

Exempla Principum eruditorum p. 691. *ſqq. babuimus. In meritis de* vernaculae *cultura argumenta ſunt*, a) *quod* ſex *noſtrorum Principum in ſocietate eſſe linguae Germanicae recuperatorum*, der Frucht-bringenden Geſellſchafft, *in deliciis babuerint; vtpote* Fridericus Vlricus (*p.* 686. 691. *ſq.*) *anno* 1621. Auguſtus *anno* 1634. Georgius *eodem anno:* Chriſtianus Ludouicus *anno* 1642. *de aliis p.* 697. *ſcripſimus;* b) *plerique eorum elegantiam vernaculae ſcriptis*

quoque

quoque promouerint; c) *ſtudium* Schottelii, *miniſtri ſui excitauerint, qui primus Germanicum ſermonem artis Grammaticae formam ſubire compulit;* d) *ditio Brunſuicenſis multos linguae noſtrae Varrones habuerit, Georgium* Schwarzkopfium, *Herodoti interpretem; Reinerum* Reineccium, Meibomium, *Georgium Engelbardum* Loehneiſenum *Brunſuicenſi Duci a conſiliis ſtabuli, auctorem* Aulico-Politicae, *Libri ſumtuoſi ac luculenti in vernacula ſcripti. Quo vitulo* Seckendorfium in dem Fürſten-Staat *araſſe, ipſe agnoſcit. Taceo nunc alios. Quid? quod* e) *Duces noſtri nouam* ſacri codicis *interpretationem procurauerint, quae Lutheri verſionem in multis emendauit. A quo tamen inſtituto remiſerunt, ne forte plebs, cauſae ignara, rei nouitate offenderetur* (*).

CAPVT V.

DESCRIPTIO

politica Regionum Electoratus atque Ducatus Brunſuicenſium.

§. I.

Vniuerſa gentis *Brunſuicanae* ditio *tripartita* eſt, (p. 694. 697. 702.) (I.) WOLFENBVTTELANA linea (p. 694.) a) *Guelferbytum*, (p. 694.) b) *Brunſuigam*, (p. 694. ſq. 711.) c) *Blanckenburgenſem* Comitatum, (p. 695. 715.) d) *Walkenridenſem* praelaturam (p. 692. 698.)

(*) Inter ipſos apanagiatos locum eſſe primogeniturae iure (a). Quod ſingularia gentis pacta velint, ad quae ſolet prouocari (b).

(a) Ex inſtituto *MYLERVS de Principib. S. R. I. part. 1. c. 22. §. 6. p. 245.*

(b) *AVCTOR APOLOGIAE* pro Duce Brunſuicenſi, *Auguſto* iuniori lit. E. f. 190.

698.) in ſua poteſtate habet. (II.) LVNEBVRGICA ſiue Zellenſis (p. 697.) in complexu tenet a) *Luneburgenſem* tractum, (p. 697. 706.) b) *Hoienſem*, (p. 686.) 692. 697.) & c) *Diepholdanum* (p. 692. 697.) Comitatus, d) *Harburgenſem*, (p. 698.) e) *Dannebergenſem* (p. 695. 693. 688.) regiones, f) *Saxo-Lauenburgicum* ducatum (p. 701. 713.) (III.) HANNOVERANA tractibus dominatur a) *Calenbergenſi*, (p. 686. 687. 694. 698. 699. ſq.) b) *Grubenhagenſi*, (p. 685. 688. 689. 692. 694. 698. 702.) & c) *Goettingenſi*, (p. 688.) d) quondam *Oſnabrugenſi* etiam Epiſcopatui praeerat (p. 698. 703. 730. (*).

Quamuis vero ſpes eſſet, has diuiſiones, niſi maſculi heredes deficerent, manſuras eſſe, (p. 699.) pacta tamen poſteriores duas portiones ſub Imperium vnius iterum reducent, (p. 709. 723. ſq.) Praeterea aliae etiam ditiones his ducatibus innexae ſunt a) *dynaſtia* Oſterburg, (*p.* 685.) b) Luchau & Kreuernberg, (*p.* 688.) c) Salzae *dominium*, (*p.* 689.) d) Lutterberg, (*p.* 689.) e) Landsberg, (*p.* 689.) f) Hallermunda *Spigelbergenſis*, (*p.* 691.) g) Wunſtorpium, (*p.* 691.) h) Homburg, i) Eberſtein *Comitatus*, (*p.* 692.) *De quibus ſingulis ſuo loco videatur.*

§. II. *Omnem* hanc vniuerſae gentis *ditionem* ſi coniunctim aeſtimo: & *amplitudine* regionum; & omnium *rerum* ad victum & cultum *ſufficientia*, nam vino tantum caret; *ſitus* etiam *opportunitate*, quod inter Albin & Viſurgin interiacent; atque illo demum in ſeſe *conglobato circuitu*; quosque Germaniae principatus, maximis non exceptis, ea mihi ſuperare videtur.

Addunt aliqui imbecilles vicinos, *qui noſtratibus viam ad* dominatum *in inferiori Saxonia promittant. Sed* Sueciae *atque*

(*) Omnium manifeſtiſſimae locorum Brunſuicenſium ordinumque prouincialium rationes viresque ex matricula intelliguntur an. 1545. quam exhibet ; lene *SCHOPPIUS theſ. feud. cap. 1. ſect. 9. p. 159.*

atque Poruſſiae *Reges ſcenam forte a temporibus pacis Weſtphalicae mutarunt. Id hodienum verum eſt*, vicinos *Principes neque* ſale, *neque* metallis *Brunſuicenſibus carere poſſe: cum e contrario* Brunſuicenſes *Duces illorum facultatibus nullibi, aut raro certe opus habeant. Vtinam igitur domus*, ſanguine *ac* ditione *conglutinata*, animis *quoque* conſiliisque *amice conſpiraret*.

§. III. Verum cum *ſigillatim* nunc ineundae rationes ſint: a LVNEBVRGICA-ZELLENSI linea auſpicabimur. 1) Hae ditiones inter ſe admodum differunt. Quaedam loca in *ſilueſtria* ſpatia per multa milliaria excurrunt: alia *arenoſa* ac *paluſtria* ſunt, inculta fere ac deſerta: nonnulla tamen *frugifera* quoque & foecunda. Habent tamen ſingula, vnde prouentus expectari queunt.

Ex SILVIS ligna, ilices *inprimis*, *Hamburgenſibus ac Batauis vendunt: Principem autem illae in* venationibus *delectant, cum feras omnis generis inſigni copia alant. In locis* paluſtribus *lacus & ſtagna* piſces *proferunt. In* DESERTIS, den groſſen Heyden, *pauciores quidem incolae & per decem milliaria vix vnus & alter pagi reperiuntur: ſed illi tamen partim educandis* apibus *ſtudent; hinc* mel *&* ceram *exteris vendunt; partim* arietibus, der groſſen Hammel-Zucht, *quos in Brabantiam vſque vendunt. In* Diepholdano *comitatu & huius confiniis paſcua & prata floridiſſima ſunt, vnde armenta; & illa butyri praeſtantia*, die Diepholdiſche Butter. *Conferunt aliqui has regiones cum raſo monachi capite, vbi neque* calua *omnia, neque* crinita *ſint*.

2) REDITVVM tamen maxima pars a) *Salinae* (*) Lunebur-

(*) Quas anno 1228. Dux Ioannes in feudum dederit Abbatibus, Capitulis, Patriciis, *SCHVPPIVS theſ. feud. cap. 2. ſect. 3. p. 219.* Dubium, an conſultum fuerit, cum in hoc reditus genere non vt in metallis regnent fortunae, vt impenſae illos poſſint exhaurire. Ceterum narrat Matth. *STEPHANI lib. 3. de iurisdict. part. 2. c. 5. n. 52.* quod ad Lunebur-

Luneburgicae, b) *vectigalia* in Albi fluuio, die Elb-Zölle, c) commercia emporii *Luneburgici.*

Sal *Luneburgicum per inferiorem Saxoniam, olim etiam per Marchiam-Brandeburgicam, paſſim venditur, quod etiam coloris & ſaporis praeſtantia cuncta alia Germaniae ſalia omnino ſuperat.* Sagittarius *de originibus ac incrementis* Sulciae-Luneburgenſis *anno* 1675. 4*t. diſſertationem edidit, quae alia eſt ab ea, quam ſub elogio:* memorabilia hiſtoriae *Luneburgicae* 1688. 4*t. promulgauit. De prouerbio ibi fons, pons, mons.*

3) Oppida potiora Luneburgici tractus ſunt: a) *Cellae*, vbi ſedes Principis, & b) *Luneburgum* emporium inſigne: Mvnimenta a) *Harburgum*, b) *Nienburgum*, c) *Razeburgum: arces*, vbi venationibus animum diuertere ſolet Princeps a) *Winhauſen*, b) *Weyhauſen*, c) *Brukhauſen*, d) *Gera.*

Mirantur aliqui, quod Princeps Luneburgi *non viuat, vnde vniuerſo ducatui nomen. (p.* 684. 705.) *Hinc factum eſt*, a) *vt Luneburgenſes ciues criſtas nimium erigerent;* b) *aliqui ducatum* Cellenſem, *quam Luneburgicum mallent ſalutare. Verum Cellas commendant primum* arx, *qua Luneburgum deſtituitur, tantum aliquot ab hinc annis* palatium, *ſatis ſplendidum, extrui coeptum, vt vidua princeps, ſi ſors tulerit, in ea viuere poſſet; deinde* ſitus *in meditullio prouinciae, cum Luneburgum in extremis confiniis ſit; venationum poſt diuerticula* Phaſianorum *inprimis virgulta memorabilia ſunt: aluntur hac aues tempore hyberno; emittuntur aeſtiuo, & autumnali iterum conuocantur. Conuolant enim ad certi generis fumum, eius cauſa excitatum, ſeque in ſuas quaſi cellulas recipiunt.* Harburgenſes *munitiones*

neburgenſium ſalinarum vſum nemo admittatur, niſi *cupam* per vicos ciuitatis circumtulerit, non ſine vitae & membrorum periculo. *EINSIEDEL de regal. c.* 3. *n.* 331. *p.* 570. hanc conſuetudinem addit *irrationalilus*, necquicquam obligatoriis.

nes egregiae ſunt; ſed propter arenoſum ſolum minus firmae.

(II.) HANNOVERANVS tractus 1) *foecundior* Luneburgico. Non enim hic ea deſerta loca reperies, ſed vel *ſiluas*, vel *prata*, vel *agros*, vel montes *metalliferos*. Inter res alicuius prouentus ſunt a) *oues* & lana, quam exteris vendunt; b) *equi* praeſtantiores; c) *tobacum*, quae herba ante aliquot annos coli coepta eſt; d) *ſal* Hemmendorfi, non in magna quidem copia, ſed quantum incolis ſufficit.

Quamuis autem parum ſit, quod Hannouerani cum exteris commutare poſſunt: id tamen ad eorum diuitias ſufficit, quod, praeter vina, *nihil eis deſit. Regio etiam ipſa ſatis magna.*

2) Vincunt tamen ceteros omnes METALLA CLAVSTHALENSIA montis S. ANDREAE, quorum fructus ad Hannoueranum *tantum* pertinent: aliae vero fodinae *Cellerfeldenſes*; ALTENAVIAE, der wilde Mann, der Lauten-Thal, der Grund, ceteraeque genti vniuerſae communes ſunt. Addi his poſſunt TELONIA *Viſurgana*, in *Hamelia* vrbe praeſertim.

Thomas Schreiber *de* metallurgica *Hercyniae ſiluae ex inſtituto ſcripſit* kurtzer Hiſtoriſcher Bericht von Ankunfft und Anfang der Bergwercke auf dem Hartz, *Rudolſtatt* 1678. 4t. Agricola, Albinus, Loeneiſenius *etiam hic conferendi. Stupendi omnino hi reditus* decem *abhinc annis fuerunt. Solam tum fodinam, nomine* Margarethae *adpellatam, annuos vniuerſi principatus* Grubenhagenſis *reditus annuatim dicunt ſuperaſſe.* Die einige Margarethen-Grube hätte Hannover mehr gebracht, als das gantze Fürſtenthum Grubenhagen (*). *In* Clausthalenſi *monetaria officina, quae vniuerſa Electoris eſt, vnius anni*

(*) Anno 1719. vna portiuncula (Kuxs) DOROTHEAE quotannis habet reditum 400. imperialium ſpecies. CAROLINA 200. ſpec. Thal. Und ſolle die Dorothea noch 300000. Vorrath haben.

anni ſpatio 900000. Thalerorum *excuſa fuiſſe, ſermone habeo aliorum. Vt adeo, ſi cetera metalla, quae communi cum aliis agnatis iure eidem Princeps Elector inter* duodecim *portiones* ſeptem *habet, aeſtimes, ſumma omnium fructuum metalliferorum* myriadem *thalerorum vincere videatur. Neque illud parum eſt, quod e* plumbo, ferro, **den eiſernen Ofen**, *ſimilibusque aliis lucrantur. Non tamen reditus hi perpetui ſunt, ſed nunc decreſcunt, nunc augentur. Ceterum origo harum fodinarum incerta eſt. Alii ad Henrici* Aucupis, *alii ad* Ottonis Magni, *multi ad* Henrici II. *ſancti tempora eam referunt. Id forte extra dubium eſt,* Ramelsburgenſes *(p. 726.) principio inuentas: poſtea demum in vicinos etiam montes, hactenus recenſitos, inueſtigatum fuiſſe.*

3) Oppida Electoris praecipua ſunt, a) *Hannouera*, ſedes Principis, b) *Goettinga*, c) *Eimbeca*, d) *Munda*. MVNIMENTA a) *Hamelia* ad Viſurgin, egregium propugnaculum, b) *Bodenwerder*. PALATIA *& arces* a) *Herrenhuſa*, b) *Neoſtadium*.

Hannouerae inprimis viſu & admiratione digna a) reliquiae *Sanctorum (p. 702. 728.)* b) **das Opern-Haus**, *(p. 703.)* c) *theſaurus* numiſmatum *Abbatis Loccumenſis*, *Molani*. *Reperies ibi nummos* antiquos, medii *aeui*, *ac* recentiorum *temporum*, *& animi & oculorum delicias.* Hamelenſem *fabulam de pueris*, 1282. *a Satana inde per ſubterranea loca in Tranſyluaniam ductis, excuſſerunt Mart.* Schookius *de fabula Hamelenſi*: *Sam.* Erichius *in Exodo Hamelenſi*: *Theod.* Kirchmaierus *de exitu Hamelenſium.*

(III.) Wolfenbvtelanvs tractus omnium 1) *fertiliſſimus* eſt. Praeſtant in ceteris a) *canabis*, quam ad texendos funes Hamburgenſibus ac Belgis vendunt, b) *linum* & *lintea*, c) *Lana* quoque, d) *obſonia* generis cuiusque, quae apud vicinos in pretio ſunt.

Frumento Halberſtadienſi aliqua incolarum pars non ex indigentia, aut ſterilitate regionis viuit, ſed quod fruges ſuas ipſi exteris vendant. Ligno *in aliquibus plagis carent, quod vero apud Cellenſes cum obſoniis ſuis facile commutant.*

2) *Commercia* Brunſuicenſium nundinarum: *vectigalia: metalla* Rammelbergenſia, quae ſoli, *Cellerfeldenſia* (p. 738.) aliaque, quorum *tres* portiones habent, Guelferbytanorum Principum reditus non leuiter adaugent.

De vrbe Brunſuicenſi anno 1671. *in poteſtatem ſuorum Principum iterum redacta p.* 695. 711. *ſcripſimus: paulo poſt Rudolfus Auguſtus ampliſſimae ciuitati optime conſuluit,* NVNDINIS *ſolenniter inſtitutis, quae hodienum magno mercatorum, e Belgio atque inferiori Germania ibi concurrentium, numero mirum floreſcit. De* Ramelbergenſibus *metallis* Schreiberus *&* Coerberus *egerunt domeſtici;* Agricola, Albinus, Mattheſius, Loehneiſenius *alibi laudati. Equum venatoris in hoc monte alligatum, vngulisque ſuis ſcalpentem ſeculo* decimo *metalla demonſtraſſe, ſcribunt. Ottoni M. Caeſari gloriam ſuſcepti primum operis plurimi tribuunt. Nomen vero* Rammelii *vtrum* venatori, *an equo debeamus? parum intereſt. Inueniuntur in his fodinis* argentum, plumbum, cinnum, lythargyrum, ſulphur, ochra, vitriolum *album & viride in magna copia.* Sal *etiam habent Wolferbutam in pago* Salzgitter. Vectigalium *auctus fiunt e frequentia itinerum ex inferiori in ſuperiorem Saxoniam. Addi poteſt* cereuiſiae *genus apud Brunſuicenſes,* die Mumme. *In* Angliam, *imo in* Indiam *vſque, quod non ſolum maritima itinera ferat, ſed etiam vehendo melior reddatur, ea vendi aſſolet.* Meibomius *in tractatu de cereuiſia.* SPECVS BAVMANNI *eo magis ſpectatorem in ſtuporem rapit, quo is in rerum naturalium notitia eſt verſatior. Reperies ibi ſolius naturae luſus in rebus effingendis, ad quas nullam hominum induſtriam acceſſiſſe, plus fidei habet, quam ſcientiae. Res ipſas dant* Praetorius, Meibomius

ad

ad Herlingsbergae carmen; Ekſtormius *in Chronico Walkenridenſi, auctor* des Berichts der Reiſe nach der Baumanns-Höhle, *edit.* Halberſtadii 1692. 4t. *Sed in cauſas ſtupendi operis nemo inquiſiuit hactenus. Fridericus* Hofmannus, *Medicus Poruſſiae Regis, id operis in ſe ſuſcepturum, nuper promiſit. Vtinam luculento ac erudito opuſculo arcana haec deſcripta extarent. Is enim genius noſtratium, vt peregrina in deliciis habeant, patriae arcanis in obſcuro deliteſcentibus.* Mons MELIBOCVS, *Poruſſicae potius ditionis, ob vicinitatem argumenti hic coniungendus eſt. Altitudine ſua ceteros Germaniae montes vincit: fabula eſt de conuentu ſagarum ibidem die* Walpurgis *inſtituto: ſerena tempeſtate in eo conſtituti,* 30. *vrbes numerare atque mare Balthicum, viſu aliquantum acuto, attingere poſſunt, fide* Praetorii.

3) OPPIDA Wolfenbuttelanae ditionis ſunt a) *Guelferbytum*, ſedes Principis ac locus regiminis, vbi *bibliotheca*, (p. 694.) b) *Brunſuicum*, (p. 694. 711.) c) *Helmſtadium*, (p. 728.) Academia autem vniuerſae genti communis, d) *Blanckenburgum*, (p. 715.) e) *Gandershemium*, vbi Abbatiſſa habitat S. R. I. ſubiecta, f) *Walkenrida*, (p. 697.) MVNIMENTA validiſſima ſunt, a) *Guelferbytum*, b) *Brunſuicum.* PALATIA, a) *Salzthal*, (p. 695.) *Vechel* in vſum Rudolfinae, p. 696. 722.)

Duo munimenta Brunſuicum & Guelferbytum *illud praecipui habent, quod inuicem vicina ſint; quod duo latera claudant, inter quae exercitus multorum millium in campis contra hoſtem ſecurus agere poteſt.* Es kan, ſo zu reden, eine gantze Armee zwiſchen beyden Veſtungen unter den Stücken liegen: *verſus* Guelferbytum *ob loca paluſtria ex Okera fluuio cuniculi agi nequeunt.* Brunſuico *decem ante annos noui aggeres & propugnacula addita ſunt, vt magnitudine ſua laborare videantur.* Salzthalenſe *palatium videri meretur. Plus tamen ſalis, quam laboris, habet. Prudenti conditoris inſtituto, quod aliis atque aliis ſenſibus Principes ſucceſſores & iudicent & delectentur.* Rudolfi *etiam* Auguſti, *piiſſimi ac prudentiſſimi Principis Bibliotheca Brunſ-*

uici viſu digniſſima eſt. Rariſſimorum Theologorum ibi ſcripta reperies. Vnde etiam Acta Concilii Conſtantienſis, *ingenti vtriuſque Reipublicae commodo, ſuperiori anno prodierunt. Vidi ego Lugduni Bat. qui Acta Huſſitica ſexaginta thaleris emeret in auctione publica. Ecquod igitur pretium volumen* Rudolfinum *merebitur? quod copia, ſelectu, raritate codicillorum iſta longiſſime ſuperat. Libelli diuerſi generis oſtenſi, qui auctoritate Principis noſtri lucem viderunt.*

§. IV. Ivra in ducatu *Brunſuicenſi* & *Luneburgico* vel Ecclesiastica ſunt, vbi *corpus doctrinae Iulium*, ab auctore (p. 691. ſq.) ſic adpellatum, ſacrae anchorae inſtar, haberi ſolet, ad quam formulam omnes Eccleſiae miniſtri doctrinam ſuam iureiurando adſtringunt: vel civile, vbi quilibet principatus ſuas leges habet, *conditas* a Principibus, a Caeſare autem Ferdinando I. *an.* 1559. *die* 5. *Maii*, quod mireris, ſolenniter *confirmatas.*

Differentiam formularum *doctrinae & fidei in Saxonia oſtendi. In* ciuilibus Saxonica *iura non ſequi Duces Brunſuicenſes, valde miror. Sunt eorum maiores, quos Saxonica inſtituta propius, quam alios vllos, tangunt. Quo tempore illi ſeceſſerint ab vſu* Saxonicarum *conſuetudinum? non conſtat. Forte ad ius* ſcriptum *Saxoniae* Electorum *ſe adſtringere noluerunt: poſtea ſenſim etiam a conſuetudinibus Saxonicis deſuefacti. Id lego* in der Hofgerichts-Ordnung Hertzog Georgen, *an.* 1639. Daß man nach ſelbiger den gemeinen beſchriebenen Käyſer-Rechten folgen ſolle. *Vbi non aliud ius, quam ciuile* Romanum, *intelligi poſſe videtur. Cauſae confirmationis Caeſareae in ipſo diplomate:* a) Damit ſolche Hofgerichts-Ordnung Sr. Liebden von niemand calumniret, b) gar umgeſtoſſen, c) oder geändert werden möchte. *Id etiam notari meretur, quod in eodem diplomate ſucceſſores Principes adſtringant, ne ab vſu huius iuris vnquam recedant.* Es ſollen, *inquit*, Sr. Liebden Nachkommen dabey bleiben. *Sed* Georgius Wilhelmus *an.* 1664. *nouo inſtituto edidit* eine Cantzley-

Ord-

Ordnung. *Recentiores emendationes aliae nobis ad manus non ſunt* (*).

§. V. Res IVDICIARIA nihil peculiare habet. Quot enim *lineae*, a nobis (p. 693.) deſcriptae, tot etiam *reginina* ſunt. Illud imitatione dignum eſt, quod *contraxerint* numerum iudiciorum. Hannoueranus *Goettingenſe* & *Grubenhagenſe*; Cellenſis *Harburgenſe* & *Danne-*

(*) Inter ſingularia etiam illud, quod vtantur iure HAGENSTOLZIATVS aduerſus ſubditos omnes, qui decedunt quinquagenario maiores in coelibatu (a). Neque Clericis ea in re parcere ſolent, neque rerum adminiſtris (b). Imo ipſa Brunſuicenſis vrbs, ceteroquin munita priſtinis ſtatus priuilegiis, obſtringitur hoc nexu (c). Sunt tamen, qui iniuriarum poſtulant fiſcum principalem, ideo, quod Hagenſtolziatus figmentum fuerit SCHOTTELII. Vnde occaſio ei ad expilandum aliorum hereditates (d). Neque enim ius hoc Germanicum eſſe, ſed Romanum. Quod fauerit liberorum numeris in ſterili climate, quod ineptum Germaniae, vbi vteri foecundiores, quam vt vel praemiis excitari debeat, vel coelibatus cohiberi poenis (e).

(a) Menſe Ianuario 1726. cauſam reſponderunt ICti Halenſes, requiſiti ab heredibus Trandorffenſibus. Nam Dux Guelferbytanus Trandorfii, Canonici octogenarii, hereditatem addixit, vindicauitque fiſco, quod deceſſerit in coelibatu.

(b) Dubitant aliqui ideo de Clericis, quoniam virtutis ſit, ſi ille veſtigia S. Pauli premat in colendo coelibatu. Quod etiam apud Euangelicos verum. Dummodo abſit neceſſitas, quod iugum imponant ſuis Pontificii.

(c) Nam Trandorfius Canonicus deceſſit in vrbe Brunſueig. Huic autem Rudolfus Auguſtus indulſit priuilegia, quibus olim vſa ſit vrbs imperio addicta.

(d) Putant, Schottelium deceptum a Beſoldo, quem vanice laudet. Neque enim domi exemplum vllum repeiſſe ita puniti coelibatus.

(e) Ita omnino dicendum. Nam noſtri climatis incolae potius laborarunt multitudine ac numeris. Vt adeo cauſae nullae ad cogendum, vt quis contraheret matrimonium.

bergenſe, peculiaria quondam regimina, ſuſtulerunt, cauſis Hannoueram atque Cellas translatis.

Ciuilium iudiciorum aſſeſſores im Hofgericht *raro* e nobilitate *ſumunt*, *ne*, *quod alibi ſit*, *hi laboribus ſe ſubtrahant*, *iisque ceteri collegae nimium onerentur. Inde iuſtitia melius a paucis adminiſtratur*, *quam alibi a tot aſſeſſoribus otioſis. In cauſis, ſtatum publicum concernentibus, Elector olim* Grotios, *nunc* Platenios, Goerizios, Hugones *aliosque; Dux Cellenſis* Schenkios *&* Schuzios *olim*, *nunc* Bernsdorfios: *Guelferbytani olim* Münchhuſios, *nunc* Probſtios *&* Steinbergios *in deliciis habent. Titulus primarii miniſtri in aula Guelferbytana quondam nomen fuit* eines Groß-Voigts: *ſed veteri adpellatione Saxonica a morte Münchhuſii deſuefacti ſunt.*

§. VI. Incolae ducatus Brunſuicenſis ac Luneburgici id in *virtute* habent, quod animis *firmi* & *conſtantes* ſint, neque fluctuent facile: in vitio plebis ponunt *ſtupiditatem.*

Magnam imprimis corporum & ingeniorum diuerſitatem reperies eorum, *qui in locis* deſertis *agunt*, *ab aliis*, *qui* fertiles *colunt terras.* Illi *ſtupidi ac ſegnes ſunt*, hi *non item. Poſſunt haec duo hominum genera cum Scotis conferri. Quorum alii in montibus latent*, die Berg-Schotten: *alii in pagis habitant*, *illis longe moratiores. Ceterum ſubditi noſtrorum Principum in* militia *nulli populo Germanorum quicquam concedere ſolent.*

§. VII. Vires ac potentia Ducum Brunſuicenſium, ſigillatim conſideratae, hinc facile aeſtimari poſſunt; quod in bello *nouennali* vltimo *Hannoueranus* ad sedecim millia; *Luneburgenſis* totidem *fere*; *Wolfenbuttelanus* vltra decem millia militum in exercitu habuerint foederatorum.

Summam harum copiarum ſi feceris, *non difficile erit ad credendum*, *ditionem Brunſuicenſem*, *coniunctim conſideratam*, *ad quadraginta millia militum exercitum augere poſſe. Aſt*

vero

vero de quo tandem Principe Germaniae vniuerſae idem credideris? Sit etiam, quod Belgae in vltimo bello pecunia militiam noſtrorum Principum adiuuarint. Quod ſi enim & tertiam numeri huius partem ſubtraxeris; ſumma tamen remanet, ad quam nemo alius Germaniae Principum facile adſurrexerit.

CAPVT VI.

SCRIPTORES

domeſtici prouinciarum Electoris ac Ducum Brunſuicenſium.

§. I.

Non extat in hoc numero vllus ſcriptor, qui res gentis noſtrae ex ſua dignitate literis tradiderit. Alii enim fabulis ſcatent, alii patribus ſtudent, peccant ignorantia alii, alii maleuolentia. Nullus eſt, qui vere, plene, erudite, iudicioque pragmatico adhibito hiſtoriam Principum horum ſit perſecutus.

Singulorum elogia ſigillatim dabimus. Mirari licet hunc defectum, a) *quod Principes gentis noſtrae nunquam in* obſcuro *delituerint; ſed ſcenam ſuam in omnibus Imperii negotiis omni tempore egregie exornauerint;* b) *de geſtis eorum plena ſint* volumina *rerum Germanicarum, vt vel haec publici cuiusdam archiui inſtar hic eſſe videantur;* c) Meibomii, Conringii, *aliique (p. 729.) in his regionibus vixerint, viri ad hanc ſpartam occupandam omnino idonei;* d) *etiam tot* Principes *gentis noſtrae in laude fuerint bonarum* literarum; *(p. 691. ſqq.)* e) *argumentum ipſum valde* momentoſum *ſit, cum Principum Germaniae iura nullibi luculentius ſe prodant, quam in hiſtoria medii aeui Ducum Saxoniae. Sed neque minora forte huius inſtituti impedimenta fuerunt, quod* a) *vulnera domeſtica* refricanda *eſſent;* b) *aut* vere *ſcribendum, vbi* odia *potiſſimorum Germaniae Principum me-*

tuenda (p. 675. 678.); *aut* veteri *chorda oberrandum non ſine* praeiudicio *iurium domeſticorum (p. 715. §. 12.)*; c) *difficillimi operis eſſet*, *inter tot ac tantos ſcopulos non offendere*; d) *Boica*, *Weſtphalica*, *Goslarienſia maxime ac Brunſuicenſia*, *imo Italica (p. 672. 712. 717.)* archiua *ad laudem* pleni *operis poterant deſiderari.*

§. II. Gloria igitur ſcribendi operis illuſtriſſimum virum manet *Iohannem Iacobum* LEIBNIZIVM, *Regi Poruſſiae & Electori ac Ducibus Brunſuicenſibus a ſanctioribus conſiliis*. Huic enim ab Electore ceterisque Ducibus Brunſuicenſibus ac Luneburgicis haec ſparta ante decennium, & quod excurrit, commiſſa eſt, in qua condigne exornanda is etiam nunc, quantum per alia negotia licet, labore indefeſſo eſt occupatus. Cauſam habent publicorum Germaniae iurium cultores omnes mecum a Deo precandi, vt laudatiſſimo viro, ad ſenectam vicino, feros annos addat, arduum hoc opus felici demum ſucceſſu exantlandi (*).

Niſi

(*) Ita fallimur, fallimusque iterum alios. Licet enim ſemel iterumque de hiſtoria ſcribenda admonitus ſit Leibnizius; ad quod munus ipſe vocatus, & magno ſalario conductus: nihil tamen, poſt tantum temporis interuallum, praeſtitit vnqnam. Hoc cum intelligerent Duces Brunſuicenſes, ſpe illos eludi, in vulgi ſermonem iuit, vt calendas Graecas conferrent cum hiſtoria Leibniziana. Nam ſcriptorès rerum Germanicarum, quos in Quarto edidit, & alios plures cauſae ſuae propriores in fol. amanuenſibus commiſit, vt parum ei tribui poſſit. Ipſe enim captus eſt mathematicis problematibus, haec maioris habuit, ingenio volubilis & verſatilis. Ne poſſet vni rei diu incumbere.

LEIBNIZIO mortuo, vocatus fuit ad hanc ſpartam EKARDVS, viribus necquicquam impar ad eam exornandam. Verum vixerat ille cum vxore in luxu, vt egeſtate premeretur, & aufugeret demum, deſerta coniuge & liberis, Herbipolin, ibique ad ſecta papalia transiret.

HAHNIVS eum excepit, in noſtris ſubſelliis eductus, rerumque medio aeui peritus ſat, ad hunc laborem exantlandum. Verum immatura morte in hoc conatu eſt praereptus.

GRV.

Niſi enim eo auctore opus prodierit; metus eſt, vt perpetuo argumentum deſeratur. Sunt enim in illuſtri ſcriptore, quae nunquam iterum licebit in alio ſperare. a) *Auctor in gratia & amore eſt Principum vniuerſae familiae;* b) *ſcrinia literaria ſingulorum ei patent;* c) *ipſe rerum Germanicarum;* d) *Italicarum gnariſſimus eſt, vnde multum lucis addet monumentis domeſticis;* e) *in ipſa Italia varia congeſſit ad hiſtoriam Ateſtinorum;* f) *iurium Germaniae maximum intellectum habet, vt pragmaticum omnino opus nobis promittere queamus;* g) *indefeſſus animus accedit, qui nihil inexpeditum relinquet.*

§. III. Recenſebimus nos interim ſcriptores, qui iam extant. I. *Ioh. Baptiſtae* PIGNAE, Ferrariae Ducis Cancellarii, Hiſtoriarum de Principibus Ateſtinis Libris VIII. edit. *Ferrariae* 1585. 4t. & 1596. fol. Idem liber Germanice extat: Hiſtorien des Hauſes Eſt ab an. 390. ad an. 1476. interprete *Tiburtio* DREYFELDER Principi a Secretis, edit. *Mogunt.* 1580. fol.

Noſtros familia Ateſtina oriundos eſſe, p. 672. ſq. ſcripſimus. Liber hic rarus eſt, praeſertim exemplar Latinum. In rebus Italicis non ſpernendus, ſed in Germanicis rebus ieiunus admodum, quod homini extero condonandum eſt. Ad Annales Ateſtinos *MSC. & Anonymum Vitae* Mathildis *idem ſaepius prouocat.*

II. *M.*

GRVBERI, qui eidem ſucceſſit, fide habeo, quod Welforum hiſtoriam inceperit; ſed maculauerit eandem plurium auctorum allegatione, quibus neque fides, neque fama fuerit in hoc argumento; Igitur eius ſchedas parum aut nihil eidem prodeſſe in hoc ſtudii genere. Eſſe igitur eum in hoc, vt nouo inſtituto admouerit ad hunc laborem manum. Addo, quod ipſe nunc, poſtquam omnia legit & expendit, de operis ſucceſſu deſperet. Licet enim Henrici Leonis cauſam egerint plures: tamen iura patris & Lotharii ipſius admodum lubrica eſſe; In illis ſcilicet certaminibus inter Caeſarem & Saxoniae prouinciales ordines. Hactenus Ludewigius. Ego nihil addo, niſi Io. Daniel. GRVBERVM, Conſiliar. Inſtit. intim., Hiſtoriographum & Bibliothecarium, die XXIV. an. 1748. Hannou. obiiſſe.

II. *M. Henrici* BVNTINGII, Paſtoris Grunouienſis, Braunſchweigiſche und Lüneburgiſche Chronica, ab origine ad an. 1580. edit. *Magdeburgi* 1586. fol.

Kranzium is fere vbique exſcribit, &, nullo iudicio adhibito, ſequitur. Quae ipſe addit, fabulae ſunt vulgarium Chronographorum in vernacula. Sed quid expectari poteſt ab homine rerum at iurium Germaniae prorſus ignaro? Pueros imagines delectare poſſunt adulterinae, quas volumini inſeruit. Iniuriam facient, qui auctoritatem huius ſcriptoris noſtris Principibus oppoſuerint.

III. *Ioh. Iuſti* WINKELMANNI Stamm- und Regenten-Baum der Hertzoge von Braunſchweig, ab origine ad an. 1675. fol. ſine die & conſule editum.

Eum tamen auctorem eſſe libri huius, e p. 163. *patet*: als in meiner gäntzlich verfertigten, aber leyder! noch nicht gedruckten Heſſiſchen Chronick mit mehrern zu leſen iſt. Winkelmanno *enim Haſſiacae hiſtoriae curam demandatam fuiſſe, conſtat. Subitaneus autem hic labor eſt, quem neque auctor maioris pretii iudicio dignum habebit.*

IV. *Reineri* REINECCII de Saxonum originibus hiſce annexa de vrbe & ducatu Brunſuici exquiſitio, edit. *Hanouiae* 1619. 4t.

Opuſculum trium pagularum tantum eſt, Bodino *Gallo praeſertim oppoſitum, peruerſa de iuribus recuperatoriis noſtrorum Principum docenti.*

V. *Adriani* GEBVLAE Wunderbarlicher Urſprung der Guelphen, interprete Michaele Lindnero ab origine ad an. 1218. editum 1550. in 12mo.

Vix operae pretium eſt hoc opuſculum recenſere, cum praeter anile fabulamentum de XII. gemellis Comitis Altorfini nihil complectatur.

VI. *Caſparis* SAGITTARII Hiſtoria Bardewici, (*Luneburgenſe oppidum eſt Meibomio* etiam *deſcriptum*) in qua plura

plura ad res Brunſuicenſes facientia occurrunt. *Ienae* 1675. 4t.

VII. Eiusdem Origines & incrementa *Sulziae* Luneburgenſis. *Ienae* 1675. 4t.

VIII. Eiusdem Origines Ducum Brunſuico-Luneburgenſium ad an. 1235. *Ienae* 1684. 4t.

IX. Eiusdem de Originibus & Incrementis Brunſuici ad an. 1195. *Ienae* 1684. 4t.

X. Eiusdem Memorabilia Hiſtoriae Luneburgicae ab ortu ad an. 1688. *Ienae* 1688. 4t.

XI. Eiusdem Hiſtoria Goslariae ab ortu ad annum 1250. *Ienae* 1675. 4t.

Patriam habuit auctor Luneburgum. Quare de Principum ſuorum hiſtoria bene mereri voluit. Non ſpernendi hi labores ſunt. Qui tamen vltra laudes ſpeciminum Academicorum extolli non debent. Pragmatici etiam nihil habent.

XII. *Ioachimi Ioannis* MADERI Antiquitates Brunſuicenſes, illuſtrium monumentorum vetuſtatem, potentiam, maieſtatemque eorum pandentes. *Helmſtad.* 1675. 4t.

Egregia haec monumenta Chronicorum, diplomatum, ſcriptorum varii generis ſunt, quae non ſolum res Brunsuicenſes, ſed vniuerſae Germaniae iura mirum illuſtrant.

XIII. *Henrici* MEIBOMII ad Saxoniae, inferioris inprimis, hiſtoriam introductio ab vltimis vſque temporibus ad an. 1670. *Helmſtadii* 1687. 4t.

In rebus medii aeui Carolingicis & Henrici Leonis inprimis occupatur. Vbi etiam conſulendus eſt ad fabulas diſcutiendas vulgarium Chronicorum. Vtinam vero plenius in hoc argumento is verſari voluiſſet!

XIV. E Scriptoribus Rerum Germanicarum Meibomianis huc pertinet, a) *Gerhardi* STEDERBERGENSIS

ſis Praepoſiti narratio Henrici Leonis cum notis Meibomianis; b) HROSVITHAE monialis carmen de Ottone M. cum notis eiusdem; c) *Henrici* ROSLAE Herlingsberga, poematium de bello inter Henricum Mirabilem & Saxoniae Principes ob arcem Herlingsbergam anno 1287. cum notis eiusdem, (extat etiam Luneburg. 1652. 4t.) d) *Friderici* LANGEN Saxonia; e) *Andreae* HOPPENRODII Annales Gernrodenſes; f) *Ioh. de* POLDA Eccleſia Hamelenſis; g) Vindiciae *Billinganae*; h) de *Bardeuico*; i) de *pagis* Saxoniae; k) apologia Ottonis IV. l) de Friderico, Duce Brunſuicenſi, Imperatore; m) Chronicon *Riddagesbuſanum* Tomis III. *Helmſtadii* 1688. f.

Admodum miror, volumina haec rerum Germanicarum non plures emtores habere. Continent enim ſcriptores, quibus carere nemo poteſt iurium ac conſuetudinum Germanicarum ſtudioſus.

XV. *Saxonis* GRAMMATICI Hiſtoria Danicae gentis cum notis Stephanii. *Roſtochii* 1655.

Fabulis inuoluit res antiquas Saxonum auctor, ſed eruditae animaduerſiones eum emendant.

XVI. *Alberti* KRANZII Hiſtoria Saxoniae. *Francof.* 1621. fol. Eiusdem Metropolis. *Francof.* 1590. fol.

Hoc ſcriptore carere non poſſumus in rebus Ducum Brunſuicenſium: quamuis in hos ſaepius iniurius ſit, & partium ſtudio peccet.

XVII. *Sigmund de* BIRKEN Guelfiſcher Lorbeer-Hayn, dem Hauſe Braunſchweig und Lüneburg gewidmet. *Norimb.* 1666. 12.

Auctor vulgares & tritas vias ſequitur. Quo elogio eum etiam in Saxonia dimiſimus.

XVIII. *Iacobi* BLATGERSTEN Stammbaum der Hertzöge von Braunſchweig, in 12.

Vix memorari meretur. Ab Ariouiſto ad noſtrae aetatis duces ſtemma ex ingenio fingit. Libellus aliquot tantum pagellarum.

XIX. *Ioh.* LEZNERI Einbeckiſche und Daſſeliſche Chronicka. *Erfurthi* 1596. fol.

Liber non vbique obuius, ſed ad noſtrorum Principum hiſtoriam apprime faciens. Plus tamen laboris, quam ſalis ineſſe ſolet Leznerianis operibus.

XX.

XX. *Iuſtini* GOBLERI Chronica der Braunſchweigiſchen Fürſten Herkommen, vor Zeiten in Reimen einfältig beſchrieben, jetzo verbeſſert. *Francof.* 1566. fol.

Liber mihi non lectus eſt, Goebleri vitam Erici Ducis laudibus extollere video Meibomium.

XXI. *Dauidis* CHYTRAEI Chronicon Saxoniae & vicinarum gentium. *Lipſ.* 1593. fol.

Auctor, inter generales ſcriptores nobis laudatus, plenior eſt in rebus ſui ſeculi.

XXII. *Iacobi* SCHOMAKERI Hiſtoria Luneburgenſis MSC.

Ad hunc ſaepius prouocat Sagittarius.

XXIII. ANONYMI Chronicon rhythmicum de rebus Brunſuicenſibus Saxonicis.

Senior Meibomius hoc diligenter vſus eſt.

XXIV. *Hermanni* CORNERI Chronicon rerum Saxonicarum MSC.

Hic auctor pluribus laudatur, nondum tamen, quod ſciam, editus eſt. Helmoldum & Arnoldum Lubecenſem fertur exſcripſiſſe.

XXV. *Cunrad von* HOEVELEN der Stadt Lüneburg Fürtrefflichkeit. *Lubecae* 1668. 8.

Extant eiusdem auctoris Chronica 1) Hamburgenſe, 2) Lubecenſe, 3) Razenburgenſe *opera leuiter ſcripta* (*) (**).

XXVI.

(*) *Ioh.* BORCHOLTEN de gradibus (a) librum ſcripſit, vbi exempli loco attulit genealogiam Ducum Brunſuicenſium.

(a) Qui edit. *Helmſtadii* 1589. in 8. Locus, qui huc pertinet, p. 14. habetur. Nam in p. 19. etiam eodem fine recitat ſtemma Electorum Brandeburgicorum.

(**) *Franciſci* ALGERMANNI kurtzer Bericht (b) von Erbauung der Stadt Braunſchweig, 1605. in 4t. 12. Bogen.

(b) A principio vrbis conditae an. 861. ad an. 1590. Id agere videtur auctor, vt ciuitatem Brunſuicenſem *prouincialem* eſſe doceat, nequicquam *imperialem*. Singulorum enim Ducum in eandem iura adnotat, oſtenditque cauſas, tempora, occaſionem eius aduerſus Principes ſuos inſolentiae & perduellionis. Ceterum ſe natum & educatum eſſe in hac prouincia ſcribit, Principum vltra triginta annos officialem.

XXVI. *Iohannis Henrici* HOFFMANNI a) Ehren-Kleinod der Hertzoge von Braunſchweig und Lüneburg; b) Rerum Hildeſienſium libri XV. c) Rerum Hoienſium libri III. d) Monaſteriologia MSC.

Hunc auctorem perfecti ſcriptoris elogio extollit Meibomius. Spenerus etiam in Heraldicis Brunſuicenſia ei debet; Archiotam is egit Ducum Brunſuicenſium; Vnde ſigilla, diplomata, iura quaeque ingenti labore dicitur congeſſiſſe. In quo rerum conatu ante triginta circiter annos fatis praeuentus eſt. Opus lucubratum heredes eius Duci Hannouerano vendiderunt, in cuius ſcriniis etiamnum adſeruatur.

MAVSOLEA Principum noſtrorum diuerſiſſima ſunt, GVELFORVM *Altorfi*, *Steingnadeni:* BRVNSVICENSIVM *Koenigsluterae*, *Brunſuici*, *Calenbergae*, *Grubenhagiae*, *Cellis*, *Hannouerae*, *Guelferbyti*, *Goettingae*, alibi.

Ita enim tumuli *eorum diſtinguendi locis ſuis fuerunt, qui in* lineas *diuerſas iuerant.*

ARCHIVA ipſa toties *diuiſa* ſunt, vetera maximam partem in turbis domeſticis interierunt. Potiſſima forte huius familiae monumenta in *Brunſuicenſis* ac *Goslariae* ciuitatum ſcriniis reperiuntur.

Id praecipui habent Duces noſtri, quod in rebus geſtis maiorum ſuorum archiui *inſtar ſint* rerum Germanicarum *ſcriptores; Cum in omnibus imperii negotiis illi potiſſimam ſcenam occupauerint. Scriptori ſuperius laudato, quod nunquam in alio vllo ſperandum, omnia* ſcriniorum *repagula aperta ſunt; Cui viro, de Principibus ſuis ac literaria republica meritiſſimo, pro indefeſſis laboribus longam ſenectutem, ea, qua ipſi addicti ſumus, pietate, a Deo precamur.*

BIBLIO-

BIBLIOTHECA SCRIPTORVM DE PRINCIPIBVS GERMANIAE VNIVERSIS.

CAPVT I.

Hiſtoriae Hiſtoria Principum Germaniae.

§. I.

Non duo ſecula abierunt, ex quo principum familiarum in Germanis hiſtoriae ſcriptae perpetuo ſcilicet neque interrupto telo ab origine progreſſuque contextae (a).

§. II. Cauſas cogitando perdiu neglecti apud nos argumenti, has inueni. Factum enim hoc eſſe, certus ſum, vel quod priſtinum migrare morem nollent Germani, quo facere, quam ſcribere, maluerunt: vel literis, quarum ſecreta in principio ignorauerant, difficile eis eſſet aſſuefieri: vel, dum contemnerent negligerentque ſcri-

(a) *Fragmenta enim paſſim reperiuntur illuſtrium familiarum. Vtpote ſi quis vel epiſcopus vel alius ordinis antiſtes eſt factus; ſi conditor monaſterii aut ſacri collegii fuit, aut alio quodam egregib facinore chriſtiano orbi innotuit: maiores illius enumerati ſunt, ita tamen, vt catalogi eius generis raro vltra proauos adſcenderent. Exemplo eſſe poteſt Rudolfus I. qui, imperator factus, meliores fortunas non habuit. Vltra proaui enim memoriam ire noluerunt hiſtorici.*

ſcriptores (b), animos ſcribentium languidos pariter redderent: vel, cum ore quidem Germano vterentur, calamo autem nonniſi Latino (c) hunc ſcite vertere inter ſcribendum, eſſet in expedito pauciſſimis (d); vel etiam homines ordini ſacro addicti, hi enim, nobilitate literas parum aut nihil curante, ſcribendi ſpartam ſolum occupauerant, res tantum ſuorum annotarent, inſuper habitis aliis (e): vel tandem, cauſis generatim dictis, peculia-

(b) *Vt hodie militi tantum non turpe eſt, excellere in muſurgicis: ita olim germanica nobilitas litteras habuit ſuo ordine indigniſſimas. Non miror. Poſt agriculturam & militiam nil in pretio aut bonore fuit ſeculis incultis. Eodem iudicio hodieque molles baberi artes ſolent in ſeculis militaribus. Exemplo eſſe debent tempora belli tricennalis. Sui cuique ſeculo, adde & reipublicae, hic mores ſunt. Non eadem omnibus boneſta aut turpia, ſed omnia maiorum inſtitutis iudicari, ſcribit docetque* Aemilius Probus.

(c) Id quidem de omnibus Europae incolis verum eſt, Graecis tantummodo exceptis. Nam ante duodecimum ſeculum Hiſpanice, Gallice, Anglice, Suecice, Danice, Polonice, Bohemice, Hungarice ſcriptum non eſt, ſi codicis ſacri exceperis quaedam fragmenta & ſteriles quorundam lapidum & membranarum inſcriptis. Omnes autem hi populi, ſi quando aliquid litteris conſignarunt, vſi ſunt ſermone Latino. Hunc enim quamuis intelligerent pauciſſimi, omnes tamen in ſcriptis contractibus adhibuerunt. Teſtes videmus in diplomatibus, quae nos maiori numero Latina habemus, quam vllo vnquam aeuo vidit Latium.

(d) Equidem ſcio, latinitatem de nitore ſuo altero ſtatim ſeculo dilapſam eſſe. Poſt vero in peius ruere coepit, quod homines Chriſtiani noua vocabula adfectarent, quibus voluerunt a paganis internoſci: quod vulgarium linguarum idiotiſmi cum venere Latii commiſcerentur: quod lingua Latina ex ingenio magis fingeretur, quam ad imitationem coleretur melioris notae ſcriptorum.

(e) Ex quo ſcilicet aliquis ſacer factus antiſtes; eccleſiae largitor munificus; conditor templorum, ſcholarum, coenobiorumque; eius memoriam, laudemque gentis celebrarunt, vnde fuerat oriundus. Illud etiam aduerti debet, nullo tempore defuiſſe homines, qui ſynodorum, conciliorum, haereſium, rerumque ſacrarum alia argumenta in hiſtoriam referrent. Contra in comitiis & ſolennibus imperii conuentibus,

peculiares accederent, breuiter etiamnunc attingendae.

§. III. Fuerant enim principibus in Germania familiis non ſtatim hereditaria iura, decoris atque ſplendoris gentilitii firmiſſima ſtabilimenta (f), ſed domus, quae nunc per genitoris virtutem ſtabat, florebatque, deſidia filii mox ad lapſum praeceps facta, ſubito etiam caſu ſaepius iterum ruebat. Qua rerum inconſtantia & mutabilitate, & cum nulla fortunae praeſidia auitis imaginibus ineſſent; neque harum multitudine, ſucceſſuque hiſtoriam condere, operae peculiaris pretium videbatur. Deinde, cognominibus nondum in Germania inuentis, (g) aut in aliquo familiae genere perpetuo non manentibus,

bus, in cauſis bellorum diſſidiorumque, in legibus ac iudiciis, reique publicae conſiliis tot vbique lacunas habemus, quas nulla hominum induſtria ſupplebit. Adeo imperialia negotia poſthabita ſunt clericalibus crepundiis.

(f) Hiſtoria non quaeuis negotia digna ſunt, ſed illa tantum, quae prudentiae acuendae aliquod adferunt momentum. Contempſerunt veteres hiſtoriolas, quoties princeps veſtem mutauerit, quo tempore iuerit cubitum, quam amauerit puellam, quae conuiuia parauerit, & quae ſunt eiusmodi. Quae ſtultitia Cordi, & Galliae Italiaeque fabulatorum, qui ſub memoriis rerum anecdotarum patriae noſtrae vendunt vel nugarum, vel mendaciorum quisquilias. Prudentiores Herodotus, Siculus, Iuſtinus, qui Aſſyriae regum ante Ninum memoriam intermiſerunt, quod regimen eorum verſaretur in rebus leuidenſibus. Ex eadem illi cauſa Aſſyriacorum quoque monarcharum poſt Niniam aeterna nocte ſepultam memoriam voluerunt, quos operae pretium non eſt, hodieque in hiſtoriis deſiderare. Vſum vero otioſarum genealogiarum, quem hodie in ſucceſſionibus feudisque habemus, veteres ignorarunt.

(g) Duo familiarum ſuſtentacula ſunt: Vnum inſignia *heraldica*, alterum *cognomina*. Neutrum in vſu fuit medio aeuo. Non *primum*, quia in cuiusuis arbitratu quondam fuit, clypeum aliquo figurae genere diſtinguere. Quapropter inſignia vni genti varia fuerunt, atque multiplicia pro lubitu & licentia cuiusque. Neque *alterum*. Quamuis enim ſex imperii ducatus a temporibus Cunradi I. ſtabiles eſſent ac hereditarii: reliquae tamen imperii dignitates, comitum, equitumque, perſonales fuere, minusque perpetuae, inſtar noſtri aeui

tibus, non ita facile atque diſtinctim Genealogi in hoc negotio verſari poterant, quin etiam cautiſſimis aliquando imponerent homonymiae. Qua rerum difficultate alii deterriti prorſus ab hoc opere; alii ab eodem avocati ſunt, vt ſtationem defererent. Tandem & illud remoras iniecit procerum hiſtoriae in Germania, quod peruerſa domi ac foris homines opinio occupaſſet, familias apud ethnicas & barbaras gentes, (in hoc enim numero partim erant noſtrates, partim habebantur,) parum aut nihil gloriae dignitatisque ex longis atque antiquis originibus mutuare (h); hoc enim idem eſſe, ac gloriari velle, diu in ſorditie ac tenebris delituiſſe, ſed veram gentis claritatem a cultura Romanorum (i) & lumine Chriſtianorum rituum deducendam. Hinc maior de admiſſis purioribus ſacris, de meritis in eccleſiam ac ſacerdotes, clauſtris monachorum conditis aut ditatis, inter illuſtriores familias contentio ac aemulatio fuit, vtra alteram

aeui munerum belli ac pacis. *Nobiles* autem landſaſſii *nomen* ſuum a loco *domicilloque* acceperunt, cum eoque illud iterum mutarunt & amiſerunt. Qui haec ſecum expendit, ille naenias ridet cum *genealogiſtarum*, tum auctorum artis *heraldicae*, qui tantae vetuſtatis otioſi ſunt promiſſores.

(h) Inde diſſidia, cuius gens prius ſeriusue acceſſerit ad ſacra Chriſtianorum? Eadem ſuperſtitio *Galliae* regi primas detulit, quod iſtud regnum *primogenitum* dediſſet eccleſiae. Miror, cultioris orbis ſcriptores hodieque argumenta petere ex rebus eius momenti. Simile quid ſermone habeo alicuius Graeci, qui ſerio adfirmauit, hominem in Graeciae & Africae regionibus ius *praelationis* ſiue *praecedentiae* ex eo acquirere, ſi *peregrinatus* eſſet in *Palaeſtinam* ſeu *terram ſanctam*, loco eidem cedere quosuis alios. Quae ambitio plures ad haec itinera inuitet, quam ſuperſtitio aut nimietas religionis.

(i) Quamuis enim & hi fuiſſent pagani: artibus tamen ſummi pontificis factum eſt, vt maieſtatis Imperii Romani memoria cultusque in Germanis conſeruaretur. Puduit ergo Germanos, gentem ſuam non peregrinam eſſe, ſed ſanguine oriundam Germano. Contra maiores noſtri, qui a peregrino ſanguine tantopere abhorruerunt, vt potius ad mendacia confugerent dicerentque, *terra* ſe editos eſſe, ne aduenae crederentur.

teram hoc paſſu anteiret, quam, vnde, & quibus natalibus eſſent oriundi.

Dictum de arcano Pontificum Romanorum, quod in praecedendi iuribus argumenta petant a meritis in Eccleſiam. Dictum etiam de conturbato illorum animo, quibus inglorium videtur, ſuae gentis natales in Teutonica nobilitate quaerere; ſplendidius vero, ſi, qualicunque etiam ſpecie, praepoſtero quamuis ordine, e Romuli (k) caſa maiores educant. Cetera deinde membra plenius ac latius ſigillatim explicata inter diſſerendum.

§. IV. Hanc vero hiſtoricorum in illuſtrioribus familiis torpedinem ſuis demum Germanis felici admodum conatu (l) excuſſit *Maximilianus*, primus huius nominis Imperator. Is enim vt amantiſſimus erat huius generis ſtudiorum: ita peculiari reſcripto omnes Imperii noſtri proceres admonuit, id darent gloriae Imperii Germanici, & ſuae quisque gentis dignitati ac decori, vt, qua poſſent induſtria ac fide, in domeſticos lares inquirerent, collatisque ſymbolis id efficerent, vt, conſilio vniuerſorum, pulchrum de potiſſimis Germaniae principibus conderetur inſtrumentum.

Rationes huius inſtituti expeditae, & teſtes laudati.

§. V. Fecerit vero hoc laudatiſſimus princeps, ſiue ſeculi bonitate, in quo literarum ſtudia iterum coeperant eſſloreſcere (m); ſiue gentis vicinae, de qua di-

(k) Non fere memini vllius imperii principis, qui gentem ſuam non fingi velit ortu Romanam. *Habsburgici* Perleonios, *Brandenburgici* Columneſios, *Saxones* milites Alexandri, *Anhaltini* Vrſinos, *Brunſuicenſes* Ateſtinos, alii alios in medium audent proferre. Inferioris quoque ordinis nobilitatem haec opinio inuaſit, vt ſibi gratulentur nobiles, ad gentem ſuam ex Italiae familiis repetendam, ſi ludere poſſint homonymiis.

(l) Infelici autem Caeſarum auctoritati euentu. Luce enim hiſtoria principatuum Germaniae iura reuiuiſcere coeperunt, caligine & ſuperſtitione Theologorum ſepulta, qui formulam imperii Germanici ad ſacri codicis decreta exigere voluerunt, remque publicam Iudaeorum. Quo factum, vt Germanicae libertatis veſtigia obliterarentur ſorditie theologaſtrorum.

(m) Idem enim Imperator omnibus Germaniae Principibus id officii impoſuit, vt quilibet in ſua prouincia inſtitueret *Academiam.*

ctum, aemulatione (n); ſiue cupidine quadam cognoſcendi docendique, quantis ſubditis imperaret (o); ſiue etiam, vt propriae domui, diuitiis ac viribus modo auctae, decus quoddam adderet antiquitatis; ſiue quacunque demum ratione alia, parum exiſtimo referre. Quoniam apud rerum gnaros id manifeſtum eſt, ſtudium hoc, priori tempore turpiter neglectum, ex eo coli mox ſolicitius tractari coepiſſe, vt incrementa, in quibus nunc ſunt, laudato principis inſtituto debeamus.

Dictum de principio progreſſuque ſtudii hiſtorici ab aeuo Maximiliani ad aetatem praeſentem. Dictum etiam de ratione hiſtoriae hiſtoriam (p) ſcribendi; quidam hanc in rem auctores laudati.

§. VI. Sub ſeculi itaque XVI. ingreſſum ſchedae, quae in ſcriniis principum cum tineis & blattis eouſque certauerant, in publicum educi aſſerique coeperunt (q). Aperta

ademiam. Peſſimum rurſus conſilium imperatori. Ex quo enim academias tantum Imperator aluit, ex eo profeſſores ſibi ac ſuae tantum auctoritati habuit addictos, qui in ſcriptis doctrinisque nullam ſententiam fouerunt, auctoritati Caeſaris aduerſam. Verum, academiis liberalitate principum apertis, horum cauſa contra Caeſarem agi coepit, vt horum libellorum multitudine atque mole Caeſarini ſcriptores vere opprimantur. Idem certe peccauit Maximilianus in *Camerae* & *Regimenti* inſtitutione, quod eius vix condonandum eſt conſultoribus, licet rebus imperii Germanici id admodum ſalutare eſſe videatur.

(n) Gallos puto, quorum tamen regi non idem, quod noſtro erat metuendum.

(o) Subinde enim glorioſum habuit, *regibus ſe imperare.* Quaſi vero domino tantum officii non decederet, quantum ipſe daret remitteretque ſeruis. Veterum loca huius dicterii collegit *CARPZOV. de Sax. non appell. priuil. §. 3. 4. plene.*

(p) Hiſtoriae hiſtoriam fata dico huius diſciplinae. Quorſum faciunt duo volumina, quae viginti auctores exhibent ſimul de *arte hiſtorica.* Nomen libri: *penus hiſtoriarum.*

(q) Alibi diuinaui doctrinarum apud poſteros felicem metamorphoſin. Hactenus fere, neſcio quo morbo, vetuſtas nobis in deliciis fuit peregrina Romanorum, patriae diplomatibus aliisque noſtri imperii inſtrumentis vere neglectis. Spero, fore, vt in poſterum ſapere in noſtra republica malimus, quam in aliena. Commendant nobis hoc conſilium patriae amor, neceſſitas vtilitasque.

Aperta tum repagula archiuorum, monaſteriorum clauſtra reſerata; torneamentorum euolutae matriculae (r); catalogi inſpecti canonicorum & antiſtitum; rerum etiam geſtarum quique ſcriptores ſalutati; nihil denique omiſſum, quod ad illuſtrandas principum familias facere poſſet.

Sigillatim haec membra explicata ſunt, ſubſidiaque genuina oſtenſa, vnde antiquae hiſtoriae rationes ſumendae.

§. VII. Et vero operae pretium omnino fuerat, familiarum in Germanis origines ſucceſſusque docere; Quippe quae a tenuiſſimis initiis (s) ad honoris potentiaeque faſtigia fuerant euectae, vt aliae cum ipſis quodammodo regibus poſſent conferri; aliae a regia maieſtate parum omnino abeſſent, nonnullae hanc ipſam paſſibus aliquot, cauſae inter differendum indicatae, anteirent.

Dictum de arcanis rationibus Maximiliani, qui, dum principum natales docuit, ipſos principes officii potuit admonere (t), ſi conſtaret, quam tenuibus initiis creſcere coepiſſent. Tituli deinde Principis, Ducis, Marchionis, Landgrauii, aliorumque explicati (u); Alteſerra & Conringio *ea in re auctoribus*

(r) Quibus tamen fidem illico dare non licet inter anilia, quae in catalogis torneamentorum latent, figmenta.

(s) In peregrinis fere regnis ducum & principum nomina grandes vmbrae ſunt corporum minutiſſimorum. Salutant Itali principum nomine illos, cum quorum fortunis certare poſſunt homines infimae nobilitatis apud Germanos. Eadem iudicia merentur marchiones Gallorum. Hiſtoriae memini, hoc nomine turgidi Galli, qui Germanici principis filiam ſibi auſus eſt petere vxorem, hoc filo conſecutionis, quod & ipſe marchio eſſet, nominis dignitatisque eiusdem. Sed adparatu ſoceri intellecto, ſe falli dixit, petiitque ſibi locum inter eius ſatellites, quem etiam obtinuit ſuſtinuitque.

(t) Principibus vero tum facile ad reſpondendum fuiſſet, neque Habsburgicae originis delendam obliuionem, Principatuum, Germanico imperio coaeuorum, ratio habenda: quam paruis etiam fortunis ipſi principes fuerint oriundi. Patriae archiprincipatus originarii ſunt, neque Caeſarum largitionibus neque perfidiae in imperantem, quo vetuſtiores ſunt, debent natales.

(u) Tempora diſtingui debent. Iſta enim nomina ſub Carolingis *munera* fuerant publica, quae *poſtcarolingica* aetate a tempo-

ctoribus laudatis. Diſſertum etiam de phraſi quorundam Imperatorum, quod regibus imperent; porro de illorum ſententia, quod Germania ſit ſyſtema Rerumpublicarum. Lepida hiſtoria narrata de Galliae Marquiſio, qui par ſibi viſus Marchioni Electori in Germania. Ceterum id affirmatum, proceres imperii noſtri omnium regnorum ſtatus in orbe vniuerſo potentia dignitateque anteire.

§. VIII Vtinam autem tales ſe praeſtitiſſent harum rerum ſcriptores, vt eodem omnes elogio eſſent condigni. Dolendum enim, quod alios placendi ſtudium in transuerſum egerit; aliis credulitas obduxerit, nonnullos egerit ignorantia; quidam deinde, conturbato conuerſoque ordine, in deuia iuerint; aliqui etiam, inuidia aliorum aut aemulatione occoecati, fingere, quam condere, maluerint annales.

Singula exemplis illuſtrata, & cauſae additae, quare in praecedendi iure argumentum ex antiquitate petatur (x), & reliqua. Enarrabatur obiter hiſtoria cuiusdam, qui genus Maxim. ad Noam conditorem vſque voluit adducere (y). Deſideratum praeterea, quod Medici atque Theologi hanc ſpartam occupauerint, raro (z) homines praeſidio iuris & literarum inſtructi. Probata tandem in Genealogiis ſcribendis methodus

temporibus Cunradi primi, ordinum cuiusque prouinciae inſtituto, accepere *potentatum.* Ehemals hieſſe Dux einen Bedienten oder Feldherrn oder Statthalter, itzo aber einen Landes-Herrn.

(x) Chriſtiana, non pagana. Inde fruſtra oppoſitio Langueti. Si praelationis iura regi vetuſtas conciliet, quis contendere ex Europaeis regibus velit cum Suecis Daniſque. Verum ex Chriſtianorum regnorum natalibus filum ducitur huius argumenti. Intereſt enim papae, hoc glaucomate diſſidia alere inter reges orbis Chriſtiani, quaſi cauſae deciſio ab illius pendeat diuino arbitratu.

(y) Stabius auctor fuit ineptiarum. Caeſaris vero gaudium intempeſtiuum morio aulicus interuertit, qui, tabula genealogica perſpecta, illico ſibi de conſanguinitate cum Caeſare ſolennibus verbis eſt gratulatus, quod certiſſimum eſſet, vtrumque a Noacho eſſe oriundum.

(z) In hoc ergo numero abſit, vt vel Chifletium habeamus, vel Blondellum; Medicum alterum, alterum Theologum, vtrumque praeſidio litterarum inſtructiſſimum polyhiſtora.

Google

thodus ſynthetica (a), & docta hic ignorantia hiſtoriae cultoribus commendata.

§. IX. Et vero cum non infima meliorum literarum pars ſit, in quocunque demum ſcientiae genere variorum ſcriptorum notitiam, paucorum vero ſelectum habere, in hiſtoricis atque genealogicis maxime (b), vbi vtramque velut paginam faciunt incorrupta monumenta (c): ſic nos vtroque officio pariter defungemur, atque illos laudabimus, qui illuſtrium familiarum ſtirpes progreſſionesque deſcripſerunt, idque vniuerſim. Nam qui ſcriptores cuique principatui domeſtici & ſingulares

 ſunt,

(a) Adſcendendo ad maiores, non ad poſteros enumerandum deſcendendo.

(b) *In aliis diſciplinis librorum multitudine confundi lectores, certiſſimum eſt. Inde conſultius longe, vnum ſequi, plures autem legiſſe. Eclectici enim plerumque doctrinas fouent, nullo nexu cohaerentes. Contra in hiſtoricis, vbi neceſſarium eſt, ſuam pluribus fidem addixiſſe. Diuerſae enim cauſae diuerſos teſtes volunt: Quid? quod vna eademque cauſa in tantum videatur probabilior, in quantum illa teſtatior eſt pluribus ſcriptoribus. Diuerſos certe teſtes volunt tempora, loca regnaque diuerſa. Vt fieri non poſſit, recte hiſtoricum ſalutari, qui helluo non ſit librorum. Vtinam haec patroni academiarum intelligerent, conſulerentque hic hiſtoriarum profeſſori. Duo autem conſulendi remedia ſuperſunt, vnum, vt opimum ceterisque maius ipſi erogetur ſalarium: alterum, vt is praeficiatur bibliothecae Academicae. Alias enim ab eo fruſtra expectabuntur ſcholae, dignae ſparta, quam putauerim eſſe nobiliſſimam.*

(c) Alias diſciplinas adſequimur ingenio, hiſtoriam vero ex idoneis haurimus monumentis. Illae naſcuntur nobiſcum, non autem hae, quas acquirimus aliunde. Veriſſimum dicterium: omnes ſi vno caſu artes perirent, e memoriaque hominum delerentur, damnum non fore irreparabile, cum ab iisdem ingeniis ſperare demum liceat foetus eosdem: contra primae monarchiae exordia, e memoria ſemel ſublata, nulla deinceps hominum vel opes, vel ingenia ſupplebunt. Hac cauſa rex Galliae decem millia aureorum obtulit illi, qui vnam Liuii decadem in medium protulerit, hactenus deſideratam.

ſunt, illos in cuiusuis domus enarratione recenſebimus ſigillatim (d).

CAPVT II.

Syllabus ſcriptorum, de illisque iudicia.

§. I.

Principio teſtor hanc fidem meam, quam viris litteratis debeo, me nullum hic auctorem alieno iudicio laudare, ſed omnes mihi & proprios eſſe, & ſaepe iterumque lectos (e); vt adeo ſenſu meo in pretii,

(d) Non ergo parua videatur haec ſeges, quam hic exhibemus. Si enim ſingulares cuiusque principatus hiſtoricos hiſce iunxeris; is tibi adparatus erit, quem regum vel principum bibliothecae vix aequabunt.

(e) Non parum eſt, quod hic adfirmo. Excurrunt enim regum & principum bibliothecae in centum fere millia librorum, qui noſtro aeuo videntur in litterato orbe vniuerſo vtique ſupereſſe. Egomet ſupellectilem tamen meam facio propterea maioris, quod illa meae ſcenae*, id eſt, hiſtoriae & iurisprudentiae inſeruiat: cum publicae, quae audiunt, bibliothecae quasque voluminum foueant quisquilias. Aliud eſt, bibliothecam inſtruere, pompae plenam: aliud parare eandem vſui in ſingulari quodam genere argumenti. Ipſi etiam bibliothecarii hic in ius vocandi ſunt, qui, cum plerumque vel Theologi ſint vel Critici, id in votis habent, quod eſt prouinciae eorundem. Vt ſcilicet faber curare ſolet fabrilia. Hinc fit, vt & principum & ſummorum reipublicae adminiſtrorum muſea, quod eius generis hominum conſiliis inſtruantur, faciem quoque habeant eandem, quam oculis noſtris ſubiiciunt tanto numero editi catalogi. Quod certiſſimum argumentum eſt, eius generis bibliothecas pompam pro fine habuiſſe, non vſum ſui auctoris. Quid variae ſacri codicis editiones, Biblia polyglotta, Philoſophi in Logicis & Metaphyſicis principes rerum publicarum aut forenſium adminiſtro? Tantum certe, quantum Theologo proſunt herbaria, chymica, chirurgica. Quemadmodum igitur merito ridendus eſſet ſartor, ſi dolabris, ſecuribus, bipenne, aliisque inſtrumentis ſpiſſa officina ſuperbiret in arte, ab hoc adparatu alieniſſima: ita mihi ſtultiſſima videtur illorum hominum litteratorum ambitio, quorum muſea libris

tii, quod ſinguli habent, aeſtimatione liceat abundare.

§. II. Neque tamen vel odii, vel amoris vllas hic cauſas habeo (f), qui id vnice dedi huius argumenti ſtudioſis, ne illi vel lectione, vel emtione librorum deciperentur nomine, quos libri in fronte plerumque mentiuntur: verum vt cognitum potius illis ſit teſtimonio fidi & aperti Doctoris, quid ipſi a ſingulis expectare queant ſibique promittere. Ita enim fiet, vt & temporis queant rationem habere & numorum, ne vel vtrumque perdant, vel etiam alterutrum.

§. III.

bris turgent tumentque, qui a muſis eorundem prorſus ſunt alieni. Fateor, ſororio quodam vinculo contineri omnes diſciplinas: ſed harum tamen aliae primis labiis ſalutandae, aliae imbibendae ſunt. Ita principum bibliothecae Hiſtoricis & ICtis inſtructae ſint, cum ſuae domus, tum vicinorum, vt iura eorundem resque memorabiles habeant, quoties opus ſit in promptu. Quorſum inprimis refero commentaria & libellos illuſtrium controuerſiarum (*praetenſiones* adpellant noſtri aeui ſcriptores) qui tamen, librariorum incuria, in principum bibliothecis plerumque deſiderantur, non ſine maximo damno, quod illi ſentiunt, qui ſcriptis tueri debent iura principibus controuerſa. Egomet praecipui quodam iure quaedam tribuo meae bibliothecae. Principio enim ex omnibus Germaniae angulis libellos (*deductiones*) conduxi, vbi ſingularia iura principum defenduntur. Deinde patriae ſcriptores mihi praeſto ſunt, omnes etiam codices inediti, in reliqua autem Germania fere nullus mihi deſideratur, qui alicuius eſſe creditur momenti. Praeterea quo extera regna Germaniae noſtrae magis vicina ſunt; eo etiam auctoribus eorundem muſeum eſt mihi inſtructius. Porro ſi liber rarus & vtilis fuerat, nullis ſumtibus peperci ad illum muſis meis acquirendum. Non haec dicta a me ſunto arroganter, ſed partim, ne impenſas in libros magis, (ſunt enim mihi eorundem viginti millia,) quam in litteras videar feciſſe; partim etiam, ne quis luxum mihi in illis obiecerit, quorum copiam gratis nanciſci potuiſſem aliunde. Muſae enim Halas ante ſalutarunt, quam illis ibidem aperirentur his opibus inſtructa muſea.

(f) Scio quidem artes: *ſi laudari vis ab aliis, alios ipſe lauda;* ſed tantum abeſt, vt haec vllatenus curem, vt malim in occulto vera dicere, quam in omnium conſpectu ſcribere ad ſenſus aliorum.

§. III. Habet autem Germania eius generis ſcriptores, qui ſequuntur:

I. *Wolffgang.* LAZIVS, de migrationibus gentium. *Francof. ap. Wechel.* An. 1600. fol.

Dictum de ſcriptis Lazii, quo ordine legenda. Graecam *enim Rempublicam* Romana *excipit, banc* Germanica, *quam in opere laudato explicat, ad lucem dandam hiſtoriae* Auſtriacae, *quod inter auctoris volumina quartum eſſe poteſt lectori. Felicior Lazius in Genealogiis, quam in hiſtoriis, eſt. Ceſpitat in gentium originibus deſcribendis non raro, glaciem enim fregit, neque noſtra aetate eſt, qui banc ſpartam ex inſtituto auſus fuerit occupare. Origines vero ortusque domuum, Bauaricae, Palatinae, Brandenburgicae, Saxonicae, Brunſuicenſis, Haſſiacae, Würtembergicae, aliorumque plurium ita oſtendit, vt carere eo nequeamus.*

II. *Reineri* REINECCII Hiſtoria Iulia, Tom. III. *Helmſtad.* 1594. fol.

Titulum hoc opus loco debet, vbi ſcriptum eſt, Iuliae Academiae. Id vero habuit inſtituti auctor, vt principum familiarum per quatuor orbis monarchias origines ortusque deſcriberet; quo tamen in conatu morte praeuentus eſt, vt intra terminos tertiae monarchiae ſubſiſteret. Proſtant duae editiones. Nouiſſima multo auctior emendatiorque, vt nouum opus poſſit videri. Tribus voluminibus liber abſoluitur. Qui cum ab exteris ſaepe emtus ſit, in ipſa Germania raro reperitur. Viginti quinque imperialibus Scoto, me praeſente, vendidit Belga (*).

III. *Hieron.* HENNINGIS Opera genealogica, Volum. VI. edita An. 1590. & ceteris. *Magdeb.* fol.

Plus operae, quam ſalis, addo & eruditionis, ſyſtema hoc habet. Id praeclare factum ab auctore, quod omnium regnorum illuſtriumque familiarum, in quibus infra comitum etiam dignitates deſcendit, ſucceſſus tradat: aſt vero in originibus docendis plerumque fabuloſus, in annis numerandis ſaepius fallax eſt, vt collecti magis, quam ſcripti operis, gloria ad eum pertinere

(*) Plura de hoc libro rariſſimo vide in Biblioth. Rinckiana P. III. Lib. III. Cap. I. n. 2693 - 94. p. 330 - 31. & apud Vogtium in Catalog. Libror. rarior. p. 571 - 72.

pertinere videatur. Ceterum facile eſſet, ad finem huius ſeculi telum hoc pertexere: maior autem deſiderabitur cura, ſi corrigi in ſuperioribus errores, tolli ſphalmata, ſuppleri lacunae debeant, quae vota ſunt doctorum virorum. Summo Leibnizio par haec ſingula praeſtandi animus eſt; modo otiam & tempus ſimul eſſet, viro tanta negotiorum multitudine occupato. Dictum de raritate libri, iudicioque pretii, quod habet. Sexaginta imperialibus vendi ſolet argumenti cupidis emtoribus. Nam liber, quod volumina diuerſis annis locisque prodierint, raro integer reperitur. Accedit, quod exteri atque vltima gens, Hiſpani, plurima eius exempla ſibi redemerint, extulerintque e patria (*).

IV. *Antonii* ALBIZII Principum Chriſtianorum ſtemmata. *Auguſt. Vind.* & *Campid.* 1608. 1609. 1612. & *Argentorati* 1627. fol.

Dictum de nobilitate dignitateque ſcriptoris, ac operis. Stemmata aeri inciſa, annexis vbique notationibus hiſtoricis. Recudi ſane, continuationibus ſubiunctis, non vna ex cauſa (g) *merentur. Extant etiam ibidem impreſſa Germanice.*

V. *Eliae* REVSNERI Opus genealogicum, *Francof.* A. 1612. & ſaepe alias, fol. Finitur ſub exitum ſeculi ſuperioris.

Hunc pro epitomatore habeas Henningis, cuius tamen errores quandoque emendauit correxitque, lacunis etiam quibusdam ſuppletis. Dignus, vt in manibus eorum ſit, qui haec ſtudia tractant. Non vero familias illuſtrium recenſet, quas offendis apud Henningum.

VI. *Rudolph.* DIEPHOLDI Iuliae Profeſſ. Genealogiae Imperatorum, Regum, Ducum, Comitum vniuerſi, vt titulus eſt, orbis, partibus duabus, *Halae Sax.* A. 1628. 4to.

Incipit auctor ab A. 1469. deſiit in A. 1628. deſcriptionibus hiſtoricis per ſingulas familias adiunctis. Liber vt breuis eſt, ita nihil fere ſolidi continet, niſi quod exinde Henningium continuare poterant eius temporis ſcriptores. Dictum de dif- ferentia

(*) Conf. Vogt. lib. laud. p. 336. & Biblioth. vtiliſſima Rinckiana p. 253.

(g) Commendant opus ordo, breuitas, luculentia & genealogiis additus vberior commentarius.

ferentia ſcriptorum, quae aetatem ferunt, & eorum, quae vſibus ſeruiunt diſcentium. Vbi enim in gratiam auditorum ſcribitur, ibi numerus coerceri debet exemplarium, ne homines litteratos nominibus decipiant, nummisque ſpolient, quos libris ſolent deſtinare.

VII. *Vbbonis* Emmii Genealogia vniuerſalis. *Lugd. Bat.* A. 1620. fol.

Recenſita ſummi viri alia ſcripta. Inprimis Friſiae hiſtoria, primum ſex vol. in 8. poſt vno volumine edita in fol. Habet prior editio aliqua, quae in poſteriore deſiderantur. In opere tamen laudato quarundam tantum principum in Germania familiarum ſtemmata exhibet breuiter, ſed curate diſpoſita.

VIII. *Nicol.* Rittershvsii, ICt. & PP. Genealogiae Reg Duc. Comit. aliorumque Procerum. *Tubingae* 1665. fol. & ſaepe alias ad An. 1683.

Dictum de variis libri editionibus & cauſis, quare, familiarum originibus relictis, earum tantum auſpicia petat ab Anno 1400. *continuat. ad A.* 1677. *facta. Elogia ſimul & deſideria libri, qui nomina imperantium non diſtinguit, rerum geſtarum aliqua enarratione* (*).

IX. *Iacob. Wilbelm.* Imhoffii Notitia S. R. I. Procerum. *Tubingae* 1693. & deinceps ibid. 1732. fol. opera Viri celeberrimi Io. Dau. Koehleri.

Dictum de elogio auctoris non vulgari, viri generoſiſſimi; de variis item editionibus (*b*), *ac vſibus libri diſſertatum, vt in aliis aucti & adornati, in aliis inſtaurati ſtudii huius gloria ad eum pertinere videatur. Dictum de viri huius ſcriptis aliis hiſtoricis, politicis, genealogicis.*

X. *Gabr.* Bvcelini, Monachi Weingartenſis, Germania Topochronoſtemmatographica ſacra & profana, partim *Auguſtae* An. 1655. partim *Vlmae* An. 1662. IV. voluminibus in fol. extat (**).

Dictum

(*) Spicilegiorum, quae in hoc volumine comprehenduntur, auctor Iacobus Wilhelmus Imhoff dicitur. Seinsheimenſis vero ſtemmatis tabulas a Rittershuſio compoſitas, Chriſtoph. Peellerum continuaſſe, legimus in Biblioth. Rinckian. n. 1889.

(*b*) Principio in 8vo, poſt in 4to, demum in fol. Qui liber in hoc argumento, ob nouiſſimas quasque genealogias tum habuit principatum.

(**) Vogt. l. c. p. 154. Part. I. *Aug. Vind.* 1655. P. III. *ibid.* 1662.

Dictum de ſumma auctoris induſtria, apparatu diplomatum & monumentorum, quorum copiam ſibi ex archiuis Principum, & monaſteriorum acquiſiuerat. Credulitas (i) tamen viri oſtenſa aliquot locis eſt, qua incauto & rerum ignaro lectori poteſt imponere. Liber raro integer inuenitur. Volumina enim eius in locis temporibusque diuerſis in lucem prodierunt.

XI. *Philippi Iacobi* SPENERI Theatrum Nobilitatis Europ. *Francof.* 1665. fol.

Recenſitus liber, cauſa addita, quare animum, meditationibus ſacris defixum, in hoc genere ſtudiorum auctor voluerit diuertere. Doctorem quippe egit Principum Birckenfeldenſium, quibus hoc ſtudio voluit prodeſſe.

XII. *Tobiae* WAGNERI Lumina genealogica. *Vlmae* 1653. in 8.

Liber parui voluminis, nec pretii maioris, vtrumque tironum vſibus ſcriptum eſſe, prodit, idque a Theologo.

XIII. Tabulae GENEALOGICAE Tubingenſes. *Tubingae* An. 1692. editae fol. & ſaepe alias.

Pregizeriano nomini opuſculum hoc deberi, ſermone accepi aliorum. Breue eſt, vnoque intuitu habentur ſingulae fere familiae. Maximum memoriae ſubſidium. Idem prodiit etiam Germanice.

XIV. *Georgii* LOHMAIERI Tabulae genealogicae. *Luneburg.* 1695. fol. & ſaepe alias.

Originibus relictis, a celebrioribus epochis Principum ſtemmata recenſere incipit auctor. Poſt cuius mortem curae Imhoffii multum debent hae tabulae, vt huius ſtudii cultoribus omnino commendari mereantur.

XV. *Io.* LIMNAEI Liber quintus ſyſtematis iuris publici. *Argent.* A. 1657. 4to.

Singulorum Imperii noſtri Principum Genealogias tractat. Melius ſibi ac famae olim conſulturus, ſi hanc ſpartam aliis reliquiſſet. Certe ne collecti quidem, ſed tranſcripti operis ad eum

1662. P. III. *Francof. ad Moen.* 1672. P. IV. *Vlmae* 1678. impreſſam dicit, in Bibliotheca Rinckiana autem P. III. 1671. editam eſſe aſſeritur.

(i) Aut potius placendi ſtudium, vel qui ſibi ab aliis credulitatem polliceretur, ob *fidem*, quam allegare poterat *paſtoralem*.

eum fama pertinet: deinde, tranſitu hoc ſemel in aliam meſſem facto, id effecit, vt titulo opus ipſum male reſponderet; & iuris publici volumina, praeclare ſcripta, ex hac argumenti hiſtorici appendicula notam incurrerent aliorum. Dictum de pari conatu Hermetis in Faſciculo, nouiſſimique auctoris in Vitriarium illuſtratum.

XVI. *Heilrichi* ZEELLII Genealogia Principum Europae. *Regimonti* 1563. in 8.

Id auctoris induſtriae debemus, quod, cum alii Principum Imperii Germanici ortus a gente Romana petant, ipſe plerorumque natales in Gothico, hoc eſt, Germano ſanguine ſibi videatur inueniſſe.

XVII. *Michael.* EYZINGERI Theſaurus Principum. *Coloniae* 1591. 8. & ſaepe alias. Cui volumini eiusdem auctoris Paralipomena acceſſerunt. Ibidem Anno 1592. in 8. impreſſa.

Ineptit ſaepius auctor, & in originibus maxime tantum non vbique ceſpitat. Latent tamen inter ſcrobes grana quaedam notae melioris.

XVIII. *Auguſtini* BRVNNII, Annaebergenſis Miſnici & Paſtoris in agro Würtembergico Libellus ſynopticus, exhibens Caeſarum, Principum, Epiſcopatuum Germaniae an. 1500. ad 1600. natales, nuptias, obitum, elogia. *Tubingae* 1608. in 8.

Maioris operis, quod polychronicon *adpellauit, manuque ſcriptum bibliothecae Würtembergicae obtulit, prodromus eſt hoc opuſculum. Cum ſcriptor calculos ſui aeui ponat, exinde deſumi atque emendari poſſunt Principum patriae ſacrorumque antiſtitum chronologiae. Neque ſpernenda ſunt elogia, quibus ornat Principes ſuae aetatis. Quandoque tamen plus auribus datum eſſe video, quam veritati. Quam coniecturam illud firmat, quod libellum variis Principibus obtulit, ſpe alicuius munuſculi. Exemplum ego poſſideo, quod Antiſtiti Magdeburgico, Chriſtiano Wilhelmo, donauit eodem fine, quod manu viri alicuius eruditi paſſim eſt auctum & emendatum.*

XIX. *Frid. Leuthholphi von* FRANCKENBERG Europäiſcher Herold. *Francof.* 1688. fol. & deinceps *Lipſ.* 1705.

Latet ſub hoc nomine Zechius, inter primarios Saxoniae Elector. adminiſtros. Magno cum applauſu liber exceptus eſt, quem

quem etiam nunc ſeruat, quamuis gratiam nouitatis depoſuiſſe videatur. Meretur vtique in manibus eorum eſſe, quibus vel occaſio, vel vires, vel otium deeſt, ipſos fontes ſalutare. Qui tamen operis perfecti elogium libro dederit, eum pro aſſentatore habuerit ipſe auctor, vbi, quod otium, literaria quoque commercia, apparatus librorum, aliaque ſaepius ſibi defuerint, & profitetur & iure conqueritur: inuidi e contrario ac maleuoli hominis iudicium eſſe, ego dixerim, qui cuncta pro vulgaribus & e medio petitis habuerit. Magnam ceterum gratiam habemus auctori, quod publica quaedam acta ſubiunxerit operi, quae non abſque fructu leguntur. In noua editione illa deſiderantur.

XX. WERELDSPIEGEL der Ryken en Staten, door D. T. V. Y. *Amſterd.* 1621.

XXI. TONNEEL der Hertogen, Princen en Graven, uan't Chriſtenryk Anno 1612. fol.

Recenſitus vtriuſque liber idiomatis Belgici. Nihil tamen in vtroque reperi, quod non legiſſem apud noſtrates. Imaginibus Principum ornatus eſt vterque, quibus Belgae delectantur. Praeſtat vero exteros quandoque in teſtimonium adducere, quod ad maioris gloriae iudicium hoc facere videatur.

XXII. Hiſtoire de l'Empire par le Sieur HEISS. *a la Haye* 1694. tertia edit. tribus volum. in 12.

Sextus liber partis ſecundae potiorum Germaniae Principum exhibet genealogias, & enarrationes inſignium in heraldicis, resque alias ſuccincte cum iudicioque ſcriptas: vnde facies deſumi poteſt temporum nouiſſimorum. Id tamen in auctore, tractatione publicorum negotiorum occupato, deſiderare non licet, quod nullos laudauerit teſtes. Quamuis etiam in Germania natus fuerit eductusque, cum tamen Galliae Regis adminiſtrum egerit, illi vitio verti non debet, quod in ſcribendo a partibus ſteterit ſui nutritoris. Primum volumen hiſtoriam Imperatorum; alterum Germaniae principatuum, epiſcopatuum rerumque publicarum exhibet; tertium codicem ſiſtit pactorum legumque publicarum imperii.

XXIII. *Cyriaci* SPANGENBERGII Adels-Spiegel. *Schmalcald.* 1591. Volum. II. fol.

Liber eius decimus huc inprimis facit, vbi principum ac procerum Germaniae, cuiuscunque dignitatis, catalogum exhibet.

In quo opere circumſpectus lector non ſine fructu verſabitur. Dictum de elogio auctoris & ſcriptis eius generis aliis.

XXIV. TOPOGRAPHIAE Prouinciarum Germaniae. *Francof.* ab An. 1660. ad An. 1680. volum. XXX. f.

Vaſtum ac ſumtuoſum opus LX. imperialium, quod lucubrationibus Zeileri, impendio Matthaei Meriani, prodiit, figuris nitidiſſimis ornatum. Siſtit potiſſimorum Principum atque principatuum in Germania deſcriptiones. Sed vtinam plenius ac maiori ordinis decore ſiſteret, quae deſideria ſunt doctorum. Dictum de ſingulis voluminibus, & qua potius ratione ſcribi debuerint, expoſitum ad mentem Seckendorffii (k).

XXV. *Philipp. Andr.* BVRGOLDENSIS Diſcurſus ad Inſtrument. Pac. Weſtph. *Freiſtad.* 1669. 4to, vol. II.

Cacoethe ſcribendi Oldenburgerum laboraſſe, notum eſt. Iudicium viro non ſatis maturum, ſtylus horridus ac barbarus, ordo rerum ſcriptarum fere nullus. Vtinam illud Salomonis cogitaſſet auctor, cetera ſatis induſtrius, ſuo omnia loco & tempore gaudere. Dum enim in formulam pacificatoriam commentari vult; obtorto collo hiſtoriam illuſtrium in Germania familiarum eo trahit, quas prolixe admodum ibidem deſcribit. Sunt tamen malis bona ſaepius admixta. Praeterea prodit vbique ſcriptor, ſatis eidem animi fuiſſe pro fide.

XXVI. THESAVRVS Rerumpublicarum. *Geneuae* 1675. vol. IV. in 8.

Pars quarta huc facit, quae Principum in Germania familiarum hiſtoriam deſcribit. Liber Conringii eſt, ſummi viri, qui cum laudes praeceptionum, iuuentuti factarum, mereretur: non ſine decremento famae auctoris a ſcribipeta Oldenburgero, priuato ac temerario ſane auſu, publicis typis eſt euulgatus. Dictum de ſcriptis ſubitaneis, & iterata cura emendatis, vt aetatem ferre poſſint. Quae inuicem diſtinguere neſcit modo incuſatus Oldenburgerus.

XXVII. *Philippi Iacobi* SPENERI Opus Heraldicum. *Francof.* 1690. fol.

Pars altera huc pertinet, vbi Principes familiae cum iuribus controuerſis & hiſtorica deſcriptione habentur.

XXVIII.

(k) Merito Germania his voluminibus ſuperbit, cum nullum Europae regnum ſimile quid produxerit vnquam, ſi theatra exceperis forte Sabaudiae & Pedemontii.

XXVIII. Eiuſdem Sylloge genealogico-hiſtorica. *Francof.* 1677. 8.

Ex inſtituto hic Principes Germaniae eorumque ſtemmata deſcribuntur. Auctor inſtitutus fuerat in ſchola Boecleri, qui eius induſtriam valde probauerat. Principum tamen controuerſiis recenſendis propterea impar fuit, quod iurisprudentiae germanicae cognitione non eſſet inſtructus. Quandoque etiam ad ſenſus vnius partis ſcripſit, quod litterae aliquorum virorum produnt, quas admonitus iuſto facilius eſt ſecutus.

XXIX. *Dauidis* CHYTRAEI Chronicon Sax. & orbis arctoi ab An. 1500. ad Annum 1600. *Roſtochii* voluminibus VI. in 8. & poſtea vno volum. in fol.

Proſequitur in hoc libro auctor plurimorum in Germania Principum familias, quarum ſtemmata ab ortu progreſſuque repetit hiſtoriamque deſcribit. Dictum de ſimilibus digreſſionibus aliorum hiſtoricorum, inprimis Thuani, qui inſtitutum Chytraei eſt ſequutus.

XXX. *Sebaſtian.* MVNSTERI Coſmographia. *Baſileae* A. 1590. fol. & ſaepe alias, Belgico, etiam Gallico, ac Latino idiomatibus prodiit.

Meretur auctor hic iure laudari, quoniam in deſcribendis familiis procerum Germaniae noſtrae non inutilem operam praeſtitit. Dandum tamen aliquid aut ignoſcendum potius his litterarum inſtauratoribus, ſi noſtro tempore detecta operibus ſuis fabulamenta quaedam aſperſa reperiuntur.

XXXI. *Tobiae* PFANNERI de praecipuis Principum Germaniae gentibus. *Rudolphopoli* 1682. in 12. & iterum alias.

Nihil de hoc iudicatum, cauſis inter differendum ſignatis, ne quid odio videar dediſſe. Lis noſtra in eo quondam vertebatur. Egonet legatorum commentariis, quae relationum nomine ſignamus, in aliquibus fidem detraxi, quam ipſe tutus eſt omnino. Submitto cauſam arbitrio illorum, qui munere aliquo legationis defuncti ſunt; ſi quidem ipſi dicere ſententiam velint, quid famae ſuae, auribus ac ſenſibus Principum, aliorumque odiis in epiſtolis ſoleant dare. Quae argumenta inimica ſunt veritati.

XXXII. *M. de Sainte* MARTHE l'Etat de l'Empire, *a Paris* 1680. in 12.

Pars ſecunda ad noſtrum facit inſtitutum, vbi praecipui Germaniae Principes iſtius aetatis ſummatim deſcribuntur.

XXXIII. *Ioh. Georgii* LAIRIZII Hiſtoriſcher Genealogiſcher Palmwald. Nürnberg 1686. fol.

Principum Germaniae hic etiam auctor ſtemmata deſcribit. Dictum de libro inſtitutoque hominis theologi.

XXXIV. *Eliae* REVSNERI Iſagoges hiſt. Aquila Romana. *Ienae* 1609. in 4.

Principum & Comitum Germaniae catalogos ibidem exhibet, non inutiles ſane, ſiue breuitatem, ſiue ordinem, ſiue curatam ſpectes rationem chronologiae.

XXXV. *Anton. Wilh.* SCHOWARTI Obſeruationes hiſtorico-genealogicae. *Francof.* 1690. & ſaepe deinceps in octav.

Ad epochas familiarum reſpicit auctor, vbi vel incrementa ſumſerunt, vel decrementa paſſae ſunt. Quo ſucceſſu controuerſorum iurium rationes habuerit? dictum inter diſſerendum. Nam & paucas adfert, & vix indice digito illas attingit, multoties etiam diſtinguenda confundit, aut diſtinguit coniungenda.

XXXVI. *Chriſtiani* GASTELII de ſtatu publico Europae. *Francof.* fol.

Collecti magis, quam ſcripti operis, nomen meretur. Congeſſit auctor quaedam publica inſtrumenta, quae tamen ipſa fere apud alios offenduntur, vt illo carere queamus. Iudicatum de hoc in Puſendorffio illuſtrato.

XXXVII. *Pierre d'*AVITY le Monde VI. volum. *Pariſ.* 1643. fol.

Hunc induſtrium ac eruditum huius ſtudii indagatorem dixeris, in quo ita verſatus eſt, vt omnes aliquo ſpatio poſt ſe relinquat. Recenſitus liber & rarus & ſumtuoſus quadraginta imperialium. Vtiliſſimus tamen inprimis ad opes Europae cognoſcendas commerciaque terra marique. Lucas de Linda epitomatorem ampliſſimi operis egit, qui etiam libro VII. Principum Germaniae peculiarem habuit rationem

XXXVIII. L' EVROPE VIVANTE de l'année 1666. *a Geneve* 1667. in 4t. *& altera eius pars, cui nomen:* Suite de l'Europe vivante de l'année 1669. *a Geneve* 1671. 4t.

Cum

Cum auctor vniuerſae propemodum Europae regna tractet res-que publicas; tabula V. huc pertinet, vbi Principum Germaniae habet rationem. Continuationem autem operis ſoli Germaniae dedit, vbi principatus Würtemberg, Baaden, Palatinatum, Haſſiam, Brandeburg, Saxoniam, Anhalt, Brunſuic, Hollſtein, Mecklenburg tractat ſigillatim. Promittit vbique rationes commerciorum, vtilitatum, praetenſionum, foecunditatum aeris ac terrae, vitiorum virtutumque in aulis, curiis, ſcholis, templis, & quae ſunt huiusmodi. Cum ſatis animi pro fide habeat auctor, inter peregrinandum plura animaduertit prodiditque, quae non ſpernenda ſunt. Adminiſtri aularum alii de aſſentatione queruntur, alii de maledicentia. Operam vero in patriae rebus curatiorem, qui expectes ab hoſpite peregrinatore?

XXXIX. *Coſmi van* SIMERN Hiſtorico-Geographica per orbem vniuerſum. Abſoluunt haec 15. volumina in fol. MSCt.

Obſtupui nuper, cum amicus mihi pro centum aureis hunc offerret adparatum. Pars 1.) *Aſiam, Africam & Americam abſoluit.* 2.) *Graeciam, Candiam, Cyprum, Rhodum.* 3.) *Hiſpaniam, Luſitaniam, Nauarram.* 4.) *Angliam, Scotiam, Hiberniamque.* 5.) *Belgium.* 6.) *Galliam, Burgundiam, Lotharingiam.* 7.) *Moſcouiam.* 8.) *Sueciam, Gottlandiam, Finlandiam, Lapponiam, Careliam, cetera.* 9.) *Poloniam, Litbuaniam, Ruſſiam, Podoliam, Wallachiam.* 10.) *Bohemiam, Sileſiam, Imperiumque Romanum.* 11.) *Liuoniam, Curlandiam, Poruſſiam.* 12.) *Holſatiam, Sleſuicum, Ditmarſiam, Stormariam, Daniam, Norwegiam.* 13.) *Marchiam Brandeburgicam, Mecklenburg, Pommern, ceterosque Saxoniae inferioris principatus.* 14.) *Alſatiam, Ratisponam, Spiram, Wormatiam, Trier, Coelln, Meintz, Cleue, Iülich, Bergen, Weſtphalen, Oſnabrügg, Minden, Oldenburg, Braunſchweig, Lüneburg, Magdeburg, Anhalt, Thüringen, Meiſſen, Sachſen.* 15.) *Locupletiſſimum exhibet omnium voluminum indicem. Legi relegique lucubrationem. Auctor certe nullis ſumtibus ac operis pepercit, vt opus ſuum perficeret. Manu ſua tabulas pinxit Geographicas inſigniumque imagines vrbiumque. Verum enimuero cum hodie illa omnia litteris publicis exſcripta ſint: operae pretium non eſt,*

eſt, tanti emere eius generis codices manuſcriptos. Idem iudicium merentur imperantium hiſtoriae, quas auctor e Krantzio aliisque obuiis vbique ſcriptoribus enarrat. In regionum indole commerciisque deſcribendis aliqua occurrunt ſingularia, quae auctor ipſe vidit accepitque ſermone cuiusque loci indigenarum. Nobilium landſaſſiorum etiam quasdam familias recenſet, nondum editas. Verum pauca haec non reſpondent mercedi, qua opus diximus aeſtimatum eſſe a poſſeſſore.

XL. *Georgii* HORNII Orbis politicus cum notis Menkenii 1685. *Lipſ.* in 8.

Parte ſecunda auctor rationem habet principatuum Germaniae, quos ſummatim deſcribit. Dictum de ſcriptis Hornii, an famae pretium reſpondeat? Dictum praeterea de commentatoribus, Fellero, & Menkenio, cuius notae ſint.

XLI. *Iohannis* GVALTERII Chronicon Chronicorum. *Francof.* 1614. 8. Tomis VI.

Dictum de vero libri auctore, an is Ianus Gruterus ſit? Quamuis, ſi dicere debeam, quod res eſt, typographi magis, quam viri eruditi opus eſſe, videatur. Hiſce enim voluminibus in quoque Germaniae principatu peculiaris exhibetur ſcriptor, qui breuis, melioris tamen notae eſt. Dictum de ſimili inſtituto Reuberi, Freheri, Vrſtiſii, Piſtorii, Goldaſti, Lindenbrogii, Schardii, Meibomii, Leibnizii, aliorumque. Graeuii & Gronouii hac occaſione ſtudia adducta & aemulatio.

XLII. *Franciſci* IRENICI Germaniae exegeſeos. P. XII. *Hagenoae* 1518. f.

Ettelinga is fuit oriundus, docuitque Heidelbergae in ludo litterario, ad quas doctrinas eum eduxerat Melanchthon fere puer. Liber rarus eſt, ſed vtilitate varietateque rerum aliis praeſtat eius aeui ſcriptis. Habes in eo Germaniam veterem, mediam & nouam; rationes Germaniae cum vniuerſim, tum per omnes principatus & comitatus proditas ſigillatim, hiſtoricas, genealogicas, politicas, theologicas, oeconomicas, litterarias, geographicas, aſtronomicas, vt valde mirer, hoc adparatu iſta aetate opus hoc prodiiſſe. Papa bibliopolam priuilegio muniuit per vniuerſum orbem. Iſto enim tempore his limitibus ille circumſcriptam eſſe voluit ſuam iurisdictionem. Naeui, quibus liber ſcatet, temporis magis ſunt, quam ſcriptoris, qui nullis vigiliis videtur peperciſſe.

XLIII.

XLIII. Avctorvm des jeßt⸗herrſchenden Europae, curieuſen Hofmeiſters, der Souverainen in Europa, politiſcher Fragen, Staats⸗Cabinets, jeßt⸗lebenden Europae, Schauplaßes der Welt, Teutſchen Fürſten⸗Saals, aliorumque in hoc etiam opera verſatur, vt Principum Germaniae faciem oculis legentium ſiſtant.

Notati ſinguli inter diſſerendum, cautione addita, qua eius generis ſcripta curſorio oculo legi mereantur. De illis praeterea dictum, qui ex proletariis biſce ſchedis vel proficere volunt, vel etiam horum ſtudiorum rationes exinde metiri.

XLIV. *Iacobus* Schoppervs, Theologus Heidelbergenſis, edidit librum, neue Chorographia Teutſcher Nation. *Francof.* 1582. fol.

Tribus partibus liber abſoluitur. Prima hiſtoriam naturalem *tractat Germaniae, in qua aquarum, aeris, metallorum, montium, ſiluarumque habet rationem. Alteram adpellat* moralem, *vbi patriae hiſtoriam exhibet litterariam, resque turpiter aut praeclare geſtas. Tertia* eccleſiaſtica *eſt epiſcopatuum coenobiorumque. Theologus eſt, qui ſcripſit, a quo maiora expectari non poſſunt in hoc argumento.*

XLV. *Hermanni* Hammelmanni Genealogiae & familiae illuſtrium Principum & Comitum Baronumque. 1582. in 8.

Auctor hic muneris ſui cauſa Theologum egit, eccleſiarum in Altenburgico comitatu Epiſcopum ſiue Superintendentem, qui tamen in Germanica hiſtoria medii aeui merito aliis eſt praeferendus. Commendant eius ſcripta principio indefeſſa in eruendis ditionum, principumque originibus induſtria; tum notitia rerum ſingularium, quas hauſit ex diplomatibus & codicibus manuſcriptis, quorum plurimos legit, adhibuitque, vt fidem raro fallat; poſt argumenti ratio, quoniam in Weſtphaliae antiquitatibus verſabatur, qua hiſtoria ante Schatenum, Winckelmannum & Paderbornenſia atque Fuldenſia monumenta non eſſe poterat obſcurior; praeterea rerum, principum, coenobiorum memoria per ipſum inſtaurata, quae aeterna nocte pridem ſepulta eſſe videbatur. Quorſum pertinet eius liber de familiis emortuis, Germaniae ciuibus vtiliſſimus. Rariſſime eius opuſcula in bibliothecis offendi, non miror. Ipſe enim ſuis ſumtibus prelo ſubiecit pleroſque. Exempla etiam eorundem

ſunt pauciſſima, ſiue quod impenſis parceret, ſiue quod gloriam quaereret in raritate, ſiue etiam, quod iſto aeuo tot cultores non haberet patriae hiſtoria. Vtinam colligeret aliquis omnia eius viri opuſcula, atque iunctim ea promulgaret, indicibus rerum ac perſonarum inſtructa. Ceterum in maiori is rerum conatu morte praeuentus eſt, quem his quidem verbis prodidit ipſe (l).

XLVI. *Erdmuthae Sophiae*, SAXONICAE PRINCIPIS, aetates mundi, Handlung von der Welt Alter. *Noribergae* 1689. 12. ac ſaepius iterumque.

Commendarunt quondam plura hunc libellum aulis curiisque Germaniae, quod breuis eſſet, ſacram & ciuilem hiſtoriam inde a principio orbis ad tempora recenſeret nouiſſima; deinde principatuum Germaniae haberet cum hiſtoriolas ortus ſucceſſusque, tum genealogias, temporum interuallis illuſtratas; adderetque tandem gratiam ratio auctoris, principis feminae, quod eoque tempore prodiiſſet, quo non tot ſcriptores huius argumenti. Ob quas etiam cauſas noſtro aeuo priſtinam gratiam videtur exuiſſe, poſtquam tantus ſcriptorum in hoc iam genere eſt adparatus.

XLVII. Anonymi Orbis illuſtratus, die Durchlauchtige Welt, VI. voluminum 1697. & deinceps in 12.

Alii

(l) Scias lector, nos poſt hunc librum, *quem laudauimus*, proxime daturos SECVNDVM de Genealogiis Ducum & Principum in inferiori Saxonia & Weſtphalia: deinde TERTIVM continentem genealogias Cliuenſium, Geldrienſium, Iuliacenſium, vel in primis Montenſium Ducum ac Comitum de Marca & Rauensporch: poſtea QVARTVM dabimus de iis principatibus vel comitatibus Saxoniae & Weſtphaliae & dominiis, quorum ius ad alios principes & ditiones eorum cum titulis deriuatum eſt: in QVINTO libro dicemus de paruis dominiis Saxoniae & Weſtphaliae, annexa deſcriptione veteris Weſtphaliae & Angriuariae: poſtremo in SEXTO libro acturi ſumus de illis dominiis, quae ad Epiſcoporum dioeceſes, excluſis veris heredibus, tranſlata ſunt in Saxonia Weſtphaliaque. *Ducentos egomet aureos offero illi, ad quem forte ſchedae viri deuenerunt, ſi is meum deſiderium reſtinxerit venditione earundem, qui optime noui induſtriam Hammelmannianam.* Doleo mortem Waſſerbachii, qua ipſe praeuentus eſt in hoc conatu.

Alii auctorem laudant Lehmannum, induſtrium ac eruditum rerum nouarum indagatorem: alii hoc loco habent Buſingium, forte quod heraldicae imagines ei debeantur. Quicquid ſit, habuerunt haec opuſcula maximam gratiam nouitatis. Neque id immerito. Principio enim omnium Principum familiarum genealogias, nouiſſimorum etiam temporum, habent, addunt his chronologiam; praeterea ortus ſucceſſusque hiſtoriolas; tum nomina titulorum & prouinciarum, poſt valorem monetarum prouincialium, porro inſignium imagines & deſcriptiones, litterarum prytanea, religionem dominantem. Syllabos quoque promittunt praetenſionum, & domeſticorum ſcriptorum, in quo tamen argumento fidem ſequuntur aliorum epitomatorum, qui illis imponunt multoties, vt caute legi mereantur.

XLVIII. *Friderici* LVCAE Theatrum Principum Germaniae, uralter Fürſten-Saal. *Francof.* 1705. 4t.

Liber hic veterum Germaniae Principum, etiam illorum, quorum gens pridem exaruit, memoriam inſtaurat. Quorum tempora, hiſtorias, genealogias, ditionesque exhibet non ſpernenda induſtria. Laudat vbique ſcriptores monumentaque, quibus ſingula accepta refert, ne ex ingenio magis, quam fide idoneorum teſtium, ſcripſiſſe videatur. Meretur non ob hanc ſolum cauſam, ſed etiam propterea Hoppenrodio & Hammelmanno anteferri, quod his plenior longe eſt inſtructiorque. Eadem ſparta idem eſt defunctus in deſcriptione antiquorum Germaniae Comitum, *libro, noſtro ſermone,* uralter Grafen-Saal *adpellato. Vtinam hac rerum patriae notitia inſtructi ſcriberent diſſererentque de publicis patriae iuribus iureconſulti: auctor enim ordini ſe addixit Theologorum, qui pragmatico rerum ſcriptarum vſu deſtituuntur. Gratias autem maximas habeamus induſtriis rerum imperii publicarum collectoribus, qui nobis tot fontes aperiunt, vnde haurienda ſunt genuina magis patrii iuris argumenta. Maioribus enim noſtris craſſiſſimi etiam condonandi ſunt errores, qui, poſt libros vltimos Codicis Iuſtinianei & Feudorum inſtituta, nihil fere habuerunt, vnde vel diſcerent, vel docerent formulam imperii. Aurea enim Bulla, quae in oculis eorundem fuerat, manca eſt & biulca; imo tenebris inuoluta, quas noſtra demum ſecula diſſiparunt: quamuis plurimae ſuperſint, quae faciem imperii hodier-*

hodiernam ſolent obſcurare. Specimen eius veritatis damus in commentario in A. B. nouiſſimo.

XLıX. *Iohannis* HUBNERI Erotemata hiſtorica principatuum Germaniae, kurtze Fragen aus der Politiſchen Hiſtorie, 1706. & antea ſaepius, in 12mo; & genealogiae eiusdem, in fol.

Ad noſtrum hoc argumentum faciunt volumina duo, quintum *&* ſextum, *in quibus Germaniae Principum vtriuſque ordinis, ſacri & ciuilis, hiſtoriae habentur. Vix inde ab artis typographicae incunabulis libellus fuit, patrio ſermone ſcriptus, qui tot emtores habuerit, quam lucubratiunculae Hubnerianae. Non miror; cauſae enim in promptu ſunt: breuitas, luculentia, typi ratio, vt ſingula cadant in oculos, ordo, ſermonis genus aequabile & perſpicuum huius aeui cupido, noſſe Regum Principumque hiſtorias, ſcholarum fiducia in methodum Weiſianam, rerum narrationes nouiſſimarum, facilitas ſtudiumque auctoris in corrigendo, emendando, augendoque. Inde enim factum eſt, vt eius Geographica erotemata, quae olim tot naeuis ſcatuerunt, nunc commonitione aliorum reddita ſint exquiſitiſſima. Neque enim huius argumenti foetus melius formantur, quam, quod vulgi ſermone dicitur, ſaepe lambendo. Accedit demum, quod res difficilioris indaginis vel temperet, vel praetereat; ne ſtomachum moueant huius ſtudii tironum, qui numerus amplior eſt illis, qui doctrinae ſunt magis prouectae. Ad extremum res quotidianae plures emtores habent, quam opipari ferculi corollare.*

L. *Ioh. Iuſti* WINKELMANNI Arboretum genealogicum heroum Europaeorum. *Oldenb.* 1665. fol

Habet auctor hoc inſtitutum, vt Oldenburgicae familiae coniugia, cognationes, affinitates oſtendat cum omnibus fere Europae vniuerſae Regibus, Principibusque. Praemittit libro non inutilem lucubratiunculam, de vtilitate dignitateque ſtudii genealogici. Ceterum ſcripſit Winkelmannus, vt haberet vnde cultum acciperet victumque. Inter optima eius viri opuſcula eſt notitia, quam dedit Weſtphaliae; *ſequitur deinde Hiſtoria* Oldenburgica, *cui* Haſſiaca *ſuccedit, in fol. edita. Vltimam tamen ad finem non perduxit, ſiue, quod eius ſermone habeo, quoniam honorarium reſtaret, ſcriptori promiſſum, ſiue, quod Haſſiae adminiſtri iudicarunt; libri pars, quae prodiit,*

expe-

expectationi aulae non ſatisfaceret. Ad quem ſchedae viri deuenerint poſt eius mortem, quam Bremae obiit, mibi non conſtat. Id certe ex ore viri habeo, quod plurima congeſſerit hiſtorici argumenti, quae vltimam tantum manum expectarent.

LI. **Teutſcher Reichs-Staat**, ſiue Notitia Imperii Romano-Germanici, auctore *Chriſtoph. Laur.* BILDERBECK, ICt. *Lipſ.* 1709. duo vol. in 4t.

Quisquis auctor libri ſit, cum Bilderbeckius acceſſiones tantum ſibi tribuat, non opus ipſum, forte vt pericula euitet, quae eius argumenti libris a ſcholis curiisque Principum ſunt (m) *metuenda: opus certe reſpondet cum titulo, tum aliorum expectationi. Tradit enim non ſolum capita iuris publici, ſed etiam Principum principatuumque deſcriptiones Germanici Imperii. Non deſunt quidem eius argumenti libri, Latine ſcripti; ſed in Vernacula hactenus illi primae debentur. Inprimis laudabile eſt inſtitutum, quod leges, monumenta, auctoresque diligenter citat, per quos profecerit, ne plus ingenio, quam induſtriae, dediſſe videatur. Accedit, quod nouiſſima quaeque deſcribat diligentius, quandoque etiam ſingularia adferat, aliis non tradita. Vtinam imitarentur alii quoque morem hunc, de patriis rebus loquendi in vernacula, vt Gallos vicinosque populos alios vel ignorare oporteat res noſtras, vel linguam noſtram pariter addiſcere.*

LII. *Thomae* FRITSCHII **Allgemeines Hiſtoriſches** Lexicon. *Lipſiae* 1709. fol. 2. volum.

Fri-

(m) Inprimis cum liber in vernacula prodierit, vt a quouis legi queat rerum adminiſtro, quorum plurimi hodie vel Latina neſciunt prorſus, vel eadem non legunt ſine magna impeditione & difficultate. Quapropter veritas, Latine tradita, tanta pericula non habet, quod peregrini ſermonis inuolucro lateat; Ab illorum telis fere ſecura, qui potentes ſunt ad perdendum noſtras fortunas. Praeſto eſt aliud latendi remedium, ſi maximae moli inuoluatur opus, quo inuolucro *Vittorius* ille *Siri* hiſtorias vendidit Gallis, famae Gallorum acerbiſſimas. Egomet recondere ſtudeo res quandoque maximi momenti charactere litterarum minimo, vt altioris ſupercilii lectores praetereant illa, ceu minutias. Plenius agam de his artibus in libro, quem meditor, de MARTYRIIS HISTORICORVM.

Fri:ſchius in hoc libro conficiendo, non tam bibliopolam egit, quam inſignem eius adiutorem. Ipſe conſilii auctor fuit, quo labor eſt ſuſceptus; ipſe Morerium compilatoribus dedit, in vernaculam translatum; ipſe e Belgii, Angliae, Galliae, Italiaeque regionibus Lexicographos conduxit, ad hunc adparatum vtiles; ipſe aliquot familias excitauit, vt gentis ſuae deſcriptiones ſuppeditarent; ipſe, quae inſeri debuerant libro quaeque omitti ſcriptores, admonuit ſerio & ſaepius; ipſe impenſis nullis pepercit ad alendum ſcribas & compilatores. Horum quam plurimi fuerunt, vt ruborem excutiant Buddeo, qui illum auctorem operis mentiuntur. Caue enim praefatione decipiaris, qua Theologus librum voluit condecorare. Eodem enim nomen epiſtolae & opera theologica Lutheri nitent, ſed omne illorum punctum debetur Zeidlero, noſtrati. Candidiſſime Centuriatores Magdeburgici, qui vt laboris, ita etiam gloriae ſocietatem habuerunt communem, nolueruntque, vt quis in limine operis ſolus ſalutaretur. Sed tantae molis non eſt, Lexica hiſtorica compilare, ex quo Galli, Angli, Belgae, Heluetiique hunc adparatum incredibili induſtria conduxere. Quodam vero praecipui iure principatuum Germaniae *hiſtorias ſibi adrogat Codex Germanicus; quapropter huius etiam is eſt arenae. Verum in argumentis, quae primo conſpectui meo ſe obtulerunt, reperi hiſtorias Principum Germaniae vulgares, Scriptores teſteſque turbato ſemper ordine, idque aliena fide congeſtos, vt fieri non poſſit, quin illi multoties fallant; imo quandoque libri deterioris notae laudati ſunt, omiſſis longe melioribus, ex inſtitutoque ſcriptis. Tironibus ergo, vt centum libelli alii, hiſtorias Lexicon dabit, quo carere poteſt homo prouectioris doctrinae. Errores non tribuendi collectoribus, ſed illis potius, vnde ipſi ſua exſcripſerunt. Eruditiſſimum Str. doleo, quod tempus dederit huic centoni. Vulgaria enim ingenia res ſuſpiciunt, induſtriae maioris, quam iudicii. Vtinam ergo vir doctiſſimus operam aliis argumentis addixiſſet, quibus plurium humeri ſunt impares. De Zwingero optimi viri iudicarunt, ipſum famam, quam litterae ipſius merebantur, perdidiſſe in maximae molis theatro vitae humanae. Id enim homo librarius minoris ſortis compilare potuiſſet, vt opus non eſſe videretur viri induſtria doctrinae adeo excellentis. Landſaſſiorum ſiue Attelmannorum hiſtoriolas quis prudens*

ſcire

ſcire adfectat, cum vires ingenii onerandae non ſint rebus nauci. Ego id agere ſoleo, vt depellam de mente mea eius pretii genealogias, vt locus ſit vtilioribus rebusque momenti maioris. Plura inter differendum ſuoque tempore, ſi quis mihi ſingularia extorſerit, iudicium, quod dedi, in dubium vocando. Deſiderant aliqui in hoc opere, quod ſcriptores non in ſingulis momentis laudati ſint ſigillatim: verum aceruatim in fine cuiusque argumenti ſine ordine & ſelectu. Verum hoc deſiderium qui expleuerint collectores, qui ex pluribus vnum ſequuti ſunt, aliis vel oſtentationis cauſa allegatis vel tamen aliena fide.

LIII. Rengeri, induſtrii bibliopolae, ſunt opuſcula, quae verbo, die Staaten, de diuerſis etiam Germaniae principatibus ſigillatim prodiere, in 8. ab anno 1703.

Gudius plerorumque ſcriptor eſt, ſui cauſa, vt victum & cultum haberet, non reipublicae. Cauſam opuſculis dedit Germania Princeps. *Hanc enim in vernacula cum plures legere vellent, is patrio eandem ſermone voluit reddere. Verum auctor libelli permoueri non poterat, vt conſentiret huic inſtituto. Neceſſitas itaque aliud Gudio conſilium ſuppeditauit, ſcilicet, vt decerperet ex Germania Principe, quae vellet, venderetque illa alio ſermone. Rei itaque cum factum eſſet initium, illa ſucceſſus poſtea tales habuit, vt ſingulis deinceps annis nouae reſpublicae* Statuum *nomine in publicum prodirent. Omnes Germaniae principatus hoc nomine hodie deſcripti habentur. Cum auctor eorundem diuerſas Germaniae aulas habuerit proprio rerum vſu cognitas: illarum deſcriptiones aliis longe ſunt meliores. Mortuo Gudio hanc prouinciam diuerſi, impari licet ſucceſſu, in ſe ſuſceperunt. Dolenda ſunt fata Gudii, viri docti & omnium Europae linguarum gnari, qui etiam regna pleraque emenſus eſt ſuis itineribus. Sed ſpreuit ille fortunas & munera reipublicae, ne praeciderent aliquid vitae, quam amauit, licentiori.*

LIV. Faſtos principatuum diuerſorum Germaniae, (Geſchichts-Calender der vornehmſten Fürſten in Teutſchland,) debemus aequo & celebri bibliopolae Lipſienſi, Gleditſchio iuniori, in 8. an. 1696. & deinceps.

Hoc nomine vitam Ludouici XIV., Regis Galliarum, ſcripſit Gallus, qui libellus, Carpzouio conſiliante, redditus eſt Germanice.

manice. Cum vero inſtitutum ita ſcribendi commendarent breuitas, ordo, chronologia *curatior reique* luculentia, *inprimis vero, quod methodus non ferret, vt ab argumento* aliena *cum domeſticis commiſcerentur: inuitauit bibliopola viros litteratos, vt eadem non ſolum ratione reliquorum Europae regnorum, ſed etiam Germaniae principatuum principumque noſtrae aetatis faſtos conſcriberent. Plerumque fines hiſtoriae dati ſunt* ſeculum decimum ſeptimum *ab anno* 1600. *ad annum* 1700. *Verum poſtea gratiam eius generis libelli amiſerunt, quod huius nominis tantus eſſet abuſus* (n), *vt nullius fere nominis virorum vitae hoc titulo onerarent librarias officinas.*

LV. Inter Lexicographos primum ICti WEHNERVS, BESOLDVS, SPEIDELIVS, DIETHERRVS, RVDINGERVS, FRITSCHIVS, AVTHAEVS, SCHILTERVS, & ſi qui alii: deinde Literatores HOFMANNVS, MORERIVS, BAILLIVS, ceterique generis eiusdem (o), qui

(n) Nachdem man ſchon angefangen, von Superintendenten und Pfarrern Calender zu ſchreiben, war gewiß:ich zu beſorgen, daß dieſe Arbeit ſich endlich mit Cüſter- und Schulmeiſter-Calendern endigen würde.

(o) Egit poſt alios de *Lexicographis hiſtoricis* in praefatione ad *Thomae Fritſchii* compilatores, ſupra recenſitos, Buddeus. Sed plures in hoc numero habet, qui noſtri non ſunt argumenti. *Wehnerus*, *Speidelius*, *Rudingerus* & *Beſoldus* in hoc inſtituto principatum tenent, reliqui poſt illos vel centies dicta repetunt, vel omnia ſine diſcrimine miſcent, aliena longe ab hac arena. *Schilterus*, qui Wehnerum auxit, habet horum iurium ſelectum. Sed is praeterea animum in hoc inſtituto defixerat, vt vocabula medii aeui explicaret, in patrio iure ac diplomatibus obuia medii aeui: Specimen eius libri vidi, quod mihi auctor miſerat Argentorato. Verum in medio is conatu morte praeuentus eſt. Bibliothecam eius & codices manuſcriptos modico pretio emit iuuenis quidam, bonarum artium praeſidio inſtructus. Qui in Belgium eo fine dicitur conceſſiſſe, vt cum Lexicon nitido typo ederet, tum reliqua huius opuſcula ICti. Fama fert, Geneuenſes bibliopolas in eo eſſe, vt Freſnei Lexicon verborum medii aeui ederent cum augmentis. Vtinam mihi occaſio eſſet, eorum adiuuandi inſtitutum. Mille enim voces e monumentis medii aeui erui explicauique, quorum nullam mentionem faciunt volumina Cangiana.

qui principatuum etiam familiarumque deſcriptiones ſuis locis recitant, ſed tritis & vulgaribus tantum viis.

Recenſiti hi libri, quorum & vſus & abuſus oſtenſi. Dictum tandem de turba eruditorum, qui ſapiunt ex indicibus ac Lexicis, more ſeculi corruptiſſimo.

§. IV. Haec de ſcriptoribus, qui in principatibus familiisque illuſtrioribus Germaniae vniuerſi conſuli poſſunt. Quantus autem hic etiam eſſe apparatus videatur: riuuli tamen ſunt, qui diſcentium quodammodo ſitim reſtingunt. Docentium enim non tam laudem, quam officium eſſe arbitror, ipſos fontes adire, ex quibus hos deductos eſſe conſtat. Meam certe operam hactenus laudatos parum adiuuiſſe ſcio, qui ne domeſticis in quolibet (p) principatu ſcriptoribus omne punctum do: cum alia ſermone acceperim illuſtrium virorum (q), alia, domi fruſtra quaeſita, aliunde adduxerim (r) nonnulla manu ſcriptis etiam codicibus (s) meisque coniecturis

(p) Hactenus enim recenſiti ſcriptores ſua fere debent aliis, auctoribus ſcilicet, cuique principatui ſingularibus. Vt adeo praeferendi illis ſint fontes, quibus illi ſua referunt accepta. Veruntamen in illis etiam plures ſunt, qui domeſticos nullos conſuluerunt; verum vna eademque opera eundem auctorem ex commemoratis exſcripſerunt, vt aliis ordo tantum, aliis breuitas, aliis maior luculentia, aliis ne quidem aliquid illorum dari poſſit.

(q) Sanctum & venerabile mihi nomen eſt grandaeui ſenis, Prielmeieri, ſanctioris quondam ſenatus in Boioariae Ducatu praeſidis grauiſſimi, a quo plurima didici, non prodita in hoc argumento alias. Taceo viros alios quosque ſuae reipublicae gnaros, quorum alii ſermone, alii litteris ſymbola contulere ad hunc adparatum. Ita fidenter affirmare licet, plurima in GERMANIA PRINCIPE haberi, quae fruſtra apud alios quaerantur. Neque vlius in eo habetur principatus, in quo huius elogii non veſtigia ſe produnt luculentiſſima.

(r) Vnius prouinciae hiſtoria lumen eſt alterius. Neque Germaniae notitiam illi concedo, qui in numerato non habuerit ſingulares respublicas vniuerſas. Supplent Saxoniae annales res Brandeburgicas: iterumque Saxonicas Brandeburgicae. Omnium ergo Germaniae angulorum indagator plura in vno reperi, quae deſideraueram in altero.

(s) Non occurrit in Germania principatus, de quo mihi non ſint

cturis debeam, per incorrupta rerum monumenta ſtabilitis.

Dictum de vano illorum ſtudio, qui ſcriptores ſibi neque lectos, neque viſos ex Draudio, Labbeo, Bolduano, Lippenio, Bekero, aliisque pluribus bibliothecarum deſcriptoribus colligunt recitantque. Quam turpiter ſaepius fallantur titulis aequiuocis, exemplo illorum oſtenſum, quorum tamen libri apud vulgum in pretio eſſe videntur. Dictum de aliquot boni libri virtutibus, quem vel ingenium, vel iudicium, vel induſtria, vel ordo, vel oratio ſcribentis commendare debet. Quo ipſo ad praeſens negotium applicato, id aſſertum, quod ex tot hactenus enumeratis ſcriptoribus vix quinque ſint, quibus carere nequeamus, cum vnus alterum exſcripſerit. Alios libros diſcentibus pro captu cuiusque commendandos, alios iterum in manibus verſari debere docentium, aliquot rationibus atque exemplis oſtenſum. Illa etiam controuerſia allata, vtrum ſatius ſit, legere hiſtoriam, quam audire. Diſſertatio tota hac obſeruatione clauſa, exteros non negligere in domeſticis, cum illi prodant ſaepius, quod hi diſſimulare aut praeterire pro temporum ratione coguntur.

CAPUT

ſint vnus aut plures hiſtorici, qui publicas tabernas nondum viderunt. Nullis egomet ſumtibus parcere ſoleo, ad illos coemendum. Debeo tamen in manuſcriptis acquirendis plus fortunae, quam opibus. Tum enim codices praeſtantiſſimi ſunt, quando ſe offerunt non quaeſiti. Equidem munitus ſum regio diplomate, quo ſubditi iubentur, mihi eius generis codices vel vendere, vel commodare ad deſcribendum. Sed parum aut nihil profeci his mandatis. Ita enim aliis me ſuſpectum reddidi, aliis odioſum, vt fugerent me non ſolum celarentque omnia, verum etiam me inuiſum redderent aliis, quaſi anguis in herba lateret & erudiri cuperem ad prodendum arcana hominum priuatorum. Quapropter poſtea occultaui Principis libellum, & ſub vmbrae ſcholaſticae inuolucro, praeſidia hiſtoriae medii aeui & tutius quaeſiui faciliusque reperi. Doctori academico facilius copiam dederunt inſtrumentorum, quam ei, qui Principi praepotenti eſſet a conſiliis.

CAPVT III.

Pro incendiis librorum vota.

§. I.

In tanto autem horum ſcriptorum adparatu fidenter adfirmo, vix quinque eſſe, qui aliquid habeant ſingulare, reliquis autem carere nos poſſe ſine vllo litterariae reipublicae detrimento. Vnus enim alium exſcribit bona fide, ſine vlla verecundia aut pudore (t). Tegunt enim plagii crimina, excuſantque, quod alium ordo commendet, alium ratio dicendi, nonnullos ingenium aut iudicium. Vltimum genus ferre & ego ſoleo: non primum & alterum, quae apud pueros veniam merentur. Vtinam intelligerent academici Doctores, quid dandum ſit inſtitutioni tironum (u), quidque deſideriis eruditorum hominum, & quantum inter vtrumque genus interſit.

§. II.

(t) Olim plagii crimen fuit, ſi obſeruatio, resque vnius viri eruditi ab alio fuiſſet exſcripta. Hoc vt euitarent quondam homines ambitioſi, illi vel codices rariores ingenti pretio coemerunt, vel codicum etiam vulgarium omnia exempla, vt ſub ſuis obtrudere nominibus aliena poſſent litterato orbi impunes. Teſtis aliquot exemplorum eſt Plutarchus, qui a plagiariis nonnunquam plurima librorum exempla combuſta eſſe tradit, vt plagii nulla amplius veſtigia ſupereſſent. Hodie a plagii crimine illud abſoluere putant, ſi res eadem ab aliis exſcripta vel alio ordine traderetur, vel alio genere ſermonis.

(u) Oportet Profeſſorem academicum ſcribere, non ſui, neque eruditorum cauſa, ſed in gratiam diſcentium & patronorum. Addunt enim fiduciam diſcipulis libri, a magiſtro editi & patroni in otio dilitere Profeſſorem exiſtimant, cuius nomen non quotannis adpareat in bibliopoliis. Bene itaque prudenterque, qui huius cauſae faciunt mentionem in prooemiis, ne viris eruditis inanium titulorum ſpecie & otium perdant & numos. Sincerae formulae: *in gratiam ſtudioſae iuuentutis*, ***auditorum***, & quae ſunt generis eiusdem.

§. II. Scriptores ſinceri diſcrimen ſignificare debent in libri veſtibulo. Verum id graue bibliopolis eſſet, qui exemplorum multitudine, quae venum exponunt, volunt diteſcere. O quam paruo numero ac mole conſtarent bibliothecae noſtrae, ſi hominibus doctis in legem iret, vnam rem ſcriptum iri nonniſi ab vno (x). Ex quo enim eandem crambem centies recoquunt; librorum

(x) *In hoc meo etiam libello primum forte & alterum capita tranſeunt has leges. Non reliqua, vbi innumera occurrunt aliis neque intellecta, neque memorata. Prima itaque in vſum gratiamque diſcentium. Alias forte ad hoc ſcribendi genus animum ego quidem nunquam adpuliſſem. Iuuenes mihi erudiendi fuerant formandique ad negotia olim tractanda in republica. Quandoque in vnius diſciplinae collegio duodecim S. R. I. comites auditores habui in florentiſſimo ſtatu Fridericianae. His ergo dedi opuſculi primum & alterum inciſa: reliqua etiam prouectioribus rerumque adminiſtris commendare, non erubeſco. Ex quo enim his aliquantum familiarior eſſe coepi, tum demum intellexi ſermonis, vulgi vſu tritiſſimi, veritatem: o quam parua regitur orbis! Verum vitio id vix dari poteſt iuuentutis, cum Doctores hactenus deſiderauerint Academiae in hoc argumento. Sed iuuenes ex academiis ad itinera, ab his protinus ad munera obeunda, properant. Felix, qui in munerum primitiis otia amat in hoc genere ſtudiorum, vt conſulat ſeniores rerum adminiſtros atque, ſi fieri poterit, abdat ſe in praeſtantioris adparatus tabularia. Ceterum, quod Puſendorfius adfirmauit, ſe primum fuiſſe, qui iuris naturae inſtitutiones docuiſſet in ſubſelliis academicis: idem in Principum noſtrorum notitia ſingulari nemo in dubium vocauerit auctori Principis Germaniae. Ante enim hiſtoriarum Profeſſores vel quatuor tantum monarchiarum periodos tractarunt, vel otioſas ac ſteriles aliorum Principum genealogias. Narrauit mihi anno* CIↃ IↃ C XCVII. Perizonius, *ſe primum fuiſſe, qui Lugduni docuerit hiſtorias vltra tempora Auguſtuli. Anteceſſores enim eius filum hiſtoriae abrupiſſe in temporibus ruentis Imperii Romani. Hinc calumniari quosdam Belgas eius doctrinas hodieque, quaſi feciſſet ſe hiſtoriae Profeſſorem barbarae. Sed tamen idem ille Lugdunenſis hiſtoricus in notitia principatuum imperii adeo ieiunus fuit, vt* Saxonicae domus *lineam peculiarem crederet* Furſtenbergicam. *Quoniam huius gentis Principem Saxoniae audiret gubernatorem. Neſcio certe aliquem eorum in ipſa Germania, qui eodem nobiscum fine patriae principatus docuerit hocque adparatu. Poſteris facile nunc erit, premere veſtigia huius doctrinae, viamque traditam ſuis vigiliis reddere ampliorem.*

brorum numerus ac moles quotidie (y) creſcunt, parum aut nihil prolatis limitibus ſcientiarum (z). Itaque fit, vt vnam rem millies redimamus, ſub alio nobis colore ac cortice obtruſam. Sed perdantur opes. Temporis iacturam facio maioris, quam patimur infelices relegendo (a).

§. III. Scilicet probantur mihi paradoxa. Primum, librarias tabernas peſtem eſſe rei litterariae. Deinde Typographicas officinas tot inuolucris artes condidiſſe, vt multum temporis abeat euoluendo. Olim commercia librorum fuerunt inter viros eruditos. Horum ergo calculos ſi meruit liber, aetatem tulit habuitque haud dubie, non ſcripta ab aliis (b). Hodie librariis, quos

 habe-

(y) *Vix duo ſecula abierunt, ex quo ars typographica natales ſumſit, minus autem longum tempus eſt, ex quo eſſe illa coepit magis vſitata: verum tamen breui hoc ſpatio tantum librorum numerus eſt factus, qualem tot millia annorum olim non protulerunt. Facile igitur ad ineundum calculos, in quam tandem infinitudinem abitura ſit poſt mille annos libraria ſupellex. A noſtro aeuo praeſertim, vbi tot bibliopolarum, typographorum, compactorum & chartulariorum cohortes, qui omnes a conficiendis libris expectant alimenta resque ad victum & cultum alias. Non me poenitet ſymboli, quod meo quondam bibliopolae dedi ad Apollinis imaginem in fronte librorum impreſſam:* quot viuunt per tua fila lirae!

(z) *Quot Logicorum & philoſophicorum libellorum generis alius, qui omnes eadem chorda oberrant. In iurisprudentia quam immanis numerus ſyſtematum & epitomatorum, in quorum vno quod non reperis, etiam deſiderabis in altero. Adeo clarum eſt, pauciſſimos pudorem habere plagii aut verecundiam poſteritatis.*

(a) *Si quilibet id tantum ſcriberet, quod deſideraretur in aliis, omnes certe breui tempore perlegere nobis liceret libellos. Hoc vero cum ſecus fiat, opus eſt* ſummariis & indicibus, *ſine quibus liber vulgari doctrina tumens, vix obulum meretur, cum ſcriptorem impudentem eſſe oportuerit, qui in tanta praeſtantiſſimorum librorum multitudine a me deſiderauerit a capite ad calcem perlegi. Neque enim vnius gemmae pretium tantum eſt, vt eius cauſa augiae quis ſtabulum purget.*

(b) *Fuerunt & olim libri diuerſi generis. Alii tironum vſui ſcripti fuerant, qui etiam in manibus tantum fuerunt tironum: alios nouitatis gratia commendauit, quam vbi exuerant, rurſum interierunt: pauciſſimi autem in claſſe illorum, qui aetatem ferrent.*

habemus, mercatoribus, lucra in oculis, non pretium rei ſcriptae. Contractus eorundem, quos inter ſe colunt, verſantur non in emendo, ſed in permutando (c). Cuique igitur opus eſt litterario opifice, qui libros vel titulos nouos fabricet, vt habeat bibliopola, quos cum aliis queat permutare. Compilantur illi propter mercedem propoſitam, necquicquam ad promouendum rei litterariae incrementa (d). Libri autem, typis iam exſcripti, illico in nundinis Francofurtenſium & Lipſienſium officinas inuadunt vrbium Europae cultioris vniuerſae. In his quando comparent, id agunt diu noctuque bibliopolae, vt merces vendant, rerum ignaris obtruſas. Alii ergo emtores titulis, ſpecie inanium validis, decipiuntur (e); alii capiuntur librorum nouitate, vt crepun-

rent. In bis requirebantur res non tritae aliis, ſed vel nouae, vel nouo babitu exornatae, vt iam nunc natae eſſe viderentur. Tale quid autem proferre, operae erat non leuis. Inde libri ante amicis transmiſſi ſunt, vt vocarentur ſub examen, corrigerentur, emendarenturque. Vnde veterum illae relectiones & recitationes opuſculorum in erudita panegyri, de quibus non vno in loco Plinius. Sed noſtro aeuo primi ac alterius non minus, quam tertii generis libri moleſtam aetatem ferunt. Idque propterea, quoniam tot exempla eius exſcripta a typograpbo, & per bibliopolas diſperſa ſunt. Vt iam nunc liber vtilis ab inutili, neceſſarius a ſuperfluo nibil praecipui babere videatur.

(c) *E medio forte ſublatus eſſet permutationis contractus, Germanis, emtionis quondam ignaris, ſolenniſſimus, niſi vſum memoriamque eius bibliopolae conſeruaſſent. Hi enim raro libros emunt, ſed inuicem permutant. Qui vero pro aere tantum libros ſuos dare vult, eum inuido oculo intuentur, imo vnanimiter conſpirant, librum in officinis non tolerare, vel tamen ante non emere eundem, quam aliquis eum deſiderauerit. His artibus deterrent eruditos ſcriptores, ne illi libros ſuis impenſis in publicum proferant.*

(d) *Adeo enim illi iniqui ſunt vigiliarum aeſtimatores, vt omnia eodem pretio babeant, ſingulasque ſcbedas aeſtiment duobus imperialibus, quicquid ſcriptor induſtriae dederit & argumenti dignitati.*

(e) *Omne libri in officinis momentum a rubricae pendet feſtiuitate; Scberzeri epitome pbiloſopbiae cum ſub nomine extaret breuiarii Euſtacbiani nullos emtores babuit, quos autem, veſtibulo mutato,* (vade mecum) *plurimos vidit, vt quater recuderetur.*

crepundiis infantes; alios ignorantia, alios ambitio agit, qui multitudine librorum gaudent (f), illis ſufficit, vel numeros ſic adaugeri matriculae librariae; nonnullos etiam bibliopolarum fraudulenta elogia inducunt. Quibus praeſtigiis tandem fit, vt quisque liber inuita etiam muſea penetret virorum litteratorum, illius etiam, cuius omne inſtitutum abſoluitur furtis & plagiis aliorum.

§ IV. Quid vero tandem in hoc librorum abyſſo homo, cupidus ſcientiarum? ſcilicet ante tempus & otium, oleum operamque perdit legendo, quam intelligat, nihil in libris reperiri, quod iterum iterumque alibi non legiſſet (g). Perdantur vero opes emtione librorum inutilium, quod librariae fraudes pluribus proſunt ad victum & cultum: dum modo tempus ſaluum eſſet, ne fruſtranea tereretur rerum earundem inutili ac moleſta relectione. Vtinam ergo, quam inhumanus etiam hic videar aliis, vtinam! libraria reſpublica tempeſtiuum naufragium (h) vel fauſtum incendium pateretur, quo numerus ac moles contraheretur librorum, qui do-

Rrr 3 ctis

retur. Rhetii, aſt quanti viri, diſſertationes neglectae ſunt, vſque dum gratiam illis conciliaret nomen Strykianum. Syluii Fridericus V. neque emtus, neque lectus fuit, antequam Schilteri nomen libro conciliaſſet auctoritatem, cum inſcriberetur nouum volumen rerum Germanicarum.

(f) *Sed hic adparatus Croeſi opes requirit. Adrogant Regiae bibliothecae Galli, quod nullus liber in litterato orbe vnquam prodierit, qui in illa non ſuperſit extetque. Vellem catalogum ederent Galli, cum id mihi quidem non videatur opinabile.*

(g) *Vtinam libri hoc ſine recenſerentur, vt ſciret lector, quid haberent ſingulare. Verum hoc non cuiusuis eſt, ſed viri nonniſi doctiſſimi, qui tempus vix dabit nominibus aliorum.*

(h) *Niſi bella & morbi perderent homines, mortaliumque foecunditas repreſſa eſſet legibus monogamiae, haud dubie laboraret orbis multitudine incolarum. Milites inhumani, imo tineae & blattae libris non minus finem adferunt: vtinam illis interitum pararent, quibus carere poſſumus ſine vllo rei litterariae detrimento. Memini praeconis bibliopolae in Belgio, qui libros ſub haſta emtos ſtatim priſtino dedit, vt in ſimplicem redigerentur chartam. Neque pretio aut precibus moueri is potuit, vt vel vnum ex illis venderet eruditis. Id enim inſtituti ſibi eſſe dixit, vt, cum alii tot libros conficerent, ille libris tumulum paret & exitium, vt locum facerent praeſtantioribus.*

ctis hominibus tam noxius tamque moleſtus eſſe videtur.

CAPVT IV.

Finis inſtituti, ſingulorum Capitum rationes expoſitae vniuerſim.

§. I.

Principes Imperii Germanici, illi inprimis, quorum iudicio Caeſar fit, ea potentiae & dignitatis faſtigia tenent, vt ditiones eorum ſingulas reſpublicas; ipſi, veriſſimo ipſius Caeſaris elogio, Reges ſingulos efficere videantur. Sunt quidem illi in vaſti corporis contextu, quem cardine quodam librant voluuntque (i); ſed, quoties domi ſecum agunt, quoties cum exteris contrahunt, tum demum interiores virium ac poteſtatis receſſus rerum etiam ignaris intelliguntur.

§. II. Habet enim id praecipui prae aliis vniuerſi orbis gentibus (k) GERMANIA noſtra, quod ſuo iure PRIN-

(i) *Haec differentia ſingularis eſt momenti. Quamuis enim Caeſaris & Imperii intuitu & ipſi electores* membra *ſint audiantque vaſalli ac ſubditi: veruntamen in* prouinciis *eorundem parum aut nihil reperis, quod ſupremo imperio illorum queat obeſſe. Scotiae ICti, qui aperti ſunt,* Reges *eorundem agnoſcunt in clientela fuiſſe Regum Brittanniae, non* Scotiam *ipſam, quam dicunt Regi ſuo vnice ſemper paruiſſe. Huberus itaque inter ſubiectionem* Regis & regni *diſtinguit, argumento non ex ingenio, ſed ex re ipſa petito. Ordinibus patriae ſuo exemplo praeit* Bohemiae *Rex, qui Imperatori ita paret, vt parum aut nihil decedat eius autonomiae intuitu* regni ipſius. *Noſtris certe Archiprincipibus paria cum hoc iure eſſe, mihi quidem eſt exploratiſſimum.*

(k) *Habent Hiſpani ſuos* grandes, *quos dicunt; Galli* pares *curiae, alia regna proceres alios, qui ſunt in imperii quodammodo ſocietate. Verum illi omnes conferri tantum poſſunt cum Germaniae Principibus intuitu actuum* comitialium, *non* territorialium, *vbi cum noſtris Principibus illi nihil quicquam habent commune, vt bella ducant, foedera pangant, tributa imperent, condant leges, ceteraque faciant, quae Rex in ſuo regno* idque

Princeps dici poſſit, quae firmiſſimis maximorum *Principatuum* fulcris immortali decore hodieque ſuſtentatur. Quorſum & nos in elogio libri reſpeximus, cuius argumentum inde luculenter a rerum gnaris intelligitur.

§. III. Quod ſi igitur ciuilis prudentiae cultori notitia rerumpublicarum ſumme neceſſaria eſt, hominis certe Germani intererit, maiores hos principatus, qui patriae proram & puppim faciunt, non e longinquo intueri. Peregrinandi cupidine, ceu morbo quodam, Germani laborant, quorum alii res nouas quaerunt, alii elegantias adfectant exterorum, ſapientiores tantum in aulas & curias, qua ſacras, qua ciuiles, oculos animosque intendunt, vt conſtitutae alius etiam reipublicae intellectum conſequantur.

§. IV. Verum enim vero ex mille hominibus Germanis, quorum cateruae in Galliam, idem enim de aliis quoque regnis iudicium eſt, magno adparatu excurrunt, quotusquisque demum eſt, cui ad muneris ſui partes ſuſtinendas opus ſit rerum Gallicarum notitia, vt itineris ſui, id eſt, temporis, valetudinis, pecuniae, quam iuuenis alacriter profudit, aliquem vtilitatis fructum in maturiori aetate reportet.

§. V. Contra, Germaniae principatus noſſe, idem eſt, ac patriae ſuae intellectum habere, atque animum idoneum reddere, ad publica ibi munera quaeuis condigne obeunda. Occaſiones cum exteris Regibus agendi in Germania neque multae, neque perpetuae ſunt, ſed pleraque, ſi non omnia alicuius momenti negotia (l), viros

idque ſine vllo Caeſaris interceſſu. Qui ergo libertatem Archiprincipum noſtrorum volunt cognoſcere, illi non comitia imperialia *in oculis habeant, ſed iura cuiusque in* prouincia *ſua* ſigillatim. *Cui haec diſcrimina clara non ſunt, ille in rebus imperii caecutit, & nodos indiſſolubiles credit, qui tamen diſſolutu ſunt facillimi.*

(l) *Inde has ſcholas commendare etiam ſoleo illis, quorum induſtria tantum ſibi propoſitas habet cauſas forenſes hominum priuatorum. Vti enim nemo LL. Romanarum magiſter eſt, qui reipublicae Romanae prorſus ſit ignarus: ita plurimum refert,* rerum

viros hic volunt rerum Germanicarum & maiorum ibi principatuum haudquaquam ignaros.

§. VI. Quippe qui ditionum ac iurium noſtrorum fines vicinitate attingunt; eandem nobiscum imperii maieſtatem venerantur, in vna eiusdem imperii compage nobiscum viuunt, quorum foederibus, coniugiis, pactis, negotiis aliis fere quotidianis vel ipſi vtimur, vel, quae cum aliis facta ſunt, noſſe ac aeſtimare debemus.

§. VII. In hoc ergo ſtudiorum genere auctor meis eſſe ſoleo, vt primum in patria domi ſint: &, ſi quid temporis ac numorum ſupereſt, tum demum efficiant, ne in aliis atque vicinis maxime regnis prorſus maneant hoſpites. Res in Germania geſtae animo prorſus inhibendae ſunt: quae apud exteros contigerunt, ea ſufficit, vel primis labiis attigiſſe.

§. VIII. Verum enim vero difficilis omnino ac ardui operis erat, notitiam Principatuum Germaniae eo, quo nos inſtitueramus, modo aperire. Plures quidem auctores in hoc argumento verſati ſunt, quos omnes capite altero huius bibliothecae, pretio eorundem, quod ſinguli merentur, ſimul indicato, recenſuimus, ſed nullum in tanto numero reperimus, qui noſtram operam, praeter *primum* forte ac alterum libri noſtri caput, quantum quidem in eo hiſtorici argumenti eſt, poterat adiuuare.

§. IX. Quamuis ibi *domeſticos* ſcriptores in fine ſingulorum principatuum laudatos, manibus voluere malueri-

rerum etiam priuatorum iudicem & aduocatum boſpitem non eſſe in prouincia, in qua vel iura dicturus eſt vel lites reſponſurus, vel oraturus cauſas priuatorum. Inprimis autem Profeſſori iuris academico admodum conducit notitia ſingularium in Germania prouinciarum. Cum enim ex hoc tripode ſententiae & reſponſa repeti ſoleant ab omnium prouinciarum Germaniae curiis; ieiunum eſſe iudicium oportet illorum, qui leges vel explicare, vel adplicare debent reipublicae illius, quam vix nomine cognitam habent. Inprimis ſi cauſa ſit feudalis aut nexum tangat alias imperantis & parentium; vbi a ICtis prouinciae ignaris non expectari non poſſunt nugae & ineptiae inanium deciſionum.

lucrimus: quam riuulos peregrinorum auctorum ſectari, inde arceſſitos.

§. X. Ceterum cum in primo, tum in aliis capitibus ſingulorum librorum id reſtare tantum videbantur, vt partim annalium, diplomatum, codicillorum, ſimiliumque rerum Germanicarum volumina conſuleremus: partim etiam, neque hoc raro, conſilia adhiberemus virorum, qui verſati eſſent in illa republica, cuius notitiam dare inſtitueramus (m). Quae ipſa ſymbola, vndique collata, ſuo deinceps ordine iudicioque digerere iterum laboris non ita nullius fuerat.

§. XI. Vt vero vniuerſi operis contextus pateat, ſciaturque, quid in euolutione eius vel expectari, vel ſibi promitti poſſit: ſummam ſingulorum capitum breuiter indicabimus.

Inciſum I. hiſtorico-genealogicum.

§. XII. *Primum* eorum HISTORICO-GENEALOGICI argumenti eſt. Principum in Germania familiarum *genealogias* plurimi auctores deſcripſerunt, quorum nos & nomina recenſuimus, & de nominibus iudicia dedimus cap. altero. Verum enim vero omnes in eo peccant, quod fingere, quam ignorare, malint: cum tamen viri prudentis omnino ſit, doctam hic ignorantiam non diſſimulare.

§. XIII. Non inuenies facile Principem in vniuerſa Germania, cuius ſtirps vltra Carolingica tempora per caecas aſſentantium opiniones non efferatur. Qui vero apud animum ſuum conſiderauerit, quae cap. I. §. citata bibliotheca in hac materia ſcripſimus, ei facile ad concludendum erit, nullam Germaniae familiam hanc

 aetatem

(m) *De illo certus eſſe poteſt, quicunque noſtra legere inſtituit. Non enim ſolum domeſtica cuiusque principatus monumenta, quaeque lucem viderunt, conquiſiuimus, ſed etiam litteris ſalutauimus illos, qui in laude fuere notitiae ſingularis in quacunque prouincia, vt nobis iura patriae, quantum fieri per religionem poſſet, aperirent. Ita factum eſt, vt plura illi nobiscum communicarent, in gratiam tamen ſui principis ſcribenda. In quo & nos faciliores fuimus, quod hic fundamenta iurium recenſeamus; aequi vel iniqui opinione cuique relicta.*

aetatem attingere, aut, ſi quae eandem attingat, genuinis id argumentis comprobari non poſſe.

§. XIV. Non ergo a me vnquam impetrabit eruditiſſimus ceteroquin auctor de ſuprematu, vt, quod ipſe vult, aetatem varii generis principatuum e corruptiſſimis genealogiarum ſcriptoribus in Germania aeſtimem, vt potius propterea has Principum genealogias fabuloſas eſſe exiſtimem, quod teſtatiſſimum ſit, ipſorum *Principatuum* ortus tantam aetatem non habere (n).

§. XV. Vtinam qui genealogias condunt, artis quoque genealogicae aliquem intellectum haberent, atque iurium ac rerum Germanicarum notitia animum ſuum leuiter tinxiſſent, neque in obuia quaeuis ruerent, tanta inconſiderantia, quae rerum gnaris nauſeam excitat, ſordida figmenta & pueriles luſus in tot ac tantis voluminibus offendere.

§. XVI. Sed hoc eſt, quod ſuperioribus ſeculis monachi, noſtris ac patrum temporibus Medici ac Theologi, hanc ſpartam ſibi ſtultiſſimo conatu ſumſerint, vt pudeat hodie viros graues, in Augiae hoc ſtabulo inter ſorditiem & ineptias verſari.

§. XVII. Ego meis *Chifletii* & *Blondelli* (o) lucubrationes

(n) *Illuſtris auctor de ſuprematu principatuum vetuſtatem probat ex vetuſtate Principum familiarum. Mihi vti ortus principatuum patent, qui tantam aetatem non ferunt: ita certus ſum, genealogias vetuſtiores originis eſſe prorſus ſubleſtae. Ante Cunradi primi tempora non adſurgunt principatus: eo ergo vſque genealogiae filo incerto infirmoque ducuntur. Ceterum auctor ſuprematus, qui olim Principum iura paria eſſe voluit iuribus Electorum, nunc aliter ſentiendi ſcribendique cauſas habet, ex quo Brunſuicenſis Dux adſcriptus eſt ordini nouemuirorum Imperii Germanici.*

(o) *Quamuis enim primus medicinam profiteretur; alter Theologiam: vterque tamen iuris publici praeſidio fuerat inſtructiſſimus, quod opera eorundem docent, in quibus Principum controuerſiae publicae ac feudales tractantur, quae extra ſphaeram & Medici ſunt & Theologi. Idem de Conringio dicendum & Carpzouio, qui vterque dotis cauſa, artem, quam callueras, diſſimulauit. Primus medicum egit, alter mercatorem. Quod ſponſae has leges ponerent matrimoniis. Neutri aliquid defuit ad laudem polyhiſtorices.*

tiones commendare ſoleo, vt videant, genealogias ſcribere non eſſe, nomina effingere aut pingere tabulas, ſed iudicioſiſſimum quemque requiri, qui his laboribus rite, vt par eſt, perfungi velit.

§. XVIII. Neque vero a nobis praeteriri debebant genealogiae, ad aures ac ſenſus Principum ſemel effictae. Quamuis enim nullum eis calculum daremus; multo minus criminis laeſae maieſtatis, quod olim *Scioppio* obuenit (p), reos haberemus, qui genealogiam impugnarent, Principis ac aulae iudicio adprobatam. Romani enim Pontificis haec auctoritas eſt, ſacrilegii poſtulare, qui *oſſa ſanctorum*, Papali teſtimonio firmata, ſuppoſititia eſſe, declarauerit: tamen ſubleſtae etiam fidei ortus recenſendi fuerunt, cum *ciuilem* vſum habere poſſint, qui in *literato* orbe nullum punctum ferunt, iurium prudentes imitati, qui patres *ciuiles* in foro numerant, omiſſa cura naturalium.

§. XIX. Memini, Daniae proceres Chriſtianum I. ex *Oldenburgenſi* familia *Regem* elegiſſe, quod eis perſuaſum fuiſſet, hanc e regali Wittekindeo ſanguine originem ſumſiſſe. Et matrimonia inter Danicam & Saxonicam familiam procurata eſſe, ſcio, hoc argumento, quod vtraque ex eadem gente eſſet oriunda. Foedera cum Auſtriacis Brandenburgicae domui in nouiſſimo bello Turcico a nonnemine propterea commendata, quod vna Habsburgenſium ac Hohenzolleranorum eſſet origo. Vt taceam, ciuilis prudentiae ſtudioſi ſaepe intereſſe, fabulas ſcribentium non ignorare.

§. XX. Argumenti genealogici ratione habita, de eiusdem capitis altera parte, quae *hiſtorica* eſt, aliquid dicendum

(p) *Neque inſolenter, ſi leges & mores conſulas Romanorum. Caeſares enim crimina laeſae maieſtatis non ſolum vltimo ſupplicio, ſed etiam priuatione omnium bonorum vindicarunt. Vt ergo fiſcum ditarent, huius criminis nomine illis venit omne illud, quod vllatenus faceret ad Principis contemtum. Eius generis caſus fuerant, ſi quis aluum exoneraret, aere in crumena retento, quod Caeſaris imaginem referret. Porro ſi quis meretrici numos erogaret huius generis, & quae fuerant eiusmodi. Has naenias Scioppius cecinit illis, qui inficias irent, Habsburgicos a Perleoniis & Aniciis eſſe oriundos.*

cendum reſtat. Saepe mecum quaeſiui, quid tandem eſſet, quod publicis imperii noſtri iuribus in illa inprimis parte, quae Caeſaris auctoritatem cum poteſtate Principum continet, tantam impeditionem faceret, vt maximorum ingeniorum ſcriptores hodieque inter nimium ac parum peccent, prout ſcilicet quemque affectus in rempublicam aut Principem ſuum in tranſuerſum agit, prudentioribus vero aqua haereat, pauciſſimi ſint, qui ea in re ſibi prorſus conſtent.

§. XXI. Id ſcilicet in culpa hic pono, quod, Caeſarum hiſtoria a multis exculta, plena principatuum Germaniae notitia intellecta ſit quam pauciſſimis, cum tamen omne huius rei praeſidium in illa demum reconditum eſſe videatur (q).

§. XXII. Conſentientem hic habeo illuſtrem ſcriptorem, virum meo elogio maiorem, *Henricum Cocceium*, qui iuris publici prudentiae fines non paruis ſpatiis protulit, quod primus eſſet, qui Germanicorum principatuum ortus ſucceſſusque, vtili ac vere pragmatica opera, ita ob oculos poneret legentium, vt eiusdem mecum iudicii eſſe videatur; maximos in publicis imperii iuribus progreſſus e genuina demum principatuum Germaniae hiſtoria ſperandos eſſe.

§. XXIII. Et vero dici non poteſt, quam eius rei gnaro omnia in publicis imperii cauſis luculenta ſint, & quam aliis is oculis videat, quam ille, qui in ignorantia verſatur horum monumentorum.

§. XXIV.

(q) Fidenter adfirmo, primum & vltimum mihi lumen in iure publico patriae eſſe ſingularium Germaniae principatuum notitiam. Neque praeter rem. Nam Caeſarum hiſtoriae res Germaniae *vniuerſim* tractant, ſed publica iura exigunt illas *ſingulatim*. Ibi in *gratiam Caeſaris* tantum ſcribitur, *non* hic. Ibi principum ratio habetur, prout illi in *comitiis* agunt, intuitu Caeſaris & imperii: hic vero, quid illis in *territorio* ſuo aequum ſit, quidue iniquum, aperitur. Ibi iura Principum tanguntur, quae *Caeſareis* debentur *priuilegiis*: hic autem illa habentur, quae vel ex *indole* ſingularis reipublicae, vel ex *pacto* cum ordinibus, vel ex *vſu* rerum longinquo prouenerunt, vt priuilegio nullo opus eſſe videatur.

§. XXIV. In exemplum proponam rem, in qua tantum non omnes ſolent peccare. Vulgaris, ſed momentoſa, quaeſtio eſt de origine principatuum iuriumque territorialium in Germania. Videant alii, quomodo *Alteſerra*, *Conringius*, *Boeclerus*, *Obrechtus*, auctor *ſupre-matus*, *Lynkerus* ceterique pragmatici ſcriptores in hac materia ſe expediant: mihi meo hic iudicio vti liceat, e genuina ſingulorum principatuum hiſtoria formato.

§. XXV. Vno Germaniae nomine, quod manifeſtum eſt, plures olim reſpublicae adpellatae ſunt, iuribus, populis, locis, dominiisque inuicem omnino diſtinctae.

§. XXVI. *Bohemis*, vel, qui populus quondam dominus fuit, *Morauis* principio Duces, tum Reges fuere: BOII, qui Auſtriam quoque & his adnexos comprehendebant principatus, *Regem* pariter habuerunt: SVEVI Principis poteſtati, quem *Ducis* adpellatione ſcriptores ſignarunt, paruere: *Regem* THVRINGIAE gentes venerati ſunt: SAXONES ſummam rerum *duodecim proceribus* commiſerunt: VENEDORVM regnum trans Albim patuit quam latiſſime, ſed FRANCI demum fuerunt, qui, Gallia ſubiugata, hoſce *Gentiles* ſuos paulatim ſub poteſtatem ſuam redegerunt.

§. XXVII. Initium a *Sueuis* factum, quos vicit Chlodouaeus: *Thuringi* poſt ſecuti ſunt, a Theodorico ſubacti: hinc ordo *Boios* tetigit, quorum vires concuſſit Pipinus, regnoque eos exuit Carolus M. cui etiam *Saxones* victas tandem manus dederunt, atque *Bohemia* & huic vicina *Vandalia* ſeu Vendia factae ſunt clientelares.

§. XXVIII. Primus ergo *Carolus* fuit, qui *diuerſas* Germaniae reſpublicas ſub dominium *vnius* adduxit, quae antea ne communi quidem *foedere* fuerant coniunctae.

§. XXIX. Fruſtra autem ſunt, qui *principatuum* Germaniae formulam, iura, limites, ortus in his temporibus aut quaerunt, aut ſe inueniſſe opinantur: cum certo conſtet, victos populos omnes non tantum abſoluto victoris imperio paruiſſe, ſed etiam, libertate ſua per armorum contentionem ſemel amiſſa, eodem obſequii vinculo poſteris Caroli, &, diuiſione an. 843. a nepotibus

potibus eius facta, Ludouici Germanici ſui Regis propagini obligatos fuiſſe, aut certe eſſe debuiſſe.

§. XXX. Verum enim vero maſcula Ludouici huius ſtirpe, ceu *regnatrice domo* an. 912. ſi ſcriptores veri ſunt, extincta (r), tum demum ſingulae Germanicae prouin-

(r) Non diſputo, quid ſentiendum ſit de extinctione ſtirpis Carolinae, verum, quid ſenſerint de illa tum Germani, quod certum eſt regulam ſecutos eſſe: *extincta domo regnatrice ſummam rerum ad populum redire, & priſtina ſingularium prouinciarum Germaniae iura reuiuiſcere. Vt, quae hactenus ſub imperio vnius domus victricis fuiſſent, hac deſtructa, ſingulae priſtinam reciperent libertatem.* Patent huius mutationis clariſſima veſtigia. 1) *Principio* qui populi Germaniae omnes vni hactenus Regi paruerunt: illi nunc eunt in partes, & ſinguli populi ſingulos ſibi eligunt conſtituuntque Duces. 2) *Deinde* omnes Germaniae populos Carolingici Reges per officiales ſiue magiſtratus rexerunt, quo nomine illis etiam venerunt verba Ducis, Comitis; iam vero Duces eorum non rerum adminiſtri, ſed domini audiunt Landes-Herrn, quam vocem tempore Carolingorum nullus ſibi Germanus ſine perduellionis aut laeſae maieſtatis crimine potuit adrogare. 3) *Poſt* a Carolingicis Regibus dati ſunt magiſtratus prouinciis, ſed nunc prouinciae ſua ſibi auctoritate Reges eligunt aut Principes territoriales. 4) *Tum* electi ab ordinibus prouincialibus Duces bella aduerſus Hunnos, Venedos, aliosque hoſtes ſuſceperunt geſſeruntque; pepegere foedera; ſcripſerunt militem; indixêre collectas ſuo arbitratu ſine vllo Germaniae Regis Cunradi I. interceſſu. 5) *Accedit*, quod Carolingici Reges nati ſint; verum poſtcarolingici per ordinum ſuffragia electi. 6) *Praeterea* ipſe tam Cunradus, quam eius ſucceſſor Henricus Auceps, non inuita Minerua hanc Germanici Imperii metamorphoſin agnouerunt. Tantum enim abeſt, vt haec Principibus iura in prouinciis illorum negaſſent, aut illos habuiſſent pro ſuis officialibus, vt potius omnia illis darent iura territorii, dummodo aliquo nexu Imperio Germanico manerent addicti, neque ab vniuerſo ſyſtemate ſe auellerent. Nam Henricus Auceps *formulam* conceptis verbis vt Boioariae Duci, ita & reliquis Germaniae Principibus dedit hanc: *vt omnia ſibi iura in territoriis eorundem ſeruarent, depoſito tantum nomine regali, ne omnem Germaniae Regi reuerentiam negare viderentur.* Neque enim legitur, poſtcarolingicos Reges vllum iuris territorialis genus diſputauiſſe Principibus in prouinciis; quamuis conſtet, eosdem nullo non genere iurisdictionis

prouinciae ſui iterum iuris factae ſunt, vt in cuiusuis arbitratu eſſet, a reliquo Germaniae corpore diſceſſum facere, & peculiarem, vt olim fuerat, rempublicam conſtituere..

§. XXXI.

nis territorialis aperte vſos fuiſſe. 7) *Porro* Ducum munera ſub Carolingis tantum abeſt hereditaria fuiſſe; quantum abeſt hodieque officiales nanciſci, **daß ein Obriſter einen jungen Obriſten zeuge, oder ein Rath ſeine Familie und Abkömmlinge Räthiſch mache,** (craſſa Minerua ſcribo, vt clarus ſim): ſed tempore poſtcarolingorum omnes in Germania ducatus facti ſunt gentilitii ſiue hereditarii; quod omne tamen non Caeſarum beneficio debetur, ſed ordinum prouincialium inſtitutis. 8) *Demum* omnes prouinciarum ordines epiſcopi, abbates, nobiles generis cuiuscunque Caeſaribus Carolingicis absque domino intermedio paruere; ſed poſtcarolingicis, ſi domanium Rhenouicinum excipias, nullus ſtatus immediatus fuit, niſi ſeptem archiprincipes, quorum imperio omnes archiepiſcopi & minoris generis antiſtites alii paruerunt, vt iam mathematicae veritatis regula eſſet, nihil eſſe in territorio Archiprincipis, quod non eſſet de territorio eiusdem. 9) *Ad extremum* ſchemata quoque permutata & ſtylus curiae. Inde enim a temporibus poſtcarolingicis Germaniae Reges hac formula vſi ſunt in diplomatibus: *noſtro & imperii conſenſu*; Quod etiam agnoſcit MABILLON de *re diplom. Conſentientibus nobis imperii Principibus*; imo ſubſcriptoribus quoque Principibus vſi ſunt Germaniae Reges, quod omne inauditum ac inſolens fuit ſub Carolingis. Quid? quod ipſi Principes in ſuis prouinciis iure numorum, diplomatum, archiui, ſigillorum, titulo Dei gratia, aliisque proprii dominii inſignibus vſi ſunt, quod factu nefas fuerat ſub Carolingis. 10) *Addo* Doctores, qui eandem formulae Germanici Imperii originem ante me viderunt. In quo numero poſt Pauermeiſterum Carolus Ludouicus, Archipalatinus. Adeo ſcilicet illuſtrem auctorem mereri videbatur haec doctrina. Certior enim factus ſum ab huius Principis primario quondam adminiſtro, hoc Monzambani principium, quod parui iſtius libelli animam iure dixeris meritoque, non Pufendorfio deberi, ſed Doctorem habere ſapientiſſimum hunc Archiprincipem imperii. Aperte etiam planeque ad noſtram mentem Cocceius cap. 15. ſect. 3. §. 43. p. 285. his verbis: *Sub Carolingis omnis procerum poteſtas mere adminiſtratoria fuit, quae ad id faſtigii, in quo nunc eſt, his gradibus peruenit. * Extinctis Carolingis, cum videretur reddita poteſtas* (ſeptem rebuspublicis Germaniae) *quam*

§. XXXI. Eo etiam tum inclinare videbantur Saxoniae populi, quoniam hi derelictionis iure, a vicinis enim Venedis inuaſi, Regum Germaniae auxilia fruſtra implorauerant, *Luitpoldum* quendam, viuo, ſed inſcio Germanico Caeſare, ſua prorſus auctoritate ducem ſuum effecerunt, cuius tutelae eo facilius, ſtirpe Carolingica extincta, ſe committere poterant, quod alios Germaniae populos magnitudine regionis viriumque illi aliquoties ſuperarent. Eodem conſilio vſi ſunt *Boii & Sueui*, qui pariter, extinctis Carolingis, ſibi ſuisque prouinciis Ducem conſtituerunt, iure territoriali inſtructiſſimum.

§. XXXII. Diuiſa itaque in plures iterum reſpublicas fuerat Germania, *Sueuiam, Boioariam, Saxoniam, Thuringiam, Vandaliam, Bohemiam.* Omnes, praeter Saxoniam & Thuringiam, quae prouinciae vni Duci paruerunt, ſuo Principe territoriali ſigillatim fuerant inſtructae. Perdurare iam in his imperiis potuiſſent Germaniae prouinciae: Sed agnouerunt plerique, in tanta mortalium ambitione, parua regna inſtabilia eſſe; in Germanis maxime, vbi cum vicinitas Galli; tum truculentae Hunnorum & Venedorum inuaſiones mille pericula illis intendere ac minari viderentur. Aurea tamen in deliciis libertas fuerat populis Germaniae, qui Ducum ſuorum poteſtatem valde adduxerant ad prouincialium ordinum ſuffragia. Vt adeo ducalia imperia commutata nollent cum regali, quod in Germania obtinuerat vniuerſim. Franci populus, Rhenouicinus, ſiue quod maior his de Gallis metus eſſet; ſiue quod aegre ferrent, in partes iterum iuiſſe prouincias Germaniae, cum vnum vſque

quam ſinguli populi atque prouinciae ante Francorum victorias habuerunt, (Chlodouaei, Theodorici, Pipini, Caroli M.) *placuit, vt ſingulae prouinciae ſub ducibus ſuis, ſalua maieſtate Regis & regni, haberent * propriam poteſtatem & iura regalia.* Vt adeo pars noſtrae doctrinae aduerſa vel ignorantia peccet, vel execranda malitia, quod mendaciſſimo auſu commentis ſuis auctoritatem quaerat ex illuſtri nomine Coccеii, cum pueris ex obuio vbique libello patere poſſit, hunc auctorem ex aſſe dogmati reſpondere, hactenus a nobis propugnato.

vſque eo imperium conſtituiſſent, cuius pars Franci fuiſſent primaria, id maximopere egerunt, vt disiectae prouinciae communi quodam vinculo iterum coniungerentur. Regem itaque eligunt Cunradum, ſub quo omnes coirent Germani, quod Franci, primaria gens, ſibi id adrogaret ius Regem vniuerſae Germaniae nominandi.

§. XXXIII. Exploſerant principio hanc doctrinam omnes aliae prouinciae, inprimis cum re ipſa intelligerent fore, vt Cunradus Carolingicam imperandi formam iterum-adfectaret. Prouide magis eius ſucceſſor egit Henricus Auceps, qui Thuringiae atque Saxoniae iure imperauit qua Dux hereditario. A Francis itaque Rex electus id egit, vt Sueuorum & Boiorum animos ſibi conciliaret. Quod hac lege factum eſt, *relinqueret Henricus ſingulos Duces prouinciis ſingulis cum territoriali iure proprioque dominio, vt tamen hi illius imperio accederent iure quodam clientelari.* Quam formulam imperii, ſemel conceptam conſtitutamque, alii poſt eum ſecuti ſunt Germanici Imperatores, quam nos hodieque ſumma religione contuemur. Atque haec demum vera Germaniae principatuum & territorialis dominii, quam noſtro ſermone **Landes-Hoheit, Landes-Herrſchafft** adpellamus, eſt origo.

§. XXXIV. Dici nequit, quantum ex hac doctrina momenti pendeat in iure publico imperii. Hinc enim manifeſta *territorii* iura, belli ſcilicet, pacis, foederum, legum, iudiciorumque: hinc feuda non facta, ſed Caeſari *oblata* (s) fides a clientibus non Imperatori tantum, ſed *imperio* praeſtanda: ſolennia & auctoritas *comitiorum:* Caeſarum non ſumma, ſed adducta poteſtas (t) & centum alia generis eiusdem clariſſime demonſtrantur.

§. XXXV.

(s) Duces enim territorialia iura ante a prouincialibus iam ordinibus acceperant, quam factus agnitusque eſſet Imperator ſeu Rex Germaniae. A Ducibus ergo Caeſar dominium directum accepit, non vtile dominium Duces ab Caeſaribus.

(t) Saluis ſcilicet iuribus territorialibus Ducum. Inde hodieque quoties Caeſaris iura cum territorialibus ordinum pugnant, toties pro his eſt praeſumtio, & Caeſareis onus probandi incumbit, quod manifeſtum ſit, Caeſares ſua Ducibus accepta referre. Accepiſſe autem facti eſt, quod ab allegante eſt probandum.

§. XXXV. Vt adeo neque capitulationibus, neque Weſtphalica formula, neque vlla alia imperii lege opus ſit, ad Principum Germaniae poteſtatem adſerendam, quam moribus antiquis ſatis hic proditam eſſe, cognoſcimus & tantum non manibus palpamus.

§. XXXVI. Explodunt etiam haec craſſiſſimos plurimorum & tantum non omnium errores, poteſtatem electi Caeſaris ex hoc tempore eandem fuiſſe, ac Caroli quondam magni victoris; (u) Principes noſtros Caeſaris magiſtratus eſſe; eosque territorii iura Caeſarum priuilegio habere, aliaque multa farinae eiusdem.

§. XXXVII. Equidem *Saxonici* & *Sueuici* ſanguinis Imperatores hanc Principum Germaniae poteſtatem turpiter violarunt, quod viribus potentes eſſent animisque elati. Quae tamen, quod per vim ac fraudes facta ſint, neminem Principum noſtrorum a iure ſuo quicquam dimouebunt (x).

§. XXXVIII. Digna haec eſſent, vt plenius dicerentur, ſed in primis ſingulorum principatuum capitibus exempla occurrent, quae doctrinam hanc caſibus idoneis luculenter comprobabunt.

Inciſum II. De ratione titulorum.

§. XXXIX. Nimia prolixitate abrepti ſumus *primi* capitis expoſitione: in illis, quae reſtant, vela contrahere oportet, ne modum inſtituti excedamus. *Alterum* ergo, quod TITVLOS regionum ac dignitatum in ſuo complexu habet, ſequitur recenſendum.

§. XL.

(u) Inde artificium. His nundinis in gratiam Caeſaris ius publicum condam, ſi forma repetatur a temporibus Carolingicis: in aliis ſyſtema proferam in fauorem ordinum, formula imperii poſtcarolingici rite conſtituta. Vtriuſque aurae facile eſt ad velificandum. Andabatae vero exempla vtriuſque inuicem permiſcent peruertuntque omnia, vt, quod vno loco Caeſari tantum dederunt, illud altero iterum largiuntur ordinibus. Qua in re neque Limnaeus, neque alii fere poſt eum ſibi conſtant.

(x) *Tantum enim abeſt, vt Principes imperii ſua vnquam iura derelinquendo amiſerint, vt contraria potius teſtimonia cruentiſſimorum bellorum in hiſtoria ſuperſint pro conſeruatione eorundem ſuſcepta.*

§. XL. Ea quondam cum aliorum, tum Germaniae, Principum in *cognominibus* ratio fuit, vt vno tantum nomine adpellarentur. Interdum *gentilitio* vti placuit, ſic *Auſtriacam* familiam hodieque dicimus, quamuis ea Bohemiae & Hungariae *regnis* imperet (y): ſaepiſſime *potioris* tantum mentio facta: *Saxonicae* domus exemplo, quae *Miſnica* olim audiit. Hoc ſi Anhaltini quoque feciſſent Principes, in ſolo nomine iurium in Saxoniam rationes habuiſſent.

§. XLI. Quandoque etiam ad *loca* reſpexerunt, vbi nati fuerant, aut habitarant, vt in *Gibellingica* & *Guelfica* gentibus videmus contigiſſe.

§. XLII. Verum enim vero ab hac ſimplicitate mox diſceſſum eſt. Henricus Leo *Saxoniae* & *Boioariae* ſe Ducem ſcripſit; partim, quod vterque ducatus inuicem dignitate aequalis videretur, vt neſciret, vtrum potius in cognomine omitteret; partim, quod Caeſarum aemulatio ſuaderet iurium diligentem memoriam in ipſo etiam titulo conſeruare.

§. XLIII. Factum etiam, vt, cum vſufructuarii olim *Principes*, quos apanagiatos dicimus, non alio, quam *Comitis* & loci, vbi ſederant, adpellatione dicerentur, hi etiam eosdem titulos ſibi arrogarent, quam ipſi fratres aut agnati *regentes*; haud dubie, vt praeter *inueſtituram* ſimultaneam clariora eſſent ſucceſſionis argumenta (z).

(y) *Ex quo enim Bohemiae Hungariaeque regna facta ſunt hereditaria, nihil obſtat, quo minus adpellatio gentis, quam nunc Auſtriacam dicimus, Hungarica audiat vel Bohemica.*

(z) *Vtinam Principes* apanagiati *ad tempora medii aeui reſpicerent. Certiſſimus enim ſum, ea, quibus nunc tument, illos ſibi non adrogaturos eſſe. Scilicet olim apanagiati nomine* Iungherrorum *adpellati ſunt, necquicquam Principum. Vnde certiſſimum eſt, eosdem quondam cuiusuis ordinis comitibus loco dignitatis ac honoris ceſſiſſe. Nam poſt demum a quibusdam familiis iure quodam praecipui conſtitutum eſt, vt Principum filii apanagiati comitum loco haberentur. Hodie cum nomina, inſignia, titulos & ſchemata dignitatis alia ſibi ſumant apanagiati, quae Principibus tantum regentibus competierant olim:* Sie laſſen ſich Durchlauchtigſt nennen, führen Titel und Wappen denen regierenden Herren gleich, *non ſine dedecore & Princi-*

§. XLIV. Quaeſitum olim, quamuis ex ſuaſoriis potius, quam iuſtificis cauſis, an vnus pluribus in Germania principatibus dominari poſſit? Moribus certe factum eſt, vt plures ſaepe prouinciae imperium vnius agnoſcerent. Nulli tamen inde cognominum ac titulorum auctus, niſi in clientelaribus literis, aut ſi quando aliquem priuata ambitio ageret ad ita faciendum. Quod ipſum vero in publico ac ſolenni curiae ſtylo lectum non fuerat.

§. XLV. Tempore demum *Maximiliani I.* Caeſaris priſtinos migrarunt mores Principes noſtri, vt titulis diuerſa dominia quaeque inſererent, nullo dignitatis aut magnitudinis facto diſcrimine.

§. XLVI. Iidem mox etiam eo progreſſi ſunt, vt iura tantum in prouincias, quas nunquam poſſederant, perpetuo ac ſolenni titulorum vſu, renouarent. Cauſas cogitanti nouae conſuetudinis plures ſe obtulerunt.

§. XLVII. Principio enim Regum forte Hiſpanorum ſibi exempla propoſuerant, qui diuerſa Hiſpaniae regna titulorum vſu ac numero diſtinxerunt. Deinde Maximilianus, Burgundiae & vtriuſque Belgii prouinciis acceptis, pulchrum atque eximium habuit titulorum auctu potentiam oſtendere, quem Caeſarem ſuum imperii Principes facile ob easdem cauſas poterant imitari. Poſtea cum in comitiorum ſuffragiis perſonae quondam numerarentur, non territoria; tum demum vtile erat, prouinciarum diuerſitates titulis diuerſis ſignare, vbi, quod poſtea factum eſt, ſingulis prouinciis ſingula ſuffragia in comitiis conceſſa, vt vnus Princeps, plurium domi-

pum familiarum & principatuum; idem fere etiam faſtigium honoris adfectant, in quo eiusdem gentis Principes regentes ſunt conſtituti. Me conſultore, primariis aulae miniſtris merito apanagiati hodieque poſthabentur; cum olim comes regens *in itu ac reditu eis fuerit praelatus. Sed adoleſcentiae illorum ambitio inſpiratur a rerum ignaris, quam fruſtra impugnaueris diſputando. In miſcellaneis meis locus* de dignitate & praecedentiae *iure apanagiatorum inſtructiſſimus eſt, vt prelum expectet opuſculum huius argumenti.*

Digitized by Google

dominiorum cauſa (a), plures calculos dare poſſet.

§. XLVIII. Quare nulla hodieque in titulis mentio illorum dominiorum, quae *immediata*, quod dicunt, imperii iura non habent. Saxoniae enim Elector cur *Barbiae* etiam Comes dici velit, ſuo loco indicatum eſt. Strombergenſe autem votum Antiſtes Monaſterienſis in comitiis, poſt alias cauſas, propterea exegit, quod iſte Burggrauiatus ab ipſo Epiſcopatu, tituli quoque vſu, diſtinctus eſſet. Quo etiam argumento nouum Principi ſuo votum, *Teccenſis* ſcilicet comitatus, *Culpiſium* magna contentione adſeruiſſe, memini.

§. XLIX. Cur vero Principes aliqui a prouinciis adpellari velint, quarum & poſſeſſionem & iura prorſus amiſerunt? ego non aſſequor. *Alſatiae* Landgrauios Auſtriaci ſe dicunt, Landgrauiatu Galliae Regi publica transactione conceſſo. Qui etiam ſi recuperaretur, aut Caeſaris, aut Imperii viribus hoc fieret: *hoc* caſu Imperio is cederet, non Auſtriacis; *illud* vero ſi fieret, ſatis

 idonea

(a) *Ante biennium innumeri Principes fuerunt, qui id egerunt ſimul, vt plurium territoriorum cauſſa plura etiam nouaque illis ſuffragia eſſent in comitiis imperii. Saxonem notum eſt ſuffragia ſibi quatuor rogauiſſe in comitiis, vnum Miſniae, alterum Thuringiae, tertium Magdeburgici Burggrauiatus, quartum Palatinatus cauſa Saxonici; cui addiderunt alii quintum nomine Miſnenſis Burggrauiatus. Verſatur aeuum noſtrum in maxima, quid hic iuris ſit, ignoratione; cum non videat cauſas, vnde factum ſit, alium Principem plura habere in comitiis ſuffragia, alium eadem ex iisdem cauſis deſiderare. Scilicet olim ſuffragia non* numero *aeſtimata ſunt, ſed robore ac* potentia. *Quapropter multorum territoriorum Princeps ſententia ſua, quam ſemel dixerat in comitiis, decem alios vicit, qui potentia fuerant inferiores. Hinc cauſa non erat, plura adfectare ſuffragia. Verum ſeculo quarto decimo contigit, vt ex* numero *ſuffragantium ſententiae aeſtimarentur. Ab hoc igitur tempore, qui noua territoria acquiſiuit, noua etiam adpetiit accepitque in comitiis ſuffragia. Potuiſſent de rei iniquitate tum conqueri Principes antiqui plurium principatuum domini, ſed cum illi eo tempore acquieuerint, ex quo mos ille primum coeperat; peregrina nunc aliis poſtulata videntur rerum, per tria fere ſecula derelictarum.*

idonea ratio eſſet, omiſſum quoque titulum nouo tunc iure recipiendi.

§. L. Habent ergo id praecipui prae omnibus vniuerſae Germaniae principatibus Duces *Luneburgici* & *Brunſuicenſes*, quod aliorum exempla in titulorum augmentis noluerint imitari. Cuius rei arcanas rationes dedimus ſuo loco.

§. LI. Ceterum & illud quaeſitum eſſe, memini: an iura & praetenſiones Principum, tituli neglectu, amittantur? Quamuis autem e ſuperioribus clarum ſit, morem hunc in Germania ius feciſſe, iurium praeſcriptiones tituli vſu impedire: cum tamen in fine cognominum omnes Principes clauſulam ſalutarem addant, *& cetera;* omnino credendum eſt, hac ſibi eos conſulere voluiſſe. Praeter has cauſas *titulorum* etiam doctrina opus videbatur, vt occaſio oſtendendi eſſet, quo iure ſingulae prouinciae vni Principi acceſſiſſent.

Inciſum III. de praetenſionibus.

§. LII. PRAETENSIONES ac iura controuerſa Principum *tertio* ſemper capite tractantur. Nondum haec ſparta occupata eſt a Germanis, quam tamen Galli pridem ſcriptores pro Rege ſuo egregie exornarunt. *Caſſanus* & *Dupuy*, vterque Galliae Regi a ſanctioribus conſiliis, volumina ex inſtituto lucubrarunt *Praetenſionum Regis Chriſtianiſſimi in regiones ac prouincias plures Europae.* Pertinent huc etiam Teneurii, Dominici, *Auberii* iura Galliae Regis in Imperium: *Choppinus* item de Franciae Domaniis: praeterea *Baluzii, Sirmondi* & *Blondelli* inprimis opera, cui vltimo ſe pro Hiſpanorum cauſa obiecere *Chifletius* & *Zypaeus.* Anonymi *intereſſe Principum* & alius in vernacula, Rechts-Anſprüche hoher Potentaten, libelli nullius fere pretii ſunt & omni carent auctoritate.

§. LIII. In Germania *Sprengerus* Syſtema edidit praetenſionum illuſtrium, ſed hoc intra ſeptem aut octo caſus ſubſiſtit, vt grandi titulo leue opuſculum minus reſpondeat.

§. LIV. E re igitur eſſe videbatur, illorum maxime, qui prudentiae ciuili adſuefieri volunt, vt hanc ſcenam

nam plenius quodammodo inſtrueremus. Neque vna vtilitas ex harum rerum intellectu prouenit.

§. LV. Vbi enim in iuris publici doctrina alii exempla fingunt: nobis facile eſt, ex hac palaeſtra caſus, quos dicunt, in terminis petere, quod ſane, dum in vtramque partem rationes aeſtimantur, ad pragmaticum iudicium formandum plurimum confert. Soleo hoc caput ſuo merito *ius publicum practicum* ſalutare.

§. LVI. Deinde ipſorum quoque Principum hinc conſilia, inclinationes, bella, paces, foedera, ceteraque, quae alii caligante oculo adſpiciunt, probe & cum praeſenſione quadam futurorum intelliguntur.

§. LVII. Accedit, quod ipſis quandoque Principibus haec iura ſua ſerius iuſto innotuerint, occaſione recuperandi turpiter iam amiſſa.

§. LVIII. Dedimus quoque nos operam, vt non ſolum illarum praetenſionum mentio fieret, de quibus codicilli extant, quamuis & hi ipſi, quod in publicis tabernis non vendantur, plerumque rariſſimi ſint, ſed aliae etiam omnes extarent, quae fundamentum alicuius iuris vel habuiſſent (b) vel hodieque habere viderentur.

§. LIX. Fruſtra autem ſunt, qui talia argumenta inter Principum arcana referunt. Iuſtificae enim rerum cauſae celari minime debent, licet ſuaſorias, corrupto ſeculi more, tegumentis inuoluere ac recondere ſoleamus.

§. LX. Mittimus *puerilem quendam Doctorem*, qui nuper de hac doctrina ineptiſſimum iudicium ſuum, vt talpa de colore, prodidit. Inutilis dixit operae eſſe, de Principum praetenſionibus agere velle, ſed nos eius mo-

(b) *Sunt, qui putant, nos incendia Germaniae excitare priſtinorum iurium, quae Princeps aduerſus Principem babuerit, commemoratione. Verum alia longe eſt ratio noſtri inſtituti, quae in eo verſatur, vt controuerſias doceamus nouas & vetuſtas, demortuas & etiamnunc flagrantes, veras & inanium ſpecie validas, vt nihil earum fugiat erudiendos tirones. Abeſt autem ab hac enumeratione decidendi proteruia, vt nemo niſi homo inuidus calumniatorque hanc nobis induſtriam vertere poſſit in malam partem.*

mentoſa commoda oſtendimus. Deinde rei eſſe credidit haud difficilis, quam maximis impeditionibus ac ſcopulis expoſitam eſſe, nos ſumus profeſſi.

§. LXI. Sed nouum hoc ſtentoris illius ſpecimen eſt, vltra crepidam apud imperitam iuuentutem ſapere velle.

§. LXII. Nos principatuum quorumuis adminiſtros (c) ſummopere rogamus, velint ſymbola ſua in hac parte nobiſcum conferre, vt *praetenſionum illuſtrium ſyſtema*, quod meditamur, plene ac ſuo quodam decore in publicum emittere queamus.

Inciſum IV. de eo, quod principes quidam habent iure praecipui.

§. LXIII. *Quartum* caput ſingulorum principatuum PRIVILEGIA & PRAEROGATIVAS habet. Ipſa nominum ratio indicat, ea hic tractanda eſſe, quae cuique principatui vere *propria* ſunt & iure *praecipui* debentur. Hinc quidam ICtus Saxonicus arguendus eſt. Is enim in tractatu, quem de praerogatiuis domus Saxonicae promittit, ea ſine diſcrimine conquirit, quae huic cum aliis Germaniae proceribus prorſus communia ſunt, vtpote territorii, ſacrorum, aliaque iura in communi iuris publici doctrina ſatis expedita. Nobis alia hic via ineunda fuit.

§. LXIV. Diplomata, temporum ac hiſtoriae rationes conſuluimus, vt intra haec tantum verſaremur, quae ſingulare aliquid ab aliisque diuerſum in ſuo receſſu haberent.

§. LXV.

(c) *De coeptis controuerſiis loquor: non vero de illis, quae in herba latent in principumque tabulariis. Primi certe generis lites rerum adminiſtri ſuggerere debent Doctoribus academicis, vt in fauorem partis ſuggerentis in publicum prodantur. Intereſt enim Principum, vt iuſti non ſolum ſint: verum etiam huius virtutis famam habeant, quam ſpergere in orbem ſolent academici ſcriptores. Id moneo rogoque maecenates, vt volumina vel gratis transmittant, vel in transmittendo vtantur nundinis Lipſienſibus vel etiam eſſedariis. Nam celeres principum* (die ordinari-Poſt) *nuncii ſunt in hoc genere nimis ſumtuoſi.*

§. LXV. Crediderim tamen, in ſcriniis principum plura adhuc delitefcere ; quod haec pars a nemine adhuc exculta eſſe videatur (d).

§. LXVI. Ceterum illud hic aduerti velim, in adplicatione ad publica imperii iura caute procedendum eſſe. Nam Caeſares ſaepius priuilegia dederunt, vbi nondum expeditum eſt, iure eos dediſſe. Interdum quoque priuilegia ſuper iis rebus conceſſa ſunt, quae proprio territorii iure accipere melius fuerat. Quicquid ergo alii hic, ſiue placendi ſtudio, ſiue *conſilii* magis, quam praecepti ergo, ſiue demum iuris ſui *ignorantia* Caeſari tribuerunt, illa intelligentiores alios a ſua facultate necquicquam dimouebunt.

§. LXVII. Sunt tandem priuilegia, quae, mutata Imperii facie, expirarunt; aut publica ac pragmatica ſanctione ſublata ſunt. Quamuis non ſatis expeditum eſſe videatur, an generalia pacta cum Imperatore Romano priuilegia huius vel illius Principis, ceu caſus ſingulares, excipiant, an vero prorſus auferant haec & extinguant.

§. LXVIII. An priuilegia cum morte concedentis deſinant? pariter ab Imperii Principibus quaeſitum eſt. Sed, priuilegiorum nonniſi diſcrimine facto, ad id reſponderi poſſe, exiſtimo: quem nos delectum in operis contextu fecimus.

Inciſum V. notitia regionis & populi.

§. XLIX. *Quinti* capitis diuerſa membra ſunt, quorum quodlibet praefixum habet finem ſingularem. Ad politicam ſtatus in quouis principatu notitiam plurimum refert, *regionis* & *incolarum* intellectum acquiſiuiſſe. V-

Sss 5 triuſque

(d) *Hic etiam rerum adminiſtros rogo, vt induſtriae meae ſuccurrant diplomatibus priuilegiorum, quibus quilibet Princeps prae alio a Caeſare imperioque eſt munitus. Quo enim haec magis nota ſunt, eo maiorem cuique Principi gloriam adferunt, eoque etiam fidentius illis vti licet, ne quis eos accuſet alicuius inſolentiae. Hoc conſilio Auſtriaca domus multoties in medium protulit iuſſitque in libris deſcribi priuilegia Auſtriaca, vt nulli Germano peregrina eſſe viderentur. Sunt tamen, qui etiam hic inuidiam metuunt, quo minus illa in publicum volunt prodire.*

triuſque nos rationes habuimus, vt inde, velut in quodam *breuiario imperii*, doceri haec ac diſci poſſent.

§. LXX. Inprimis vero, quid ſingulae prouinciae ex *vbertate* ſua aliis vendant, & quid *deſit* ſingulis, quod ab exteris, commerciorum iure, accipiant, vt indicaremus, ſoliciti fuimus, quod hanc partem, vtilitate nulli poſthabendam, omnes fere ſcriptores omiſiſſe videantur. Nam, prodito hoc arcano, ſemper in promtu eſt, bona ac mala cuiusque principatus animo praeuidere ac praeſentiſcere.

§. LXXI. Populos etiam ſingulos ſuo quaſi *charactere* ſignauimus, vt intelligatur, quid imperans ab ipſis praeſidii ſumere poſſit.

Inciſum VI. de hiſtoria iuris prouincialis.

§. LXXII. *Iuris* ac *iudiciorum* in ſingulis ditionibus HISTORIAM docet inciſ. VI. Ita enim cum *Schiltero*, maximo huius aetatis ICto, ſemper exiſtimaui, diuerſo Germaniam in prouinciis diuerſis iure vti. Quae *auitae* ac domeſticae leges *Romanorum* & *Longobardorum* voluminibus omni caſu ſint praeferendae (e).

§. LXXIII. Et licet in plerisque Germaniae foris iudices a priſtino hoc iure ita deſuefacti ſint, vt vix pretium operae videatur, in cauſis nullius fere momenti, veterum legum, vetuſtatis caligine difficillimarum, rationes ac intellectum quaerere (f); ſufficit tamen, quod momen-

(e) *Nemo quidem haec negat, ſed tamen, cum Scabinatus academiarum peregrini in iure patrio dicundo conſulantur, qui prouincialia iura plerumque ignorant, inde fit, vt fere quotannis Germania de patriae iure deſueſiat. Scabini enim academici, niſi curiae prouinciales aliud illis ſuppeditant, leges ſequuntur, quibus iuratam fidem dederunt, Romanas.*

(f) *Vix codex prouincialium ſtatutorum in Germania prodiit, quem non coemiſſem. Verum tamen fatear, poſt argumenta iuris de* ſucceſſionibus, *de* colonario iure, cenſitico *item &* emphyteutico *parum aut nihil reperi, quod non eſſet legum Romanarum, haud dubie, quod hae in illis tituli propoſitam vnice habeant naturalem aequitatem. Fruſtra itaque ſunt cancellarii, qui Principibus ſuis auctores ſunt, ſtatutorum nomine edere, quae ſunt iuris communis. Sed videri ita volunt noui Iuſtiniani vel gloriam adfectare induſtriae Tribonianeae.*

momentoſis cauſis & publicis Principum controuerſiis inde saepius conſuli queat.

§. LXXIV. Praeterea, quae vno nunc impetu obtineri nequeunt, illa cum temporis progreſſu conſequemur, ſi Principes iudiciorum ac fori candidatos iubeant auitarum legum ſtudio animum imbuere (g). Quod vt felici tandem fiat ſucceſſu, libertatis Germanicae omnino exiſtimauerim intereſſe.

§. LXXV. Ceterum cum & hoc clarum ſit, hodierna quaeque prouinciarum iura, ex antiquis maiorum inſtitutis & peregrinis Romanorum ac Longobardorum decretis confuſa, aut, vt lenius dicam, commixta fuiſſe (h): ad genuinum recentiſſimarum quoque legum intellectum faciet, in antiquis aliquantum verſatum eſſe, aut hiſtoriam huius commixtionis in promtu habere. *Chriſtianus Thomaſius*, vir polyhiſtorias laude celebris, vtiliſſimo inſtituto, antiquorum Germaniae iurium momenta peculiari libro expedire, promiſit (i), qualem rerum gnari hactenus omnino deſiderarunt.

§. LXXVI.

(g) *Olim iudices in ſenectute facti ſunt viri vſu magis edocti, quam praeceptionibus. Inde factum eſt, vt curiae retinentiſſimae eſſent moris antiqui. Hodie iuuenes ad hanc ſpartam promouentur, non in curia, ſed in ſchola: non patriae iura, ſed leges docti peregrinae. Vt fieri non poſſit, quin Germanos ſenſim obliuio capiat iurium Germanicorum.*

(h) *Statim cum Chriſtianiſmo iura Romana translata ſunt in Germaniam, interprete Codice Theodoſiano. Principio autem leges Romanae Principes tantum informarunt in legibus ferendis: mox aduocati inde petierunt iuris ſtratagemata: tum ipſi iudices prudentes Romanorum conſuluerunt: ſed academiis ſeculo 14. conditis, leges Romanae in cathedris floruerunt; inde ſtatim cum animis iuuenum translatae ſunt in curias: demum, vt cerebrina iurisprudentia caueretur, in* camera *imperii in legem iuerunt, patriae vniuerſae communem.*

(i) *Poſt* Schilterum, *qui glaciem in hoc inſtituto fregit, in magni momenti exercitationibus ad pandectas, etiam* Beierus, *anteceſſor Vitebergenſis, inſtitutiones ſcripſit patrii iuris, a Romano diuerſi, quae forte lucem mox videbunt.* Giſebertus *tam in* periculis ſtatutorum, *quam in* Iuſtiniano Harmonico *eundem finem habuit propoſitum, vt in omnibus titulis Iuſtinianeis adderet loca patriae ſingularium ſtatutorum. Sed ille nullum*

ſelectum

§. LXXVI. Cauſae autem plures fuerunt tantae domeſticorum iurium cum Romanorum ac Longobardorum legibus commixtionis. Prima in Academiis quaerenda, vbi legum cultores in Germanicis ſcholis non patria, ſed peregrina haec iura tractarunt, a quibus deinceps animum, iis ſemel imbutum, deſueſcere nequibant, facti iudices aut cauſarum patroni.

§. LXXVII. Altera eſt, quod, *palatinatibus* prouincialibus in Germania extinctis, Caeſari moleſtiſſimum eſſet, tot iurium diuerſorum interpretem ac iudicem agere. Antea enim prouincialium Palatinorum officii potiſſima pars fuerat, prouincialia iura in promtu habere, ac ſummum Imperii iudicem eorum in ſuis prouinciis admonere.

§. LXXVIII. Tertia in diſceſſu ponenda a ſacris Pontificis Romani. Euangelici enim Principes non maiori ſucceſſu Canonica iura ſe abrogare poſſe, crediderunt, quam ſi nouae conſtitutiones, loco eorum ſancitae, promulgarentur (k). Legum vero nouarum conditores in eo ſubtilitatem ac peritiam ſuam oſtentare voluerunt, vt iurium Romanorum cum patriis conſuetudinibus harmoniam efficerent (l). Quo autem ſucceſ-

ſu e

ſelectum habet, vt illa tantum indicet, vbi Germanica iura abeunt a Romano. Inde cum omnia ſine diſcrimine congerat, ad legendum eſt moleſtiſſimus. Feltmannus *idem in animo habuit, vt in pandectis patriae iura ſimul indicarent, quod video in eius cum libello de iure in re & ad rem, tum in volumine primo commentarii ad pandectas. Inde doleo, virum in hoc conatu morte praeuentum eſſe. Ex veteribus multum etiam conferunt ad hoc ſtudium Piſtorii, Heigius, Mollerus, Schulzius, & pauci alii, qui tamen vetuſtiora tantum tractant Saxonica, vt contra ad Frantica & Sueuica iura reſpiciunt Wehnerus, Speidelius, Beſoldus, Lindenſpur, aliique.*

(k) *Inde eſt, quod, ſi non omnes, pleraeque tamen* conſtitutiones prouinciales *maiorem aetatem non habeant, quam ſeculum decimum ſextum, quo illae & confectae ſunt, & publicis litteris promulgatae. Ipſe Saxo hoc tempore codicem iuris adornauit; cum antea ius Saxonicum niteretur conſuetudinibus, quarum aliquam partem deſcripſerat ſpeculator.*

(l) *Id in omnium fere prouinciarum conſtitutionibus aduerto, quod ſcriptores earundem raro ad mores prouinciae aut diplomata*

ſu e diuerſis principiis pares concluſiones extortae ſint: nunc demum prudentiores intelligunt, & poſt vulneratam cauſam medelam requirunt.

§. LXXIX. Superſunt enim praeſidia aliqua ad hunc recuperandi iuris antiqui conatum. Vetuſtiſſimas Germanorum leges *Pithoeus*, *Heroldus*, *Wendelinus*, nouiſſime *Lindenbrogius* ediderunt: ad mediam aetatem faciunt *Baluzii*, *Sirmondi*, *Goldaſti*, *Schottelii*, *Schilteri* volumina & *ſpeculorum Sueuici* ac *Saxonici* collectores (m): recentiſſima ſunt, quae in prouinciae cuiusuis conſtitutionibus, den Land-Rechten, Policey-Proceſs- und Hofgerichts-Ordnungen, ceu tabulae e magno naufragio, reperiuntur.

Inciſ. VII. de ſingularium principatuum Germ. hiſtoricis.

§. LXXX. Caput ſeptimum catalogos AVCTORVM habet, qui de vno principatu aliquid ex inſtituto ſcripſerunt. Nullum ſine pretii, quod cuique eſt, iudicio dimiſimus, non, vt famae alicuius aliquid detraheremus, ſed vt emtori conſtet, quid ſibi in quouis libro polliceri queat. Vnde & illud intelligitur, quam alienus hic labor a vanitate illorum ſit, qui auctores, ſibi neque viſos vnquam, neque intellectos, e *Bolduano*, *Draudio*, *Lippenio*, *Labbeo*, *Herzio*, aut, ſi diligentiores ſunt, ex illuſtrium bibliothecarum matriculis, nullo plagii aut erroris pudore, exſcribunt.

§. LXXXI. Nos inter tot auctores nullum laudauimus, quem ipſi non inſpexeramus. Huic vero adparatui, vbi noſtra ſupellex non ſuffecit, bibliotheca *Krauſii*

mata medii aeui prouocent; frequenter vero & tantum non vbique decreta laudent iuris Romani, haud dubie, quod academicae iurisprudentiae adſuetos fugerint clariora medii aeui monumenta.

(m) *Manifeſta argumenta habeo, ſpecula iſta decimo tertio ſeculo antiquiora non eſſe. Sed eodem fere tempore alii plures fuerunt, qui conſuetudinum Saxonicarum codices deſcripſerunt. Ipſe poſſideo librum manuſcriptum eiusdem aeui, vbi Saxonica iura plenius longe & ſincere magis, quam in ipſo* ſpeculo *deſcribuntur. Quem, ſi otium fuerit, in publicum proferam cum animaduerſionibus, quas non ex Romano iure repetam, ſed e patriis medii aeui diplomatibus ac monumentis.*

ſii mei vſus ſum (n), cuius viri beneuolentiam gratiſſimo animo ſoleo recolere.

§. LXXXII. Sed, verum fatear, minima pars operis noſtri horum etiam lectioni debetur, quod vulgaria tantum recenſeant, neque vllus fere ſit, qui pragmatici ſcriptoris, quod nos voluimus, aliquam laudem queat ſuſtinere.

Inciſum VIII. heraldicum.

§. LXXXIII. Addere viſum fuit cum mihi, tum bibliopolae, nouum caput, quod IMAGINVM HERALDICARVM exhiberet deſcriptionem. Nam de illorum iuribus, originibus, cauſisque crebrae ac momentoſae eſſe ſolent in ſupremis Germaniae iudiciis diſputationes (o). Et quamuis ICtorum libri non deſint in hoc argumento (p); res tamen ipſa docet, quam ieiune has

(n) *Cuius bibliotheca hoc anno Halae vendita eſt more, auctionibus ſolenni; ſucceſſu tantopere felici, vt, in tanto emtorum numero, pretia librorum creuerint ad inuidiam vſque, eorum maxime, qui ſciuerunt, eoſdem dimidio minoris quondam poſſeſſori conſtitiſſe. Conferri huius bibliothecae fortuna poteſt cum Heinſiana in eo maxime, quod emtores vſi fuerint opera mandatariorum. Ab imperitis enim voluntatibus eorundem tum pretia vnice pependerunt, quia pauciſſimi illas ad certam licitandi adſtrinxerant ſummam. Quod quam plurimis poſtea cauſas dedit grauiſſimas poenitendi.*

(o) *Cum egomet breui tempore plurimas controuerſias reſponderim* heroici argumenti: *illarum volumen ſuo tempore promulgabo. Laudari hic poteſt* Mendonis, *Hiſpani, inſtitutum, qui* diſquiſitionum equeſtrium *librum edidit, in* folio, *recuſum* Lugduni *Gallorum. Solus ille eſt, qui hoc argumentum tractauit ex inſtituto, quamuis non deſint in aliorum quoque Doctorum conſiliis, reſponſis, deciſionibus quaedam eius generis fragmenta.*

(p) *In his primus eſt Bartolus, cuius liber de* inſignibus *prodiit cum inter volumina eiusdem alia, tum ſigillatim. HOEPPINGIVS in praeclaro opere de* iure inſignium *aliorum vigiliis omnino meretur anteferri. Vicinus huic materiae eiusdem auctoris liber eſt de* iure ſigillorum. Chriſtinaei iurisprudentia Heroica *duo volumina habet in fol.* Antuerpiae *edita, cum pluribus imaginibus Heraldicis. Cum enim Hiſpani hoc elegantiae genere inprimis delectentur; in Belgio variae de litibus Heraldicis conſtitutiones editae ſunt, quas ipſe commentario illuſtrauit auxitque iurium & exemplorum pulcherrimo adparatu.*

has lites reſpondeant tractentque ciuilium legum Doctores (q). Hoc itaque conſilio cum alii Principes cultiorum regnorum (r); tum Poruſſiae Rex nouiſſime HEROICVM IVDICIVM inſtituit (s), quod de rebus heroicis ſententias ferret. Vt adeo neque hic locus otioſus eſſe videatur.

§. LXXXIV.

(q) *Vnde imbuendi ſunt notitia rerum Heraldicarum iuuenes iurisprudentiae ſtudioſi in academiis. Qui viuos Doctores non habet, eum ad hanc ſcientiam manu quaſi ducunt* Buſſingius, Rudolfi, *aut his ſimiles eius diſciplinae epitomatores. Plenior omnibus aliis* Spenerus, *qui artem hanc cum vniuerſim docet in libri heraldici parte prima generali; tum ſigillatim, Regum, Rerumpublicarum, Principum que Germaniae inſignia recenſendo. Vt adeo non opus ſit nobis auctoribus peregrinis,* Ioanne Scohierio, Vptono, Spelmanno, Carolo Segoingio, Gilberto de Varennes, *innumeriſque aliis, qui hanc ſcenam exornarunt.*

(r) *Curias ſiue collegia fecialium ſeu Heraldorum alunt, poſt alios, Reges Angliae Galliaeque. Plurima autem regna ſuperſunt, quae eius generis cauſas vel in vulgaribus curiis & ſcabinatibus tractant, vel nullam fere earum habent rationem.*

(s) *Quemadmodum enim rebus nauticis diiudicandis inſtituta ſunt* Admiralitaets-Collegia; *Metallurgicis,* Berg-Aemter; *mercatibus,* Handels-Gerichte; *rebus celerum,* Poſt-Aemter; *oeconomicis,* Amts-Cammern; *aliis iudicia alia: ita ex iisdem & longe grauioribus cauſis rei heroicae dati ſunt iudices peculiares,* das Ober-Heralds-Amt. *Omnia huius generis negotia talem exigunt, qui collegii & artis, de qua ferre ſententiam debet, non ſit ignarus. Rident legis peritos nautae, mercatores, foſſores metallorum, ſi formulas concipiunt, ab indole harum artium alieniſſimas. Cauſas certe ridendi non leniores habentur, ſi Doctor legum Romanarum audeat iudicium ferre de noſtri aeui nobilium imaginibus, armis, dignitate, iuribusque aliis, patriae propriis, alieniſſimisque a moribus vetuſtioris Latii. Maius hic lumen adferent hiſtorici non vulgares, ſed illi, qui cum hoc ſtudio coniunctam habent iuris publici prudentiam. Vnde non diſplicet inſtitutum alicuius academiae, cuius* philoſophi *etiam, ſui auctoritate* ordinis, *de* cauſis ius dicunt hiſtoricis, moralibus, naturalibus *rebusque aliis, quae hanc ſphaeram non egrediuntur. Nuperrime factum eſt, vt ex Thuringiae ciuitate, Gera nomine, forenſia acta cum veſtimentis noſtro ordini transmitterentur, vbi* & calantica ſiue mitra, iuſto erectior, eine Fontange, & valuulae corpus delicti fuerant in ſtola muliebri. *Has enim antiſtes eius loci non ſolum pro concione damnauit, ſed etiam collegae ſui vxorem ideo a ſacra*

ſynaxi

§. LXXXIV. De ORDINE, quo in libello recenſitos principatus diſpoſuimus, dicendum eſt; nos in illo necquicquam ad iura τῆς προεδρίας reſpexiſſe; verum quamque prouinciam primo, altero, tertio ceterisque locis enarrauiſſe, prout vel tirones explicationem eius a nobis maturius poſtularunt, vel faciliori nos inſtructi fuimus ad hanc prae alia docendam adparatu (t). Noſtro itaque libello iniuriam illi faciunt, qui ordinem eiusdem propterea in crimen volunt adducere (u). Quamuis alia etiam ratio eſſe queat auctoribus aliis, quin ordini ſe addicant in ſcriptis ſuis, imperialibus comitiis ſolenni. Non dicam illum parum ſtabilem eſſe, quod exempla noſtro aeuo nequeant hic eſſe obſcura, cum AVSTRIAE (x), tum PORVSSIAE (y) ac ARCHIPA-

ſynaxi excluſit, quod hac praetexta ac tegmine indutam conſpexiſſet. Sartores certe noſtraeque vxores tum in concilium adhibendae fuerant, ne imperitia veſtitus, tum inſolentioris, nos in iudicio ferendo ageret in transuerſum.

(t) *Sic iuuenes quidam, cum opuſculum prelo daremus, Auſtriacam & Poruſſicam gentes, quod, abitu ex academiis maturato, reliquas expectare nequirent, in noſtris ſcholis deſiderarunt. Auſtria enim illi oriundi fuerant, quas meis doctrinis pontificiorum ſacrorum adminiſtri Vienna commendarunt. Poruſſiae autem ducatus eo tempore in regnum fuerat commutatus, vt adeo noui regni notitia prae aliis flagrare viderentur.*

(u) *Scilicet* Saxoniam, *aiunt, loco poſtpoſitam fuiſſe Rhenano palatinatui, vltimo inter Principes Electores. Addunt, filo conſecutionis maleuolo, honori Saxonico auctorem Germaniae Principis aliquid detractum voluiſſe.*

(x) *Auſtriaca domus quondam in claſſe Principum docenda fuerat. Sed ex quo tempore eadem & hereditaria eſt facta, & Bohemiae ſuffragium in imperii comitiis eſt recuperatum; principatum nunc tenet inter imperii Principes Electores.*

(y) *Poruſſiae Regi, qua etiam is Elector eſt, locum inter Electores a Bohemico proximum adſignat ſanctio pragmatica imperii Aurea Bulla.* Nam cap. 4. §. 1. *hac vtitur decidendi ratione in ordine, in* praecedentia *Electorum ſtatuendo, Imperator:* Rex Bohemiae, NB. cum ſit coronatus & vnctus Princeps, primum ſedendi locum inter Electores habebit. *Filum conſecutionis Carolinum hoc eſt:* Princeps Elector coronatus & vnctus loco praecedentiae anteferetur in comitiis Principi Electori non coronato ac vncto; at vero Rex Poruſſiae. *Pergant*

CHIPALATINATVS (z), qui priſtina fere loca migrarunt. Praeterea enim luculentiſſima mihi argumenta ſunt (a), ante tempora A. B. neque inter Principes Electores, neque inter ordines alios imperii vlla praecedentiae iura fuiſſe. Quid? quod ipſa lex haec adeo in ordine Electorum ſtatuendo titubet, vt mihi coniectura ſit, legislatoris animum ſibi hac in re non conſtitiſſe (b). Verum

gant nunc Profeſſores philoſophi in conficiendo argumento. Quid vero remiſerit is Princeps coronatus & vnctus in comitiis imperialibus de iure hoc ſuo, illud noſtri nunc non eſt inſtituti. Hoc ſcio, eius generis pactum necquicquam mutatum iri ordine libelli noſtri arbitrario.

(z) Primo *quondam loco ſuffragium inter Electores dixit Archipalatinus: in bello autem tricennali in* vltimum *eſt reiectus: noſtra aetate, Boioaria euerſa, & Bohemiae Rege in comitiis reſtituto, tenebit* alterum.

(a) *Meum eſt, quod hic ſcribo, cum iurium publicorum neque doctores, neque adminiſtri hac in re ſibi conſtent. Scilicet nullum quondam inter archiprincipes* praecedentiae *ordinem fuiſſe, argumenta ſunt:* Primum, *quod diuerſus omni aeuo ordo eorundem compareat in diplomatibus, quae Principes Electores ſubſcriptores habent. Nunc enim Brandenburgicus ante Saxonem, iterum Saxo ante Brandeburgicum: vterque mox poſt, iterum ante Archipalatinum nomina ſua imperialibus monumentis ſubſcripſere, certiſſimo indicio, ſtabilem & legibus ſancitam praecedentiam illis tum non fuiſſe.* Deinde *hodieque circuli aut pagi imperii, qui dicuntur, legitimam non habent proedriam; cum Boicus circulus non Sueuico, neque hic Boico; neuter Saxonico, Saxonicus neutri de loco cedat: ſed eant redeantque in conuentibus imperii ſine diſcrimine,* pele mele. Poſt *regnorum ac rerumpublicarum etiam nunc nulla in orbe proedria. Inde eſt, quod in* trium *Europae* Regum *conuentu, quem anno* CIↃ IↃ CC IX. *Berolini inſtituerunt, primum locum occuparint iure viciſſitudinario, vt vno die Daniae, altero Rex Poloniae eundem tenerent.* Praeterea *nobilium, comitum, & principum imperii recentiorum neque hodie definiti in* praecedendo *ordines ſunt, vt ſatis pateat, Imperium Germanicum normam eius generis non habuiſſe.* Ad extremum *potius illud conſtat, quod Princeps Principi, Elector Electori quondam ordine fuerit praelatus, pro vt quisque alterum anteiuit aetate, affinitate cum Caeſare, dignitate muneris honeſtioris, vt adeo non principatus, ſed Principes proedriam habuiſſe videantur.*

(b) *In eccleſiaſticis enim Electoribus non auſus eſt Carolus quicquam in ordine eundi ac ſedendi definire, ne ambitionem illo-* rum

Verum haec maioris momenti ſunt, quam vt adoleſcentibus in cathedra Philoſophorum ad diſputandum queant proponi.

§. LXXXV. Ceterum quod nomen meum in fronte libri diſſimulare & inuolucro irretire, quam profiteri, maluerim, id plures cauſas habet. Nam de rebus publicis ſcribere, opus eſt inuidiae ac periculi pleniſſimum. Quae tela, ſi librum feriant auctore illaeſo declinantur facilius, aut tolerabilius feruntur. Deinde ipſa volumina, in gratiam auditorum inter occupationes alias plures ſcripta, vltimam manum non ſuſtinuerunt, vt adeo neque auctoris nomen ſibi pleno iure vindicare queant. Promtiſſimo potius animo dubiorum, ſphalmatum, errorum generis cuiusuis admonitiones, ſi quid addi aut deſecari conſultius videatur, a rerum gnaris excipiemus, atque in alia editione opera facili & alacri emendabimus. Tandem, quod in ipſo libro aliquoties teſtatus ſum, illud etiam nunc teſtor, me *indicis*, non *iudicis*, quae proteruia a me omnino abſit, officio hic defunctum eſſe. Si vero aliquid praeter omnem ſpem Principi aut reipublicae iacturam dare videatur: hoc dictum non eſſe volumus in libro noſtro, & pro non dicto illud hic iterum declaramus.

§. LXXXVI, Hucuſque de PRINCIPIBVS ELECTORIBVS. Alio volumine, proximis nundinis, potiores alios Germaniae principatus eodem ordine exhibebimus. Si qui ſunt, qui ſymbola ſua cum noſtris conferre velint, illorum, niſi ipſi latere velint, in futuro labore, qui ſub prelo eſt, gratiſſimam mentionem faciemus, vt noſtro periculo pleni operis contextus, quod Seckendorfianum votum fuit, in iteratis curis, quantum fieri poteſt, prodire queat.

rum offenderet, apud quos ex Chriſti inſtituto omnis praecedentiae ordo debuerat exulare.

INDEX

INDEX
Rerum et Verborum.

Numeri indicant paginam; litterae adiectae vero notas ſubiectas & Aſteriſmi notas ex Auctoris MSto nunc prima vice adpoſitas.

A.

Abbach, Marchio Burgouiae. 87

Academia, Duisburgenſis 321. Francofurtana 252. Hallenſis 321. Helmſtadienſis 692. 729. Heydelbergenſis 611. 662. Ienenſis 474. Ingolſtadienſis 590. Koenigsbergenſis 321. Lipſienſis 383. Wittebergenſis 388. Lignicenſis 46. Pictorum et Sculptorum ibid. iuridica Luneburgica. 229

Adalbertus occiditur a Poruſſis 266. eius mortem vindicat Boleslaus. ibid.

Adoptio inter Principes, eius exemplum inter Palatinos 614

Admiralitaet Regis Boruſſiae. 327

Advocatia X. urbium in Alſatia. 42

Advocati Imperii. 654

- - quarundem Imperii ciuitatum. 658

- - X. Epiſcopatuum. 653

- - Monaſteriorum in Auſtria. 148

Agilolfus quis fuerit? 531

Agilolfingica ſtirps ſupprimitur. 535. u. ei. ius ſuccedendi in Boioaria ex Legibus. 531

Albertus minuit Auſtriacas regiones. 11

Albertus II. relinquit ordinem ſacrum. 17

Albertus cum trica vivit in otio. 21

Alberti IV. querelae de tenuitate portionis. 22. 24. ſpes ſuccedendi in Bohemia. 23

Albertus V. ſuccedit Socero in Regnis & Imperio. 23

Albertus Pulcher eligitur Imperator. 242. cedit ius ſuum Carolo IV. 243

Alberti Achillis res geſtae. 249. ſq.

Albertus vendit Thuringiam. 380

Alberto Pio offertur Bohemia. 550. cauſae oblati regni. ib.

Alberti Sapientis res geſtae. 551

Albertus V. Maximus, conſtituitur Vicarius Imperii. 553. conuocat comitia. ib.

Albertus Urſus, cur ita dicatur? 553

Albertus Magnus diuidit cum Fratre, et propagat ſtemma. 686

Albergariae ius, cur habeat Palatinus Comes. 653

Albis, alveus in damnum Luneburgenſium mutari nequit. 722

Altenaenſis linea. 281

Alſaticae controuerſiae ſopitae in Pace Ryswicenſi, non compoſitae. 107

Alſatiae inſignia heraldica. 228

Anglia offertur in feudum, cui et a quo? 167

Anhaltini, quo iure Marchiam tenuerint? 273

Annatae, negantur Pontifici in regionibus Auſtriacis. 119

Antonii Ulrici res geſtae. 695

Antwerpia, urbs diſtinguenda eſt a Marchionatu Antwerp 86

Apanagium principum Auſtriacorum quomodo auctum? 38. a

 Aper

Aperturae ius Palatini Comitis. 653
Aquilae bicipitis origo. 360
Archiofficia Imperii, erant ambulatoria. 571. duo habet Palatinus Comes. 600. u.
Archicamerarius, olim praetulit clavem. 315. cur hodie ſceptrum? ib.
Archidapifer, habuit patinam in ſcuto. 600
Archiiudex quis? 600. u.
Archimareſchallus, eſt Elector Saxoniae. 454. olim Boioariae. 571. ei. inſignia. 519
Architheſaurarius. 623. 628
Archipincerna, eſt Rex Bohemiae. 160. non obligatur munere ſuo defungi. ib. n.
Archiuexilliferi munus confertur Hannouerano. 709. proteſtatio Wurtembergica. ib. introduci poteſt ſaluis iuribus Vexilliferorum. 710
Archiduces, quando dicti Auſtriaci? 149 ſq.
Arnulfus, negat Imperatori obſequium. 537. proſcribitur in iudicio principum ſine effectu. 538
Atteſtina familia. 671 ſq.
Auerochſen, in Boruſſia magni roboris. 331
Auguſtanum foedus. 44
Auguſti Elect. Sax. res geſtae. 393. ſqq.
Auguſtus Sapiens princeps laude dignus. 694
Aurelianenſis Ducis controuerſiae cum El. Palat. 226. 635.
Ausſchreibende Fürſten in circulo Franconico. 311
Auſtriaca gens, cur ita dicatur? 4. d. ei. proſper ſucceſſus vnde? 3. b. vicinis inuidioſus. 32. ei. Iudex quis? 120. ſq. cur ex ea tot Caeſares. 153. u. ei. Priuilegia & Praetenſiones v. ſub lit. P. Inſignia Heraldica ſub lit. I.
Auſtriacus Ducatus confertur Alberto, an iure? 9. a. eſt in magnis anguſtiis 42. b. numerum ſuffragiorum in comitiis augere poteſt. 125. quae iura ceſſerit Helueticis? 19. c. inuito Imperio alienari poteſt. 143. ei. priuilegium de non appellando an ſolummodo Auſtriam reſpiciat. 145. habet territorium clauſum. 148. Auſtriae hiſtoria. 68. ſqq. deſcriptio politica. 187. ſqq. inſignia. 212
Auſtriacus Ducatus olim diuiduus. 38. a. nunc indiuiduus. 138. an de ſola Auſtria indiuiſibilitas intelligenda? ib. eſt feudum oblatum. 148. in ſubſidium ſuccedunt feminae. 138. an ius repraeſentationis in eo locum habeat. ibid. f.

B.

Babenbergenſis Comes. 69
Barbienſis Comitatus. 416
Bareyth eſt ex Mereniana hereditate. 241. b.
Baruthana linea. 258. 290
Belgicum bellum. 260
Bergſtraß, Palatinis oppignorata, reuocatur ab AE. Mogunt. 647
Bernſtein. 332
Berolinenſia aedificia publica. 342
Beutelſehen, in Auſtria & Boioaria. 193. ſq.
Bibliotheca Guelferbytana, quot numeret Scriptores? 694
- - Heydelbergenſis, MSC. inſtructiſſima. 616. deportatur Romam. 621

Bielfeldiſche Leinwand. 339
Bipontium, non habet dignitatem ducatem. 633. iure vacui Palatinatui Rhenam acceſſit. ibid.
Bipontina linea. ibid.
Birckenfeldenſis linea. 634
Blutbann, competiit tantum Archiprincipibus. 600. r. cur alii principes eum habeant? ibid.
Boeckelheimenſes lites, inter El. Palatin. & Mogunt. 647. argumenta cuiusque partis. ib. ſq.
Bohemiae regnum offertur variis. 247. 464. obtinet liberum religionis exercitium. 38. in ſacris, cui ſubiectum? 17. admittitur ad iura Germanicorum Comitiorum. 46. 53. 123
- - Reges cur amplius comitiis intereſſe noluerint. 132 non omnibus intereſſe obligantur. 160. cur dicti reges ſine regno? 131
- - Hiſtoria. 50. ſqq. deſcriptio politica. 167. ſqq. inſignia. 220
Bohemici motus. 39
Böhmiſche Landes-Ordnung. 174
Bompernickel.
Boii, unde venerint? 532. ſuo arbitratu ducem eligere poſſunt. 582
Boioaria, fuit regnum. 533. habuit varias viciſſitudines. ib. ſqq. accepit formulam ſuam a Cunrado Imp. 537. e. confertur Ottoni, Comiti Wittelsbachienſi. 542. ſaepius diuiditur. 546. 548. habuit tot ſuffragia in Comitiis, quot aluit principes. 549. z.
- - ei. Deſcriptio politica. 585. ſqq. Priuilegia. 574. ſqq.
Praetenſiones. 562. Inſignia. 598. Scriptores v. ſub lit. S.
Boiicae ditiones, quid complectantur. 585
Boſnia. 63
Bozen, multis gaudet priuilegiis. 202. nova adhuc addidit Carolus VI. ib. **
Brabantiae hiſtoria 72. ſq. Inſignia Heraldica. 255
Brema, 711
Briſacenſis urbs commutatur cum Argentorato. 108. cui acquiſita, Imperio aut Auſtriae? ib. s.
Briſgouia ceditur Regi Galliae. 42
Britanniae minoris Ducatum praetendunt Auſtriaci. 105
Brunſwicum aſpirat ad libertatem. 678. an ſit ciuitas S. R. I? 712. in ordinem redigitur. 711.
Brunſwicana gens, unde? 671. cur Atteſtinum nomen omiſerit? 705. bene ſibi conſulit omiſſione titulorum. 701. de ordine ſuccedendi ſaepiſſime litigavit. 723. eius ditiones tripartitae. 734. deſcriptio politica ditionum. ib.
Brunſwicenſis linea, varia habuit nomina. 688
Bruck acquirit Fridericus. 241. a
Buccinatorum iudex. 459
Bulgaria, iure repeti poteſt. 121
Burgouia. v. Marchia.
Burggrauiatus Norimbergenſis, confertur Friderico iure hereditario. 241. acceſſiones variae. ib. 243. controverſiarum cum Norimbergenſi ciuitate fundamentum. 301. hiſtoria Burggrauiatus. 238. ſqq.
- - Magdeburgicus, fuit ſubfeudum. 414. ei. Hiſtoria. 413. ſqq. Inſignia. 525

Burggrauii, varii erant generis. 413
Burgundiae hiſtoria. 70. ſq.
Inſignia. 233
Butouia. 300

C.

Cadolzburg, eſt ex Meraniana hereditate. 241. b.
Calenbergenſis linea expirat. 694
Cammergericht Berolin. 256
Canonicum Lutheranum admittere noluerunt Galli. 696. 710
Capitulatio Caeſarea cuſtodiri debet a Palatino. 658
Carinthia acquiritur ab Ottone. 15. ſq. eius in ſigillis nulla fit mentio. 224. q. Hiſtoria. 74 deſcriptio politica. 196
Carniola, ſubfuit Marchionibus. 74. iungitur Auſtriae. 75. erat in limitibus Carinthiae. 224. q. Inſignia. ib.
Carolus Ludouicus, curae patrui committitur a Suecis. 623 reſtituitur in Palatinatum, ſed non in omnia iura. ibid. eius amores cum libera de Degenfeld. 624
Carolus, ultimus lineae ſtirpis ſuae. 624
Carolus IV. vocat Rudolfum in ius. 120
Caſſubia, vnde dicta? 287. quas terras continuerit? ib.
Caeſaris pratum. 243. f.
Catechiſmus Heydelbergenſis. 618
Cauſſungii plagium. 385
Cella urbs, cur ſedes Principis. 727
Cellenſis linea. 697
de Chalon tranſigit cum Friderico ſuper dominiis Burgundicis. 242. e.
Chriſtianus I. Elect. Sax. fauet partibus Reformatorum. 397. cauſae fauoris. ibid.
Chriſtianus II. El. Sax. reducit Theologos Lutheranos. 398
Chur-Creyß Electoris Hannoverani, quid habeat in complexu? 707
Chur-Pfältziſche Hof-Gerichts-Ordnung. 662
Cilenſis comitatus occupatio nihil iniqui habet. 29. 31. b.
Clausthalenſia metalla. 738
Cleſelli captiuitas. 39
Cliuenſis linea. 281. extincta. ibid. inde controuerſiae. 281. ſq. 305. 649
Cliviae Hiſtoria. 279. ſqq. Deſcriptio politica. 340
Coburgenſis linea. 427. ei. ditiones. 478
Codex Legum Auſtriacarum. 192
Colonienſis AE. proſcribitur. 46
Columneſiorum familia. 334
Colloquia Theologorum in Palatinatu. 618
Comitia non eſt ſine comitatu & regione. 301. confertur Friderico. ib.
Condirectorium, competit Brandenburgicis in IV. Circulis. 315. in Circulo Rhenano ſuperiori id poſtulant varii. 648
Crosnenſis ducatus, quo iure venerit ad Brandenburg. 251. 312. an ſit exemptus a Sileſia. 288. eſt feudum Bohemicum. 289. renovari debet a legato dignitatis illuſtris. ib.
Curia feudalis Bohemica. 180. 182
Czechus, primus princeps Bohemiae ex Slauis. 51

Dania,

D.

Dania, principi Pontificio non defertur. 455
Dalmatiae hiſtoria. 54. ſqq. Inſignia. 222
Damebergenſis linea, hodie audit Guelferbytana. 694
- - Dynaſtia. 687
Dantiſcana ciuitas, erat in limitibus Pomeraniae. 308. eam ſibi referuant Poloni. ibid.
Decimae, in Saxonia ſunt inter Domania cur? 467
Dei gratia titulo, an primus uſus ſit Erneſtus Dux Boioariae. 549. a.
Diadema Archiducum Auſtriae. 143
Diepholdanus comitatus offertur Henrico in feudum. 692. eum aperturae iure occupat Wilhelmus. 697
Dietericus eiicit caeſareum militem ex paternis regionibus. 376
Directorium in Imperio ſede Mogunt. vacante poſtulat El. Saxon. 453
- - inter Electores ſibi vindicauit El. Bohem. 160. ſed cautum Moguntino reuerſalibus. ibid. q.
- - inter Proteſtantes cui competat? 464. Saxonici ICti id tribuerunt El. Brandenburg. 316
- - Circuli Sueuici olim habuit El. Boioariae. 577. f.
Diplomata apud Brunſwicenſes antiquis temporibus in uſu. 727
Domania Clivenſia ſunt in priuatorum manibus. 340
Dos principum feminarum in Saxonia a principibus ſoluenda. 473. eius ſumma. ibid.
Drotſetus regni Sueciae. 561. an inde Truchſes. ibid.
Ducalis dignitas, communicatur Luneburg. & Brunſwicenſ. terris. 684. cauſae communicatae dignitatis. 705. diplomatis explicatio. ib. ſq.
Duces Germaniae, quot olim? 281
- - vocantur Marchiones Brandenburgici. 315
- - Principes Auſtriaci apanagiati. 159
- - Franconiae, ſunt Burggrauii Norimbergenſes. 317
Durchleuchtigſt titulum praetendunt Duces Brunſwicenſes ab Electoribus. 728.
Durrachius excitat motus Neapoli. 689
Dynaſtiae Sueuiae ad Circulum Burgundicum relatae, an bene? 106. n.

E.

Eberhardus regendos accipit Franciae Rhenanae & Boioariae Ducatus. 605. occiditur in praelio. ibid.
Eberſteinenſis Comitatus. 692
Eccleſiae in Auſtria ſine conſenſu Archiducis bona acquirere nequeunt. 162. earum bona alienant Archiduces ſine conſenſu Clericorum. ibid. exempla huius iuris. ib. *
Eger praetendunt Bauariae Duces. 583
Egrenſes aciduli fontes. 168
Ehren-Tafel in Sileſia. 186
Eichfeldenſis tractus, AE. Mog. parua ſumma oppignoratur, reuocatur a Ducibus Brunſwicens. 714
Einbeck. 686. 688
Eiſenbergenſis linea. 428

Elb, unde dicatur? 168.
Electores, habent ius de non appellando vi ſingularis territorii. 655. eorum origo male refertur ad tempora Ottonum. 455
Electoratus, eſſe poteſt ſine Archiofficio. 629
- - Saxonicus, confertur Miſnenſibus. 384. cauſae. 385. tranſfertur in lineam Albertinam. 390. 392. eum ſaepius repetit linea Erneſtina. 450. argumenta vtriusque lineae. ib. ſq.
- - Brandenburgicus, conceditur Friderico. 244
- - Bohemicus, eum poſtulant Duces Boioariae. 570. eorum argumenta. 571
- - Octauus, datur Palatino. 623. 628
- - Nonus, confertur Hanoverano. 703. cauſae. 707. controuerſiae. 708
Elbingenſis ciuitas promittitur pignoris loco Brandenburg. 313
Engelbrecht, Praeceptor Maximiliani I. 32
Erb-Aemter-Lehen in Auſtria. 194
Erb-Vögte des Rheins ſunt Palatini. 657
Erfurtanae controverſiae. 435. ſq.
Erneſtus, El. Saxon. liberat Bohemiam ab interitu. 387. correxit rem monetariam. ib. ſq. an primus uſus ſit titulo Electoris & Mareſchalli. ib. h.
Erneſtus Ferreus. 27
Erneſtus, Dux Brunſwicenſis, auditor Lutheri. 693
Erneſtus Auguſtus fit Epiſcopus Oſnabrug. 703. ſuccedit in Ducatu Hannou. ib. Elector. ib. legauit ſummam pecuniae miniſtris. ib.
Excellentiae titulum obtinuerunt legati Ducum Brunſwicenſ. 728
Exorciſmus abrogatur a Chriſtiano I. 397
Expectatiuae, Auſtriacorum. 160
- - Brandenburgicae. 318
- - Saxonicae. 463
- - Burggravior. Nor. 304
Ezo, Com. Palat. ſucceſſit iure hereditario. 606

F.

Fahnen über die Fürſtliche Trouppen. 710
Feuda Imperii, an dentur in Auſtria? 135
- - vnde habeant Brandenburgici in Auſtria? 127. 242. lites eorum cauſa. 127
- - praeſumuntur in Auſtria. 161. eorum indoles. 193
- - militaria, eximere poſſunt Landgravii Thuringiae ab immedietate. 463
Feldkirch, acquiritur a Leopoldo III.
Felonia, non tranſit in liberos. 690
Ferdinandus I. ſuccedit in Hungaria & Bohemia. 36. repellit Turcas. ib. reddit Wurtenbergicis ducem. ib.
Ferdinandus II. ſuccedit in Graezenſi portione. 39. eiicit Lutheranos. ib. Imperator. ibid.
Ferdinandus III. Imperator, mercatur pacem ſuis regionibus. 42. pax cum Turcis. ib.
Ferdinandus Maria, Elect. Bau. fuit inter Candidatos Imperii. 557

557. calamo defendit controuerſiam de Vicariatu. ib. ei. vxor inter heroinas numeranda. ibid.

Fladen-Krieg. 390

Flämmiſche Recht. 333

Formula Concordiae. 394. ei. rigor corrigitur. 397

Forum Iulii. 20

Friderici nomen Brandenburgicis fauſtum. 317

- - cur tam diuerſe apud Brandenburgicos numerentur. 241

Fridericus, Auſtr. proſcribitur. 26. cauſae. ib. cur dictus: Friedel mit der leeren Taſchen. ib.

Fridericus III. Imperator, recuperare vult regiones ab Auſtria auulſas. 29. gerit bella cum Ducibus Boioariae imperii nomine. 30. cum Matthia Reg. Hung. ib.

Fridericus Conqueſtor, auget patrimonium Burggrauiorum. 243

Fridericus, creatur Elector. 244. bella. ibid.

Fridericus II. Ferreus El. Br. relinquit Fratribus regiones in Franconia. 246. recuſat regna Poloniae & Bohemiae. 247. caſtigat rebelles. ibid. cur arbitros eius cauſa ſumſerit. ib. u.

Fridericus Wilhelmus, cedit citeriorem Pomeraniam. 260 accipit partem Cliuenſis hereditatis. ib. obtinet ſupremam poteſtatem Poruſſiae. ib.

Fridericus, Poruſſ. Rex recipit exules. 261

Fridericus Admorſus, Marchio Miſniae ſubiicit ſibi regiones auitas. 381. oppignoratas March. Br. confirmat. ibid. quid cum vxore dotis loco acceperit. ib. cur dictus admorſus? ib. exemit urbes a Iurisdictione Imperii. ibid.

Fridericus grauis, March. Miſniae inſtituitur heres a Vinarienſi comite. 382. cur recuſauerit caeſaream dignitatem? ib. ſuſcipit principatum XVI. aet. anno. ib.

Fridericus Strenuus, diuidit cum Fratribus cur? 383. quid dotis loco acceperit? ib. eligitur tutor a ſubditis. ib.

Fridericus Bellicoſus, inſtituit academiam Lipſienſem. 383. obtinet Electoratum Saxoniae. 384

Fridericus Pacificus, in diuiſione cum fratre conuenire nequit. 385. prohibet exploſionem tormenti in fratrem. ib. f.

Fridericus Sapiens, defendit cauſam Lutheri. 388. eſt gubernator Imperii. ib. m. recuſat faſces Imperii. 389

Fridericus Auguſtus, inter miracula orbis referendus. 403. meritus de domo Auſtriaca. ib. quomodo obtinuerit Poloniam. 404

Fridericus Victorioſus, quo iure retinuerit Electoratum. 614

Fridericus Sapiens, El. Pal. cur purioribus ſacris non profuerit? 615

Fridericus III. Pius, Elect. Pal. transfert Electoratum in lineam Simerenſem. 617. eſt primus inter Principes, qui reformatorum dogmata fovet. 618

Fridericus IV. eligitur Dux a proteſtantibus. 619. adit Electoratum, nondum abſoluto XVIII. aet. anno. 620

Fridericus V. Patiens coronatur in Bohem. Regem. 620. acceptio regni non cauſa, ſed occaſio ſui infortunii fuit. ib. proſcribitur. 621
Fridericus Burggrau. Norimb. cauſa fuit, quod Rodolfus I. Imperii faſces conſecutus. 241
Fridericus, Dux Brunſwic. conuenit cum fratribus de iure primogeniturae. 690. eligitur Imperator. ib. perit inſidiis Mogunt. ib.
Franckenland, cur ita dicatur? 80. c.
Freyhöfe in Erfurt ſibi reſeruarunt Saxones. 436
Fruchtbringende Geſellſchafft, in hac ſocietate ſunt ſex Duces Brunſwicenſes. 730

G.

Galliae Regnum praetendunt Auſtriaci. 105
Gefürſtete Grafen, quando dicti Habsburgici. 93
Geiſtlicher Waffen-Träger, a quo dictus Ioh. Caſimir. 618
Genealogiae uſus. 8. a.
Genealogica tabula, Principum Habsburgico-Auſtriacorum. 11. 17. 23. 40. Brandenburgicorum. 264. Saxoniae. 372. 391. 406. 423. Ducum Boioariae e ſtirpe Saxonica. 540. Palatinorum Rheni. 617. Ducum Brunſwicenſium. 680. 685. ſqq. Spanheimenſem ſucceſſionem illuſtrans. 631. de iure tutelae in Palatinatu. 622. de ſucceſſione Cliuenſi. 649. iura Auſtriacorum in Bohemiam explicans. 14. 23. de iure ſuccedendi in Thuringia. 377
Georgius Wilhelmus, Dux Brunſwic. aſſiſtit Carolo II. Wilhelmo III. Venedis. 701. acquirit Ducatum Lauenburgicum. ib. eius vxor in Principem Imperii euecta. ibid.
Georgius Ludouicus, edit militaris ſcientiae ſpecimina. 704. confirmatur in Electoratu. ib. nominatur heres M. Britanniae. ibid.
Georgius, Dux Brunſwic. eligitur per ſortem, ducendae vxoris cauſa. 698. condit teſtamentum de filiorum ſucceſſione. 699
Germersheimium, vindicat R. Galliae. 639. quando acceſſerit Palatinatui? 641
Giffhornana linea. 693. extincta. ibid.
Goettingana linea. 688. extincta. ibid.
Goslaria, quando ad libertatem aſpirauerit? 678. debet Imperio decimas. 705. quae poſtea conceduntur Ducem Brunſwicenſ. ib. fuit Ducatus Saxonici. 726. eius tutores hereditarii. 725. priuilegia. 727. cautelae pro ciuitate. 726
Gotha, quando ſedes Ducis facta? 426
Gothana linea. 425. ſq. eius ditiones. 478
Groß Hertzogthum, an fuerit Ducatus Saxoniae? 725
Grumbach, ſuppeditat peſſima conſilia Duci Sax. 393. 396
Guelfi, vnde dicti? 673. ſunt collaterales Hohenzolleranorum. 236
Guelferbytani vox, vnde? 672
Guelferbytana linea. 694. olim vocata Dannebergica. ibid.

Habs-

H.

Habsburgi, vnde dicantur? 4
Habsburgicorum comitum natales. 7. inſignia heraldica. 127
Hagenſtolziatus ius, competit Com. Palat. 653. terminus, a quo, varius. ibid.
Halberſtadium, vnde dicatur? 201. eſt regio fertiliſſima. 338
Halberſtadienſis Epiſcopatus, a quo conditus? 291. cauſae. ib. eius fines latiſſimi. ibid. primus Epiſcopus. 292. introducit puriora ſacra, quando? ib. Seculariſatio. 293
Hamburgenſes, liberantur ab inteſtinis motibus, a quo? 701
Hamela, urbs. 686
Hannoverana linea. 700. 702. ſqq.
Harburgenſis linea. 693. extincta. ibid.
Hechingenſis linea. 297
Heusda, datur Roberto. 281
Hennebergici Comites, iam ſub Carolingis fuerunt cogniti. 412
Hennebergicus comitatus, quo iure ad Saxones peruenerit? 413. eius inſignia heraldica. 524
Henricus, March. Miſn. fuit ſub tutela. 376. poſtulat Thuringiam. ib. Auſtriam. 377. ſqq.
Henricus, Dux Brunſwic. ſuccedit in Palatinatu Rheni, quo iure? 609. egit ducem paſſagii. ib. proſcribitur a Friderico Imp. ibid.
Henricus Leo, cur non in integrum reſtitutus fuerit? 677. accipit Boioariae Ducatum, & hereditatem Mathildis. ib. redigit Slauos & Danos in ordinem. 678. cur proſcriptus? ib. 543. terras ſuas inuadunt varii. 678. cur retinuerit Braunſweig & Luneburg. 676. ſpes filiorum, amiſſa recuperandi. 683
Henricus Niger, Dux Brunſwic. 673
Henricus Superbus, ſub eo Welfo-Atteſtina domus ad ſummum faſtigium venit. 674. ſibi contrahit inuidiam Cunradi III. ib. proſcribitur. 675. eius ditiones. ib. ſq.
Henricus Moroſus, conditor Grubenhagenſis lineae. 688. habet peculiare votum in comitiis. ib.
Henricus, Dux Brunſwic. proſcriptus, regiones concedit filiis. 692
Henricus, Dux Guelferbytan. diuidit cum fratre. 694
Heiligenberg, emit Leopoldus III. 21
Herings-Fang, quando ceſſauerit in Poruſſia. 331
Hermannus de Billingen, eſt Dux, non Elector. 674
Hermannus, Rheni Palatinus. 606
Hermannus II. eligitur Palatinus Rheni. 608. gerit vicariatum Imperii. ib.
Hildburghuſana linea. 428. eius ditiones. 478
Hildesheimenſis Epiſcopatus, eſt ſub protectione AE. Magdeburg. 715. reſtituitur a Ducibus Brunſwicenſ. ibid.
- - ciuitas, eſt ſub tutela Ducum Brunſwicens. 718
Hiſpaniae monarchiam praetendunt Auſtriaci. 104
Hochbergenſis comitatus. 29
Hochſtettenſis clades. 44

Hoextera, fuit in dominio Ducum Brunſwicenſ. 718. eius cauſa variae controuerſiae inter Duces & Abbatem Corbeienſem. ib. ſqq.
Hof-Aemter. 83
Hohenſtauffiana gens, diu tenuit faſces Imperii.
Hohenzollerani Comites, vnde? 334. diuiduntur in duas lineas. 240. ſubdiuiſio. 297. ad principum dignitatem euecti. 296. quando Brandenburgici hunc titulum ſuis inſerere coeperint? 297. cur? ibid.
Hoiae comitatus. 692
Hornbacenſis abbatia, propter eam lites. 638. ſqq.
Hoſpitaturae ius, cur habeat Comes Palatin. 653
Hungaria, venit ad Auſtriacos. 47. eſt regnum ſucceſſiuum. 48. fuit in Clientela Imperii. ib. c. habet ius ciuitatis Boiicae. 49. c. eius ſacra. ibid. an ſit regnum fiduciarium. ibid. d.

I.

Jägerndorf, emit Georgius Fridericus, Marchio Brandenb. 258
Indigenatus Brandenburgicus in Polonia. 318
Ingolſtadienſis linea. 549. extincta. ib.
Insbrugis, quae cauſae ibi tractentur in Regimine. 202
Inſignia Heraldica,
- - Prouinciarum Auſtriacarum. Libr. I. Cap. 7. pag. 218. ſqq.
- - Electoris & Ducum Saxoniae. Libr. III. Cap. 7. pag. 515. ſqq.
- - Electoris Bauariae. Libr. IV. Cap. 7. 593. ſqq.
- - Imperii, cuſtodire debent Duces Boioariae. 581. idem praetendunt Palatini. 657
Iohannes, pontifex deiicitur Sede Apoſtolica. 26. b.
Iohannes Caſimirus, non admittit contutores, 619. mutat Sacra in Palatinatu. ibid.
Ioachimus I. Polyglottus, adit Electoratum XVI. aet. anno. 251. cauſae ſingulares, quae eum a Lutheranis Dogmatibus auerterunt. 253
Ioachimus II. Hector, introducit puriora ſacra in Marchia. 254. cauſae. 255. adſumitur in ſocietatem feudi Poruſſici. ib.
Ioachimus Fridericus, El. Brandenb. eſt antiſtes plurium Epiſcopatuum. 257. vocatur ad Curatelam Poruſſiae. 258. inſtituit conſilium ſecretius. ibid. Gymnaſium Ioachimicum. ibid.
Iohannes, praeficitur Marchiae Brandenburgicae. 242
Iohannes, Elect. Brandenb. cur dicatur Cicero Germanicus. 251. relinquit Franconiae regiones fratribus. ib. redigit Marchiam in ordinem. 252. eſt primus Electorum, qui in Marchia ſepultus eſt. ibid.
Iohannes Sapiens, obtinet voluntate Patris nouam Marchiam & Ducatum Croſnenſem. 254
Iohannes Georgius, El. Brand. fuit Conſiliarius III. Imperatorum. 256. renouat foedus cum Saxone. ib. eſt procreator XXIII. liberorum. ibid. amicitia ſingularis cum Elect. Saxon. 257.

Iohan-

Iohannes Sigiſmundus, Elect. Brandenb. acquirit Iuliacam hereditatem. 259. Poruſſiam. ib. promulgat confeſſionem fidei. ibid.
Iohannes Fridericus Magnanimus, Elect. Saxon. perdit Electoratum. 390. cauſae diſſidiorum cum fratre. ib.
Iohannes Georgius I. El. Saxon. cur Euangelicis ab initio accedere noluerit? 401. cur partes Auſtriacorum dereliquerit? 399. init foedus Lipſienſe. ib. quid obtinuerit in Pace Pragenſi. 400. eius teſtamentum. ibid.
Iohannes Georgius II. El. Saxon. gerit Vicariatum cum Elect. Boioar. 401. renunciat aduocatiae Erfurtenſi. 402
Iohannes Georgius III. El. Sax. magnam ſibi in bellis acquirit gloriam. 402. liberat Heilbrunnam & Dielſpergam. ibid. k.
Iohannes Georgius IV. El. Sax. princeps animi exculti. 403
Iohannes Wilhelmus, El. Palatin. abſoluitur a poſtulato Aurelianenſi. 627.
Iohannes Conſtans, poenis afficit rebelles agreſtes. 389. exhibet confeſſionem fidei. ib.
Iohannes Fridericus, audit monachos in Eccleſia, non in curia. 702. amat regiones Italicas. ibid.
Iohannes III. Burggrau. Norimb. eripit Sigismundum Imperatorem e manibus Turcarum. 244. k. auxit Burggrauiatum. ibid.
Ioſephus, Rex Romanorum, quando? 45. Imperator, quando? ib. cedit fratri iura in Hiſpaniam. 46
Iohanniticus ordo, lites habet cum Auſtria. 112. argumenta cuiusque partis. 113. h. i. cum aliis Germaniae principibus. 112. f.
Iudaei, e Marchia eiiciuntur. 256
Iudicia Imperialia, cur in tanto numero in Sueuia? 83. an Caeſares qua Caeſares ea inſtituerint? 166
Iudicium, Sueuiae prouinciale. 165. ad quem ab eo appelletur. 117. ſq. Nellenburgicum. 165. Ranckuillanum. ibid. Frauenfeldenſe. ib. Alſatiae Landgrauiatus. 166. Hagenouienſe. ib. Onoldinum. 322
Iuliacenſis Ducatus. 283. eius Inſignia Heraldica. 518
Iulinum, olim ſedes epiſcopi. 295
Iungherri quinam dicti? 14 a. 159. k. 582. *
Ius regni, penes quos olim fuerit in Bohemia. 171. ſq.
- - Repraeſentationis, an in Auſtria locum habeat? 138. f.
- - Magdeburgicum, recipitur in Bohemia. 171. ſq. cur id receperint Poruſſi? 333. ſq.

K.

Keſsler, ſubſunt Marchionibus Brandenburgicis. 325 ex quo fundamento ſubſint Palatino Comiti? 626. quid Zobeliis praeſtare teneantur? 657.
Kirchbergenſia bona occupat Rupertus, Comes Palatin. 613
Kizingenſes controuerſiae. 302. ſq.
Kopfgeld, ſoluere tenentur Comites in Bohemia. 183
Kuffſtein,

Kuffſtein, pertinuit ad Ducatum Boioariae. 137
Kyburgenſis Comitatus, quo iure venerit ad Habsburgicos? 97. eius inſignia Heraldica. 228
Kynophoriae poena, cur dicta Hermanno II.? 608

L.

Land-Droſt? 343
Landgrauiatus Alſatiae ceditur R. Galliae. 42
- - Leuchtenbergenſis, venit ad Boios. 56
Landes-Gerichtliche Hoheit, quid ſit in Auſtria? 188
Land-Güter, extraneis vendi nequeunt in Auſtria. 195
Land-Tafel und Lehens-Tractat. 192
Land-Hand-Veſte, in Styria. 197
Land-Herren, habuerunt Archiduces Auſtriaci. 159
Landshutanae lineae hereditas diuiditur, quomodo? 551. ſq.
Land-Hoff und Quartal-Gericht, Electoris Brandenburgici. 314. **
Landſaſſiatus, de eo Epiſcopus Bambergens. bona in Carinthia eximere intendit. 114. 198. ordo Iohanniticus. 112
Langenzenn, eſt ex Meraniana hereditate. 241. b.
Laventhal, donat Henricus II. Epiſcopo Bambergenſ. 198
Lauenburgicus Ducatus, occupatur a Saxonibus. 449. proteſtatio Brunſwicenſis. 713. lis quomodo finita? 449. 714
Legati Boiici locum tenuerunt ante Electorem Saxonicum. 581
Leges Tirolenſes, continent reliquias Iuris Patrii. 203
- - Auſtriacae, differunt a Iure Romano. 190. ſq.
- - Feudales Sileſiae. 185
Domaniales, Caroli IV.
Lehens-Gnad, in quo conſiſtat? 193
Lehens-Probſt, alit aula Baruthana in Auſtria. 242. c.
Leibeigenſchafft, an eius origo temporibus Clodauaei quaerenda? 81. f.
Lenckersheim, acquirit Fridericus Burggr. Norimb. 241. a.
Leopoldus Probus, Dux Auſtriae, emit Landuogtiam Sueuiae. 21. perit in praelio.
Leopoldi Magni res geſtae. 43. ſqq.
Lindauienſes controuerſiae. 109. ſqq.
Lipſia, quomodo domita? 376
Löwen-Geſellſchafft, eius Duces ſunt Principes Boioariae. 583
Lubeca, ad libertatem aſpirat. 678. accuſatur ſpolii. 720
Luchauienſis Comitatus. 688
Ludolfus, eligitur Dux a proceribus Saxoniae. 679. cotniter habitus ab Imperatoribus. ibid.
Ludouicus Barbatus, El. Palatin. gerit Vicariatum. 613. eſt praeſes Concilii Conſtantienſis. ibid.
Ludouicus II. Placidus, Elect. Palatinus. 614
Ludouicus Pacificus, El Palatin. ſaluum conductum Luthero ſeruandum, ſuadet. 615
Ludouicus Facilis, El. Palatin. reſtituit ſacra Lutherana in Palatinatu. 619
Ludouicus, Dux Boioariae. 544. cur obtinuerit Palatinatum Rheni?

Rheni? ib. cur ſubditi eum agnoſcere noluerint? 610
Ludouicus II. Seuerus, Dux Boioariae & Comes Rheni Palatinus. 546. diuidit cum fratre. ib. cur Fürſtenfeldae coenobium condiderit? 610
Ludouicus Bauarus, eligitur Imperator. 547. confert filio Electoratum Brandenburgicum. ibid.
Luneburgenſis linea. 691
Luneburgicae ditiones, quo iure petantur a Duce Saxoniae? 690
Luitpoldus, praeficitur Boioariae. 636. eius cognatio cum Carolingis. ibid.
Luſatia, quando fuerit diuiſa? 92. quomodo venerit ad Saxones. 92. 399. e. an Bohemicus Electoratus Luſatiae affixus ſit? 93. f. paruit Imperio. ib. an quondam fuerit feudum AE. Magdeburgici. 707. an ſua culpa in ignorantia Chriſtianorum Dogmatum verſetur? 486. eius Inſignia Heraldica apud Auſtriacos. 227. apud Saxones. 523
Luſitaniae regnum praetendunt Auſtriaci. 103
Luttersbergicus Comitatus confertur Comitibus Hohenſteinenſibus. 689
Lutherana Sacra, introducuntur in terris Auſtriacis. 37. 128. ubi iterum exſtirpantur. 40. b. 128. in terris Magdeburgicis. 278. Halberſtadienſibus. 292. Caminenſibus. 296. in Saxonica. 388. in Palatinatu. 616. 619. ibi variae mutationes intuitu eorum. 661. in terris Luneburgicis & Brunſwicenſibus. 689. 691. 693.
in Marchia Brandenburgica. 254
Luzelburgica Inſignia Heraldica. 225

M.

Magdeburgum, vnde dicatur? 274
Magdeburgicus Ducatus, eius Hiſtoria. 275. ſqq. deſcriptio politica. 336. ſqq.
Maioratus, introducitur a VII. filiis Wilhelmi. 698. cauſae iuſtificae pro eo apud Brunſwicenſ. 724
Maiorennes, quando Principes facti ſint? 725
Marcanus Comitatus. 297. ſq. 339
Marchiones, quinam dicantur? 269. vnde ſe nominauerint. ib. plures conſtituerunt Henricus Auceps & Otto M. 48 - - Brandenburgici ſunt Duces. 315. habuerunt ius regni in Comitiis. 272
Marca an differat a Marchia? 272. 298.
Marchia Brandenburgica. 269. quas terras habeat in complexu. 270. eius incolae veteres. ib. primus Marchio quis ibi fuerit? 271. an fuerit feudum Saxoniae. 272. venit in praedam Venedorum. ib. confertur Alberto Urſo. 273. quando Marchiones ex Anhaltinis ibi ceſſauerint? 274. quo iure Ludouicus Bauarus eam conceſſerit filio? 274. quanti Carolus IV. eam emerit? 275. transfertur in Fridericum, Burggrauium Norimberg. 275. fuit Ducatus. 374. eius deſcriptio politica. 334. ſqq.

Marchia

Marchia Antwerpienſis, cur dicta S. R. I. 86. quis eam inſtituerit? ib. cuinam plagae fuerit oppoſita? ib. a quibus fuerit adminiſtrata? ib. quomodo ad Auſtriam peruenerit? ibid. inſignia heraldica. 226

Marchia Burgouiae, qualis fuerit Marchia? 86. quibus oppoſita? ib. quales habuerit Marchiones? 87. quando venerit ad Auſtriacos? ib. cur Ludouicus Bauarus eam poſtulauerit? 571. cur Electori Boioariae oblata fuerit? 88. eius inſignia heraldica. 226.

Marchia Miſniae, confertur Friderico III. 372. an Mechtildis nomine ad poſteros Dieterici II. peruenerit? 373. differt a Miſnia. ib. quae terrae eidem fuerint innexae? ib.

Marchia Stargardiae, ſubfuit Marchiae Brandenburgicae. 312

Marchia Vinidorum, eius inſignia heraldica. 219

Marchia Stadenſis, cui oppoſita? 272. cui fuerit ſubiecta? 273

Marck Erlebach, acquirit Fridericus Burggrau. Nor. 241

Maunteuffel, Epiſcopus Caminenſis adprobat dogmata Lutheri. 296

Mansfeldenſis Comitatus eſt iuris Magdeburgici. 837

Magnus Torquatus, Dux Brunſwicenſ. cur dicatur Torquatus? 690

Mathildis patrimonium praetendunt Duces Brunſwicenſes. 712. eorum argumenta. ibid.

Matthias, Rex Hungariae, bello affligit regiones Auſtriacas. 30

Matthias, Dux Auſtriae, extorquet Bohemiae & Hungariae regna Rudolfo, fratri. 38. eligitur Imperator. ib.

Matrimonium inaequale, an noceat Ducibus Brunſwicenſibus. 731

Maultaſchia, praetendit Carinthiae Ducatum. 15. argumenta praetenſionis. ib. ſq. transfert Tirolenſem Comitatum in Auſtriacos. 547. diploma translationis. 96

Mauritius obtinet Electoratum Saxonicum. 392. relinquit partes Caeſaris. ib. recipit Magdeburgum in deditionem. ibid. accepto vulnere obit, quando? ib. u.

Maximilianus I. Imper. praefertur XXX. amatoribus a Maria Burgundica. 32. opinio Flandrorum de hoc matrimonio. 33. b. cur regem & principem plurium Europae prouinciarum ſe ſcripſerit? ibid.

Maximilianus II. Imperator. in deliciis fuit Caroli V. 37. non infert vim conſcientiis. ibid.

Maximilianus Emanuel, Dux Boioariae, ſcientiae militaris ſpecimina edit. 558. nominatur Praefectus Belgii. ib. cur Poloniae regnum recuſauerit. 559

Mecklenburgicus Ducatus, cur & quando eum poſtulauerint Duces Brunſwicenſes. 714

Melibocus, Mons. 471

Meinungenſis linea. 427. eius ditiones. 478

Meraniae Ducis hereditatem poſtulant Burggrauii Norimbergenſes. 304

Merſeburgenſis Epiſcopatus, a quo fuerit conditus? 417. cui ſubſuerit? 418. diſtingui debet a Comitatu Merſeburgenſi. ib. obtinet in eo poſtulatio perpetua. ib. an fuerit Status Imperii? 448
Miſnia, quando hereditaria facta fuerit? 373. deſtituitur ſuffragio in Comitiis Imperii, cur? 434. deſcriptio politica Miſniae. 479. ſqq. inſignia heraldica. 520
Miſnenſis Epiſcopatus, an ſubiectus ſit iuri territoriali Saxon. 448
Mindenſis Epiſcopatus, a quo inſtitutus fuerit? 294. cauſae inſtitutionis. ibid. an ſtatim habuerit Iuriſdictionem territorialem? ibid. * quando Brandenburgicis conceſſus fuerit? 295
Moerſia, quale feudum ſit? 632 cur venerit ad Principes Auriacos? 632. cur R. Poruſſ. titulum huius Comitatus omittat? ibid.
Monachienſis linea. 549
Montium Ducatus, a quo habeat originem? 284. quando in Ducatum euectus fuerit? ib. gaudet metallifodinis. 633. incolae mercaturae & opificiis maxime dediti. ib.
Monzambani libellus, magni aeſtimatur ab Elect. Palatin. 624
Morauia, quando fuerit occupata a Marcomannis. 88. b. fuit regnum. 89. cur praedae aliorum ceſſerit? 90. h. quando & quibus conditionibus Bohemiae inſerta fuerit? ib. an fuerit membrum S. R. I.? ib. eius deſcriptio politica. 183. inſignia heraldica. 226
Mume, cereuiſiae genus. 740
Munda urbs, acquiritur ab Ottone, Duc. Brunſwic. 684

N.

Naonis Portus. v. Portus.
Naumburgenſis Epiſcopatus, cur ab aliis appelletur Citizenſis? 419. obſeruat poſtulationem perpetuam. 420. an habuerit iura Comitiorum S. R. I. ibid. *
Neapolis, cur adſignata fuerit Ferdinando, Duci Auſtr. 36
Neuhoff, acquirit Fridericus, Burggrau. Norimb. 243
Norimbergenſis Burggrauiatus. v. Burggrauiatus.
Norimbergenſes, in ordinem rediguntur. 243
Norimbergica linea. 240. 296

O.

Ober-Conſiſtorium, in Electoratu Saxon. quae terrae ei ſubſint? 393. x.
Oeſterreichiſches Königreich, quis inſtituere voluerit? 33
Onoldina linea. 258. 290
Onolzbach, a quo emerit Fridericus, Marggrau. Nor. 242. d.
Opern, quando venerint in Germaniam? 703
Oppenhemius Iudaeus, fama inſignis. 147. **
Ordo S. Chriſtophori, ubi & contra quos inſtitutus fuerit? 156. l.
Ordo S. Mariae, quem finem habuerit? 156. k.
Ordo S. Georgii, a quo & contra quos inſtitutus fuerit? 155. h.
Ordo Martyrum, ſecundum quam regulam vixerit? 156. l.

Ordo Aurei Velleris. 156. quem auctorem habeat? 157. numerus equitum. ib. nexum fidelitatis obſeruare debent. ib. x.
Ordo Teutonicus Cruciferorum, cur & ſub quibus conditionibus a Polonis in auxilium vocatus fuerit? 267. querelae & bella Polonorum contra ordinem. ibid.
Ordo S. Iohannis, quis eius Aduocatus ſit? 654
Orientis Imperium praetendunt Auſtriaci. 102
Ortenburgici Comites, quas lites habeant cum El. Boioariae. 567
Ottones duplicem perſonam egerunt in Saxonia. 676
Otto Iucundus, quo iure acceperit Carinthiam? 15. quid pro ciuitatibus ab eo acquiſitis ſoluerit? 16. b.
Otto Diues, diuidit cum fratribus. 375. metallifodinae ſub eo aperiuntur. ib.
Otto, Comes Wittelsbach. donatur Ducatu Boioariae. 542.
Otto Illuſtris, quo iure acquiſiuerit Palatinatum Rheni? 545. u. exercuit ius monetandi. 610
Otto Henricus, El. Palat. abolet Sacra Pontificia. 616. in quo poſuerit cauſam Orbitatis? ibid.
Otto Infans, Dux Brunſwic. obtinet dignitatem Ducalem pro terris Brunſwicenſ. & Luneburg. 684
Otto, renunciat regno Siciliae. 689.*
Otto, der Quade, in quo teſtatorem ſuum offenderit? 689
Otto Munificus, amittit veterem Marchiam. 689
Otto, Dux Brunſwicenſ. relinquit ordinem ſacrum. 692
Otto, incipit Harburgenſem lineam. 693

P.

Pacta, mutuae ſucceſſionis inter Elect. Brandenburg. Haſſiam & Saxoniam. 321. Confraternitatis inter Domum Brandenburg. & Hohenzolleran. 297. mutuae defenſionis inter Saxoniam & Bohemiam. 469. mutuae ſucceſſionis inter Ducem Lignicenſem & Brandenburg. El. 310. inter Ludouicum Seniorem & Barnimum III. 385. inter Auſtriam & Boioariam. 576. Henrici cum Brabantino. 376. Brombergenſia. 300 Bilfeldenſia. 719. Duſſeldorfenſia. 283. Erneſtina. 388. Gerauienſia. 313. Hildeſienſia. 700. Iglouienſia. 24. Goloniēnſia. 44. Scherdingiana. 22. 121. ſq. Wolodomari cum Friderico Admorſo. 381. Auſtriacorum cum Bauaris wegen Einführung des Salzes. 27
Palatinatus, cur eorum numerus auctus fuerit? 604
Palatinatus Sueuiae, quibus fuerit conceſſus? 604
Palatinatus Boioariae, penes quos fuerit? ibid.
Palatinatus Saxoniae, qui eum adminiſtrauerint? 604. qualis & vbi fuerit? 457. quando ad Miſnenſes venerit? 376 eius inſignia heraldica. 526
Palatinatus Rheni, quando haec vox in vſum venerit? 606. quando acceſſerit Boioariae? 544. 611. eius deſcriptio politica. 660. ſq.

Palati-

Palatini Rheni, in quo differant ab aliis Palatinis. 604. ſq. cur tot praerogatiuis gaudeant? 651. an Salarium habuerint? 644. 605. quando iure hereditario ſucceſſerint? 606
Pannonia, paruit Romanis. 48. c. an eius limites reſtituere voluerint Imperatores Germanici. ibid.
Paragium, quid ſit? 536. y.
Patritiatus Venetus, eo gaudent Duces Brunſwicenſ. 733
Pax Altranſtetenſis. 131. e. Carlowicenſis. 44. Colonienſis. 551. Neomagenſis. 44. Oliuenſis. 43. 260. Pragenſis. 41. 400. Religionis. 395. Ryſwicenſis. 44. S. Germani. 286. Weſtphalica. 42. 623
Peina. 686
Perleonii, vnde dicti? 5. d.
Pfalzgrauenſtein. 657
Phalainenſis Comitatus, quo iure acceſſerit Ottoni Illuſtri. 545
Philippus, R. Hiſpan. ſuperat patrem felicitate matrimonii. 35. quando Rex Hiſpaniae factus fuerit? ibid.
Philippus Ingenuus, El. Palat. a quo arrogatus fuerit? 614. proſcribitur. ibid.
Philippus Wilhelmus, transfert Electoratum in lineam Neoburgenſem. 625. quot Regum Socer fuerit? 626
Plaſſenburg, acquirit Fridericus, Marggrau. Norimb. 243 fuit ſedes Iohannis III. 244. k.
Pludenz, vendit Montfortii Comes. 21
Poloniae regnum, an Maximilianus II. neglexerit? 37
Pomerania, a quo fuerit habitata? 284. eius limites. 287. deſcriptio politica. 340
Pontifex, an habuerit patrimonium in Bauaria. 570. relaxat iuramentum Henr. Duc. Brunſwic. 691. eligitur arbiter in Aurelianenſi controuerſia. 627. praetendit confirmationem Electoratus Boici.
Poruſſia, vnde nomen habeat? 266. quando ab ordine Teutonico Cruciferorum ſubiugata fuerit? 267. fuit Feudum Poloniae. ib. quo iure venerit ad Elect. Brandenburg? 268. quando a nexu feudali liberata fuerit. ib. mutatio in regnum, quando facta? 269. eius deſcriptio politica. 330. ſqq.
Portus Naonis. 100. inſignia heraldica. 229
Poſtarum ius, ſibi vindicat Auſtria. 164. ſq. Brandenburgici habuerunt in Miſnia & Saxonia. 316.
Praga, praefertur ordini Equeſtri. 172
Pragenſis Archiepiſcopus, an ſit Status Imperii. 177. quis eum ad Ducis & Principis dignitatem euexerit? ib. b. an ſit Primas? 176. z.
Praecedentiae lites inter Bauariam & Auſtriam. 125. ſq. 569 inter Archiduces Auſtriae Apanagiatos & Electores. 126 inter Auſtriacos & Salisburgenſes Principes. 127. inter Duces Burgundiae & Electores. 112. 128. inter Duces Boioariae & Venetorum Rempublicam. 566. inter Saxoniae & Boioariae Electores. 565. inter Electorem Palatinum praeſentem & Legatos Boioariae. 581. inter Brandenburg. & Brunſwicenſ.

 Prin-

Principes. 313. 713. inter Hungariam & Bohemiam. 48. b. inter lineam Erneſtinam & Albertinam. 433. inter Vinarienſes & Altenburgenſes. 447. inter Landgrauium Leuchtenberg. & Principem Sulzbacenſ. 568. inter Auſtriam & Rempublicam Venetam. 126. inter Chriſtianum II. & Fridericum Ulricum, Duces Brunſwicenſ. 698 inter Culmbach & Anſpach. 301. inter praefectum Sileſiae & Epiſcopum Vratislauienſem. 135. inter Praelatos, & dem Herren-Stand in Auſtria. 122. inter Archiatrum & Decanum Facultatis Medicae Viennenſis. 123

Praeſcriptio, an currat Auſtriacis? 148

Praefectura, Palatin. Com. in quo conſiſtat? 658

Praefecti littorum, cur conſtituti fuerint a Romanis? 366. g.

Praetenſiones Gentis Auſtriacae Libr. I. Cap. 3. pag. 102. ſqq.
- - Brandenburg. Poruſſicae. Libr. II. Cap. 3. pag. 300. ſqq.
- - Electoris & Ducum Saxoniae. Libr. III. Cap. 3. pag. 429. ſqq.
- - Electoris Boioariae. Libr. IV. Cap. 3. pag. 634. ſqq.
- - Electoris & Comitum Palatinorum Rheni. Libr. V. Cap 3 pag. 634. ſqq.
- - Electoris & Ducum Brunſwicenſium. Libr. VI. Cap. 3. pag. 708. ſqq.

Primariae Preces, an exerceri poſſint a Vicariis Imperii. 320. * in quibus terris competant Elect. Brandenb. ib.

Primatus Magdeburgicus. 277

Primislaus, Rex Brandenburgicus. 273

Priuilegium Saxonicum, de non appellando, in quibus terris locum habeat? 444
- - Brandenburgicum, quae habeat notatu digna? 324. **

Priuilegia & Praerogatiuae Gentis Auſtriacae. Libr. I. Cap. 4. pag. 139 ſqq.
- - Gentis Brandenburgicae. Libr. II. Cap. 4. pag. 314
- - Electoris & Ducum Saxoniae. Libr. III. Cap. 4. pag. 454. ſqq.
- - Electoris Boioariae. Libr. IV. Cap. 4. pag. 574. ſqq.
- - Electoris & Comitum Palatinorum. Libr. V. Cap. 4. pag. 651. ſqq.
- - Electoris & Ducum Brunſwicenſium. Libr. VI. Cap. 4. pag. 721.

Procurator S. R. I. quis ſit? 458

Protectio trium vrbium in Thuringia, cui competat? 469. 435

Pſeudo-Wolodemaro confertur Marchia, a quo? 274. *

Pucinum vinum. 198

Q.

Quedlinburgenſis Aduocatia. 312

R.

Ragoczius, praecipuus auctor motuum Hungaricorum. 132. m. ſqq.

Raguſana Reſpublica, cur & a quo in ius vocata fuerit? 121

Rappersweylenſis Praefectura, quando acceſſerit Auſtriae? 18

Rappolſteinenſis Dynaſtia, cur eam poſtulauerit Dux Birckenfeld. contra C. Waldeccium? 641. ſq.
Raſcia, vnde nomen habeat? 65 fuit pars Seruiae orientalis? ib. quomodo ab ea defalcata fuerit? 66. cur adhuc eius in titulo Regum Hungariae fiat mentio? 68. praetenſio Auſtriaca in Raſciam. 121
Ratisbona, cur ab Alberto Sapient. occupata fuerit? 551
Rattenberg, cur praetendat El. Bauariae. 137
Raub-Schlöſſer, ſibi vindicare poteſt Elector Brandenburg. 326
Rauenſteinenſis Dynaſtia, quomodo Cliuenſibus obuenerit? 299. cur eius poſſeſſores dicantur reguli? ibid. fuit munimentum inſigne. ibid.
Rauensbergenſis Comitatus, quando Bergenſibus acceſſerit? 299
Razenburgenſis munitio. 701
Receſſus Imperii, an derogent Iuri Prouinciali? 487. ſ. an iis derogari poſſit? ibid.
Recuperatoria Iudicia Gallorum metum incutiunt Palatinis. 624. poſtulant Comitat. Bipont. 637. Germersheimium. 639
Reformatis fauet Chriſtianus I. El. Saxon. cur? 397. eiiciuntur Saxonia. 398
Regalia, quo iure exerceantur a R. Bohem. 181. ſq.
Regalis Dignitas, quis Vratislauo D. Boh. eam communicauerit? 52. cur eius Succeſſoribus fuerit diſputata? ibid. quando Bohemiae adnexa fuerit? 53. competit Archiducibus Auſtriae. 141. olim eam habuit Boioaria. 533. 583. quando Elector. Brandenb. eam adſumſerit? 269. omina de hac dignitate. 314
Regenſteinenſis Comitatus, quo iure obuenerit Epiſcop. Halberſtad.? 312. cur eum praetendant Brunſwicenſes? ibid. 715
Reibiſch, quomodo viuum ſeruauerit Mauritium El. Saxon.? 392. ſ.
Reliquiae Sanctorum e Brunſwicenſi ditione, quomodo venerint ad Hannoueranos. 702
Rhenus, eſt fluuius aurifer. 660 aurum fluuiatile Rheni cui competat? 657
Rheni cuſtodia, ad quem ſpectet? ibid.
Roemhiltana linea. 428. eius ditiones. 378
Rockenſteinii, Marchiones Burgouiae. 87
Rudolfus I. quo iure Sueuiae & Auſtriae Ducatus familiae ſuae intulerit? 9. a. b. quando Imperator electus fuerit? 9. cauſae electionis. 10
Rudolfus II. concedit Bohemis libertatem religionis ſub Sigillo Maieſtatis. 38. cur dicatur deiſta, vel naturaliſta? ibid. b. priuatur regnis a fratre. ibid.
Rudolfus, Com. Rhen. Palatin. an cum Palatinatu acceperit Iura Electoratus? 611. cur fratri in electione reſtiterit? 548. eſt conditor Rudolphinae lineae. 547. 611
Rudolfus, Com. Pal. regit Palatinatum ceſſione fratris. 611
Rudolfus Auguſtus, D. Brunſwic. redigit Brunſwicum ad ob-

obſequium. *695.* admittit fratrem in Societatem regiminis. *696*
Rupertus Tenax, Com. Palatin. cur bella geſſerit contra Bohemos? *612*
Rupertus Clemens, eligitur Rex Romanorum quando? *612.* cur abiecerit curam Italiae? *613.* auget Palatinatum. ib.
Rupertus Rufus Com. Pal. cuius auxilio Electoratum lineae ſuae intulerit? *611.* inſtituit Academiam Heydelbergenſem, quando? ibid.
Rupinenſis Comitatus. *360*
Ruta Saxonica. 430. *516*
Ryſwicenſis Pac. clauſula. *646*

S.

Saalfeldenſis linea. 429. eius ditiones. 478
Saal-Graf. *604*
Sal Luneburgicum venditur iure monopolii, in quibus regionibus? 721
Salinae Halenſes, quomodo obuenerint Eccleſiae Magdeburgicae? 418. an in dominio Epiſcopi Merſeburgenſis fuerint? ibid.
Salinaria regio. 101. eius inſignia heraldica. 229
Saxones, vnde dicti? *663.* ſq. varia eorum bella. *365.* piraticam exercuerunt. *366.* quis eos ſubiugauerit? *ibid.* cur perduelles fuerint? *367*
Saxonia, quomodo olim diuiſa fuerit? *366.* continebat regiones ampliſſimas. 365. 705
Saxoniae Duces, quas ditiones poſſideant. 477. ſq. an primogeniturae aut Senioratus iure ſuccedant? 458. in diuerſas lineas abeunt. 417. ſqq. eorum Praetenſiones & Priuilegia. v. ſub lit. P. Tituli ſub lit. T. quando Brunſwicenſes a titulo Ducis Saxoniae abſtinuerint? 705
Saxoniae deſcriptio politica. 476. inſignia heraldica. 515
Saxonica mulier Sueuo nubens, cur ipſo iure excluſa fuerit a dote & paterna hereditate? 431. an haec diſpoſitio hodie obſeruetur? ibid.
Scabinatus Imperiales, an fuerint Magdeburgi & Halae? 47. 173. o.
Schaffhauſen, quo titulo acquiſiuerit Otto, Dux Auſtriae? 16. habet lites cum Auſtria. 105
Schardinganus Comitatus, quo iure acceſſerit Ottoni Illuſtri? 546
Schaumburgenſis Comes, cuius auxilio territorium in territorio Auſtriaco formare voluerit? 21. quomodo in ordinem redactus fuerit? ibid.
Schellenbergenſis Victoria. 44
Schoenburgenſes Comites, quas lites habeant cum Ducibus Saxoniae? 441
Schutz-Gerechtigkeit, habuit El. Brand. in Luneburgenſem & Hamburgenſem ciuitates. 318
Schwarzenbergenſes principes ab vnigenis propagati. 25
Scriptores, ad Genealogiam Auſtriacam. 206. ſq. ad Hiſtoriam Auſtriacam. 209 ſqq. de Virtutibus Auſtriacis. 213. de Poruſſia. 347. ſqq. de Marchia Brandenburg. 348. ſq. de Miſnia & Saxonia. 499 ſqq. de Thuringia. 507. ſq. de Luſatia. 511. ſq. de Ducatu Magdeburgico. 353. ſq. de Ducatu Cliuenſi. 354. de Ducatu

Ducatu Pomeraniae. 355. de BurggrauiatuNorimbergenſi. 356. de Halberſtadienſi & Mindenſi Principatibus. 357. rerum Palatinarum. 664. rerum Boicarum. 593. ſqq. rerum Brunſwicenſium. 745. ſqq.
Seelfeldenſis Dynaſtia, cui donata fuerit? 241. a.
Senioratus, obſeruatur in linea Erneſtina. 475. eius magna vis in familia Brunſwicenſ. 725
Serui Camerae Imperialis, in quibus terris ita dicti fuerint Iudaei? 576.*
Serui Boicae Camerae, quinam ſint? 576. b.
Seruia, vnde nomen habeat? 64. fuit in Clientela imperii Orientalis. ib. quando Hungariae ſubiecta fuerit? 65. quis Caeſarem Seruiae ſe dixerit. ibid.
Siciliae Monarchiam ſibi affe- runt Auſtriaci. 103
Sieben Meyereyen, in Hoienſi Comitatu, quae iura habeant? 714.*
Sigfridus, quo iure obtinuerit Palatinatum Rheni? 607. vbi ſedem habuerit? ibid.
Sigfridus de Ringelheim, primus Marchio Brandenburgicus. 271
Sigillum Maieſtatis, quando Duces Saxoniae eo vſi fuerint? 466
Sigismundus, Archidux Auſtriae, quid ceſſerit Carolo Audaci? 26. cur adoptauerit Maximilianum? 27
Sigmaringenſis linea. 297. eius ditiones. ibid.
Sileſia, cur & quando Poloniae regno ſe ſubtraxerit? 76. an id vno impetu factum? ibid. an Poloni iuribus ſuis renunciauerint? ib. a. an ſit in Clientela Imperii Germanici? 77. b. eius Status in Sacris. 79. i. 129. 186. deſcriptio politica. 184. ſqq. inſignia heraldica. 225
Simmerenſis Comitatus, quando Rupertus Com. Palatin. eum emerit? 613. quando ad Electoratum Palatin. redierit? 650
Simmerenſis linea. 613. extincta. 623
Slauonia, quas terras complexa fuerit? 61. quid Pax Carlowicenſis de ea diſponat? 62. i.
Spanheimenſis comitatus, quomodo diuiſus fuerit? 630. ſq
Speculum Saxonicum. 488
Specus Baumanni. 741
Spill-Graven-Amt, in quo conſiſtat, & cui competat? 165
St. Georgen-Schild. 710
Stadenſis Comitatus, fuit Luneburgicae ditionis. 710. cur Georg. Wilhelm. eum non recuperare potuerit? 701
Stapula Saxonica. 434
Stargardia, an ſubfuerit Marchiae Brandenburg? 312
Stadt-Fahne, cuſtodiunt Argentoratenſes. 710
Stettini Ducatus, quid complexus fuerit? 286
Strumas, an ſanare poſſint Habsburgo-Auſtriaci? 151
Subofficiales Imperii, cur id munus Sueuis datum fuerit? 83
Sulzbacenſis linea. 632. quem locum praetendat in Comitiis? 645

T.

Tarentinus Principatus, ex quibus fundamentis petatur a Ducibus Brunſwicenſibus? 717. ſq.
Taruiſiana Marchia, quomodo acceſſerit Auſtriae? 20
Teiſterbantiae Comitatus, quid complexus fuerit? 280
Teiſterbantina linea. 281. extincta. ibid.
Telamones, omittunt Auſtriaci in inſignibus. 230
Telonii ius, Auſtriacorum. 143. 158. Brandenburgicorum. 319
Territorium Epiſcopale, an differat a munere epiſcopali? 576. d.
Territorialis Iurisdictio, an ei ſubſint, Coniuges, liberi, & fratres Landſaſſiorum? 431. ſq.
Teſtamentum Caroli II. R. Hiſpan. an validum ſit? 104
Thaſſilo, fit Vaſallus Caroli M. 534
Thermae Carolinae, a quo detectae fuerint? 168. Teplicenſes. ib.
Thuringia, an fuerit Regnum? 409. quaenam pars Thuringiae in formam Prouinciae redacta fuerit? 410. cui in diuiſione Carolingica obuenerit? ib. quando Landgrauium acceperit? ib. quomodo inter Henricum & Brabantinum diuiſa fuerit? 377. cur ibi vili pretio viuatur? 485. eius inſignia heraldica. 521
Thüringiſche Land-Stühle. 469
Thus & Myrrha in Morauia, vnde exuatur? 184. in quo differat ab Arabico? ibid.
Tilly, expugnat Heydelbergă 621
Tirolenſis Comitatus, nihil habuit cum Sueuia commune. 107. * eius hiſtoria. 99. ſqq. inſignia heraldica. 224
Titulus Regum & Principum, quotuplex? 68. m.
Tituli Regionum, quibus utuntur,
- - Princip. Auſtriac. Libr. I. Cap. 2. pag. 47. ſqq.
- - Reg. Poruſſiae. Libr. II. Cap. 2. pag. 266. ſqq.
- - Elect. & Duc. Saxoniae. Libr. III. Cap. 2. pag. 407. ſqq.
- - Elect. Boioariae. Lib. IV. Cap. 2. p. 559. ſqq.
- - Elect. & Comit. Palatin. Rheni. Libr. V. Cap. 2. pag. 628. ſqq.
- - Elect. & Duc. Brunſwicenſ. Libr. VI. Cap. 2. pag. 704. ſqq.
Tonnae Dynaſtia, quale feudum ſit? 417
Traminer Wein. 200
Treuis, cur Leopoldo donata fuerit? 22. f.
Treue Prizer, vnde nomen habeant? 274
Tridentini Epiſcopi lites cum Auſtria & Tirolenſibus. 120
Tutela, Principum Auſtriacorum, a quibus petatur? 137. ius ordinum prouincialium circa eam. 23. Chriſtiani II. quomodo adminiſtrata fuerit? 398. Sigismundi & Ladislai, cui commiſſa fuerit? 398. 29 Friderici V. Elect. Palatin. cui adiudicata fuerit? 621. ſub tutela nunquam fuerunt Marchiones Brandenburgici. ibid.

V.

Vaticinia de fortuna Auſtriaca. 5, 44. 154

Vaſalli Saxonici, an defendere teneantur Principem ſuum extra territorium? 432

Vectigalia, an noua inſtituere, vetera augere, & permutare poſſint Auſtriaci, & Brandenburgici Principes? 143. 319. in Albi cui competant? 737. in Rheno. 321. 663

Veldentinus Comitatus, obuenit Palatinis iure matrimoniali. 629. quinam ius in eum ſuccedendi ſibi aſſeruerint? 635

Veldentina linea. 630. extincta. ibid.

Venator Supremus Imperii, quis creatus fuerit? 461

Venatores S. R. I. ſunt, Duces Carinthiae. 150. Duces Wurtenbergici. ib. Marchiones Miſniae. 400. Duces Pomeraniae. 340. Principes Rugiae, & poſt eos Brandenburgici. 315. ***

Veneta Reſpublica, ſe offert ad reſtituenda ſpolia. 34. c.

Vexilla Imperii, quot fuerint? 710

Vexilliferi munus, fuit penes Marchiones Brandenburgicos. 318. an Dux Wurtemberg. id geſſerit? 709

Vicariatus Imperii, inter Palatinum & Boioariae Electores controuerſus. 569. an olim prouinciis ſeiunctis adminiſtratus fuerit? 652

Vicarii Imperii, an ab Imperatoribus conſtituti fuerint? 651. an Electores Brandenburgici id munus geſſerint? 316

Vicarii Italiae, an fuerint Auſtriaci? 156

Viennenſes, cur rebelles facti fuerint? 12.*

Vinarienſis linea. 424. eius diuiſiones. 478

Vmſtattenſis controuerſia propter Ius Sacrorum. 642. *

Vnctio regia, quando Chriſtianis cognita fuerit? 152. r. figmentum de ea. ib.

Vota Comitialia, Principum Saxoniae. 471. Ducum Brunſwicenſium. 732. ſq. Elect. Palatin. 657

Unmittelbahre Reichs-Stände in Sueuia. 84

W.

Walchenridanum Coenobium. 692

Welfus, eſt conditor Principum Atteſtinorum in Germania. 672. fit Dux Boioariae. ibid. cur ſe Welfum dixerit? ibid.

Weidewuthus, Poruſſorum Rex. 266

Weiſſenfelſenſis linea. 417

Wenceslaus, quamdiu rexerit Marchiam? 360. bicipite aquila vſus fuit, antequam Imperator factus eſt. ib.

Weringrodanus Comitatus, eſt feudum Marchiae Brandenburgicae. 311

Wertheimenſes Comites, vnde deſcendant? 614

Wezlarienſis Curiae emendatio. 46


Wildfangiatus ius, cur habeat Com. Rheni Palatin.? 643.* querelae contra hoc ius. ib.

Wilhelmus, eſt inter Bohemiae regni candidatos. 386. iura eius

eius in Ducatum Luxenburgicum. ib. ſq.
WilhelmusIV. Dux Boioariae, cur cum fratre diuiſerit? poſtulauit Dignitatem Electoratus. 553
Wilhelmus V. Dux Boioariae renunciat imperio ſuo. 554. an Monachus factus fuerit? ibid.
Wilhelmus Com. Palat. cuius tutelae ſubfuerit? 608. quid de eius allodiis habeat Chronicon Sprenkersbacenſe? ibid.
Wilhelmus Dux Brunſwicenſ. eſt propagator domus Guelficae. 683. natus in Anglia. 684
Wilhelmus, conditor lineae Zellenſis. 697. quid in diuiſione acceperit? ib. quo iure acquiſiuerit Comitatum Diepholdanum? ibid.
Wittekindus Magnus, quando Chriſtianus factus fuerit? 366 vbi baptizatus fuerit? 367 an fuerit Dux Saxoniae? 368 cur e numero Regum delendus ſit? 369
Wittekindus II. de Carolino imperio bene meritus eſt. 370. an Wittebergam condiderit? ibid. ſq.
Wonſiedel, quid iuris Fridericus Marggrau. Norimb. ibi acquiſiuerit?
Wolfsburgum, eſt feudum Magdeburgicum. 718
Wurtenbergicus Ducatus, quo titulo eum acquiſiuerit Carolus V. 75. quid Domus Auſtriaca, reſtituto Ulrico, ſibi in eum reſeruauerit? ibid. quando a nexu beneficiario liberatus fuerit? ibid.

Z.

Zopf-Geſellſchafft. 23. 228
Zwifaltenſis Aduocatia, cur eam poſtulent Duces Wurtenbergici? 111. ſq.



Bey Verleger dieſes Wercks ſind auch zu haben:

Bauren-Moral, Funckel-Nagel-neue, und das darzu gehörige Wörter-Buch, 8. 1752. 24. kr.

Beck, Joh. Jod. Ausführliches Zehend-Recht, im gantzen H. Röm. Reich nützlich zu gebrauchen, 4. ſub prælo.

- - ei. Frölich von Frölichsburg Commentarius über die Peinliche Hals-Gerichts-Ordnung Kayſer Carl des V. mit vielen Zuſätzen, 4. ſub prælo.

Bericht von denen alten Reichs-Vogteyen, Frey- und Reichs-Städten, wie auch Hochſtiften und andern Clöſtern, ꝛc. 3. fl.

Beſoldi, Chriſt. Commentarius ſuccinctus in varias politicas Quæſtiones. 4. 1. fl. 15. kr.

Bürckle, Joſ. Ant. Des freyen Kayſerl. Land-Gerichts in Ober- und Nieder-Schwaben gerichtlicher Proceß, 8. 2. fl.

Carrach, Jo. Phil. Tractatio Juris publici ſæcularis de Exemptionibus Territoriorum Germaniæ. 4. 30. kr.

Cruſii, Mart. Schwäbiſche Chronick, fol. 10. fl.

du Freſnoy, Mitglied der Königl. Wiſſenſchafften, Anweiſung, die Frantzöſiſche Sprache ohne Beyhülfe eines andern zu lernen, 8. 1. fl.

Haus-Präceptor, der umſonſt lehrende, 8. 36. kr.

Kauffmanni, Jo. Dominus & Vaſallus ſeu Medulla omnium Jurium feudal. 4. 40. kr.

- - ei. Philoſophia Cordis profana ſacra, ſeu Paſſiones Animæ reluctantes, 12. 15. kr.

von Loen, Joh. Mich. Der Adel, 8. 1. fl.

- - der redliche Mann am Hofe, oder die Begebenheiten des Grafen von Sivera, mit Kupfern, 8. 1. fl.

v. Lu-

v. Ludewig, Joh. Petr. Einleitung zu dem Deutſchen Müntz-Weſen mittlerer Zeiten, mit Joh. Jac. Moſers Anmerckungen und vielen Müntzen, 8. 1. fl.

Lund, Thomas, Geheimnus der Heil. Dreyfaltigkeit, mit einer Vorrede Iſrael Gottl. Canz, 8. 1. fl. 30. kr.

Luz, P. Columb. O. S. B. Nothwendige Wiſſenſchafft geiſtlicher Ordens-Perſonen, ſonderheitlich derjenigen, welche unter der Regul des H. Ertz-Patriarchen Benedicti ſtreiten, 4. 1. fl. 30. kr.

- - ej. Regul des H. Vatters Benedicti, mit einer ſittlichen Auslegung verſehen, 12. 15. kr.

Philoſophia ad Guſtum moderni Sæculi elaborata, 4. 1. fl. 15. kr.

Remmelini, Joh. Kleiner Welt-Spiegel, oder vollkommene Anatomie nach dem Leben, mit Kupfern, fol. 1. fl. 30. kr.

Sperl, Phil. de ſacris Fabricis metallicis, ſpeciatim ferrariis, vulgo Eiſen-Hämmern, 4. 20. kr.

- - ej. Doctrina de Allegatione Legum & Praxis vigentis in foro inſtar Commentarii ad T. Pand. de Juſtitia & Jure, 4. 36. kr.

Stryckii, Sam. & Joh. Sam. Opera omnia XIV. tomi. fol. 30. fl.

- - ej. Repertorium Stryckianum, ſeu Index locuplet. Operum Stryckianorum, fol. 3. fl.

des Herrn Zacharias von Uffenbachs Reiſen durch einen Theil Deutſchland, Holland und Engelland, mit vielen Kupfern, wird aufs Neue Jahr der Erſte Theil fertig, und bis dahin 1. fl. 30. kr. Prænumeration angenommen.

0056566 05

Digitized by Google

Digitized by Google